

Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.

+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.

+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.


+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

Digitized by Google

9a100 98



Digitized by Google

F2L
7101

235
@ 280

~~127. 4.~~

~~By 3 no 10,098~~

Digitized by Google

9a 10098

Digitized by Google

F2L
7101

235
@ 280


~~127. 4.~~

~~37 3 no 1 0 0 98~~

Digitized by Google

9a 1w 98





Digitized by Google

F2C
7101

235
@ 280

~~127. 4.~~

~~37 3 n o 1 0 0 98~~

Digitized by Google

Digitized by Google

VITAE
SANCTORVM SICVLORVM
OPVS POSTHVMVM
R. P. OCTAVII
CAIETANI
SOCIETATIS IESV.
TOMVS PRIMVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

R24 1573

VITAE
SANCTORVM SICVLORVM
EX ANTIQVIS GRAECIS LATINISQVE
Monumentis, & vt plurimum ex M. S. S. Codicibus nondum editis collectæ, aut ſcriptæ, digeſtę iuxta ſeriem annorum Chriſtianæ Epochæ, & Animaduerſionibus illuſtratæ

A R. P. OCTAVIO CAIETANO
SYRACVSANO SOCIETATIS IESV.

Opus Poſthumum, & diu expetitum,

CVI PERFICIENDO OPERAM CONTVLIT R. P. PETRVS SALERNVS
Eiuſdem Societatis in Sacro Tribunali SS. Inquiſitionis
Qualificator, & Conſultor.

NVNC PRIMVM PRODIT.
Cum triplici Indice.

ACCESSIT AVCTORIS OPVSCVLVM,
vbi Origines Illuſtrium Aedium SS. Deiparæ
Mariæ in Sicilia, ad promouendum
illius cultum, & pietatem,
explicantur.

De la libreria del Colegio imperial
7/101
LIBRERIA DEL COLLEGIO IMPERIAL
IHS

PANORMI, Apud Cirillos. M.DC.LVII.
Imp. Abbas Geloſus V.G.C.S.V. Imp. R. Gregorius. P.

Digitized by Google

Digitized by Google

POTENTISSIMO
HISPANIARVM SICILIÆ
ATQ; IN VTROQ; ORBE CELEBERRIMARVM
PROVINCIARVM REGI
PHILIPPO IV.

REGIAE *Siculæ Coronæ, Augusto Maiestatis tuæ Capiti ad nostræ felicitatis firmamentum impositæ, potiora sunt decora, & clariora insignia, quæ hoc conclusa volumine in theatrum Orbis Terrarum spectanda proferuntur. si enim vrbium, regnorumque ornamenta censentur strenui, & præclari viri, bellatoresq; fortissimi, eos profecto supereminent cœlo iam donati Heroes, qui cælestium donorum copia, virtutis exẽplis, rebusq; supra humanas vires mirabiliter gestis, præsidio sunt reipublicæ, suisque ciuibus, vt ad æternæ felicitatis portum appellant, adiumentum afferunt singulare. Pleroſq; ex hoc ornatus genere adamantes pretio, ac nitore singulares, rapax fugientium annorum lapsus per obliuionem inde auulserat; alijs fulgoris radios eadem antiquæ ætatis nox male hebetauerat, quos nunc in hominum conspectum, splendoremq; pristinum reuocatos, eidem Coronæ insertum ac restitutum eo, dum Maiestati tuæ sacram hanc Historiã de Sanctis Siculis, Siculæ Societatis Iesu nomine, dico consecroque. Regiũ profecto semper est habitum, non eorum modo emolumentis prospicere, quos in terris degentes sibi subiectos moderantur Reges, sed in eorum etiam gloriã, & cultum amplificandum incumbere, qui inter cælites adscripti ad æternitatem in cælo perennant; & illorũ præsertim honores, quos arctior necessitudo, & patriæ amor magis præsentes ciuibus suis reddit, ardentiore studio promouere. Præluxit exemplo Constantinus Magnus Imperator, qui post partam Ecclesiæ pacem, vt trophæum contra impietatem statueret, fortissimorum Martyrum certamina describi, aut descripta conquiriiussit. Præluxit etiam Græcus Imperator, qui Simeoni clarissimo in aula sua viro pij consilij auctor fuit, vt Vitas & Martyria hominum fide, pietate, fortitudine, & amplissimorum facinorum gloria illustrium, ad posteritatis memoriam, conscribendo proderet. Hæc æmulatus exempla Rex Hispaniarum Philippus II. Auus tuus, cuius pietas & pru-*

Digitized by Google

dentia, numquam est per obliuionem obliteranda, demandauit per Siculum Proregem Societatis nostræ hominibus, vt has cœlestes gemmas expoliendi opificium in se susciperent, & huiusmodi historiæ de Sanctis Siculis tam honorificum, tam Diuis ipsis acceptum, tam hominum generi salutare opus aggrederentur. & quamuis, qua Vitis eorum eruendis ex omnis vetustatis ruderibus, qua stylo concinnandis & illustrandis, plures interfluxerint anni, & multo maiora temporis spatia impedimentorum editionem retardantium vis deuorauerit; memor tamen illa officij vrgere nũquam destitit, quin quibus posset obsequijs Aui tui nutibus obtẽperaret, obsecũdaret studijs, & tantis ornamentis Augustum Maiestatis tuæ Diadema condecoraret. Quod ergo opus Siculam tuam Coronam cælestibus veluti gemmis exornat, quod non tam deuoto obsequio donatum, quàm redditum est ei Domino, cui iure hereditario addici debuit, Maiestas tua suo patrocinio fouere ac tueri ne dedignetur, vt cum fœnore pietatis teratur hominum manibus ad posterorum memoriam sempiternam. Precor interim beneficum cœli Regnatorem ac Cœlestes illos, qui suæ felicitatis initia Siculæ terræ, & ampliorem suam venerationem Siciliæ Regi debent, vt Regnum ipsum, & Regem, ad temporũ tranquillitatem, ad felicitatem populorum, ad Religionis Christianæ propagationem diu incolumem sospitent, & fortunent. Hæc Superum auspicia, hæc Christiani Orbis conspiratio, hæc nostrum omnium sunt vota; qui si quam laboris huius mercedem penes Deum meruimus, eam omnem Maiestatis tuæ incolumitati oppigneratum pretium volumus, exoptamus.

Maiestati Tuæ

Deuotissimus,

Petrus Salernus è Societate Iesu.

Digitized by Google

PIO LECTORI S.

PETRVS SALERNVS

E SOCIETATE IESV.

EXPONAM paucis hoc proœmio, Pie Lector, originem huius Operis posthumi de Sanctis Siculis, ac rerum seriem, qua post tot annorum diutinum quasi conceptum in lucem aliquando prodierit; tum totam eius conscribendi methodum, ac rationem subnectam: id enim erit, vt opinor, & eius commendationi non inutile, & ob pleniorem cognitionem tibi non iniucundum.

D. Didacus Enriquez de Guzman Comes Albadelista cum Pro Rege Siciliam administraret, auctore ac monitore Nicolao Faranda è Societate Iesu, componendis Sanctorum Siculorum Vitis, Sicula Tabularia primus perquiri iussit. tum D. Henricus de Guzman Comes Oliuarensis langueſcenti industriæ calcar admouit. Sed cum res innumeris difficultatibus impedita, parum procederet, Philippus huius nominis Secundus Hispaniarum ac Siciliæ Rex, cuius pietatem prudentiam, & rerum gestarum amplitudinem celebrare Posteritas numquam desinet; litteris ad eumdem Comitem Oliuarensem scriptis v. idus Iulij anno redempti orbis MDXCV. opus fere depositum excitauit. Comes ergo re cum Societatis Iesu Moderatoribus collata, vt aptissimum ad hanc historiam scriptor ex illa deligeretur, statuit tandem vt Octauio Caietano Syracusano, homini plane pio prudenti, acris iudicij, & singularis diligentię, conscribendi eas Vitas cura demandaretur. Is verò maximum sperans, vt res erat, ex eo labore mortalibus emolumentum ad pietatem, eximiumque Siciliæ & cælo decus, operi moliendo, plura etiam complexus, quam necessaria forent, diuturno ac pertinaci studio animum appulit: & quamuis interim plures annos Panormi ac Messanæ nostris Collegijs ac Domui Professæ præfuerit, institutis tamen peregrinationibus ad perueſtigandas bibliothecas, & fere cuiusq; Ecclesiæ Siculæ Tabularia, litteris etiam, atque amicorum opera vsus, adeo multa comparauit Siculę pietatis monumenta, vt iam omnia de hac re, quæ reperiri queant, collegisse videatur; idque facile commostrabit Index Opusculorum, quæ eduntur, proxima pagina deſcribendus. operi dein perficiendo institit ad annum vsque huius sæculi vigesimum; sed cum illud ad vmbilicum fere deduxisse se crederet, ad superos suæ pietatis ac diligentiæ præmia recepturus, euocatus est, die octauo Martij, ætatis suæ anno quinquagesimo quarto, Religiosæ vitę trigesimo octauo.

De Auctore.

Traditum veluti per manus tunc fuit opus istud nostræ Societatis sacerdotibus, & religiosis viris Augustino Caietano Octauij consanguineo, & deinceps Alphonso Caietano auctoris fratri; sed cum vellent ipsi multa perficere, & immutare, præsertim verò ad vnicum, vt aiebant, stylum omnia conformare, presserunt illud vsq; ad annum 1640. tum mihi demandatum, vt perspicerem quid fieri oporteret, ne diutius intra scrinia nostra deliteſceret liber tam pius, tamque auide, ac diu expetitus. Ego vero intra vnius anni spatium, quas temporis subciſiuas horas à meorum studiorum curis, docendique munere surripere potui, huic negotio impendens, in eam quam vides formam opus redegi; neque operæ pretium est, quid præstiterim, singillatim enarrare; integram esse velim Auctori sui Operis laudem. Id profecto mirum est, quot moras editioni iniecerint, quæ hinc & inde insperato impedimenta consurgebant. Mihi planerem omnem perspicienti in procliui est iudicare, dæmonem Sanctorum glorię & omnis exempli virtutum inimicum vaferrime curasse, vt obices alij aliam ob causam ab hominibus appositi, opus, quod ipsi incommodaret, decem ipsos annos postquam in longissimum examen venisset, & facultatem prodeundi impetrasset, retardarent. Typographus certe identidem ab incœpto desistens ob maiora lucra, quæ interim offerebantur, septē annos penes se opus detinuit.

Aucto-

Digitized by Google

Auctoris consilium in hac historia fuit Siculorum tum Sanctorum, tum fama sanctitatis illustrium quæ reperissent antiqua Acta iuxta temporum seriem colligere, & suis Animaduersionibus illustrare; nam vel obscura sæpe esse, vel non raro corrupta, nemo, qui ea euoluet, inficiabitur; quorum vero Acta vel intercidisse, vel nimium corrupta esse constitisset, Vitas, vt in tanta rerum obscuritate poterat, conscribere, vel nuda saltem nomina recensere. reperit verò inter antiqua M.SS. aut iam edita scriptorum monumenta, mille & amplius Sanctorum Vitas, aut Martyria, præter aliorum innumerabilium, quorum nomina latent, pro Christi fide certamina morte coronata. eaque Acta vt plurimum ab hoc auctore primum prodita sunt; nam ab illo ea accepere nonnulli, qui aliqua eiusmodi Sanctorum Siculorum Acta ediderunt. Sed Siculorum nomine duas hominum classes ille comprehendit, eos primum, qui in Sicilia orti, siue hic, siue alibi defuncti vita fuerint; tum illos, qui quamuis extra Siciliam in lucem hominum venerint, hinc tamen in cælum euolarunt; vt enim Natalis Sanctorum dies ille est, qui cælo eos dedit, ita eorumdem Patria censenda est, quæ cælo eos peperit. Siciliam ergo eorum Sanctorum patriam esse ait, qui ibi animũ aut accepere, aut rerum omnium conditori reddidere.

Partes Operis.

Ex duabus verò huius historiæ partibus, altera illos complectitur, quos sacris ac publicis honoribus iamdiu coluit, & colit Ecclesia, præclara Sanctorum aut Beatorum nomenclatura, centum saltem ab hinc annis, publice condecorans; in altera recensendi sunt, qui opinione sanctitatis illustres fuere, sed adhuc Ecclesiæ suffragio publicum deferente cultum carent. Et prima quidem Pars in duos distincta tomos nunc prodit: pro altera catalogos eiusmodi hominum diligenter Auctor cõtexuit in huius Operis Idea iam typis impressa anno 1617. & multa solum collegit, quæ materiam conscribendæ plurimorum vitę suppeditarent. Primæ autem Parti interserit pauca de Dominicæ Crucis Clauo, de Simulacro Virginis Deiparæ Drepanitano, de Inuentione sacræ Tabulæ septem Angelorum, nam ad Siculorum pietatem augendam peculiari iure spectant nõ secus ac Sanctorum exempla. Adiectæ etiam sunt ex eadem causa ad calcem Secundi Tomi, Origines Illustrium ædium SS. Deiparæ in Sicilia miraculorum occasione vt plurimum constructarum. Video plures esse prætermissas, etiam ex celebrioribus; sed cum repererim longioris historiæ, quam de Deiparæ cultu in Sicilia meditabatur, apparatum, intellexi de his tantum scripsisse, quia vberiorem aliarum notitiam adhuc se posse comparare existimauit. me verò alijs distentum curis templorum & rerum admirandarum multitudo, & certitudinis assequendæ difficultas, ne de reliquis vellem disserere, absterruerunt.

cur antiqua Acta edantur.

Fuerunt profecto, eruntq; forte, quibus hæc Siculæ historię edendæ ratio minus placeret; volebant vt non ipsa antiqua Sanctorum Acta proferrentur, sed vt nouo, & ornato dicendi genere Vitæ omnes ab Auctore conscriberentur, ex illis tamen Actis desumptæ; displicebat enim ijs antiqua styli simplicitas, & si quæ alia sunt in illis Actis orationis vitia. & sane diu de hac rediseeptatum tum ante, tum post Auctoris mortem. Sed pluribus, ijsque grauissimis viris historiæ veritati ac fidei consulentibus arrisit magis veterum Actorum editio. constituendum primo fuit fundamentum, cui historiæ, maxima ex parte nouæ, moles inniteretur; si autem ab antiquis Actis discesseris, verendum est, ne facile labantur omnia, neque fidem apud alios vmquam exores. potuisset sane Scriptoris narratio ad Actorum fidem Lectorem reijcere; sed cum ea omnia ille tantum penes se haberet, res tandem in ipsius fidem atque auctoritatem rediret, apud plurimos saltem, qui bibliothecas, & M. SS. codices, vnde hæc hauriuntur, lustrare non possunt. Sed age iam credatur Historico Scriptori, non ideo tamen fecerit satis; quot enim erunt, qui plura in antiquis illis Actis se posse dispicere; qui lucem aliquam obscuris rebus ex hac vel illa narrationis parte affulgere posse; qui scriptorem aliqua vel ad commendationem cuiuspiam vrbis nimium auxisse vel per socordiam aut inuidiam cum alterius vrbis contemptu eleuasse existimabunt? Difficile profecto est quempiam ab omnium partium studijs alienum esse; sed longe difficilius quempiam à plurimis, nedum ab omnibus, credi, dici; ab ijsdem alienum. Adde in Sanctorum Actis plurima sæpe esse, quę non humanas modo vires longe superant, sed quæ, etiam in ea, quæ supra natu-

ram

ram eſt,Prouidentiæ ratione,videri poſſent. extraordinaria:quidvero Scriptor hic agat? omittat?ſed piaculum eſt noſtro metiri iudicio quid Deus in Sanctis ſuis operari voluerit:nec deerunt qui Sanctorum ſuorum Vitas immerito mutilatas quiritentur: narret? at pleriq; nimium credulum Scriptorem cenſebunt qui leuia hiſtorici figmenta non diiudicarit,atque diſpunxerit. optimum ergo factu eſt, vt Antiqua Acta in medium afferantur,ſed notationibus illuſtrata; ita etiam factum eſt à doctiſſimis viris, qui exemplo præiuere, a Lippomano, Surio,Roſuiedo,Brouerio,& nuper a Bollando. auctori etiam noſtro olim conſulenti de huius editionis ratione ampliſſimos Cardinales Baronium ac Bellarminum idem conſilium datum fuiſſe comperimus. quamuis ergo videam locum hunc alij ſcriptori relinqui,vt paucis atque eleganti ſcriptione,Italica præſertim lingua ad vulgi tamen captũ,Vitas Sanctorum noſtratium proſequatur, non idcirco minus neceſſariam hanc antiquorum Actorum editionem arbitratus ſum. imò placuit aliquando plura Acta de eodem afferre,quamuis in rerum narratione conſentiant; inde enim maiorem ſibi mutuo conciliant auctoritatem & fidem; nec alia forte vtilitas deerit : SS. Alphij & Sociorum Acta, quia longiſſima erant,diuidimus;nam aliorum Vitas,aut Martyria excerpſimus quæ ſeorſim damus.

At quanta,inquies, ſtyli varietas, quanta deformitas,&barbaries inerit huic Operi,ſi antiqua Acta Græca & Latina tot diuerſis ſæculis conſcripta colligantur? Sed facile hinc me expediam. vbi Auctor loquitur, vt in Animaduerſionibus,& in ijs, quæ nunc primum conſcribuntur Vitæ, idem fere vbiq; ſtylus, qui rerum Eccleſiaſticarum ſcriptorem non dedeceat:vbi aliorum narrationes refert,quis varietatem incuſet?Græca a doctiſſimis viris noſtræ Societatis in latinum verſa dantur; pauca quidem a Iacobo Sirmondo Gallo,& à FranciſcoRa iato,plurima ab Auguſtino Florito Siculis Sacerdotibus in Græcæ latinæq; linguæ peritia bene eruditeque verſatis. In latinis Actis, vbi abiectiſſima reperit verba,hoc prudenti conſilio vſus eſt Auctor,vt hiſtoriæ ſeriem ac ſtylum, nedũ res ipſas non immutaret,ſed dictionem ſolum expoliret,vt iam ſtomachum mouere nequeat;quod ab alijs etiam factum ſcimus nullo hiſtoriæ detrimento.

Actis autem Sanctorum,& eorum Animaduerſionibus Auctor opuſculum, cui Iſagoges nomen dederat,ad pleniorem hiſtoriæ Sanctorum cognitionem præmittendum eſſe decreuerat;eius verò capita in ordinem digeſta propoſuit in ſui Operis idea,quam ad comparanda facilius ab alijs hiſtoriæ adiumenta, edidit Panormi anno 1617. ſed id omittendnm exiſtimaui; nam ſi quæ faciunt ad inferendam Actis lucem,ea omnia ad Animaduerſiones tranſtuli. è reliquis parergis ea quæ primis capitibus ad idololatriam Siciliæ ante aduentum Saluatoris ſpectant,facile obuia ſunt in Poetis,& Hiſtoricis:Chriſtianæ fidei initia, & propagatio,Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli in Siciliam appulſus,aliaq; eiuſmodi in Vitis Sanctorum ſatis elucent: De cuiuſq; vrbis Epiſcopis,de Regũ illuſtriumq; hominum donationibus,quibus Eccleſias locupletarunt, cæperat Auctor diſſerere, & plura eruit ex earum Tabularijs: ſed eruditiſſimus Abbas Netinus D.Roccus Pirrus in ſuis Notitijs Sicularum Eccleſiarum profecit quidem primum ex ijs quæ conquiſiuerat noſter Auctor, & cum illo communicata ſunt;tam multaverò deinde ſuo labore inueſtigauit,vt in eo genere quidpiã non dictum vix poſſit afferri. Sunt præterea in hac re controuerſiæ, quæ dignitatem vrbium commendant,& vnam alteri anteponunt;has vero diſquitiones, vti illas etiam, quæ ſunt de nonnullorum Sanctorum Patria,vt pote odioſas, volui omnino deuitare; Societatis Ieſu ſcriptorem, in eo præſertim Opere,vbi pietatem fouet,nimium dedecent eæ quæſtiones,animum alió auocantes: quare illi Patriæ quemlibet tribuimus, quam antiqua Acta memorant; ſi illa non meminere, Epiſcopos & Abbates ei loco damus, cui præfuerunt; reliquos vel loco mortis,vel alteri,cui faueant coniecturæ.ſed nolim hinc præiudicium fieri ad vllius iura lædenda, aut firmanda; neque enim in hac re Iudicem ago. exemplo ſit S. Agatha, aut S. Albertus, nam de prima cum Panormitanis decertant Catanenſes, de ſecundo Drepanum& Eryx contendunt; edunturergo eorum Vitæ & antiqua Acta, vt ab alijs olim ſcripta ſunt, & in Animaduerſionibus nihil de Patria decernitur; imo vt in iſtis partium ſtudijs nimium exardeſcen-

Digitized by Google

scentibus magisq; recedatur, non adducūntur de istis aliorum scriptorum opiniones & argumenta. pietati profecto promouendæ operam nauamus, non ventilandis controuersijs a Scriptore, qui prodesse velit animorum omnium bono, alienis. quod autem de Patria dixi, idem de tempore, aut sæculo, annoue mortis existimari velim; nam hic coniecturis sæpius ducimur; eæque aliquando tenues adducuntur, quia meliores afferri posse non vidi.

De plerisq; dubitauit Auctor in idea Operis olim, vt dixi, edita, an Sanctis Siculis adiungendi essent, vel quia non liquebat de cultu eorum publico, & augusto Sancti titulo, vel quia an ad Siciliam pertinerent, incertum valde esset. meminit verò aliquorum in hoc Opere, atq; in Animaduersionibus reposuit, quas habuit, verisimiles coniecturas; vbi hæ defecere, omisit. Sed de Sancta Syluia S. Gregorij Magni Matre his verbis dubitationē suā Auctor olī proposuit in Idea. *Memorat Illustrissimus & Reuerendissimus* D. *Vincentius Bonincontro Episcopus Agrigentinus, cum Romæ esset, Sanctissimi D.N.* Paul P P. *V. Theologus, auditum sibi a Magistro Thoma Pallauicino, Socio Magistri Sacri Palatij, famam illic in plerosq; manasse, Syluiam Gregorij Magni matrem, Siculam fuisse. falso, an vero id traditum, nondum pro comperto habeo. sed quæ rem suadeant, multa sunt argumenta. Primo tenuis isthæc fama ad nos delapsa, auctore viro graui & docto socio Magistri sacri Palatij. Secundo Gregorij PP. Magni pietas in Sanctos Siculos, hausta a matre certe quidem Sicula; ille enim Agathæ & Luciam VV. & MM. Siculas in missa canonem intulit, vt tradit* S. *Althelmus Episcopus Schireburgensis: Basilicam* S. *Agathæ in Suburra purgatam sacrauit: sacrarium* S. *Luciæ in Basilica* S. *Petri Apostoli construxit. Tertio eiusdem* S. *Gregorij in Siciliam affectus, quem ex eius epistolis facile cognoscas. Quarto Monasteria sex Gregorius, ante initum Pontificatum, in Sicilia edificauit, agrisq; & latifundijs donauit, quæ ille in insula habebat. numne ea bona dotalia Siculæ matris extiterē? Quinto eodem æuo alia, faminæ Siculæ Viris Romanis nuptæ, vt Faustinæ Tertullo, Patri martyris Placidi; Elpis Seuerino Boetio. V. C. coniecturas has esse affirmas; scio. sed interdum coniecturis expressa veritas.* Nihil verò Auctori deinde occurrit ad dissoluendam dubitationem; sed nuper anno 1650. Illustrissimus Dominus D. Martinus de Leon & Cardenas Archiepiscopus Panormitanus vir pietate, largis in pauperes eleemosynis, & diuini cultus augendi studio numquam non celebrandus, eam in Sanctorum Panormitanorum album contulit, voluitq; vt ei in Panormitana Ecclesia Officij sacri tributum, vti fit cum reliquis Sanctis ciuibus, publice persolueretur. res ex antiquis manuscriptis eruta, sacræ S. Syluiæ iconi adiectæ olim inscriptiones, tum apud antiquissimum Monasterium S. Martini de Scalis Ordinis S. Benedicti, tum in sacra æde Prioratus S Annę nunc destructa, sed inde iam diu exscriptę, & eruditorum hominum consilium in eam deliberationem tantum virum impulere. nec parum vrgebat illud indicium ex Monasterijs a D. Gregorio constructis; cum enim omnia, vel saltem fere omnia intra Panormitanos fines fuerint constituta, quod nuper luculenter ostendit idem rerum sacrarum Sicularum Scriptor supra memoratus Abbas Netinus D. Roccus Pirrus, sane bona, quibus aucta sunt, ibidem fuisse creduntur; ex bonis autem alicubi sitis, si nihil aliunde sciatur, præsumitur quæ nam sit domini patria. Sed quia hæc de S. Siluia dicta sunt, postquam primi Tomi Vitæ fuerunt typis impressæ; eaq; nunc diligentius inuestigantur & examinantur apud Venerabiles Monachos illius Monasterij S. Martini, nihil de illa scribendum existimaui, sed solum eius Diuæ nomen in Sanctorum Siculorum indicem conieci, præsertim cum nihil de illa repererim in M. SS. Bibliothecis nec afferre possim de eius Vita aliquid, quod non sit ab alijs editum.

De Dubijs.

Adnectam postremo, Lector, quæ verba Auctoris tecum alloquentis in eius schedula reperi, vt hinc perspicias quid illi debeas, quid ve merito excuses. Diu, ait, *multumque colligendis historiæ ruderibus desudaui, perquisitis ferme omnibus Siciliæ Bibliothecis, Italiæ nonnullis, datis etiam ad amicos litteris in exteras, longeque dissitas Prouincias: sæpius tamen magni labores in irritum cecidere, nullumque industriæ nostræ pretium fuit. Enimvero multorum Sanctorum historias ingenti cum dolore nacti nusquam hactenus sumus: nuda sæpe nomina e sinu, an è situ temporum, veluti gemmas collegi, mœstus doleńsque quorumdam truncas interdum Vitas, lacunisque fœdatas, tanquam disiecta per campos ossa, componebam, miseratus tantas*

opes

Digitized by Google

opes naufragio vetustatis in tam miserum littus eiectas. iam causa extincta historia in aperto sunt; crebra Siciliæ excidia, quibus ob loci fœcunditatem opesque obnoxia fuit; primo Gothorum armis, VVandalorum deinde incursibus, latrociniisque, sed præcipue afflicta longo dominatu Sarracenorum, quibus exurere, & vastare vrbes, super insitam barbaris feritatem, libido fuit. bibliotheca etiam eodem, quo decora ciuitatum omnia, scelerato igne absumpta. hæc ille. Sed ego de his te præmonitum volui, Pie Lector vt omni Auctoris & mea ratione scribendi & edendi comperta, æqui consulas quæ legeris, & fructum quem cupimus, sine vlla offensione percipias. Vale.

Digitized by Google

THOMAS REINA

PROVINCIALIS IN SICILIA

CVM *Librum, cui Titulus est,* VITAE SANCTORVM SICVLORVM *a R. P. Octauio Caietano Syracusano nostrae Societatis Sacerdote compositum viri graues atque sapientes eiusdem Societatis quibus commissum fuit recognouerint, & in lucem edi posse probauerint, facultate nobis a R. P. Carolo Sangro Vicario Generali communicata concedimus vt typis mandetur, si ita ijs ad quos pertinet videbitur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, e sigillo nostro munitos dedimus. Panormi* 10. *Iunij* 1641.

Thomas Reina.

Digitized by Google

Anno Christi. 40. 14. Iunij.

VITA S. MARCIANI MARTYRIS PRIMI SYRACVSARVM EPISCOPI

AVCTORE

OCTAVIO CAIETANO
SOCIETATIS IESV.

BIBLIOTECA DEL COLLEGIO IHS

MARCIANVS 1 egregius Christianæ militiæ dux ad debellandam idololatriam in Siciliam fausto omine primus irrupit: hic fuit primus Euangelicæ lucis, & pietatis radius à Iustitiæ, ac veritatis sole Iesu Christo benigne transmissus, qui maioribus olim nostris non minus inopinatò, quàm felicissime illuxit: quò magis enitendum arbitror, vt ex veterum monumentis, quæ pauca admodum reliqua nobis fecit temporis longinquitas bellorum tumultibus ac vastitate sæpiùs interturbata, tanti hominis, ac parentis amantissimi vitam, & mores, quoad fieri potest, eruamus; neque enim dubitandum est, si sanctorum fastos, siculam traditionem, ac suauissimam diuinæ prouidentiæ in salute hominum procuranda rationem inspiciamus, quin moribus, vitæque exemplis ad Christianæ disciplinæ amussim rectè conformatis æquè ac doctrina præiuerit Marcianus. Natus ille est Antiochiæ, *a* vrbe Syriæ Principe, ex Iudæis parentibus; cum autem Petrus Apostolorum coryphæus Antiochiam veniens ibi sedem statuisset suam, Marcianus Christianam fidem vel tùm primùm, vel paulò 2 antè per aliorum Christi discipulorum aduentum amplexus, fidei magistro amanter adhæsit, atque in eius se tradidit disciplinam: tam præclarum verò prudentiæ, integritatis, cæterarumque virtutum specimen breui præ se tulit, vt Summus Ecclesiæ Pontifex omnium saluti sollicitè prospiciēs Doctoris illum laurea veluti cohonestare, & Episcopalis cōferre dignitatis munus apud se statuerit. *b* Aderant fortè in Antiocheno portu duæ Siculorum onerariæ, Syracusas vna, Tauromenium altera petebat: arrepta ergo ea, quæ seruientibus numini hominum consilijs, quamuis aliò respectantibus, se se dabat occasio, Petrus maioribus sacris, & Episcopalibus insulis initiatum Marcianum iubet Syracusanam nauim, cui Romyllus præerat, conscendere; Tauromenitanæ verò, cuius Nauarcho Lycaonides nomen fuit, Pancratium item Episcopum credidit. Nec dubitandū reor quin prudenti consilio, diuinoque impulsu Siculam hanc expeditionem Petrus instituerit; Sicilia enim Italiæ, & *c* Africæ valium à scientissimis rerum bellicarum Imperatoribus habita semper fuit; quamobrem scripsit Diodorus *a* multum eam conducere ad imperium, & incrementa principatus; *a* Athenienses cum Italiæ, & Carthaginis imperium cogitarent, arma in Siciliam aduersus Syracusanos intulere; eòdem collimantes, Alexander *b* Macedo expeditionem in Siciliam moliebatur, Demetrius *c* Asiæ Rex eam exploratum misit, Pyrrhus *d* adijt, vt aditus in Africam pateret. Romani autem, & Carthaginienses cum de sui imperij finibus proferendis deliberássent, quantum momenti in occupanda Sicilia posuerint, sæpius instructæ classes, & pertinaci animo redintegrata bella declarant: non absimili ergo consilio in rebus sacris vsum Apostolorum Caput conijcio; cum enim de Italia, & Roma præsertim, cæterisque occidentis prouincijs in libertatem asserēdis ageretur, suos in Siciliam duces præmisit, vt in continentē inde facilius transiliret. intellexit etiam Diuus Petrus Vaticinia, promissionesque diuinas, quibus se Deus sublaturum Signum, *e* Crucis nimirum, vt interpretatur Hieronymus, & ab insulis etiam maris suos euocaturum, per Isaiam prædixerat, ad Siciliam in primis, quæ in mediterraneo mari prope Italiam Insularum maxima est, pertinere. His ergo præstantissimis viris Marciano, & Pancratio cum imperio aduersus humani generis hostes transmissis fausta precatus Petrus, non Syracusarum modo, & Tauromenij pro nauigationis opportunitate, sed & Siciliæ *f* vniuersæ, quousque saltem alios in auxilium submitteret, 3 prouinciam demandat. Hæc autem, vt reor, contigere annū à Christi incunabulis circiter quadragesimum; aduentus enim Petri Antiochiam in annum Chr. incurrit trigesimum octauum teste Eusebio, & Hieronymo, vel si malis Baronium Ecclesiasticæ *g* lumen Historiæ sequi, in trigesimum nonum, quo tempore patefactum etiam fuisse gentibus in Ecclesiam ostium plures 4 opinantur; nec in posteriora tempora res est reijciēda, quòd extremo anno quadragesimo quarto ipse Petrus Romam venerit sub Claudio Imp. vt cōmunis omnium sententia sanxit apud eumdem Baronium eo anno. Cæterum legationem hanc Marciani non Romæ

Natus Antiochiæ. *a Menæa, & Menol ad 7. id. Iulius.*

b Alia Græca, & Menæa ad V. idus Iulias.

á D. Petro Episcopus Syracusas mittitur.

c Possidius apud Strabonē lib. 6.

a Lib. 23. apud Photium.

a Diod. l. b. 23. apud Photium.

b Diod. lib. 18.

c Lib. 21. apud Photium.

d Plut. in Pyrrho.

e Is. c. 11. & c. 66. 19.

f Ode in S. Marcianū.

3 *Guilelmus Spirēsis histor. Eccl. cētu. 1. par. 1. dist. 8. Siculam Ecclesiam institutā credit ann. Ch. 39.*

g in Annal.

4

f In Chron. & Hier. in c. 2. ad Galat. imo anno 37. reponit Cornelius ad Acta Apost. in chronotaxi ex ca. 9. V. 32.
f in SS. Apost. peregrin. 29. Ianuij.
g lib. 2. ca. 35.
b in Tropario mox afferendo.

postquam illuc se contulit D. Petrus, sed cum ille Antiochiæ esset, institutã Metaphrastes *f* edocet, qui eumdem Petrum Romam euntem à Pancratio Marciani Collega Tauromenij hospitio narrat exceptum: Nicephorus *g* etiam non leuiter innuit, qui post constitutam in Sicilia Ecclesiam Romanæ nauigationis à D. Petro susceptæ meminit. Græcus Marciani Encomiastes Nicephoro, & Metaphraste antiquior, in laudatione, quam mox afferam, vbi se synchronorum Marciano Scriptorum monumenta legisse testatur, Antiochenam laudat profectionem; quæ etiam ratio fuit, cur S. Iosephus *b* Hymnographus Marcianum appellet primam ex oriente stellam occidenti transmissam. Supersedeo autem ab afferendis ad hanc rem Græcis Actis S. Pancratij ex cœnobio Messanensi Sãcti Saluatoris, & Cryptæ Ferratæ in agro Tusculano, quamuis Sanctos Marcianum, & Pancrátium Antiochia profectos in Siciliam asserãt, nam ea Acta suspectæ fidei mihi sunt, cum ei narrationi, vt alia præteream, addant suasionibus Diui Pauli, ac post Crescentem in Galliam destinatum, D. Petrum Marciano, & Pancratio iter in Siciliam imperasse: quod profecto Ecclesiasticæ Chronologiæ minus aptè cõgruit, cum anno Ch. 61. vel *a* si malis 59. *b* Galliam adiuerit Crescens, nec ante hos annos Antiochiæ D. Petrus, & Paulus conuenerint. quare multo magis hac in re reijcienda sunt Acta manuscripta S. Marciani, quæ in Syracusana, & Caietana Ecclesia seruantur, & memorant, dum Marcianus adhuc viueret viguisse Montani, & Iconomachorum hæreses longe sané posteriores ea ætate; & secum ipsa pugnantia male etiam addunt, Romæ à D. Petro Marcianum in Siciliam fuisse missum; quod iam explosimus certioribus scriptorum suffragijs.

a Ado in chronic. Genebrard. li. 2. Apost. Epist. 2. ad Timot. c. 4.
b Innuunt Epiph. hæres. 51. Theodor. i 2. Ep. Tim. c. 4.

Cum ergo planè constitutum sit Antiochiã soluisse Marcianum, vt Euangelicam lucem Siciliæ inferret, amor forte tam præclari beneficij animum impellet, vt mensem, diemque, si fieri potest, auspicatissimæ nauigationis inuestigemus. Sed mihi res non liquet, nec alteri liquere nunc posse in tanta veterum monumentorum penuria existimo; subindicabo tamen quid suspicer. in Græcorum Menæis seorsim Marcianus, & Pancratius coluntur, ille ad 3. Kal. Nouembres, iste ad 8. idus Iulias; sed præterea ad 5. idus Februar. vtriusque simul memoria solemni ritu edicitur: hinc ergo facilè in animum induxerim maiores nostros diuersis diebus anniuersarios obitus dies plane diuersos, sed eodem præterea die sacram inaugurationem illorum Antistitum tunc peractam coluisse; nam initi Episcopatus diem in fastis notatum exemplo SS. *c* Basilij, & Ambrosij, *d* aliorumque in Martyrologio etiam Romano certissimum est; neque hic præter ordinationem alia se nobis offert ratio eius geminatæ memoriæ: iam paullò ante captam nauigationem consecratos Marcianum, & Pancratium, quæ supra recensuimus monumenta, significãt; quare non longe ab ea die nona Februarij abeundum reor in constituendo nauigationis illius exordio.

Forte v. id. Feb.

c 18. Kal. Iulij.
d 7. Idus Decemb.

Soluerunt ergo onerariæ illæ naues suis vectoribus, quàm mercibus longè ditiores: vela dederunt ventis; sed ea magis, feliciusque impellens regebat diuinus spiritus, cuius amor in Siciliam, è teterrima dæmonum seruitute vindicandam ardentissimè ferebatur; interim verò Sanctissimi Præsules, ne quid tẽporis elaberetur, quod Christo non impenderent, Nauarchum, nautas, & si qui alij fortè aderant vectores, suis quà publicis, quà priuatis allocutionibus vel ad Christi partes traxere, vel paullo antea pertractos siue à *e* Pãcratio, siue ab Apostolorum Principe, quod alij volunt, *f* in pietate confirmarunt. Vt autem naues in conspectum Siciliæ eumdem nauigationis cursum de industria tenentes venerunt, post mutuam, amicamque consalutationem digressæ, quæ Marcianum vehebat ad Syracusanum portum appulit, altera post biduum ad Tauromenitanum.

e Mena. 7. id. Iulias.
f in Græcis Actis.

Syracusis inhabitat antra.

Marcianus igitur Syracusis exscensione facta, cum ad domicilium sibi deligendum, & sacram ædem, religionis arcem, constituendam omnia circumspexisset, antra tandem adijt, quæ Pelopia dicebantur, contra Iudæorum Synagogam sita in Acradinæ finibus: intellexit nimirum Iesu Christi, & Apostolorum *g* exemplo Euangelij lumen Iudæis primùm ingerendum, tum quòd minus cęcutirent vnius Dei cultui mancipati, tum nè populum suum Deus, priusquam ipse sponte sua profugeret, reiecisse videretur: in speluncis verò, quas suis olim Christus incunabulis sacrauerat, christianam fidem fore vt felicissime enasceretur, prudenter augurabatur. Sed ea Syracusarũ antra rebelles dæmonum legiones iam diu occupauerant, eòque homines timore pertraxerant, vt hostijs sacrificijsque censerent procurationem fieri oportere, cæterum pedem nemo illuc inferret, vel propiùs accederet. Marcianus autem suarum conscius virium imperturbato ore in eas speluncas ingreditur; tum sublato Sanctissimæ Crucis Signo fugat extẽplo infestos, sed iam trepidos rerum lemures. Hic ergo primum in Sicilia templum omnipotenti Deo, eiusque Filio Iesu Christo non magnificè extructum, sed pietate ac spe prædiues constituitur. ò quanto etiam honore nunc à Siculis locus ille colendus esset, vbi Iesu Christi, Sanctissimæ Crucis, & Deiparæ imagines primùm in Sicilia ad venerationem propositæ sunt: vbi primùm baptismalibus aquis Siculi cæperunt expiari: vbi primum sacra peracta est liturgia, prima Deo vero Sacrificia facta sunt, celebrataque Synaxes: vbi demum, & Paulum Apostolum hospitio exceptũ credimus, vt dicemus. sane apud maiores nostros templum illud in maxima veneratione habitum, atque exornatum vel ipsæ vermiculati operis reliquiæ, quas in pauimento adhuc intuemur, indicio esse possunt, eique ædi, vt matri, ac Principi suum diu stetisse honorem apud Syracusanos copertum est. Sed ad Marcianum redeo. Ciuium oculos breui ad se conuertit tantus in illo virtutum fulgor, quem inuiti dæmones vel reuererentur, vel perhorrerent: mirabantur illi exterum hominem nulla rerum humanarum sollicitudine tangi, ea contemnere, quorum amore cæteri abriperentur, vitia acerrimè obiurgare, Idololatriæ fatuitatem, quæ saxum, lignumué deos faceret, obijcere, animosque ad cælestium, & æternorum bonorum fidem, & cupiditatem erectos inflammare; illabente tandem Deo in suorum pectus, plerique ex Iudæis, & Græcis Marciani sapientia, & virtute ad Christum traducti sunt, quos ille fide imbutos diuina à scelerum turpitudine sacris baptismi aquis expiauit. adeò verò in dies cælestis religionis fama percrebrescebat, vt é primoribus vrbis plurimi Christo se subijcere non refugerent, neque accolæ modo, sed è vicinis etiam locis, quò impiger impellente Deo Marcianus excurrebat, plerique eius se disciplinæ tradiderint. Augebat autem

g Act. 16. 17. 18. 19. 20. 28.

Dæmones fugat.

Primum in Sicilia templum Iesu Christo statuit.

Plures ad Christi fidẽ traducit.

Digitized by Google

autem religionis nostræ maiestatem admiranda vi prodigiorum, quæ tunc Marcianus effecit; nam aras, & templa dæmonum excisa legimus corruisse; ægros pristinæ valetudini restitutos contra eam morborum vim, cui humanæ vires, & sapientia cesserant; & dæmones ab energumenis quamuis reluctantes eiectos.

6 D. Paulum vehementè horum exciti.

Accessit interea ad rem Christianam Syracusis promouendam Paulus 6 Apostolus, qui comitantibus Sanctissimis viris Luca, Aristarcho, alijsque 7 è naui Christianis, illuc appulit, cũ Romam vinctus duceretur; nemo enim opinor ambiget, quin tam præclaros hospites Marcianus, eiusque Assectæ, quibus par erat amoris significationibus exceperint, & cælestiũ inde bonorum mercedem abundè retulerint; in illius antri æde crediderim Apostolum in vinculis pro Christo triumphantem tres dies, quot Syracusis immoratus est, verba ad concionem Christianam habuisse de caducarum rerum contemptu, & amore cælestium, pleroſque ipsum sacris aquis abluisse, &, quod ad fouendam pietatem facit, ibi incruentum Deo sacrificium pro Syracusana, Siculaque Ecclesia fecisse. Cæterum quamuis à prauis hominum cupiditatibus, & obluctantibus inferis plurimæ identidem difficultates Marciano obijcerentur ad retardandum Euangelij cursum, incredibili tamen animi constantia eas exuperans cœlestis doctrinæ semen, nec exiguo cum fructu, latè spargebat. Tandem cum plures annos in excolendis Syracusanorum animis desudatum esset à Sanctissimo viro, impij Neronis edicto aduersus Christianum nomen in Siciliam perlato, quam religionem optimus Antistes doctrina, & vitæ exemplis professus fuerat profuso sanguine exornauit. Sed paulo explicatius cum aliqua tamen narrationis varietate hæc in veterum monumentis scripta reperio; in quatuor enim Menologijs ad diẽ trigesimũ Octob. hæc habentur.

Act.c.40.

8 Martyrium

Sanctus Marcianus Episcopus ordinatus à B Petro Apostolo, missus est Syracusas Siciliæ, qui idolorum templis oratione subuersis, multisque ad veritatem conuersis, signis, & prodigijs gentilibus ipsis attonitis filios lucis effecit; quare

Genus mortis.

inuidia commoti Iudæi eius in prædicando Christi fidem libertatem non ferentes, violenta morte sustulerunt. Iam cum genus mortis, quod Marcianum nobis eripuit, diu vestigauerim, affulsit tandem lux è iambicis versibus, quos in Græcorum Menæis legi, vbi laqueo intercluſam animam à Iudæis referunt hac sententia, & verbis, *Qui Christum sustulère, Christi familiarem Marcianum laqueo præfocant.* Iudæis verò Marciani mortem tribui video, quòd ab ijs apud Iudices delatus, vel quòd ijs etiam tam nefarij sceleris administris vitam finiuerit. In Actis autem M. SS. S. Marciani, quæ in Syracusana, & Caietana Ecclesia sunt, dicitur Marcianus Iudæorum insidijs petitus, verberibusque affectus Apollinis statuam in Hippodromo precum vi deiectam contriuisse; eamque ob causam nauiculæ impositus vt inter aquas igne combureretur; sed cum diuinitus resilijsse flammas, atque in omnes incendij auctores grassari animaduertissent Seleucus, & Gordianus Præfecti cum sex millibus Christo dedere nomen; mox verò referunt Marcianũ Dianæ ædem paullo ante ab Ethnicis excitatam, in cuius fundamentis viuam Virginem cultissimè ornatam Dęmoni hostiam defodissent, fusis ad Deum precibus demolitum; addunt demum Marcianum postea in pace quieuisse; sed hæc Acta, quæ è Græcis, quorum paullo ante meminimus, promanarunt, haud multum fidei apud 9 me, alioſque habent; neque enim hæc reticuisset antiquus, gratuisque S. Marciani Panegyrista, cuius laudationem mox afferam, si vera credidisset, vel ea tunc Acta extitisset. adde etiam quod de immani illo puellæ Sacrificio narrant, credi vix posse; licet enim vetustissimi Siculorum Dijs, quos Palicos 10 vocarunt, humano sanguine olim litauerint; id tamen vnicum est in Sicilia exemplum, nec de alijs Dijs id vnquam commemoratum; imò ferinum illum morem haud longo processu temporis immutatum plerique tradiderunt, & quod rem magis euincit, adeo ab ea sæuitia alieni fuerunt Siculi, vt à tam nefario scelere exteras etiam nationes abducere conati sint; nam de Gelone Syracusanorum Rege scripsit Plutarchus, *a* cum Carthaginienses ad Hymeram profligasset, ea conditione ictum fuisse fœdus, ne liberos deinceps Carthaginienses Saturno immolarent: displicet etiam in his Actis Marcianum dici placidè, seu non inter tormenta obijsse, quod profecto Græcorum Menologiorum, Romani Martyrologij, aliorumq; Scriptorum auctoritate reijciendũ est; sistendum ergo arbitror, quod ad Mortem S. Marciani spectat, in ijs, quæ modo ex Græcorum Menologijs retuli. Tam amantissimi pastoris cadauer cum luctu Christiani Syracusis condidere viuo in lapide eius antri, 11 quod ipse Marcianus incoluerat, & Deo templum dicauerat. Manet adhuc apud Syracusanos id sepulchrum, tanti hominis monumentum, & plurimis olim inclaruit miraculis ante quam Saracenorum tyrannis Siciliam subegisset; sed cum eorum rabies debaccharetur, S. Marciani corpus Caietam deportatum est, ibique nunc est in æde Maxima Deiparæ arcæ inclusum marmoreæ sub ara prope corpora SS. Episcoporum, 12 & martyrum Erasmi, & Innocentij: eam arcam anno Christi 1594. nono Kal. Nouembres Alfonsus Lassus Sedegnus natione Hispanus Episcopus Caietanus aperuit, reperitque fracta quidem, & candidissima S. Marciani ossa, sed quæ integrum corpus non conficiant; nam Syracusis nunc colitur eius mandibula, & Messanæ Brachium illuc à Riccardo Archiepiscopo ex Ecclesia Syracusana delatum anno circiter 1189. legi equidem in quodam M. S. Codice Syracusis delatum fuisse S. Marciani corpus Patras, sed cui fundamento id innitatur non satis video. Meminerunt S. Marciani Petrus *b* Galesinus, Molanus, *c* Baronius tum in notis ad Martyrologium, *d* tum in Annalibus, *e* alijque Scriptores; inter Græcos vero M. SS. codices Vaticanæ Bibliothecæ, reperi Anonymi quidẽ, sed antiqui, pij, disertiq; Scriptoris Panegyricam orationem dictam in festo die S. Marciani, quam inde exscripsimus, & latinè vertit P. Iacobus Sirmondus Aruernus e nostra Societate vir Græcè, latinèque doctus in primis; quam orationem hic edere visum est; addam etiam Canonis, seu odes fragmentũ de S. Marciano scriptũ ex M. S. Græco Condicario, vetustisq; membranis Monasterij S. Philippi Fragalatis in Comitatu S. Marci Messanensis dięcesis desumptum. Maximopere verò doleo illud nobis integrum inuidisse tẽpora, cladesq; Siciliæ. Puto autem, doctiq; plures consentiunt S. Iosephũ, quem hymnographũ dicimus, & cuius vitã describemus, odes auctorẽ, eam latinè vertit P. Augustinus Floritus Mazariensis è nostra Societate. *Vide Animaduersiones fol. 3.*

9

10

11 Sepulcrum

12 Reliquiarũ translatio.

a Plut. in apophth. & de ijs qui serò à numine puniuntur.

b Die 14. Iun.

Qui de S. Marciano scripserint:

c Ad Martyrol. Vsuardi.

d Eadẽ die.

e Anno 46.

Digitized by Google

Anno Christi. 40.

LAVDATIO SANCTI PATRIS NOSTRI MARCIANI EPISCOPI SYRACVSANI, ET MARTYRIS

Incerto 1 sed antiquo Auctore.

1

AGEDVM ergò, Deo dilecti, de hoc Sancto Antistite Marciano dicere aggrediamur, quæ vel ad nos ex superiorum temporum memoria, quasi per manus tradita peruenerunt, vel glorioſi confeſſores, ac Martyres, qui ijſdem cum illo temporibus floruerunt, & immortalitatis coronam à Chriſto ſunt adepti, ſcriptis ſuis poſteritati conſignarunt; quorum quidèm nomina in libro vitæ ſcripta ſunt; ſed & à nobis poſteà ſuo loco prodentur, ne quis putet nos inanem, & fabuloſam texere narrationem. Poſt diuinam enim, & orbi ſalutarem Domini Noſtri à mortuis reſurrectionem, cum aſcenſurus in cœlum diſcipulos, & Apoſtolos ſuos mitteret ad Euangelium promulgandum, præcepit eis, vt omni creaturæ nunciarent, dicens: *euntes in vniuerſum mundum, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; docentes eos ſeruare omnia, quæ præcepi vobis*, ſicut ſcriptum eſt in Euangelijs. Confirmati itaque Spiritus Sancti aduentu, profecti ſunt ad prædicandum, & diſperſi omnes, vt ſuum cuique mundi clima ſorte obtigerat. Tum verò Petrus, princeps ille Apoſtolorum, cui regni cœlorum claues concreditæ, ligandique, ac ſoluendi poteſtas commiſſa eſt, Antiochiam ingreſſus, ac diuini verbi ſemen ſpargens, primum illinc hoc ſanctum luminare, & verè magnum præceptorem delegit, & ad docendum deſtinauit; monitis illum ſuis inſtruens, ac muniens, ſicut Dominus præceperat; *nolite timere ab ijs, qui occidunt corpus: animam autem non poſſunt occidere. Tradent enim vos in conciliis, & in Synagogis flagellabunt vos*, & quæ ſequuntur. *Eſtote ergò prudentes, ſicut ſerpentes; & ſimplices, ſicut columbæ*. talis enim reuera fuit laudabilis Marcianus, quemadmodum ipſa eius imaginis ſpecies docet, virilis corpore, fortis animo, ſpiritu audax ſtigmata Chriſti, & Dei noſtri in corde gerens, pati geſtiens pro eo, qui pro nobis ſub Pontio Pilato paſſus eſt; illum ſcilicet auſcultans, qui dixerat; *calicem meum bibetis*. mittitur ergò ab Apoſtolorum coryphæo eruditus magiſter, venienſq; in hanc Syracuſanorum Siciliæ ciuitatem, circum ibat quærens locum in diuerſorio. Ac tandèm, velut ſol alter exoriens, vir ſanctus, & tamquam lucerna in nocte, antra 2 quædam ſubijt, quæ in edita Vrbis parte erant, ac Pelopia dicebantur, vbi nunc venerandus ipſius thecæ reconditus eſt theſaurus, perenneſque fluunt miraculorum fontes, omnium generum morbis excuſſis, ſancto ipſo diuini ſpiritus virtute, mira ſemper operante. ſita autem erat hæc antra è regione 3 impiæ Iudęorum Synagogæ. hæc ſi quidem ad auſtralem antrorum plagam obuerſa erat, mare proſpectans. in his igitur antris vir venerabilis habitabat, hoc nimirum agens, vt vicinus eſſet Deo inuiſæ Synagogæ, & ex vicinia ipſa viam ſibi ſterneret ad cœleſtis doctrinæ diſciplinam. hoc etiam vnà recogitans: Chriſtum Dominum, ac ſaluatorem omniũ, cum è cælis deſcendiſſet, carnemque ſumpſiſſet ex Deipara, & ſemper Virgine Maria, antrum ſibi ad diuerſorium delegiſſe, in eoque tremendum incarnationis myſterium peregiſſe. Cum autem in antris illis verſaretur, haud quaquam de victu ſollicitus erat, nec veſtes alias, quam quibus tegebatur poſſidebat, Domini obſequens voci, quæ ait; *ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ, quid edatis; nec corpori veſtro, quid induamini. quærite autem primum regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis*. hæc ille animo reputans, nulla terrenarum rerum cura tangebatur: pergebatque huc, atque illuc, quò ſpiritus ducebat; & quibus Euangelij gratia concedebatur, familiariter erudiens, ac ſuauiter ex lege, & prophetis doctrinam ſuam confirmans. hortabatur itaque omnes verbis euangelicis, pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum. Multi porrò vocem excipientes, eum ſequebãtur, & multiplicabantur ex Iudæis Græciſq; diſcipuli, proficiebatque doctrina eius, & reſonabat Chriſti nomen ad omnes. Baptizabãtur autem ab illo orantes *in* Lauacro, 4 quod adhoc vſque tempus in veneratione eſt, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; derelinquentes auitum, & priſtinum errorem ſuum. his ita iactis præclari operis fundamentis, concurrebant vndiquè populorum turbæ, non ciuium modò, ſed è vicinis etiam locis, eiuſque magiſterio ſe dabant, docebanturque de omnibus miraculis, quæ Dominus operari voluit in terris. hinc vtiquè diffundebatur, & coruſcabat triplex 5 lumen diuini fulgoris, illuminabatque in ignorantiæ tenebris dormientem hominum naturam. hinc ſenſim purgabatur aer, qui caliginoſa Dœmonum fraude obſitus tenebatur. Hinc diuinæ agnitionis documenta, fulguris inſtar, emicabant, peſſumque ibat Idolorum dominatus. Hinc Draco 6 cæſus proſternebatur, & proſtrata peccato mortalium natura, viuifica crucis virtute, ad priſtinum diuinæ ſimilitudinis ſplendorem, dignitatemque reuocabatur, Symbola beneuolentiæ pro dira imprecatione ſuſcipiens. hinc occaſus in ortum conuerſus, exoriẽte in illo, tamquam lucifero ſidere Deifero 7 Marciano. nõ ferens igitur humani generis inimicus, vinci ſe ac deijci ab ijs, qui pietatem amplexabantur, continuò exardeſcit, furor ſq; flammas, fornaci pares, aduerſus Chriſti fideles exſuſcitat. nactus quippè idoneos, paratoſque ad nefarium ſceleris ſui conſilium, eos, qui tum imperij ſceptris potiebantur, ſuam illis rabiem inſpirat, prauique conatus venenum inſtillat; quemadmodum egregij illius, de quo præfati ſumus, Chriſti Martyris 8 Peregrini ſcripta nos docent. hic enim inter ceteros, Dei præconis Marciani doctrina imbutus, teſtis perfectus Deo effectus eſt: ſacrificium acceptabile, ac voluntarium factus, atque holocauſtum in odorem ſuauitatis, in mõte, quod 9 cacumen Crotaleos

Marcianus Petro Apoſtolo Antiochiam primũ ingreſſo ſtatim adhæret.

Et ordinat⁹ ab eo Epiſcopus.

Antiochia Syracuſas mittitur.

2

3

Multos ad Chriſti fidẽ trahit, ac baptizat.

4

Non modó Syracuſis, ſed & in vicinis opidis

5

6

7

Dæmon ingemiſcit, ac furit.

8

9

Digitized by Google

leos appellatur, parem mortis triumphum retulit, cum ſancto Martyre, & Agrigentinorum Epiſ-
10 copo Libertino. Per id tẽpus, 10 inquit, miſſa sũt in vniuerſum orbem, ad euertendam, funditusq; tollendam Chriſtianorum religionem mandata, quibus omnis ætas, ſexus, conditio, nullo diſcrimine, abominanda ipſorum Idola colere iubebatur eiſdemque, velut Dijs vota, & victimas offerre. Hinc iterum contaminabatur iam liquidus, & purus aer, impuro oblatarum hoſtiarum fumo, & nidore. Eos enim qui iuſſa facere detrectarent, varijs tormentis, & quæſtionum generibus exercitos, mortis tandèm ſuppl cio plectendos decernebant. Itaque non leuis indè tempeſtas Chriſtianos afflixit, multiq; adeò non ſatis ſtabiles, ingruentis procellæ vi depreſſi ac ſubmerſi ſunt. At qui ſpiritalem animæ cymbam ad inconcuſſam, & tutam piæ fidei petram applicuerant, hi veros ſe Chriſti martyres exhibuerunt, ita intrepidè pro Chriſti nomine depugnantes, ita glorioſum confeſſionis certamen fortiter obeuntes, vt Tyrannos ipſos in ſui admirationem, ſtuporemque conuerterent. Tum igitur perlato in hanc quoque Siculorum Inſulam edicto nefario, parique rabie graſſantibus Tyrannis in Chriſti gregem, quotquot Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum, Deum, ac regem, vniuerſorum, ſui ipſorum amori præferentes, in hanc pietatis arenam deſcenderunt, & glorioſæ morti præſentem vitam poſtpoſuerunt, ij, nunc omnimodis virtutum inſignibus redimiti immortalem victoriæ, ac triumphi omnium regi Deo canunt hymnum, vtpotè cæleſtia iam domicilia incolẽtes, cum victoriæ largitore ac protomartyre,
11 11 vnigenito Dei filio, perquem gloria, & honor, & magnificentia Patri ipſi, ac filio, & ſpiritui ſancto. Beatæ Martyrum animæ, quæ cæleſte regnum conſecutæ, cum prophetis, & Apoſtolorum choris exſultant. Cum quibus, & Sanctus hic Confeſſor Marcianus, felici peracto certamine, curſu cõſummato, fide ſeruata, holocauſti bonus odor effectus eſt. Quapropter nos, qui eius doctrinæ ſemen accepimus, præclara eius certamina, nõ lapideis columnis inſculpta, non colorum pigmentis adumbrata, nec alijs inanimæ materiæ formis expreſſa, ſed veritatis verbo, factis ipſis confirmato, deſcripſimus; viuam ac ſpirantem imaginem, exemplum religioſę diſcipline, ad ſempiternam memoriam proponentes, vt prę oculis ſemper obuerſentur, diuinarum ipſius virtutum ſpectacula, virtutes dico, illa virilis patientiæ indicia, inuictum prę ſentis animi robur, fidei libertatem, candorem pectoris, conſtantiam pietatis, indefeſſum, intrepidum Dei, Chriſtiq; amorem, & caritatem; quæ quidèm ſancto huic viro vim, & potentiam conciliabant, omni mortali ſorte maiorem. Coniunctus enim intimo nexu cum Deo, eumque toto animi conatu complectens, mutuam retulit diuinæ opis viciſſitudinem, ſummèque illi carus ſimul fuit, & ſingulari virtute corroboratus. Proinde has ſecum voces, quaſi communi omnium ore, proferebat. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti, tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an periculum an gladius? ſed in his omnibus ſuperiores ſemper ſumus, per eum, qui dilexit nos, Ieſum Chriſtum, quem decet omnis gloria, & honor cum Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, nunc, & ſemper, & in ſęcula ſęculorum, amen. Age nunc, quod ſupereſt, de ſacro martyre Marciano breuiter, quod animas noſtras iuuet, expleamus: vt vna omnes Regi Chriſto, ac Domino noſtro meritas gratias perſoluamus,

Neronis tẽporib⁹, in Sicilia plurimi Martyres, ignoti mortalib⁹, noti Deo.

Ipſe in primis Marcianus.

qui mirabilia facit in ſeruis ſuis. Etenim 12 ſpelunca illa, in quam ſurſum tranſlatæ ſunt ſacræ ei⁹ reliquiæ, omni Dęmonum ſpurcitie referta erat, priuſquam in ea ſedem figeret vir ſanctus, & magnus Doctor Marcianus. Hic verò crucis virtute, omnes, illic habitantes impuros ſpiritus, indè procùl eiecit. Sanctificationiſque domicilium ibidem erexit, omnes ad ſe confluentes in eo illuminans, ac ſalutari fide imbuens in Ieſum Chriſtum, filium Dei, ac Deum noſtrum. Atque vt quæ dicta ſunt, vera eſſe comprobentur, liquidoque pateat, Dæmonum habitaculum fuiſſe antrum illud, ſeu ſpeluncam, de qua ſuperior nobis fuit oratio; ſitus ipſe loci, & compoſitio fidẽ quodamodo facit narrationi. Quę enim vltra venerandum eius templũ, ſitę ſunt ſpeluncę, atque adeò ſubterraneę ſpecus illę, quę à templo occupantur, & ſibi ipſis peruię ſunt mutuęm, eodemque nomine Pelopia nuncupantur, vſq; ad tẽpora B. memorię Theodoſij huiuſce Syracuſanorum Ciuitatis quondam Epiſcopi, ęterna laude digni, vi quadam, & arte ſatanica ſonitum ex ſeſe fundebant, & ſpectra quædam obiectabant; quę nihil attinet hoc loco referre, ne commemoratio ipſa imbecillíorum animos percellat, fraudique ſit ſimplicioribus tanti mali recordatio. Quin hac maximè de cauſa, leuiter iſthęc attigimus, tũ ad fidem ijs, quę dicenda ſunt, faciendam; tum ad ſerpentis apoſtatę ignominiã, inimici noſtri, qui terris ſe inſinuans fraudulento hoc ſuſurro infirmiorum animos aucupabatur, ac præcipuè ad laudem, & gloriam miſericordis Dei noſtri, cuius ſanctorum admirabilia, & glorioſa ſunt ſine numero ipſius immenſa virtute, perfecta opera. Cum enim ad hęc Pelopis antra, infraudem ac perniciem inducerentur vulgo quamplurimi, ſpectris illis peruerſi, omniumque malorum architecti ſerpentis, & fucato eius ſibilo illecti, in apertum Diabolicæ ſuperſtitionis barathrum deuoluerentur: Sanctiſſimus Syracuſanorum antiſtes Theodoſius, qui per id tempus ſummæ ſanctitatis, ac iuſtitiæ laude, huius ſedis thronum obtinebat, his cognitis, prædeceſſoriſq; ſui Marciani veſtigia inſecutus; neque huius tantũmodo, verũ 13 etiam Zoſimi beniguiſſimi, qui Eccleſiaſticum gregem pulcherrimè gubernauit, eleemoſyniſque, & orationibus, continentia multa, & vigilijs vitam ſuam exornauit, atque vt verbo vnodicam, Apoſtolorũ, Angelorumque æmulus, ita vixit, vt carnis expers Angelus in corpore videretur. Cuius ipſi precibus, vtinam ſupremo retributionis die, miſericordiam ab iuſto iudice conſequamur; ſed redeat interim ad priſtinum curſum incæpta narratio. Hæc igitur vt dictum eſt, cum ad Theodoſij Epiſcopi aures peruenìſſent, non ferens ille præſtigioſum ſonum ita palam reſonantem accingitur aduerſus impietatem, & velut bonus omnipotentis Dei miles, in aciem prodit, Spiritus ſancti virtute ſpiritalem hoſtem debellaturus. Ac primumquidèm Deum occultis precibus inflectere ſtuduit, ſicut magnus ille Moyſes, cum Iſraelem educeret ex Aegypto, aſſiduæ continentiæ, & vigilijs, atque orationibus inſiſtens. Vbi verò diuinitus ſenſit, ſuas preces exauditas, tum apertè omnibus rem totam enuntiat omneſq; ad orandũ inuitat, exemplo 14 magni, & celebrandi Epiſcopi Baſilij, quem itidem pari ratione cum Dæmone decertaſſe, eumq; profligaſſe, teſtantur, quæ de illius rebus extant monimenta. Statò itaque die adproperans ſacer Theodoſi⁹, ad ſcito ſacerdotum ordine, cleroq; vniuerſo, omnique adeò Chriſti fidelium cętu, cum vxoribus, & libe-

12 In ſpelunca Pelopia ſepultus, quã idololatria purgatam, Eccleſiam Deo conſecrarat.

Reat⁹ verò Theodoſi⁹ Epiſcopus dæmones rurſus inde expulit. 13

14

Digitized by Google

liberis,nulla dempta ætate, aut gradu,recta contendit ad deſtinatum locum, hoc eſt ad ſpeluncam, in qua inanium ſpectrorum viſa cernebãtur, & horrenda illa patrabantur. Cumque horas aliquot,ad orientem conuerſi omnes, in oratione poſuiſſent,intenta voce, Kyrie Eleiſon inclamantes, excitauit è veſtigio vir ſanctus vniuerſos, omnibuſque acclamantibus, amen, myſticam men-
15 ſam, quæ Antimiſſa 15 dicitur,è regione fixit aditus ſpeluncæ,ſacraque inibi liturgia rite peracta,cum viuifica Domini noſtri Ieſu Chriſti myſteria percepiſſent ſinguli,& ſacrorũ finis eſſet, ſpeluncam Pontifex ſacro crucis ſigno ter obduxit, continuas preces addens. tum dato plebi ſigno, eamdem mox ſaxis, lapidibuſque penitus obſtruxerunt, atque ita læti domum redeunt,Deum collaudantes, mirabilia ſemper operantem; certo perſuaſi Dæmonem nihil amplius, vt ſolebat, in eo loco ſuis præſtigijs effecturum. Ego verò hæc ipſa, quæ narro,ab ijs accepi,qui tunc ſpectatores aderant,viris eximijs,& ſacerdotio præditis, eoq; commemoranda exiſtimaui,tum ſancti,& ſemper laudandi Epiſcopi Theodoſij gratia, tum vt vera eſſe conſtaret,quæ de ſacro Sancto Martyre Marciano diximus, fuiſſe vſque ad eius aduentum, in ea ſpelunca Dæmonum ſedem, ac Domicilium, vbi nunc Eccleſiæ, ac ſacri tabernaculi formam intuentes,accurrimus cũ veneratione,ad honorem,& gloriam magni Dei,& Saluatoris omnium Ieſu Chriſti, ad laudem etiam venerandi huiuſce Patris noſtri.ſpeluncam, nõ iam illam ſatanicam, ſed templum ſanctum, & Angelicum; non iam Dæmonum cateruis plenam, ſed Angelorum choris celebratam; non iam fraudis,& præſtigiarum officinam, ſed morborum incurabilium medicinam. O ſpeluncam, Bethleemiticæ comparãdam, in qua naturam noſtram omnium Deus aſſumpſit ex verè ac propriè, & ſemper Virgine Maria, non commixtionem paſſus, aũt confuſionem quamcumque ſed exinaniens ſemetipſum, prout ipſius miſericordiæ collibuit, ad ſummam humilitatis demiſſionẽ.O nomen ſpeluncæ,in qua rex celeſtis priuatum amictum induit, non fato vllo,vel fortuna,ſed plena,ac libera voluntate. O nomen ſpeluncæ,in qua Angelici ordines, & Archangelici circumquaque adſtantes, perpetuum hymnum cecinere, dicentes: Gloria in excelſis Deo,& in terra pax,& in hominibus bona voluntas. O nomen ſpeluncæ, in qua inhabitare cum corpore dignatus eſt omnium parens, & conditor Deus. O nomen ſpeluncæ, in qua Theologiæ cantica compoſita, & Angeli hominibus gaudium annuntiauerunt, quod datum eſt omni creaturæ. O Dei famule Marciane Chriſti præco, & magiſter ſapientiſſime, ſacrorumque ab initio manuductor huic Deo caræ Syracuſanorum ciuitati. O gregis rector primarie, Apoſtolorum familiaris, Patriarcharum conſors,& Martyrum decus à Deo condecoratum.O diuinorum arcanorum doctor, qui ſacroſanctis Myſterijs Sacerdotes imbuere non ceſſas.in te ſiquidem,ac per te, quotidie Sacerdotes altiſſimo ſacrificantes, incruentum offerunt ſacrificium. Quemnam te appellabimus, aram, an victimam? diuerſorium ſpiritus ſancti, an holocauſti odorem myſticum? at quibus laudum ſertis illum coronemus, qui patriam noſtram magiſterij, martyrijque floribus coronauit? quibus te ſacris acclamationibus honoremus, clariſſimis documentorum luminibus coruſcantem,& animos rite compoſitos illuſtrantem? quem ergo te appellabimus? campum diuinitus afflatum, an hortum à Deo conſitum? vere enim & campus, & hortus es ſuaueolentiſſimus, omnium generum floribus rutilans, Eccleſiamque ſuaui miraculorum tuorum odore complens. Quo te honore colemus, quo nomine vocabimus? Angelum in carne, an hominem ſinè carne? in cælos ſubuectum, an in terris mira facientem? O fons, & caput doctrinæ, ò doctor, & dux patriæ noſtræ. Plura, & maiora eloqui neſcimus. vt didicimus, ita te veneramur; præſulem, & athletam, & paſtorem rationabilium Chriſti ouium, æmulatoremque Chriſti paſſionum. Tu etenim paſtor bonus,qui animam pro ouibus tuis poſuiſti, ſicut magiſter ipſe, ac protomartyr Ieſus Dei filius, & Deus noſter. alterum te Moſem depingemus non in caligine,ac turbine,inter tonitrua,& ſtrepitus tubarum, reliquoſque fumigantis montis terrores, tenui atque obſcuro intuitu, quantum humanis, hoc eſt ſenſibilibus oculis licebat, Dominum aſpectantem, ſed totum quantum, quantum eſt, Dei verbum incarnatum mentis acie, & oculis intuentem, & palam annuntiantem illum ſaluatorem mundi. Alterum te Aaronem agnoſcimus, quin etiam haud paulo maiorem. Ille enim adſperſo irrationalium ſanguine populum expiabat, tu verò ſacro ſancto, & viuifico agni Dei ſanguine, quem pro mundi vita, & ſalute profudit, gregem tuum abluis, & patriam ſanctificas. Hanc ſiquidem decantatiſſimam, 16 & tua 16
cauſſa celeberrimam Syracuſanorum vrbem, 17
patriam tuam 17 in terris iure cenſemus, vbi feretrum, ac templum tuum manet, ac perpetuis miraculis illuſtratur, in cælis autem patriam te habere haud ignoramus, illam quam diuinus Paulus ſupernam Hieruſalem appellauit. in qua Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus ab æterno regnat, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Matciani Laus.

ANTI-

Digitized by Google

Anno Christi. 40.

ANTIQVAE ODES FRAGMENTVM EX GRÆCO VERSVM IN S. MARCIANVM EPISCOPVM SYRACVSANVM

SPLENDIDISSIMVS ille, & Apostolorum coryphæus Petrus, ex Oriente solis iustitiæ Christi, te primam 1 stellam Occidenti, tamquam fulgentem radium, misit, qui hominum mentes diuina cognitione illustrares. Quapropter gregem tuum fouens, in fide confirma, Sanctissime Marciane, & pro nobis omnibus indesinenter ora.

Ineffabilem cum sis adeptus cognitionem, & ad summum eorum, quę appeti queunt, peruueneris, sancte, augusteque Marciane, diuinum mihi sermonem inspira, sanctæque Triadi, cui nunc adstas, supplica, vt eam semper grex tuus laudibus efferat, terrenarumque perturbationum, quibus animus irretiri, & illaqueari solet, finem consequatur, ac demum ad cælestem, diuinamque viam cursum teneat, quandoquidem dignus ipse effectus es, qui ab omnibus animi perturbationibus existas. Pro nobis omnibus indesinenter

Virgam virtutis, Crucem scilicet Do secutus, eius discipulis comes itineris ad simul enim munificentissimus Dominus fixus est, è sepulchro surrexit, Infernu quàm celerrime discipulos suos misit, gentes sacro baptismate abluerent in P lio, cum Spiritu sancto, à quibus tu quo gentium baptistes extitisti. Ora pro not

Audijt Petrus à Domino, si me igitu denterque amas, oues, agnosque meos ignorantia illos ad cognitionem diuinę uertens. Vnde ille Dei iussa capessens, rum princeps, & caput, expleuit. Tibiqu hanc Siculorum Insulam concredidit. e uinciam suscepisti, sapiens apud illos buccinator. Ora pro nobis omnibus in

---

1 Anno Christi 40. 3 Aprilis

VITA S. PANCRATII MARTYRIS PRIMI TAVROMENIORVM 2 EPISCOPI

AVCTORE

OCTAVIO CAIETANO SOCIETATIS IESV.

Antiochiæ natus.

PANCRATIVS Antiochię in Syria natus est, vt Græcorum menologia, alijque scriptores tradidere; quamuis, ne quid dissimulē, in nonnullis Actis Grę cis è cœnobio S. Saluatoris Messanensi, & CryptæFerratæ erutis, Ponti & vici Pyrgisci incola fuisse dicatur; quamtamen Actorum opinionem, cum minoris ea sint auctoritatis, corruptaque videantur, vt infrà dicam, probare haud possum. ex Antiochiæ 3 certè vrbe in Siciliam Apostolorum Princip Euangelicæ legationis causſa profectu eo etiam nomine Pancratius excellit Apostolorum modo felicissimis temp cum ijs piè versatus vixerit, sed ipsum filium Iesum Christum inter homines in mortali carne conspexerit; nam P ter 4 miraculorum Christi fama cōn videndi cupidine inflammatus, ex An bus Hierosolimam contendit, ducto lescente filio: iam tum iste Beatissimu familiariter nouit, sed cum primùm e Christi in cælum Ascensum, Antioc tem audijt, abiurata Hebræorum p

Digitized by Google

Baptizatus pie cũ laude fegerit.

se se addicens disciplinę sacro est ablut' Baptismate. Breui autẽ adeò in pietatis palæstra se eximiũ præstitit, vt eius sapientia è cælo hausta, fidei studiũ, animus illecebrarũ contemptor, laborum etiã prò Christo susciendorum auidus admirationi esset omnibus; Beatus igitur Petrus, vt diuinis Pãcratio collatis beneficijs ad alios alliciendos veretur, ministrum, præconemque Euangelij alterum potius dixerim cum Marciano Siciliæ Apostolum ritè sacris Episcopalibus initiatum in hanc insulam delegat. Id annum Christi circiter quadragesimum, ac fortè februario mense contigisse reor, vt in Diui Marciani Vita fuse sum prosecutus. Nauem ergo siculam, quæ Antiochia Tauromenium soluebat, hilaris laborum spe conscendit, atque interim, vt erat ardens animi, auidusque salutis hominum ad nautas se vertit, quos omnes ac præcipue Lycaonidem nauarchum cũ vectoribus breui crebris in dies de Christo sermonibus ad fidei tandem castra traduxit. Vt autem ad Tauromenitanum portum appulére, loci accolas per occasionem conquirendarum mercium accurrentes Pancratius ad rerum cælestium mercaturam excitat; se cælestes deferre, ait diuitias, quas licet nullum auri, argentiuè pretium æquaret, facile tamen sibi comparare possent, si velint; fide emi, non pecuniarum vi, non pretio, auaritiaque hominum concludi, sed affatim Dei munificentia, & benignitate erogari: earum vsum non esse corpori nutriendo, tegendouè, nec pellendis ex eo morbis, sed animis, qui scelerum conscientia discerperentur, non valetudinem modo, sed innocentes, & liquidissimas afferre delicias: commotis verò ea oratione plurium animis in terrã prosilit, salutarem doctrinam opportunius traditurus.

delegatur in Siciliam Episcopus.

Tauromenium appellat,

Sed vbi primùm prædicare, palam cæpit, quo cultu homines deceat Dei numen venerari, eiusque beneficia, atque in primis æterni Verbi interras descensum enarrare, veluti expresso è nubibus fulgure ingenti cum tonitru, dæmoniorum agmina, quæ litus illud occupabant, perterrefacta contremuére. Colebatur 5 tunc Tauromenij in primis Lysonis simulacrum, quod Dracone circumdatum, & tamquam veste tectum in tetrahippio, seù circo templum habuisse narrant; eo autem nomine, quod Deum malapropulsantem, ac soluentẽ sonare videtur, vel Deũ Tauromenitanorum proprium, vel quem alij aut Iouem, aut Bacchum nuncupabant, subintellexerant. Colebatur 6 etiam veteri religione, non procul à littore Deus 7 Phalco, & quamuis puerũ extitisse repentino fato ad Phalconillę matris hortos extinctum memorarent, numinis tamen appellationem, templum, Sacerdotes, diuinosque honores, quæ Gentilium erat vecordia, attribuerant. Phalconis autem templo adhibito Crucis signo diuina precum vi diruit 8 Pancratius; Lysoni verò per litteras 9 illi transmissas, & collo simulacri appensas silentium indixit. Et sanè vt exterus homo, & pauper cælestem doctrinam hominibus in vitiorum fæce demersis insinuaret, prodigijs, quæ sensus, mentesque auersas percellerẽt, opus fuit. Dissipata ergo parumper caligine Pancratius solis instar effulgens, cohortationibus quà priuatis, quà publicis, pleroſque à nefaria deorum superstitione ad veri Dei cognitionem, cultumque perductos cælesti abluit lauacro. Nec ad eam rem vrgendam præsidia diuina, aut humana in illo desiderabantur; inerat nimirum tanta sermonis vis, vt ignes ore iaculari, & fulgurare videretur; tanta in loquendo suauitas, vt alliceret; tàm admirabilis sapientia, vt sophistarum, qui congredie auderent, errores planè disijceret: maximè verò virtutibus, vitæque sanctitate, facem alijs prę ferens, anteibat, nam pudicitia, morumque integritas acceptam Dei imaginem præsefere.is, edomiti animi motus, habitusque tandem corporis ad modestiam insigniter conformatus, ferè angeli è cælo delapsi opinionem illi conciliarunt. Sed vt certã religionis sedem vrbs haberet, ædem construxit, Deo, & seruatori Christo, in qua lauacrum animarum baptismalibus aquis expiandarum posuit; quod templum multis post annis Diui Laurentij nomine posteritas appellauit. Ergo cum res Christiana belle procederet, plurimique in dies ad Christum confluerent, conterebantur 10 non pauca deorum, simulacra, aræ, & delubra. In his autem, qui Christo dedere nomen, Bonifacium 11 Tauromenitanæ vrbis Præfectum reperio; nec priuatim, occultèque is idola detestatus, sed publicè Christianam religionem professus templum Iesu Christo dicauit. Quę res enim verò ostendit nõ exiguam in ea vrbe populi multitudinem Christi partes secutam publicum illi cultum, venerationemque obtulisse: læta 12 præterea eius Ecclesiæ initia maximopere iuuit Beati Petri in Siciliam appulsus; is enim Romam nauigans adinuisendum Pancratium Tauromeniũ venit: nec quisquam dubitauerit Apostolum, dum Pancratij, aliorumque Christianorum hospitio, pijsque obsequijs vteretur, nouellum illud germen suæ doctrinæ fonte irrigasse, pietatem cohortationibus accendisse, Ecclesiamque illam tùm nascentem Apostolicis institutis confirmasse, nec solum inde ad alias Siciliæ ciuitates Episcopos Apostolum destinasse arbitramur, sed ipsi Tauromenitanæ Ecclesiæ de successore Pancratij, Maximo impositis ritè manibus ad consecrationem prouidisse testantur scriptores sacri.

10

11

Præfectus Vrbis Chr. religionem profitetur.

12

Venientem D. Petrum hospitio excipit.

Metaph. in comm. SS. Apost. Petri, & Pauli

Sed cum Euangelicæ lucis radij longè, latèque diffunderentur, atque è vicinia, oppidisque circumiacentibus multi ad Pancratium salutis auidi concurrerent, ipse benignè illos excipiens è tenebris eruebat. Ratus ergo forè vt in rusticorum animis seges pietatis læta succresceret, Epaphroditum 14 cælesti virtute idoneũ sancto suadente spiritu presbyterum constituit, quem deinde ad spargendum fidei semen apud agrestem turbam delegauit, ille verò proximos vicos impiger circumcursare, per agros, montesque decurrens, tamquam alter pastorum angelus, cælestis sapiẽtiæ gaudium euangelizare, atque ad singularem Pancratij vigilantiam, egregia cum laude, fructuque vberrimo suam operam adiungere.

Epaphroditum ad Rusticos delegat.

14

Infremuit interim Dæmon, & felicissima Christianæ religionis incrementa non ferens, inuidia, odioq; inflammatus in pastorem grassari statuit. Dux sceleris fuit Artagatus, deorum cultor, cuius nimirum animum fera rabies occuparat, dum suam vilescere in dies superstitionem, suos Deos, suaque sacra contemni sensisset. Ille ergo ob religionis ęmulationem Pancratio infensus, coacta nefariorum hominum sibi similium manu, domi suæ parat insidias: per simulationem amicitię ad epulas inuitat Pancratium, ibi verò, cum de Deo ille quæ verè, sanctèque credenda essent, insinuaret, in hominem irruunt, & tormentorum mortisque metu iniecto turpissimum offerunt idolum, cui cultum, venerationemque deferret, Pancratius scelus execratur, & crucis si-

S. Pancrat. mors ex in fidiis, & odio fidei.

gno

Idololatria mutare incipit.

Alibi legitur Neomilia.

Diruto templo, silentio indicto.

Virtutum exemplis.

Digitized by Google

gno ligneum Deum in fruſtra diſcindit; tùm illi canum more inuadunt, nec vociferationibus modo, ſed morſibus dilaniant; fuſtibus ergo, pugniſque male contundunt, lapidibus etiam impetunt, gladijs demum exertis Sanctiſſimum ſenem, qui Deo ſe victimam lętus interim offerebat, crudeliſſimè contrucidant; nec ſatiati cędę in occultam voraginem fœdè raptatum proijciunt, cum interim animus martyrij purpura clareſcens victor in cælum commigrās 15 triumpharet. Diuinæ lucis indicio repertū deinde corpus diſcipuli maximo cum luctu ſepeliuere. vixit egregius Paſtor ad ſummam ſenectutem, & Traiani principatus initia attigit, atque adeò poſtquam ſexaginta fermè annos in Sicilia rem Chriſtianam incredibili fidei ſtudio, pietate, & innumeris exantlatis laboribus promouiſſet.

15

Sepultura.

Miraculis poſt mortem etiam claruit, ægris præſertim ad eius ſepulchrum accedētibus, animi corporiſque valetudinem ſepiſſimè impertijt. Corpus ipſius anno circiter noningenteſimo Tauromenij adhuc ſepultum piorum hominum peregrinationibus colebatur; legimus enim Sanctum Eliam iuniorem ad inuiſendum Sancti Pancratij corpus Rhegio tranſmiſiſſe Saracenorum vrbem Tauromenij oppugnantium caſtra non veritum. incertum verò eſt, quid illis factum ſit ſacris oſſibus, poſtquàm Saraceni Tauromenium occupauere; occultatum nè illic fuerit à Tauromenitanis, an in alias delatum ſit regiones, ignotum eſt: non deſunt, qui Tauromenij finibus condi putent per ea locorum, vbi ædes eſt Sancti Franciſci. vtinam verè. tradunt alij, barbaris Inſulam vaſtantibus, Pancratij corpus Romam tranſlatum, nam extra vrbem in æde Sancti Pancratij ſub ara maxima, duo conduntur Pancratij, alterum eſſe Martyrem, qui Romæ occiſus eſt, alterum verò noſtrum Tauromenitanum Epiſcopum, ac Martyrem plerique arbitrantur.

Reliquiæ.

18

Extant laudationes duæ de noſtro Antiſtite Pancratio ad eius ſepulchrum feſto eius die ad populum, qui frequens confluebat, olim dictæ. altera eſt Theophanis Ceramei 16 Tauromenitani Archiepiſcopi, (ſic enim legendum eſſe arbitror, non autem Philippi) altera eſt Gregorij Monachi Byzantini, ſed prima pauca admodum attingit de vita Diui Pancratij, totuſq; eſt orator in explicatione Euangelij, quod ad miſſam publicè prælegebatur. quare fragmē tum inde deſumā, quod D. Pancratij res attingit, & poſt hanc Vitæ narrationē proferā: altera verò digna viſa eſt, quam integrā afferrē; ſcripta enim eſt anno, vt videtur, circiter octingenteſimo, ante Saracenicā ſcilicet irruptionē in Siciliam, & à docto viro, qui Acta D. Pācratij incorrupta legiſſe videtur, cum nihil afferat, quod ſuſpicionem vllam falſitatis inijciat, vel parum ſit cōſonum ijs, quæ ſumma fide ſcripta arbitramur: in Græcorū etiā Menæis hymnus eſt de S. Pancratio, idēq; ſed mutilus extat in M. SS. Codice Monaſterij S. Philippi Fragalatis. Crediderim fuiſſe ſcriptū à S. Ioſepho, cui Hymnographi agnomen datū, quòd hymnos in omnium ferè Sāctorū laudē ſcripſerit, nec dubito quin Sāctos de Sicilia optime meritos, & Pācratiū inprimis celebrauerit. adnectam verò hunc hymnum ex verſione P. Auguſtini Floriti è noſtra Societate viri Græci, latinèque docti.

16

Sed mouendum hic lectorem cenſeo in M.SS. Codd. Cryptæ Ferratæ in agro Tuſculano, ac S. Saluatoris prope Meſſanam legi hiſtoriā græcè ſcriptam de S. Pācratio, cuius ſe auctorem profitetur Euagrius, qui ſimul ſe diſcipulum, & in Tauromenitanæ Sedis Epiſcopali dignitate ſucceſſorem Pancratij, ijſque geſtis interfuiſſe narrat. Tauromenij etiam eadē hiſtoria in latinum ſermonem, ſed perperam verſa reperitur. & quidē ea Acta ſunt valde antiqua, nam in codicē illum cryptæ Ferratę ea ſua manu exſcripta retuliſſe affirmat Baſilius Monachus, ānō, vt ipſe ait, à Chriſto nato noningenteſimo octogeſimo, & lectiones in Breuiario Gallicano, quo diu vſa eſt Sicilia ex his Actis deſumptæ erant. Ego verò de hac hiſtoria ita ſentio, ſi res ipſas, quas de vita Pācratij, eiuſq; diſcipulorū enarrat, ſpectem', facile recipiendas aio, ex veris quippe, & antiquiſſimis Actis depromptas exiſtimauerim; pleraſq; autem rerū circumſtātias, & nugas aliquas cum minimè probare poſſim, vitiū in ijs agnoſco, & otioſi nugatoris manum. & quidē ipſa Actorum lōgitudo à veterū ſcriptorum in hac re vſu abhorrēs, multa cōtra aliorū ſcriptorum hiſtorias cōgeſta, ſed maximè dicēdi genus, quod eò collimare videtur, ſi qd video, vt prodigijs admixtis ſingula exaggeret, admiratione vbiq; percellat, attonitumq; reddat auditorē, non leuē ſuſpicionē inijciūt; narrāt Bonifaciū Tauromenij ducē ſupra 60. ānos in Præfectura fuiſſe à Caio ad Traianū, quæ res, & cōtra Romani Imperij mores erat; neq; credi poteſt in tanta tēporum varietate, cum vndecim Imperatores ſibi ſuccedētes in vrbe, ac Prouincijs omnia ſuſq; deq; miſcerēt, Bonifaciū ſupra omnes fortunæ ictus cōſtitiſſe, & continuaſſe imperia, cum ſe præſertim chriſtianum profiteretur eo tēpore, quo id nomen apud Imperatores odio habebatur. bella fingūt, & quidē maxima, cum pacata omnia tūc in Sicilia fuerint; ex exercitu Bonifacij contra Abares 17 proficiſcentis quingēta, ac quinquaginta hominū millia recenſet, ac paullo poſt ab Aquilino Calabrię Rege aduerſus Tauromenitanos ſexcenta armatorum millia cōducta; contentiones neſcio quas inter Pancratium, & Marcianū nugator ineptè, ac frigidè comminiſcitur de finibus dioeceſeon, litteras etiā vltro, citroq; miſſas refert, Creſcentem item in Galliam miſſum antequam ſuaſu D. Pauli Apoſtolorū Princeps Pancratiū Antiochia in Siciliam legauerit, ſed quàm falſo in Marciani vita oſtendimus. ſe deſignatum Preſulem Tauromenitanū poſt Pācratij obitū imò etiam conſecratū narrat, cùm tamen Maximus à D. Petro fuiſſet ātea ad eam dignitatē delectus, ex Metaphraſte: vt hiſtoriam ſuam rerū admirabiliū pleniorē redderet, ac lōgiorem, adſuit D. Marciani Acta, eumque facit per proſopopœiam ſingillatim ſua geſta narrantem. Sed ſatis ſit hęc obiter attigiſſe de his Actis pſeudo Euagrij. omittam enim libens pleraque alia, quæ facilè prudens lector apocrypha animaduertet. Cæterum, vt dicebam, hiſce mendacijs immixta antiqua, veraque Acta Pancratij ab Euagrio eius diſcipulo olim conſcripta, vt teſtis eſt Theophanes Cerameus iam laudatus, contineri arbitror; id verò idcircò credo, quod eadem ibi geſta narrentur, quæ in Græcorum Menæis, ac Menologijs attinguntur, quæ Gregorius ille Byzantinus in laudatione

17

De Actis S. Pancratij iudicium.

De 29. Iun.

Digitized by Google

Theodorus Studita ad ea alludit.

Bar. ad ann. 826.

Lib. 2. ep. 8. in M. S. cod. Bibl. Card. Columnę.

Pancratij, quam dixi, & mox subnectam, latius persequitur, quæque S. Iosephus Hymnographus eleganti ode complectitur, & demum in hanc, quam scripsimus vitã, inde contulimus; nec prętereundum hic est Theodorum Studitam, qui octingentesimo Christi anno circiter floruit, in Epistola catechetica, quam Leone Armeno Orientis Imperatore Ecclesiam perturbante ad Confessores scripsit, contra hæreticos sacrarum imaginum hostes hæc habere, *Apostoli vox est in historia S. Pancratij; Fili Ioseph affer imaginem Domini nostri Iesu Christi, & imprime illam in Pyrgisco, vt videat populus, qualem formam sumpserit filius Dei, vt videntes amplius credant forma typum intuentes, & reminiscantur eorum, quæ per nos eis annunciata sunt.* Hæc autem verba quamuis in his Actis Euagrij nomen præ se ferentibus non legantur, narratur tamen Apostolum Petrum per Iosephum pictorem fieri iussisse imagines pleraſq. vniuersæ propemodum Christi vitæ historiam complectentes; vnde non leuiter, vt opinor, confirmatur, quod paulò ante dicebam, hanc nimirum Euagrianam historiam non esse ipsa Diui Pancratij Acta paulo post eius Martyrium scripta, continere tamen illa, sed admixtis futilibus exaggerationibus, alijsq. nugis rudium admirationem, vti fit in anilibus fabulis, excitantibus, eaque à leuis iudicij homine, & nugace fuisse vitiata, dum digressiones, & rerum auxeses, vti historiæ ornamenta, male cõtrudit. Cum ergo ita de his Actis Euagrianis sentiam, non absonum erit, quæ in ijs de nonnullis Diui Pancratij Discipulis enarrantur, breuiter perstringere, ac tanquam coronidem huic vitæ imponere; discipulorum enim laus magistri instituentis honori cedit; nec enim ea huiusmodi sunt, vt in falsitatis suspicionem veniant: sed dolendum profecto est egregiorum discipulorũ apud alios scriptores memoriã perijsse quædam Chryse, quæ licèt olim Dianę Heronis filię Sacerdos, tamen Deorum simulacra cõtriuerat, cum ope Pancratij à lepræ morbo sanitati restituta esset, Benedicta post baptismum dicebatur, sacras Virgines suæ demandatas curæ habuit orationi impense vacantes, eisq. exemplo virtutum præibat non minus, quàm Diaconissæ honore, ac nomine. Maria, & Seia sorores pulchritudine insignes, sed pudicitia clariores Deo sacratæ, desponsæque Christo fuerant à Pancratio; senior etiam Diaconissa de eorum temporum more instituta est; sed cum Elidus, alter Vrbis præfectus, Seiam perditè deperiret, vbi blandas precum illecebras, promissionumque machinas frustra admoueri sensit, ad magicas artes se vertit, hos verò impetus æque delusit christianæ pietatis thorace pectus armatum: ad tormenta tandem deuentum, quæ blanditijs sępe valentiora; Mariæ prius, quæ nuptias impudicas sorori dissuaserat, Seiæ paulo post, crudeliſſime flagello cæsis caput obtruncatur; quare sanctæ illę Virgines sua pudicitiæ lilia purpureis martyrij rosis exornauere. Diaconissæ 18 alię, inter quas vti præcellens B. Paulina 19 numeratur, plurimique è Christianis peractis ritè funebribus exequijs, quo maximo potuerunt honore sepeliuere Virgines in loco, qui Varagdi murus appellatur, aiunt Acta. Deus tum miraculis, tum carnificum, aliorumque, qui conspirauerant, vltione, celebriores reddidit: ad sepulchrum autem extructum est aliarum virginum collegium, 20 & sacra ædes. In ijsdem Actis eximie etiam Neophyti Diaconi suauissimi mores, senilis prudentia in iuuenili ætate, non in græcis modo, & latinis, sed in sacris etiam litteris eruditio, temperantia, cæteraque virtutum ornamenta laudantur; & additur Sacrosancto Eucharistici panis viatico instructum cũ ad extremum vsq. spiritũ diuinas decãtasset Deo laudes, animum placidissimè reddidisse, eumq. columbæ 21 specie in cælum euolantem diducto sacræ ædis tecto fuisse conspectũ. De Diuo Pancratio latina Martyrologia tum vetus, tum recentius meminere die 3. Aprilis, Baronius, alijq. passim scriptores agiographi. Græci verò nono Iulij festum ipsius celebrant. *Vide Animaduer. fol. 10.*

Benedicta

SS. MM. ac Vir. Maria & Seia sorores.

18

19

Paulina.

20

Neophytus Diaconus

EX HOMILIA SAPIENTISSIMI, ET ELOQVENT.

THEOPHANIS CERAMEI

ARCHIEPISCOPI TAVROMENITANI

dicta in Festo S. Pancratij Fragmentum.

AGITE iam imitemur veriſſimum hunc pastorem, Christiq. imitatorem Pancratium, cuius sanctissimam vitam perquàm breuiter perstringentes, aut potius attingentes vobis, ostendemus non adeo arduam esse, quin imitatione consequi aliqua ratione possimus. Sanctus itaque Pancratius, quemadmodum, qui eius Acta conscripsit Euagrius, diligenter tradidit, ex oriente ducens originem, & ijsdem, quæ sacris ordinibus alios initiare consueuerũt manibus Apostolorum Coryphęi Episcopus constitutus ad nostram hanc Insulam ablegatur, atq. adeo ad hanc Tauri, & Menæ a vrbem appulsus, nihil habuit antiquius, quàm vt execrandis dæmonum superstitionibus illam expurgaret, ac detestanda eorum simulacra demoliretur, in quibus, quæ præcipua religione colebantur, Phalcon, Lyson, & Scamander numerantur: deinde vrbis rectorem Bonifacium, multosq. alios ad veram religionem cum traduxisset, ac diuina templa, sacrasq. mansiones in Dei optimi maximi honorem excitasset, martyrio vitæ suę finem concluſit; in hoc etiam suum

Digitized by Google

ſuum dominum æmulatus Pontificiam ſtolam tinxit ſanguine martyrij. Itaque purpuratus per Angelorum manus in cælum euolauit, Huius, inquam, inſtitutum ac mores in nobis effingere conemur, Chriſtianiſſima Concio; etenim nos etiam ex oriente ortum trahimus ex beata illa Eden, ex qua excidentes in huius vitæ carcerem detruſi ſumus, mundumque habitamus Inſulæ non diſſimilem malorum fluctibus vndiq; circumfuſi, plures ibi nequitiæ venti, crebræ flagitiorum procellæ, perpetui tentationum æſtus, quos ſtudet in nos commouere Taurus ille truculentiſſimus, qui domeſticam ſecum habet Maniam, hoc eſt Rabiem ac furorem, eſtq. vrbis conditor omnibus peruerſis artibus, ac ſtudijs
Pſ. 54. tanquam incolis refertæ, de quo Pſalmus ait, *Vidi iniquitatem, & contradictionem in Ciuitate, die ac nocte circumdabit eam ſuper muros eius: iniquitas, & labor in medio eius, & iniuſtitia, & non defecit de plateis eius vſura, & dolus*: Ecce vrbem Tauri, & Maniæ, hoc eſt furoris, & amentiæ Ciuitatem, ad quam inhabitandam damnati ſumus. Huc igitur deportati altera ratione Pancratij, ideſt omnium victores eſſe ſtudeamus, victis ac profligatis turbulentis omnibus animi motibus; ita enim noſtrarum perturbationum ſimulacra de medio tollentur, ac procul exterminabuntur, vt Phalcon, Lyſſon, & Scamander: poſſunt verò eſſe Phalcon, quaſi φέλκων, hoc eſt trahens nos ad peccandum peruerſa cogitatio: Lyſſon rabibus abſonæ abſurdæque voluptatis appetitus: Scamander verò vis iraſcibilis, quæ in virili animo tanquam στόμα ideſt cauea ad pugnandum, & certamen eſſe ſolet; in hunc modum mentis noſtræ idola profligemus; triplicemq; hanc animi facultatem perpurgantes, multis mortalibus, & ſacrorum miniſtri, & ſeruatores eſſe totis neruis totiſq. præcordijs contendamus: quiq. impiæ Ciuitati præſunt, hoc eſt, ij qui immanitate ſcelerum ac flagitiorum cæteros antecellunt, in portum ſalutis adducantur; atque ij faxit Deus primi ante alios fiant Bonifacij, quaſi dicas boni honeſtiq. effectores; neque enim euenire poteſt, vt quis Chriſto nomen dediſſe dicatur, neq. faciat tamen vt bona præclaraq. opera vnquam appareant. Excitauit Pancratius ſacras ædes ac religioſa templa: tu etiam orna teipſum tanquam dei templum, ſanctiſſimæq. Trinitatis receptaculum; quòd ſi aſſiduis inuaſionibus te communis hoſtis aggrediatur, ad vltimum vſq. vitæ ſpiritum fortiter illi obſiſtere connitaris, itaq. fies propoſito, & voluntate martyr. Sacroſanctus verè religionis teſtis pro Chriſto ſanguinem effudit Pancratius; tu quoq; ad illius exemplum perennes lacrymarum riuos fundere ne graueris. Latent ſub terræ viſceribus venerandæ illius corporis reliquiæ; tu etiam latere ſtude in tui ipſius contemptu animiq. demiſſione, vt in æterna Sanctorum tabernacula, ac cæleſte regnum tandem aliquando admittaris. Summeq; beatitudinis delicijs in omnem æternitatem perfruare, ad quam vtinam peruenire mereamur bene iuuante domino noſtro Ieſu Chriſto, cui cum Patre ſimul, & Spiritu Sancto gloria, & imperium, & laus in ſeculorum ſecula. Amen.

Anno Chriſti. 40.

GREGORII
HVMILIS MONACHI BYZANTINI
Ex Monaſterio Pagurienſi
ENCOMIVM
IN DIVVM PANCRATIVM.

QVM ad ſpiritualē hanc celebritatem, ſumma cū fide cōuenerimus iam, ad pretioſas animæ merces comparandas; quin eius auctori, mercatoriq. diuina munera offeramus, non ex auro, gemmiſq. aut margaritis diſtincta, neq. præclari artificis elaborata manu; non ex byſſo, purpura, ſericoque contexta: ornamenta illa quidem breui ſplendorem præferentia, ac paulopoſt intereuntia, vtpotè quæ ex fluxa, & interitui obnoxia materia conſtent, ad ſcituſque ſit ex arte decor, quem amittant tandem neceſſe eſt, & in priſtinam turpitudinem redeant. Verum ea demum ſint munera noſtra, quæ cælitus dimanent, maneantque in omnem æternitatem, diuinæ gratiæ artificio fabrefacta, ac ſancti ſpiritus illuſtrata ſplendoribus. Neque enim is, de quo agimus, materię fæce concretus eſt, ita vt eiuſmodi muneribus delectetur; ſed ab omni caduca, fluxaque concretione maxime alienus, atque ſeiunctus, proinde ſpiritualem illi decuit parauiſſe ornatum. Neque ſane immerito prouinciam hanc ſuſcepiſſe arbitramur. Quamuis enim huiuſmodi artium, ac diſciplinarum plane ſimus expertes, Peregrini nimirum, deſpicatique homunciones, ijdem tamen fide ſubnixi, ad apicem ſpiritualis opificij pertingemus. Nam ſi fluxa, quæq. infra lunæ orbem ſunt, diuinus Pancratius plane homo adamaſſet, iure optimo non aliunde, quàm ex ijs laudationis ſumeremus argumentum. Cum verò ab omnibus id genus rebus mirum quantum ille abhorruerit, æternæ beatitudinis deſiderio fragrans, ac victis, edomitiſque prauis animi motibus cæleſtium vitam æmulatus, iam præſtantius, nobiliuſque illi donum offeramus. Non quòd is rerum noſtrarum ſit indigus, aut ad incorruptas, perenneſque eius diuitias, aliqua fieri poſſit acceſſio, ſed vt aliquam laborum noſtrorum mercedem nobis opulentiſſimus largiatur, mentis noſtræ caliginem ſuo ſplendore colluſtrans,

Sanctis dare eſt accipere.

ſanctis offerenda. Quæ dona

Digitized by Google

quandoquidem cæleſtes ſibi diuitias comparauit, iam ſupernæ Hieruſalem ciuibus adſcriptus, iam diuini ſacrarij Sacerdos declaratus, iam incola paradiſi effectus, iam ſummarum cæleſtium mentium gratulatione acceptus, cum ijſdem vnà glorioſe in eadem aula verſatur, puriſſimo decoris lumine colluſtratus. Chriſtum enim iuxta Diui Pauli ſententiam per ſacrum lauacrum induerat, quicumque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, Verumtamen ſi Chriſtum, vt modo dictum eſt, iam induerat, ſane conſtat, & Spiritum Sanctum, atq. adeo Patrem ipſum induiſſe. quod ſi talem, ac tantum cælitus accepit ornatum, quis vmquam pro dignitate illum poterit exornare, qui omne laudationis genus longe tranſcendat, æterniſque in cælo laudibus ſatis ſuperque cohoneſtetur? Verum enim vero quis tandem ſit is, cui tantus gloriæ ſplendor à Spiritu ſancto euenerit, quiq: tanta diuinitatis luce perfundatur? eum ego vobis nominatim indicabo, vt ex ipſa nomenclatura, verbique notione planè intelligatis, atque adeo admiremini res eius geſtas, vitæque ſeriem ab eius nomine minimè diſſentire: Atque is demum Pancratius eſt, is, inquam, qui πᾶν κράτος hoc eſt omne robur, omnemque vim communis hoſtis deuicit atque profligauit; qui omnia eius tela ad gratiæ cotem alliſit, atque diffregit; qui radios è cæleſti ſpecula mente concipiens, tamquam nocturnus Lucifer ijs, qui in ſumma veritatis ignoratione, vt in tenebris verſabantur, eluxit; qui terrena terræ, tamquam inutilem ſarcinam, dereliquit, cæleſtium, quæ ſola bona exiſtimabat, amore, ac deſiderio ſuccenſus. qui acceptum fidei talentum, per ardentiſſimum caritatis ſtudium multo fœnore adauxit. qui non ſocordiæ, ignauiæque ſe corrumpendum dedit, ſed ad impigre laborandum aggreſſus eſt. qui miſſus in nouellam vineam operarius, minimè ſe geſſit eo munere indignum. qui aquam ſuapte natura nulli idoneam vſui ſupra naturæ vires, in iucundum conducibileque vinum commutauit: quæ ſanè potio vtpotè magna tolerantia laborum expreſſa, ipſas Angelicas virtutes exhilarauit. qui oratione, æque ac rebus geſtis præclariſſimos Rhetoras vicit, rudes ſpiritalibus diſciplinis informauit. qui terrenum Angelum, hominemque cæleſtem ſe præbuit, præſtitítque, nec ſegnem in Euangelij promulgatione curſorem, atque miniſtrum, nec timidum in euertendis Deorum ſimulacris inſectatorem. qui ſacrarum nuptiarum veſte ornatiſſimè tectus, cæleſtium epularum guſtu fruebatur. qui in ſpiritali bonorum paradiſo, tamquam rationale lignũ conſitus, & vitali fontium perennitate irrigatus, iuſtitiæ fructus edidit vberrimos. qui in Chriſti ouili, inſtar eximij, fortiſque arietis, præ ceteris conſpicuus, exſtitit. nunc verò in cæleſti grege innocentiſſimus agnus numeratur. qui in ſpirituali cythara multiplici inſtructa chordarũ apparatu, vt loquaciſſima fides, ſonos edidit ſuauiſſimos; argutiſſimaque in diuinis tibijs fiſtula, numquam earum perturbauit harmoniã. qui ex vera vite inſtar racemi pendet maturrimi, & in diuina regione, inſtar ſpicæ perpetuo vigentis exurgit. qui iam cæleſti ciuitate donatus, nequaquam mortalitatis obſtringitur vinculis, nequaquam peccati catenis detinetur. is, inquam, tot virtutibus præditus, totque tamque præclaris nominibus exornatus, à Diuo Petro Apoſtolorum Coryphæo ſacris initiatus, ac verendo Sacerdotij iugo rite ſuſcepto, ad diuulgandum euangelium, augendamque Chriſti fidem, tum ad rationalium ouium regimen miſſus eſt. Qu diuinis præceptis parendi ſtudio inflammatus, conſcenſa naui ad occidentem nauigauit. Cumque ſecundis ferretur ventis, ad Tauromenitarum vrbem appulſus eſt. Et nauis quidẽ (proh rem admiratione dignã) onus vehebat, ſed ab onere, ipſa incolumis ab omni periculo, ſeruabatur. Neque enim tam nauis a pelagi iniurijs vectum ipſum tuebatur, quàm vector naui tranquillitatem præbebat, Vtpote qui adeſſet in naui, tamquam peritiſſimus gubernator, clauum tenens, & ope, ſubſidioque præpotentis Dei, ſecundo curſu dirigens. Ad litus igitur appulit nauis, ſtatim ijs, qui inſano Idolorum æſtu ſuſque deque iactabantur, placidam veræ religionis attulit ſerenitatem. ad quam incolæ accurrentes, cæleſti gratia perfuſi, pro ſuo quiſque ſtudio, cæpere varia ex nautis ſciſcitari: ecquid inquiunt, merces, quæ magno nobis futuræ ſint vſui, adnos importatis, aduenæ? ſimulque pretium eloquimini. Tum ij mercium ſuarum vim, virtutemque demonſtrant. Oſtentoque vniuerſis Pancratio, magni nimirum pretij vaſe, nequaquam, inquiunt, auro venalia ſunt mercimonia noſtra, ſed fide parari poteſt, quod damus, neq; auro hic veneunt vaſa, quæ ſupra omne pretiũ ſunt, ſed qui vehementer expetunt, his cæleſtis eſca gratis offertur, quæ non ad ſaturanda corpora, ſed ad animas enutriendas adhibetur. Itaque Dei famulus cum eos omnes, qui naui vehebantur à tenebris adfidei lumen vocaſſet, iam, in terram deſcendit, vt ad ſalutarem veritatis cognitionem omnes traduceret, ac pereuntem populum ad vitam reuocaret. Ac ſimul ex illius ore, velut ex æthere, diuina vox intonuit, quibus conterritæ omnes tremuerunt Dæmonum phalanges, fulgurare per linguam tamquam ex nubibus æternam, coruſcantemque diuini verbi vim, atque potentiam viſus eſt, & mente præditum Draconem iaculari. ac veluti alter Moſes ſapientiæ germen, Ægyptiam impietatem, turpiſſime victam profligauit. nec eidem ſe geſſit inferiorem, cum per maris vndas, quaſi per ſiccum pedibus iter fecit. hoſtes enim humani generis, animorumque inſectatores facili negotio in profundiſſima inferorum loca deturbauit. Illique longe ſimillimus, qui funda aduerſus gygantem prœualuit, cacodæmonem ſuperbia elatum, cæleſtis gratiæ funda, ac Sanctiſſimæ Trinitatis inuocatione, perinde atque tribus contortis lapidibus, interemit. Etenim præpotentis Patris virtute, malorum omnium parentem preſſit, iugo ſeruitutis. Ope verò Filij, cum Patre rerum omnium tenentis imperium, iræ, mortiſque filios patri in adoptionem dedit, cæleſtiſque hereditatis participes effecit. Sancti demum ſpiritus ſubſidio, malignos ſpiritus abegit, atque exterminauit vniuerſos: prætendit pietatis, induſtriæque retia, ac mortalium genus eſt aucupatus. Extendit diuinæ linguæ calamum, ac fidei hamum in hoc mundi mare ſapienter proiecit, omneſque in errorum profundo demerſos in ſupernam lucem extraxit. Cæleſtis doctrinæ radios vibrauit, ac tetram impietatis caliginem diſſipauit. Præclariſſimum religionis lumen emiſit, & impię ſuperſtitionis tenebras illuſtrauit. Ex diuino puteo hauſit aquas pietatis, & fidei pocu-

Ad Galat. c. 3. v. 27.

S. Rancrat. virtutes, ac laudes.

S. Petr. Ap. Ep. cõſecratus, & Tauromeniũ miſſus.

Nautas ad fidem conuertit.

Diabolum vicit, contriuitque.

Multa bona aduentu ſuo affert.

Digitized by Google

poculo Dei iustitiam sitientibus cum propinasset, eorum sitim continuo sedauit, irrigauit, velut sterilem campum, corda mortalium riuis salutaribus, arentia iam, deficiente scilicet aqua diuinæ agnitionis; editaque vberrima virtutum segete, acceptissimum panè obtulit Deo Optimo Maximo. vidit populos cælesti gratia denudatos, tunicaque Angelica manu contexta operuit. inuenit ciuitatē in multiplici Deorum cultu, tamquam in fœdissimo cœno iacentem, porrectaque diuinæ doctrinæ manu erexit; expurgatisque sordibus diuinæ lucis splendore, claram nitentemque reddidit. agnouit homines, præ spiritualis escæ inopia, fame confectos, ac cælestibus edulijs reficiens ad vitam reuocauit. Igitur dulcissimo diuinæ cognitionis pabulo, ciues cum saturasset, ac per Euangelicæ prædicationis gradus ad Deum ipsum euexisset, ita in teterrimum serpentem accensus, forti, constantique animo, duo illa simulacra deleuit; plane ostendens quàm infirmæ, atque imbecilles essent illius vires. Phalconem enim (id nomen erat Idolo) cum assessore simul & Lyssonem cum ingenti Dracone, quo veluti indumento contegebatur, quique impositas 2 libationes absumebat, in maris ima proiecit; ac miseros eiusmodi religioni addictos, a seruitute in libertatem asseruit. Ita ciuitatem Idolorum cultui deditam à superstitionum fœce, ac luto ad vnius Dei cognitionem traduxit. ad hæc eorum delubra, tamquam nulli in posterum vsui futura, cum expugnasset, ac funditus euertisset, orationis domum excitauit, atque aras Christo consecrauit. quò Christi fidem amplexuri, quicumque confluxissent, cælesti lauacro sanctissimus vir tingebat, sacroque chrismate perungebat; quod multis pòst annis *D. Laurentij* templum est appellatum. Cum hæc itaque femina iecisset, ac veræ religionis incrementa spectaret Pancratius, nequaquam consentaneum esse existimauit, totum dedere se ad solam ciuium salutem, ac disciplinam curandam, ac negligi rusticos, auxilio, cælestique gratia destitutos. proinde Epaphroditū, ad diuini verbi promulgationē cęlesti virtute idoneū, deligēs, (ita enim ab omnib⁹ habebatur) manibus super illū impositis, illabēte Sancti Spiritus gratia, presbyterum instituit; mox ad diuulgandum salutis verbum apud agrestem turbam ablegat, vt simul ab eorum ceruicibus Stygiæ seruitutis eriperet iugum. & verò in dies Dei Ecclesia propagabatur, ac singulari Pancratij cura, ac vigilantia à vanis superstitionibus ad veri Dei cultum innumeri transibant. Sed cōmunis humani generis hostis, iam inde à principio, odio, ac inuidia in homines inflammatus, aduertens multos mortales ad Christiana castra transfugere, & à peccatorum lapsu erigi ad salutem; Aquilinum 3 tamquam instrumentum ad sua consilia incoeptanda satis idoneum aduersus eos, qui sacro baptismate à Diuo Pancratio fuerant abluti, vehementer incitauit. Tyrannus enim magno exercitu coacto stygijs furijs incensus ad Tauromenium oppugnandum, aut ciues in deditionem accipiendos, recto cursu contendit. Sed hi conatus in irritum cecidere. ipsos enim in præstantiorem, nobilioremque seruitutem fortissimus vir redegit: & iam ciues, cum immensas hostium copias spectarent, metu perterrefacti, de deditione facienda, cogitabant. Verum Pancratius ingentes animos, præ summa in præpotentem Deum fiducia, concipiens; certus iam de victoria, omnibus identidem affirmabat, sine vllo congressu, hostes ab vrbe reiectum iri. Itaque sumpto venerandæ Crucis signo, ac imagine Christi Dei ac Saluatoris nostri, eiusque intemeratæ parentis, eaque pro mœnibus perditissimæ genti aduersus ostentans, ac victoriam inclamās, statim hostilibus copijs, veluti quasdam tenebras induxit, acies enim simul sanctissimum virum conspexerunt, in se se gladios conuertentes, mutuis se vulneribus confodere. nec tanta, tamque mira illico res stetit, sed iam proprijs se armis miseri contrucidabant; donec cęlesti Numine impediente, quid rerum gererent, vix animaduerterent. Postquam igitur resipiscere, ac tanti facinoris grauitatem intelligere cœperunt, protinus ad sancti viri pedes obuoluti, sacro fonte lauantur. Sic tam impius apparatus meliore, præter spem, exitu conclusus est. Quæ cum ita essent, admirantes Tauromenitani ciues, tam subitam crudelissimæ gentis mutationem, lubentius, alacriusque Pancratij verbis parere, & in eius sententia acquiescere studebāt, ridentes, ac pro nihilo ducentes nefarios Diaboli conatus. ad hunc itaque modum cum populi multitudo in solidissima fidei petra fundata, & ad firmissimum diuinæ cognitionis fastigium perducta esset, cruciatur animo, ac dentibus frendit malorum omnium architectus, rabie stimulatus aduersus eorum ductorem, qui per tutissimum virtutis, ac pietatis iter incedere decreuerant. etenim iniquo animo ferens, Christiani ouilis incrementa, omnes vires, neruosque contendit, vt vigilantissimum pastorem de medio tolleret. Itaque in Artagati pectus inuadēs, diris intemperijs hominem exagitat, ad necem sanctissimo viro saxis, ac lapidibus inferendam. cuius consilijs truculentissimus Tyrannus obsequens, id quod iussus est, effecit. Sic Pancratium Stephano, eodem mortis genere, socium ad iunxit. Ille enim ab Hebræis, hìc à Græcis lapidibus impetitus; vterque tamen angulari lapidi arctissimè coagmentatus. Ambo Sancti spiritus virtute fortes, animosique redditi; eamdem pedibus viam calcantes, ad eamdem non manufactam ciuitatem peruenere. Neque vnquam à se disiuncti, ambo cælestium mentium conuiuæ ijsdem diuinæ mensæ epulis perfruuntur. Ambo ijsdē Angelorum choræis immixti, diuinis, incomprehensisque mysterijs sunt ascisti. Quid enim inquam, est, quòd vtrique non sit commune? ille primus ab Apostolis diaconus, hìc à Diuo Petro 4 *prima sedis* delectus Antistes. Ille Iudæorum ora compressit, hìc inanē Græcis sapientiam iactantibus silentium imposuit. Ille vnitatem personæ à Deo abegit, hìc multiplicem Deorum cultum ex mortalium animis deleuit. Ille cælestium orbium tractus reseratos, ac Iesum à dextris Patris stantem suspexit, hìc glorioso obitæ mortis genere, celerrimis itineribus, ad præpotentis Dei filium profectus, iam tantæ splendorem maiestatis propiùs intuetur, iàm diuinæ pulchritudinis aspectu mentis oculos pascit: iam cælestium virtutum consuetudine fruitur, quæ incredibili gaudio perfusę, inuictissimo Dei famulo obuiam procedentes, æquissimis pro susceptis laboribus præmijs remuneratæ sunt: pro fluxis nimirum, ac caducis æterna, immortaliaque reddentes.

Idola euertit: Dæmonem in mare proijcit.

2

Templum extruit, Ciuitatem sacris inungit.

Rusticis auxilio de stitutis opē fert.

Epaphroditum instituit Sacerdotem, ad eosq; docēdos legat.

3

Diabol⁹ in census odio in Vrbem Christianā, Aquilinum armat.

Et ad S. Viro Christi D. & B.V. imaginib⁹ pro mœnib⁹ oſtētatis p. sternitur.

Suisq; pœnis resipiscens ad Deum cōuertitur.

Totusq; fidelium cœtus in Christi fide confirmatur.

Rursus in Beatum virum Artagatus à diabolo exagitatur.

A quo lapidibus impetitus fortissime obijt.

4

Multis Sāctis viris cōfertur. s. Stephano

Age

Digitized by Google

Age verò quotquot iam inde à mundi primordijs, rebus bene gestis, clari exstitere, in medium adducamus; itaq; eorum facinora respectemus, vt cum nostri hominis sanctimonia, ac splendore aliquantisper conferamus. atque vt à primo parente exordium sumamus; Adam ipsius Dei manibus fabricatus, à felicissimo vitæ statu in vastissimum ærumnarum, ac miseriarum pelagus decidit, callidissimi serpentis dolo, ac fallacijs pellectus. hic communi praux carnis contagione genitus, à deteriore statu ad meliorem viuendi rationem semper ascendit. Atque ille quidem conditoris sui lege violata, letali fructu vesci non dubitauit: Noster verò Pancratius à diuinis præceptis ne latum quidem vnguem discedens, tantùm abest, vt inobedientiæ lignum attigerit, vt omnem vim, opemque suam contulerit ad colendam obedientiæ arborem, fructusque suauissimos ex ea decerpendos, quibus vitam suam educaret. Abel è sacrificiorum, quæ Deo obtulit integritate, in iustorum numerum est relatus: hic quòd quinos sensus Christo, veluti victimas mactasset. Seth pulcherrima parentis imagine præditus, ab ea, vt est in sacris literis, minime degenerauit, sed Deo optimo maximo gratus, acceptusq; filiorum Dei nomine posteros cohonestauit. At Pancratius purissimo lauacro regeneratus, acceptam Dei imaginem, ad exitum vsque vitæ intactam, incorruptamque seruauit; eosque, quos per Euangelium genuit, Dei filios, cælestisque regni fecit hæredes. Iam vero quid egerit Enoch videamus. Ille ab huius mundi habitatione in Paradisum translatus à nostris hisce ærumnis est exemptus: hic quamuis in Mundo versaretur corpore, animo tamen ad cælestẽ patriam, ab humanarũ miseriarum cõmunione lõgè sepositam, ferebatur. Et Noe quidem, vtpote iustus, ad paruæ arcæ fabricam, gubernationemque cælitus destinatus, paucos homines ad mortalem hanc vitam saluos, incolumesque seruauit: Hic autem arcæ, diuina manu fabricatæ, præfectus, ac moderator superno numine delectus, infinitos propemodum populos ad cælestem immortalitatem dux fidissimus adduxit. Sed prò quantum inter vtrumque est discriminis? quid ille nisi breuem, caducamque huius lucis vsuram suis conseruauit? quid noster? ad perpetuum, felicissimumque vitæ statum, creditos sibi mortales vexit. Loth etiam contẽplemur. is in Sodomis agitans ab omni illa spurcissimorũ, fœdissimorumque hominum colluuione intactum se, integrumque præbens à temporaria clade, cælitus immissa, vnus incolumis euasit. Quid Pancratius? inter ethnicos, impietatis cultores, diuinus plane homo, cum ætatem exigeret, non modo nullam labem à scelerata flagitiosorum hominum consuetudine cõcepit, verum magnam eorum partem à fœdissimo Idolorum cultu abstractos, ab æternis flammarum incendijs oblata immortalis vitæ anchora liberauit. An parum est, quod de Abrahamo legimus, qui nimirum insigni liberalitate erga hospites præditus, quotcumq; ad se ventitarent, munificẽtissimo epularum apparatu exciperet, Deum etiam ipsum apud se hospitem habere, & ad epulas inuitare meruit, officiorum suorum fructum adeptus præstantissimum. Hic verò salutis animorum desiderio mirum in modum incensus, famelicis populorum animis æternas, præstantioresq; epulas, cælesti aspirante numine suppeditatus, incredibili lætitia cælestes spiritus affecit. Isaac paternis præceptis obtemperans, ad se sacrificandum, duci à proprio parẽte non recusauit; quamuis rem exsequi diuina prouidentia præpediuerit. Hic eius inhærere vestigijs sedulò studens, qui se purissimo lauacro genuerat, puram se ipsum cælo victimam obtulit, ac deuouit. Iacob in somnis scalam vidit, qua in cælum patebat ascensus; hic arduam ac multis periculis refertam virtutis scalam ascendere aggressus, nullis aduersariorum insidijs potuit retardari, quo minus ad concupitum culmen facilis euaderet. prædicatur Ioseph, quòd ab impudicissima Aegyptia ad libidinem prouocatus, cum fortissime obstitisset, nequaquam pudoris leges est ausus violare. Pancratium verò quòd valentissimum bonorum omnium nactus aduersarium, cum eo strenue certaturus in arenam descenderit, atque ea in pugna imbellem, ignauumque illum ostendens, parta victoria glorioſum triumphum reportarit, non admirabimur? Moses adumbratiles à Deo leges accepit, & Amalech obscuro crucis typo in fugam conuertit. Hic diuinæ gratiæ, veritatisque leges populis promulgauit, ac Sacræ Crucis vexillo, sanctisque imaginibus in oculis hostium explicatis, cõfestim profligauit, & ad meliorem frugem reuocauit. Iam verò Aaronem spectemus: hic terrestrem agnum pro populis gladio mactauit, itaque sanguinis effusione in Dei amicitiam Hebræos rite conciliauit. Nil dissimile est in Pancratio. ille enim linguæ suæ gladio cælestem agnum cum sacrificasset, placatum, propitiumque Dei filium mortalibus ostendit. Iesus promissionis terra populis, quos ipsè ductabat, sorte distributa, illos ingenti gaudio cumulauit; verum Pancratius homines Christianis sacris initiatos, ad immortalem, nullisque miserijs obnoxiam regionem, veluti dux ipse perduxit, & in cælestium consuetudinem insinuauit. Nunc quid de Samuele dicam? qui sicut ex vtero matris Deo dicatus fuit, ita noster ab ipso regenerationis fonte in iustorum numero adscribitur. Quid verò de rege Dauide, qui secundum Dei cor homo à Sãcto spiritu perhibetur? & Pancratius nonne in Christi membris diuinæ gratiæ vi est coaptatus? quid de Salomone, quid de Elia? quorum alter sapientia præclarus, alter zelo diuino incensus, ad Dei cognitionem obstinata Hebræorum corda traducere prægestiens, cælum clausit, ac negata pluuia, acerbissimam, crudelissimamque famem in terrarum orbem induxit. Sed Dei famulus, nec cęlesti sapientia obscurus, & caritate inflammatus, sacrosanctæ fidei cælum mortalibus adaperuit, & cælestis benignitatis imbre, steriles animos fœcundauit, vitalisq; tritici feraces reddidit; sic summam attulit cælestis annonæ largitatem. Quid quòd Elisæum steriles aquas fecunditate donasse? Pancratium steriles animas virtutum fertiles reddidisse, mirum non sit? Ionam commendamus, quòd ab impendenti diuinæ iræ vltione, liberasset prophetica prædicatione Niniuitas: Pancratium quòd à ventura Dei ira, futurisq; flammarum cruciatibus, incredibili sua virtute Tauromenitanos eripuerit, taceamus? an non tribus etiã pueris, qui in Chaldaicam fornacem coniecti Dei filium habuere consortem, vnaque secum exul-

Adamo. *Abel.* *Seth.* *Enoch.* *Noe.* *Loth.* *Abrahamo* *Isaac.* *Iacob.* *Ioseph.* *Moysi.* *Aaron.* *Iosue.* *Samuel.* *Dauidi.* *Elia.* *Eliseo.* *Ionæ.* *Tribus pueris. Dan. cap. 3. vide ibi Pererium.*

Digitized by Google

exultantem ſe geſſit æqualem, cum in tentationum, ærumnarumque camino, Chriſtum Optimum aſſiduum, fidumque ſocium habere meruerit? Nec Danieli diſſimilis eſt exiſtimandus. quemadmodum enim ille prophetico ſpiritu cælitus afflari diſcupiebat, ita is Sanctiſſimę Trinitatis intuendæ deſiderio mirum quantum æſtuabat. Quamobrem ad expugnandam, quamcumque contraxiſſet ex huius vitæ ſordibus labem, Chriſti calicem lubenti, alacrique animo combibere, & baptiſmate baptizari non dubitauit. Iure igitur optimo inacceſſæ lucis ſplendore perfruitur, adſtans ante præpotentis Dei thronum. Sed quamquam decoris diademate, à puriſſimis illis ſpiritibus in cælo coronatus, immortali gaudio perfundaris, ſacro-Sancte Martyr Pancrati, ne quæſo à nobis mortalibus, impertitam tibi ſalutem dedigneris accipere. Valde enim pium eſt, mortales, qua poſſumus ratione, ſupernas virtutes æmulari. Salue itaque, Pancrati, qui tamquam fulgentiſſimum ſidus, verumque digitorum Dei opus, in cæli firmamento collocatũ, vniuerſo terrarum orbi lumen effundis. Salue, Pancrati, qui immaculatus in via, legeque Domini ambulaſti, & Chriſti teſtimonia es perſcrutat' in corde tuo. Salue iterum Pancrati, qui te corpore, æque atque animo Sanctum reddidiſti, quique in cæleſtibus tabernaculis verſaris. Age, beatiſſime Dei vir, Chriſtique ſedulus imitator, iam filiorum Dei libertate donatus, ne deſinas pro ouili tuo apud Deum Optimum Maximum preces effundere, atque hoſtem animarum noſtrarum inſidiatorem, tuarum precationum iaculis confodito. Tuque, ſummam Domini noſtri demiſſionem omni ſtudio imitatus, vti duo illa pauperculæ mulieris minuta, ita tu neglectiſſimum, tenuiſſimumque encomium, oblatum tibi à nobis munuſculum, minime deſpicias, noſque ſaluos, incolumeſque tuere. Da veniam, amabo, inſcitiæ noſtræ: neque enim noſtra ſponte ad tuas laudes dicendas acceſſimus, ſed ab his coacti, qui eas audire ſummopere expetebant; tuiſque precibus confiſi, hanc prouinciam recuſare non potuimus. Cæterum, Sanctiſſime vir, omnibus tuo nomini deuotis à præpotenti Deo pacem impetra; eſto ſo amen illis, qui calamitatibus, ærumniſque miſere affligantur. ægrotantibus cæleſti medicina opem afferre, ne graueris. Quique te, tuamque commemorationem pie colunt, ab exterarum nationum incurſionibus libera. Omnes denique, magna caritate ad te confugientes, à ciuilibus bellis indemnes tuere. Hæreſes procul extermina, nouellum 5 Goliath proſterne. inferorum hoſtium in nos inſidias diſſipa. Fac vitæ quiete, tranquillitateque perfruamur. congregatis tibi populis benedictionẽ impertire: da, Pater ſanctiſſime, vt tuarum precationum auxilio, ſine vlla offenſione ad cæleſtia regna tandem aliquando pertingere mereamur, vti Patrem, ac Filium, ſanctumque ſpiritum laudemus, nunc, & ſemper, & in ſęcula ſęculorum Amen.

IN SANCTVM PONTIFICEM PANCRATIVM HYMNVS EX GRAECORVM MENÆIS, A S. IOSEPHO HYMNOGRAPHO COMPOSITVS.

SVAVISSIMIS mellitiſſimæ linguę tuę verbis, diuinorum iaculorum ſplendore colluſtratis, omnem Occidentis regionem Pancrati, è tenebris ad lumen traduxiſti; aperte, & non diſſimulanter Sanctiſſimæ Trinitatis fidem prædicans, omnemque idolorum caliginem diſſipans: Pontifex, verus Apoſtolorum æmulator, tu, amabò, nobis Deum tuis precibus concilia.

In Occidentis plaga, quaſi ſtella illuceſcens, omnes per fidem ad cognitionis lucem perduxiſti, Sancte Pancrati, Pontifex, idemque Chriſti martyr; ex idolorum ſeruitute diuinis diſciplinis aſſerens in veram libertatem; opem, ſubſidiumque tibi Sacroſancta Triade ſuppeditante. Quare Sacram tui memoriam, vt decet, celebrantes, dignis te laudibus cohoneſtamus.

Inſtar Eliæ, ad ſupernæ beatitudinis culmen, tuis virtutibus euectus es, Sancte Pancrati, ſapiens, ſacerque concionator; cum à Beatiſſimo Petro gratiam ſimul, ac ſapientiam acceperis, diuitijs omnibus affluentem. Hinc ægris animi, corporiſque valetudinem impertis, quotquot ad templum tuum cum fide accedunt.

Reſpice, quos per ſacrum lauacrum peperiſti, filios fideliter congregatos, Sancte Pancrati, ſapiens, ac verende pater, audi iam, qui te perpetuis laudum vocibus in cælum tollunt; impertire quæſo lætitiam, animorumque ſalutem. Te enim patronum cum habeamus, glorioſe nobiſcum agi putamus; ſic enim hoſtium dolos, tuis precibus facile eludemus.

Sancte Pater Pancrati, vere D. Petri Apoſtoli diſcipulus, eius fidei incenſum ſtudium æmulatus, mundi illicebras, voluptateſque contemp-

ſiſti.

Digitized by Google

fisti. Quapropter æternæ vitæ beatitudinem adipisci meruisti. proinde tamquam diuinum Pontificem, athletam, decus, & ornamentum omnes veneramur.

O res à te præclarè gestas. ecquis vmquam pro dignitate tuorum miraculorum vim loquatur? quippequi vitam homine maiorem in terra traduxisti. nam tuæ vrbi Tauromitanæ perinde, atque Angelus apparuisti, cum & diuinis prædicationibus eam irrigaueris, populosque illuminaueris, plane vt vitam christiana fide dignam exegerint.

Deum personis trinum, substantia vnum prædicans, Pancrati, Deorum multitudinem, ignis instar grassantem, extinxisti, ac fulgurantibus præceptis populis lucem attulisti.

Videte, videte inquam: ego Deus sum, qui mysticis luminum diffusionibus, bonum ouium pastorem collustraui. Cuius etiam præceptis eos, qui in malorum tenebris versabantur, ad verum lumen traduxi.

Proprio sanguine respersus, Pancrati, minime quidem in terrenum templum, sed in cœlum ipsum ingressus, diuino te aspectui, martyr, obtulisti.

Ad diuinæ cognitionis pascua, tuæ prædicationis fistula modulans, gregem tuum egisti, Pontifex, pastorque summa admiratione dignus; tuarumque precationum vi, quasi funda, truces lupos procul eieciſti.

Luce Petro cælitus immissa, verè petra Christus te delegit, vt ad Occidentem plagam, veluti radius, Sancti Spiritus splendore, ignorantiæ tenebras dissipares.

Sancti Spiritus virtute, bene confirmatus, profanos spiritus insectatus es, ac validissima precum tuarum claua, Idolorum fana funditus demolitus, sacrosanctas ecclesias Deo optimo maximo excitasti, vir sane admirabilis.

Acutissima verborum tuorum acie, infames errorum spinas decidisti, ô sanctissime vir; animasque saluberrimis virtutum institutis conserens, ad ferendos fructus vberrimos excoluisti.

Cum Sancti spiritus receptaculum purioribus in se radijs admittendis accomodatum, discipulorum coryphæus te vidisset; ad Occidentales populos allegauit; nimirum vt ab his impietatis noctem aspelleres.

Te, Paracleti ignibus, ignes spirante, errores omnes incendio conflagrarunt, sapientissime Pancrati. Idem tamquam Pharos longe collucēs ignorantiæ fluctibus obrutos ad tutissimum diuinæ voluntatis portum dirigis.

E rupe prærupta Petrus scaturiens, inundāsque te, tamquam alium amnem effundit, ad sitientes campos irrigandos, exsiccandaque flumina impietatis, riuis diuinæ prædicationis diffluentibus.

Tua viuendi ratio, cælesti decore illustrata, omnes Dæmonum impetus obscurauit; dissipatisque impietatum tenebris, ad veram diei lucem contuendam traduxisti, quotquot auidè prædicationibus tuis paruere.

Verborum tuorum sonus longe diffusus est, pater sapientissime, diuinæ cognitionis splendore luceſcens. quo sapientia Græcorum euanuit, ac vafer sophista victus, profligatusque est.

Editis, sanctissime vir, miraculis populos captatis, ac verbo delubris funditus in terram prostratis, ecclesias affabre exædificasti, ad renouandas hominum mentes.

Sacram stolam, diffuso sanguine, cruentatus, ac Dæmonum maculis, sordibusque detersis, victor in cælum commigrasti, victoriæ coronam percepturus.

Corruit è tuo conspectu Idolorum templum, ostiumque gentibus patefactum, ac cælestis gratia Christianorum pectoribus tributa, pater sacrosancte.

Cum mentem, animumque tuum, de sua gratia liberaliter adornasset Iesus, & Deus, & hominum vera lux, tuis cohortamentis populos à veritatis ignoratione liberauit.

A superstitiosis Idolorum aspersionibus, cōtaminataq; sanguinis infusione gentes perpurgasti; dum quasi mactatus agnus, viuentem te victimam Deo obtulisti.

Deo Optimo Maximo Sacri Euangelij administer fuisti, quippe proprio sanguine diuina præcepta splendide consignasti, sacrosancte Pontifex, Pancrati.

Proprio in sanguine baptizatus es, Sancte Pancrati, qui sacra ante populos aqua tinxeras. Hinc ad Christum, magna lætitia delibutus, ascendisti. atq; ijsdem immixtus diuino aspectu pasceris, sēpiterna beatitudine pręclare donate.

Mortales malorum pelago demersos, sacro verborum tuorum hamo expiscatus, eduxisti, ac sacrosancta precationum pluuia, cœnosam incredulitatis labem, voraginemque exsiccasti, sacer Christi minister.

Petra profecto infracta, solidaque te sacrosanctæ ecclesiæ firmam, stabilemque basim, ac fundamentum posuit, venerande Pontifex, ad quam diffringeretur omnis malitia hostis stultissimi, pater sapientissime.

Variarum tentationum igne excoctus, inuictus, semperque idem permansisti, preclarissimis contemplationibus mentem corroborans, teque instar gladij præstitisti, multorum Deorum siluam præcidens.

Vt populos ad Christi agnitionem perduceres, signa, ac prodigia dilucide perpetrabas; futura instar diuini vatis prædicens, Sancti Spiritus inspirationibus afflatus.

Conditoris nostri imaginem populis ostentans, quam tecum afferebas; qua duce, signa, virtutesque edidisti ad propellendam odiosam multitudinis Deorum religionem.

Splendidissimis Petri facibus mente, animoq; collustratus, veluti stella nitidissima ad Occidentem accuristi, tuis concionibus in lucem trahens eos, qui prius in barathrum ignorationis misere præcipites corruerant.

Imaginis animam, ad suum prototypum ascendentem, probe noscens, vbique intactam, incontaminatamque seruasti; Iesu, ac Dei nostri imaginem erexisti ad simulacra Dæmonum euertenda.

Sacerdotum conspicuus fulgoribus, martyrumq; coruscans splendoribus, Sancte Pancrati, Sacerdotum, martyrumq; ornamentum, iam Dei gloriam lætus, ac gestiens contemplaris.

Celebritatem hanc præclarissimam, ciuitas, populusq; vniuersus tibi agunt magna lætitia delibuti, Pancrati admirande, te fideliter venerantes, quibus benedicere, vt pastor, ne dedigneris, pro omnibus offerens Deo preces.

DE

Digitized by Google

Anno Christi. 44. 12. Ian.

DE S. MAXIMO EPISCOPO TAVROMENII

AVCTORE OCTAVIO CAIETANO SOCIETATIS IESV.

S. Petrus Apost. Taurom. venit

BEATISSIMVS Petrus Apostolus, imperante Claudio, Romam nauigans, Tauromenium in Siciliam appulsus, ad Pancratium Episcopum diuertit, Auctore Metaphraste, *a* alijsque scriptoribus, quorum in Vita S. Pancratij meminimus: *b* haud crediderim illuc tempestate delatum, sed caritate in alumnum suum, quem ante annos quattuor, Euangelij caussa, in Insulam destinarat, & pro munere pastorali, ac sollicitudine Ecclesiarum, qua maximè ad inuisendas, quas nuper fundauerat, vrgebatur. vt vt eucnit, memoranda Siciliæ felicitas fuit, vt Principis Apostoli, qui Summus Pontifex, & Caput orbis terrarum erat, hospitium esse meruerit. Enimverò vltra modum hospitalis illius sedis pretium fuit. Nec quisquam abnuerit, Christianam Religionem à Pancratio inchoatam, Petri Apostoli recreatam aspectu; auctam cohortationibus acerrimis, præclarisq; legibus constitutam. Inter duces, quos Apostolus Tauromenij ad fidem traduxit, Maximum Christianis imbutũ institutis, sacro abluit fonte. addunt *c* etiam tunc Maximum institutum fuisse à Diuo Petro Episcopum, designatumque D. Pancratij successorem, vt post eius obitum diœcesis Tauromenitanæ administrationem capesseret. Et sane oportuit sanctissimum illud Ecclesiæ caput iam tum diuinitus peruidisse, quo virtutum decore, diuinisque beneficijs Maximi animus exornandus esset, cùm eum tum primùm in Christiana castra admissum, ducem constituerit. illud huic narrationi obesse videtur, quod in actis D. Pancratij ab Euagrio eius discipulo, vti titulus præse fert, conscriptis legimus; ibi enim Euagrius se designatum Episcopum à Pancratio refert, atque ea de caussa Romam contendisse, & à D. Petro fuisse inauguratum; sed hæc parum me mouent, nam Acta illa à nugatore quopiam corrupta fuisse satis opinor ostendi, cum de ijs loquerer in ipsa D. Pancratij vita; & ne alia, quæ in Actis illis enarrantur in examen vocemus, sanè hanc ipsam inaugurationem confictam, facilè quiuis aduertat; volunt enim à D. Petro factam fuisse post D. Pancratij mortem, at Pancratius diù superstes fuit Petro Apostolo, si sub Nerone Petrus, & sub Traiano Pancratius, quod certum creditur, martyrium fecere. Crediderim ergo interfecto prò fide Pancratio Sanctum Maximum Beati Petri discipulum suffectum esse. Verum Sancti Maximi res præclare gestæ in obscuro amissis Actis mansere. hoc quamuis tenue monumentum per silentium obliterari religio penes me fuit. In Tauromenitana Ecclesia S. Maximi memoria colitur die 12. Ianuar. Meminit illius præter Metaphrastem iam laudatum Hugo Etherianus lib. 3. de Spiritu Sancto. Demochares de Sacrificio Missæ. Vincentius Belluacensis lib. 3. cap. 87. Galesinus ad Martyrologium nonis Februarij, Philippus Ferrarius in suo Sanctorum Catalogo.

a In Vita S. Petri, & Pauli Ap. apud Surium 29. Iun.

b In notis num. 12.

Maximum inungit S. Pancratij successore.

c Metaph. l. cit. Vgo Ether. lib. 3. de Spiritu S. Demochar de Sacris Missæ.

Digitized by Google

Anno Christi. 44. 21. Mar.

VITA S. BERYLLI CATANÆ EPISCOPI EX GRAECORVM MENAEIS AVCTORE OCTAVIO CAIETANO SOCIETATIS IESV.

Ex Menologio. S. Berylli Patria.

BERYLLVS S. Apostoli Petri discipulus fuit, patria Antiochenus, sed in occidente cũ ipso Apostolo degens Catanæ Episcopus institutus est; quoto autem Christi anno id contigerit, certo affirmare non ausim; sed conijcio reponendum id esse anno Christi quadragesimo quarto; Romam enim tunc veniens D. Petrus, vt in S. Pancratij vita narrauimus, Tauromenium diuertit, atque tùm maxime Siculæ Ecclesiæ, quæ Marciano, & Pancratio auctoribus prima christianæ fidei semina excipiens, spem fecerat feracitatis vberrimæ, prospexisse crediderim; nam si adeò ille consuluit Tauromenitanæ Ecclesiæ, vt superstite adhuc Pãcratio, eius successorem S. Maximum *a* iam tùm consecrauerit, multo magis credendum erit tunc alijs, & præsertim vicinis vrbibus Antistites dedisse, qui rẽ Christianã promouerẽt. Existimo igitur Berullũ, quẽ secum nauigationis socium detulerat D. Petrus, Tauromenij substitisse, atq; inde in propinquã vrbem Catanã Euãgelij lucẽ, vel primũ intulisse, vel si fortè iã affulserat, longè latèq; auctam effudisse. Acta, quæ Berylli vitã, sanctissimosq; mores declarent, non habemus, sed in Græcorum menologijs, vbi quæ maximè insignem reddiderẽ sãctum hominem, breuissimo compendio tradi solent, de S. Beryllo ad diem 21. Martij hęc leges. [cùm rectè, & sanctè gregem suum pasceret, atque multa miracula operaretur, plurimos ad Christi fidem conuertit] quæ verba fructum vberrimum in discipulorum animis Sanctissimæ Berylli doctrinæ, moribus, atq; miraculis respondisse nos docẽt, celeberrimum verò fuisse oportuit prodigium illud, quod in ea breuissima rerum summa cæteris posthabitis in eodem narratur menologio. Fons erat amarissima manãs aqua, sed dulcissimo Dei nomine per preces implorato quidquid ibi salsum, amarumuè inerat, extersu est, iterato planè magni Eliszi miraculo, qui aquas sanauit Iericontinas. subdit ibidem menologium eo prodigio attonitum Græcum hominem idololatriæ apprimè deditũ, & cum eo plerosque alios christianam fidem lubenti animo suscepisse; eius enim religionis auctorem Deum esse oportere ipso iuuante numine sibi persuaserunt, quam ille suæ potentiæ suffragio apertissimè comprobasset. Græcum hunc hominem ad fidem traductũ facilè quempiam ex Attica regione existimo; nam, quamuis Siculi Græcis adnumerari tunc facilè possent quorum idiomate vterentur, sæpe tamen Græci dicuntur, qui Gentiles, Ethnicique sunt; & hic exterum hominem, sed insignem, Menologium indicat. his clarus facinoribus Berullus extremam attigit senectutem, quod diuina quadam prouidentia in plerisque Ecclesiæ luminibus primo illo Ecclesiæ æuo contigisse certum est, nè scilicet fides adhuc in hominum cordibus adolescens, si magistris destitueretur, vel detrimentum caperet, vel nimis inusitata prouidentiæ ratione sinè præceptorum industria promouenda esset. quam ob causam diuino consilio factum est, vt multorum præsulum vita tunc in longiorem protraheretur ætatem, & legamus Ioannem Apostolum, Clementem Pontificem, Papiam, Ignatium, Polycarpum, & è Nostris Pancratium Episcopum Tauromenitanum aliosque ad Traiani tempora, quibus primum Christianæ religionis sæculum cõtinetur, peruenerint. quo mortis genere ad vitã cõmigrarit Beryllus, incertũ est. in Romano enim Martyrologio ad 7. Kal. Aprilis dicitur in vltima senectute quieuisse in pace. Sed certaminis, atque adeò martyrij, meminerunt aliquot Græca Menologia, atque imprimis antiquissimum illud, quod latinitati donauit Guilielmus Sirletus Cardinalis, & quod itẽ edidit Andreas Scottus è nostra Societate, ibi enim hæc verba leguntur, Certamen Sacrosancti Episcopi Berylli, Episcopi Catanæ; in alijs tamen menologijs dicitur tantùm, migrasse ad dominum, nec additur ea vox, in pace, quæ in Romano Martyrologio, vt dixi, legitur; de sepultura idem menologium ait Berullum in eadem Insula Siciliæ

per

Consecratur à S. Petro Apost. Episc. Catanensis.

a In eius vita.

Amar. fons eius precibus dulcescit. 4. Reg. 2.

o Nicepb. l. 3. c. 18.

Sãctissime moritur.

Digitized by Google

Sepulcrũ miraculis clarum.

perhonorificè sepultum curationes, & remedia morborum omnibus, qui ad ipsum accedunt, vsque in eam diem exhibuisse. Et quidem Catanæ sepultum arbitramur, quamuis verò Catanę aedicula Beryllo dicata sit iuxta veterem Diuæ Agathæ ædem, eiusque carcerem, an ibi tamen defossus sit, nescimus. Quod de miraculis additur, ea perdurasse existimo vsque ad Saracenicam Siciliæ cladem, qua etiam occasione traditio, memoriaque loci, vbi Sanctissimæ illius reliquiæ iacent, extincta est.

DE S. CHRESTO EPISCOPO SYRACVSANO

AVCTORE

OCTAVIO CAIETANO

SOCIETATIS IESV.

Anno Christi. 74. 3. Iulij.

SANCTVS Chrestus, Syracusanæ Ecclesiæ Episcopus, B. Marciani primi Syracusarum Episcopi discipulus fuit. vt ille pro fide extinctus, in eius locum ipse successit. mortem obijt vitæ consentaneam, & sub sacra mensa positus est, vt Syracusanorum Pontificum fasti docent. cætera ignoramus. Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum sub die 3. Iulij meminit S. Chresti Episcopi, additque in pace quieuisse; sed quamuis de eius martyrio nihil certi afferri posset, coniecturam tamen afferam fusi pro Christo sanguinis. sub sacra mensa reconditum Chresti corpus diximus, & quidem altare ibi intelligi nemo ambiget opinor; altaria verò fuisse martyrum sepulchra Ioannes Apostolus in Apocalypsi demonstrat, & antiqua nascentis Ecclesiæ consuetudo. atque huc respiciens Cyprianus de laude martyrij, ait, vos intra se sacrum illud altare, vos intra se magna illa venerandi nominis sedes, veluti sinu quodam gremij complectentis includit. Augustinus vero luculentius rem explicat de martyribus loquens, *Videte*, ait, *quem ijdem locum apud homines mereantur, qui apud Deum sub altari meruerunt, dicit enim scriptura sacra, vidi sub ara Dei animas occisorum propter verbũ Dei; quid reuerentius, quid honorabilius dici potest, quàm sub illa ara requiescere, in qua Deo sacrificium celebratur.* & mox; *recte sub altari iusserum anima requiescunt, quia super altare Corpus Domini offertur: conuenienter igitur, & quasi pro quodam consortio, ibi martyribus sepultura decreta est, vbi mors Domini quotidie celebratur, sicut ipse ait, quotiescumque hæc feceritis, mortem meam annunciabitis, donec veniam; scilicet vt qui propter mortem eius mortui fuerant, sub Sacramenti eius mysterio requiescant; non immerito, inquam, consortio quodam illic occisis tumulus constituitur, vbi occisionis dominicæ membra ponuntur, vt quos cum Christo vnius passionis caussa deuinxerat, vnius etiam loci religio copularet.*

Apoc. c. 6. Martyres sub altari sepeliebãtur.

Serm. 73.

Vide etiam Aug. de diuersis serm. 113.

Fuerunt etiam in Syracusana Ecclesia alij Antistites Chresti nomine insigniti, quos nolim erroris occasionem præbere; floruit quidem vnus sub Constantino, ad quem is Imperator Epistolam scripsit, vt cum alijs duobus Siculis Episcopis, quos ipse delegisset, Arelatem ad Concilium pergeret, vti refert Baronius anno Christi 314. *a* sed is longo temporis interiectu distat à Chresto, de quo nos loquimur: propior illi est alter Chrestus, qui eius fuisse frater, ipsiq; in Syracusano Episcopatu successisse dicitur à Cassiano, Siculo, vt opinor, historico, quem refert Scobar in Catalogo Syracusanorum Antistitum. Quod autem frater fratri successerit, haud mirum videri debet, cum etiam Paullus germano Fratri Stephano in Romano Pontificatu substitutus fuerit, ex Anastasio Bibliothecario, aliaque suppetant in historijs exempla. Syracusis 3. Iulij colitur Chrestus. sed rerum vicissitudines, & iniuriæ temporum viri Sanctissimi cùm venerationem, tùm memoriam obscurarunt. O fatum patriæ. iacere in tenebris quem Ciuem? quem virum?

Alij Episcopi Syrac. ab hoc Chresto diuersi.

a Euseb. li. 10. cap. 5. nu. 49.

Digitized by Google

Anno Christi 40. 3. Nouembris.

MARTYRIVM SS. PEREGRINI ET LIBERTINI EPISCOPI AGRIGENTINI.

AVCTORE OCTAVIO CAIETANO SOCIETATIS IESV.

IN ea laudatione, quã grauis, & antiquus Auctor Syracusanus de D. Marciano primo Syracusarum Antistite cõscripsit, & nos post eiusdem Marciani vitam, veluti singulare eius ornamentum edidim'; meminit Sanctorum Peregrini, & Agrigentinæ Vrbis Episcopi Libertini, cum enim dixisset à Peregrino vitam S. Marciani scriptam fuisse, subdit [Hic inter cæteros Dei præcones Marciani doctrina imbutus testis perfectus Deo effectus est, sacrificium acceptabile, ac voluntarium factus, atque holocaustum in odorem suauitatis, in monte, quod cacumen Crotaleos appellatur, parem mortis triumphum retulit cũ Sancto Martyre, & Agrigentinorum Episcopo Libertino.] De his autem Sanctis Martyribus penes monasterium S. Mariæ in agro Acutiano in Sabinis Acta quædam M. SS. reperiuntur, quæ ad me germanus Frater Domnus Constantinus Caietanus Abbas S. Baronti Casinensis transmisit, in his verò nonnulla paullo explicatius traduntur, & quamuis turpiter in Præfecti, & Proconsularis, immò turpius in Imperatorũ nominibus labantur, non est tamen cur eadem statim omninò reijciamus. frequentissimus is lapsus est in Sanctorum actis, & prudentissimè Cardinalis Baronius in notis Martyrologij Romani ad diem nonam Octobris de Sancto Dionysio Areopagita loquens, dixit, [Quod si ob vnum errorem, vel alterum in vitis Sanctorum inuentum, cętera, quæ remanent, fide carere dixerimus, profecto omnes ferè Sanctorum vitas in maximum discrimen adducimus; cum penè in omnibus aliquid notari possit, quod corrigendum videatur]& sanè cum antiquiora acta Sanctorum breuissimè conscripta sint, sæpe euenire oportuit, vt inter exscribendum à nonnullis aliqua adderentur, quæ ad pleniorem rei cognitionem facere ipsi per inscitiam existimarent. adde etiam primis Ecclesiæ temporibus potius acta hominum memoriæ, quàm scripto commendata; cum autem memoria rerum, quã nominum sit firmior, facilius in his nominibus erratũ est ab ijs, qui primi acta conscripserunt, præsertim cum coniecturis aliquando ipsi ducerentur in designando tempore iam diu pręterito. minus autem periculi inest in re ipsa, quàm in temporum, locorum, aliarumque circumstãtiarum designatione; nam si quid in his erratũ sit, minus religioni iure optimo ducitur. in his ergo actis displicet Quintiano Siciliæ consulare & Siluano Iudici mortem horum Martyrum tribui; hi enim sub Decio Imperatore Christianos in Sicilia vexarunt post ducentos ferè annos, vt ex actis D. Agathæ longe certioribus liquet. Quod si cuipiam in mentem veniat consularem alium, aliumque Iudicem his cognomines primo etiam sæculo reponere, Imperatorum nomina grauiorem ingerent difficultatem; acta enim illa Peregrinum, & Libertinum extrema passos dicunt sub Valeriano, & Gallieno, à quibus octaua Christiani nominis persecutio cæpit anno Chr. 259. cum autem Sanctus Marcianus à D. Petro in Siciliam transmissus Antiochia fuisset annum circiter 40. Peregrinus eius discipulus non potuit superstes esse ad ea Valeriani, & Gallieni tempora. his ergo nominum maculis detersis, quas dissimulare non oportuit, vt quanta sit singulorum actorũ fides sine fuco lectoribus proponatur, breui eadem acta perstringam. In Agrigentinis finibus Cœnobium erat, cui Triginta nomen fuit, siuè à loci distantia, & passuum millibus, aut ab Vrbe, aut à littore numeratis, siuè à Cœnobitarum numero, siuè aliunde desumptum; Ascetis præerat Agatho, religione, ac pietate insignis, sacrisque litteris eruditus; tantaque ille virtutũ opinione, morum suauitate, & incredibili comitate suos acri disciplinę addictos continebat, vt merito per Siciliam vniuersam eius, suorumque fama cum admiratione celebraretur; sed in his actis adeò malè implexa narratio est, vt nescias, an velint Agathonem tunc Cœnobio præfuisse, cum Liberatus, de quo mox dicam, illud adiuit, an potius dum Peregrinus viueret; vt vt sit, sanctioris vitæ studio Peregrinus in religiosa huius Cœnobij familia commoratus est, & socijs ne dum alijs pijssimæ vitæ exemplis prælucebat. Furente interim Ethnicorum Impe-

S. Peregr. scripsit vitã S. Marciani

Sæpe in ss. Acta irrepunt falsa.

Digitized by Google

Imperatorum fabie in christianum nomen Agrigentum se contulit Præfectus, aut Iudex quæstionem de Christianis habiturus. Sed Pelagius quidam, qui tanquam alter Iudas in eo religiosorum hominum collegio simulatæ virtutis specie tectus degebat, inuidiæ, perfidiæque stimulis actus Peregrini nomen apud Iudicem detulit: publicè ille iam comprehensus constanti animo, & vultu se Christianum professus, Idolorum vanitatem irridere, & contenere; tormentorum omnium doloribus, ac furori se obijcere: in Christi fide, quam multis Deo fauente suaserat, non persistere modò, sed eam apud alios suæ constantiæ exemplo confirmaturum. Iudex verò, cum post pleraſque altercationes se operâ ludere intellexisset, flammis Peregrinum addicit. in montem ergo Crotaleum raptus in ignem conijcitur, & ad beata diuini amoris incendia in cælum animus euolauit; sed corpus, quod in cineres solui non potuit, ibidem à Domnina religiosa fæmina honorificè sepultum est, & eiusdem deinde diuitijs superstructo templo ad multa sæcula miraculis claresçens cultum est. Dolemus autem iamdiu Siculos nescire, quis ille mons sit, qui Crotaleus tunc fuerit appellatus, vt diligentius templi, & sepulchri vestigia perquireremus. Inter miracula verò plurimorum admiratione celebratum oportuit esse illud, quod eadem acta innuunt, & luculentius fortè explicatum haberemus, si integra ad nos peruenissent. Narrât ergo Lilybetanum ciuem nomine Liberatũ, cum diu à dæmone obsessus, & conflictatus fuisset, Romam ad D. Petri supplicem contendisse; post diuturnas verò vnius anni preces intempesta nocte orantem has exaudisse voces: iam voti compos redi in Siciliam ad montem Crotaleum, vbi corpus Peregrini Martyris situ est; ad eius sepulchrum te offerre oportet, & nonagintâ dies ieiunium de more tolerare. Vbi hæc feceris, efficiet Peregrinus nè iterum te Dæmon inuadat, simulque Abundantium filiũ, quem paralysis soluit, reddet incolumem. nec de prospero euentu dubitandum reor, quamuis acta solum adnauigasse, & filium detulisse memorent; nam præter fidem ab Apostolorũ Principe datam, initio narrationem istam Liberati acta instituunt, vt capta inde occasione ad Peregrini martyrium progrediantur: neminem autem in dubium reuocare velim, quæ de Peregrino diximus, quamuis quem paullo ante Marciani Syracusarum Episcopi discipulum, & Euangelij præconem fuisse vidimus, hæc acta in Agrigentinæ Dioecesis finibus, Monachum, & ferè Eremicolam exhibeant; etenim prima illa nascentis ecclesiæ ætate non est mirùm præclaros doctrina, & fide virôs in alias excurrisse Dioeceses, multasque Vrbes perlustrasse ad Euangelij semen latiùs pro virili spargendum; Spiritus diuini consilio, quò magè regebantur, eò minus humana iura fines præscripsere; imò etiam eadem acta D. Marcianum in Agrigentinam Dioecesim, cui Libertinus præerat penetrasse narrant. Cæterum primo etiam sæculo fuisse plurimos, qui, quod singularem vitam, & è sæcularium curarum tumultu secretam diuino cultui intenti ducerent; externoque etiam corporis habitu profiterentur, Therapeutæ ideſt Dei cultores, & monachi dicerentur, apertissimè D. Dionysius, alijque conteſtantur, & in nostrâ Sicilia Deo consecratarum Virginum collegia auctore Pancratio Tauromenitano Antistite instituta in eius actis proditur: hinc autem nonnullos Episcoporum præsertim imperio, quibus subdebantur, adactos, aut impellente alienæ salutis desiderio, tanquam è pietatis arcibus ad fidem edocendam erupisse, quis iure ambigat? nihil ergo video cur difficile censeri possit Peregrinum Euangelij præconem in suum illud aſcæterium se paullo ante, quàm subiret mortem, recepisse. Demum licet Africanum fuisse hunc Martyrem, atque inde Peregrini agnomen apud Ascetas illos inualuisse referant acta, tamen cum ea res inter altercationes iudicis, & Martyris reponatur, in quibus pro scribentium ingenio facile ad historiæ ornatum, pleraque dicuntur, neque amplius non raro, quàm veri similitudo requiritur, quo minus Peregrinum credam Syracusanum, vt pote à Marciano Syracusis fidem edoctum, non facile abducor.

Iam ad Libertinum Agrigentinorum Antistitem venio, de quo obiter loquitur Encomiastes ille Syracusanus paullo antè laudatus, & pauca admodum referunt acta illa S. Peregrini. Et quidem a D. Petro ecclesiæ illi Agrigentinæ præfectum fama ad nos vsque ducta, constansque traditio edocet; idque factum reor anno Chr. 44. cum Apostolorum Princeps Romam veniens ad Pancratium Tauromenij in Sicilia Episcopum diuertit teste Metaphraste, vt in eius vita diximus: ibi enim Apostolus rebus Siculis sollicitè prospexit, & Maximum Episcopum consecrauit, designauitque Pancratij successorẽ, & Beryllum Catanam misit Antistitem; quo facilius credendum tunc etiam Agrigentinis dedisse Libertinum, alioſque forte, quorum nomina exciderunt, alijs Vrbibus. Suam operam saluti Agrigentinorum diligentissimè impendisse Libertinum, eiusque ecclesiam floruisse illud indicat, quod ad eam demetendam Imperatorum ministri accurrerint, & in eum maximè exarserint: cum autem neque dolis, neque minis Sancti Pontificis pectus expugnari posset, acerbissimis discruciatum modis animũ Deo reddidit. Si autem Encomiastis illius verba perpendamus dicentis, parem cum Peregrino triumphum retulisse Libertinum, planè in ignem fuisse coniectum arbitrabimur; Acta verò sæpius laudata erunt per aras apud Deum preces fundentem spiritum exhalasse, lapidibus obrutum, & gladio transfixum apud pleroſque fama est, & aliquot eius icones antiquissimæ adstipulantur. Agrigenti prope forum sepultus est honorificè, atque ad eius sepulchrum multis annis collata beneficia referunt. Coluntur hi Sancti Martyres ad tertium Nonas Nouemb. Certum annum obitus consignatum nullibi reperio, sed facilè reiecerim ad Domitiani tempora; neque enim videtur longè præcessisse Marcianus, quem Syracusarum Episcopum in hac Syracusana Vrbe, non in Agrigentina martyriũ fecisse acta significât, si ea ad veritatẽ, aliorũq; scriptorũ mentẽ nõ in vita trahere, ac benignè interpretari voluerimus: si aũt quis ad Neronis persecutionẽ referre hæc velit, nõ habeo cur obsistã. Cæterũ vt meũ iudiciũ, meamq; interpretationem actorum veterum magis probet lector, non pigebit ea subnectere.

MAR-

De Eccles. Icarch. c. 6.

à Pelagio proditur.

Martyr flã mis addicitur.

Miraculũ.

Monachi etiam primo sæculo floruerunt.

S. Libertinus Episc.

Saluti aliorum procurandæ vacat egregie.

Digitized by Google

MARTYRIVM S. LIBERTINI EPISCOPI AGRIGENT. ET S. PEREGRINI EX M. S. CODICE ANTIQVO.

Ann Christi 90. 3. Nouẽ.

Liberatus quidam à Dæm. vexatus, Lilyboeo. Romam pergit ad sepulchrum S. Pet. Ap.

LIBERATVS quidam Lilybætanus, temporibus multis à Dæmone vexabatur. Quod verò calamitas humana ope pelli nequibat, ad ecclesiam D. Petri Apostoli Romam contendit; medicinam miseriarum ex inclyti sepulchri, aræque complexu petiturus. ad illa per annum mansit, interdiu, noctuque Apostolum orans raro perseuerantiæ exemplo: post finem anni, intempesta nocte ante aram iacens, effususque in lacrymas, B. Petrum flagrantiùs precabatur, exaudiret assiduas vnius iam anni preces. aduersus violentiam communis hostis subsidium obsesso ferret, ægro solatium, depelleret seruitutem, ac vincula, quibus miserabiliter obstrictus teneretur, incolumem redderet penatibus suis: mansuram penes se beneficij memoriam, insuper depulsori malorum suorum, omnes apud gentes decus futurũ. Hæc orante, audita vox: Liberate, ab omni corporis, animique vexatione iam liber es. Sed redire in Siciliam iubeo, ad montem Crotaleũ, vbi corpus Peregrini Martyris situm est. ad eius sepulchrum offerre te preces oportet, & ieiuniũ XC. dies tolerare; vbi id feceris, Peregrinũ tibi præstiturum confide, ne Dæmon aggredi te vltra audeat, simul opem à Deo impetraturum Abundantio filio tuo, paralysi afflicto.

Post annũ oranti audita vox. Vt in Sic. rediret ad sepulchrũ S. Peregr.

Igitur Liberatus alloquio cælesti firmatus, Lilyboeum in Siciliam regreditur. nec mora, mandatis Apostolorum Principis exsequendis. Aegrum filium XVI. natum annos ad B. Peregrini sepulchrum mox perducendũ curat, orãq; Siculam adnauigans, ad montem Crotaleum peruenit, in quo corpus Peregrini situm erat; & inde ad Ascēterium, cui Triginta nomen fuit. ea tempestate, Ascetis præfectus erat Agatho, acrique disciplina exercebat, egregia vir religione, sacrisque lite is per quam eruditus: vesperè, Deo gratias agens, cibum capiebat, quẽ innocenter labore suo parasset: nec sanctissimũ virum pietate quisquam anteisset, cum occinendis Deo laudibus, in ecclesiam conuentum esset: septem per annos, quos in Ascēterio habuit, nemo vmquam ab eo tristis abscessit, tanta animi lenitate pollebat, hilaritate oris: vtriusque constantia: morum, ac vitæ disciplina per Siciliam latè celebrabatur.

Per id tempus, ecclesiæ Syracusanę Marcianus præerat Episcopus, qui Peregrini virtutum fama excitus, eius visendi caussa ad Ascēterium venit: nonnullos per dies simul egere in ea solitudine curarum vacua, rerumque humanarum ad despicientiam, amoremque cælestiũ sese inuicem adhortando, allocutionibus suprà mel dulcibus pascebant animos. Vnum insatiabiliter appetebant, tractabantque, regressum in æternam patriam, summique boni complexionem. Morabatur in Ascēterio Pelagius quidam Africanus; non eadem, qua ceteri virtute, nam corporis habitu compositus, animo corruptus, Dæmonis fraude, inuidiaque in Marcianum perculsus, animum in exitium omnium intenderat. cum ab Impp. scriptum est ad Quintianum, Siciliæ Consularem, vt Christianos adigeret ad sacrificia, & aspernantes pœnis afficerentur. missus à Quinctiano Siluanus, homo pestifer, qui conquireret, excruciaretque. is Agrigentum ingressus, Libertinum Episcopum corripi iubet. non doli, non minæ, nihil omissum, quo reuocaretur à Christo, simulacra veneraretur. at Libertinus in æde S. Stephani Protomartyris, per aras Deum laudans, oransque spiritum cælo reddidit. nec sine luctu, in foro Agrigentinorum sepultus, satisque multos per annos ad eius sepulchrum collata sunt in ægros beneficia.

Valeriano, & Galieno per err. in M. S. Cod. scriptum erat.

In Sic. recrudescit persec. Imperat. iussis.

Corripitur S. Libert. Episc. Agrigent. Et in fidei constantia placidè moritur.

Siluanus Agrigento ad Ascēterium recta, Christianos quæsiturus tendit: extemplo adit hominem Pelagius, fidei violator. illic detulit Africanum quemdam commorari, cuius artibus maxime faciles ab Imperatorum obsequio, Dijsque verterentur; vt qui plerosque ad Deorũ cultum transgredi cupientes exterreret. [Marcianum Syracusiorum Episcopum de eadem superstitione damnatum, ea in vrbe flammis absumptum.] proin Peregrinum eiusdem sectæ studiosum, eadem supplicia conficerent: statim comprehenditur Peregrinus, & ante Siluanum statuitur, qui pernoui, ait, hominem externũ te esse, quod tuum nomen ostendit: quid autus es, ciues pernertere, quo minus Imperatorum edictis obsequantur, & thura Dijs incendant? Peregrinus respondit: & me fateor, & ciues meos

Pelag. pseudomonac. Pereg. defert.

Qui ante Iud. sistitur.

Digitized by Google

meos alieno à Christo non esse; & quæ mea in Deum spes est, nullam vim tantam tormentorum fore, quæ à fide me diuellat. neque operæ pretium est apud vos multa disserere, quorum aures ad falsas auditiones versæ, animus corrupta ueris antehaberet: Siluanus subiecit, Pelagius ciuis tuus plurima aduersum te prompsit, teque præsens arguet: tum Peregrinus, vocetur, ait, quod lubet, testificetur.

Fortiter depugnat.

Producto Pelagio, versus ad Peregrinum Silvanus; en tuus, inquit, delator, ac testis. tum Pelagius cœpto iam scelere vecors, Peregrinus, ait, ex Africa in Asceterium venit, moderatoremque Agathonem, ac præterea ceteros fraudibus suis inuoluit, vt Imperatorum edicta, respueremus. Peregrinus respondet: quod suasi, rursum suadeo; quis enim Dijs sacrificet, operibus manu factis? Siluanus dixit: Pelagij testimonium, vt video, verum est: iussis principum plane aduersaris: Peregrinus respondit: dixi tibi, Christianum me esse, & assueratione constanti firmo, Deos vestros aspernor, quibus nulla iuuādi potentia, vt saxis sine mente: immane errant, qui colunt, qui hostias immolant, neque ijs error sine exitio erit; quos sempiternus ignis apud inferos depascetur. Sed mihi fides, ac sacrificium iuxta sunt, vera omnia, ac pura; nam æterno regi sacrifico, in quem credo, qui in Trinitate manet, & in vnitate persistit, qui verax est, ac præpotens, cui subiectus est mundus, & cælum. Siluanus dixit: vaniloquentiam istam tuam agnosco, stultitiæ misereor, quæ ad perniciem te trahit: nescis quæ Marcianus Episcopus perpessus est? qua vitam morte finiuit? Peregrinus respondit: haud sum nescius Marcianum pro Christi fide extrema perpessum esse: felix, quem dira mors ad requiem transmisit pleniſſimam voluptatum, atque vtinam æque participem me pœnarum eius, & regni feceris, daretur à te, quod cupio; dissolui per cruciatus, & perfrui Christo meo.

Siluanus dixit, cognitum mihi, Christianos cupidine honorum in cædes ruere, & veneration nem numinum ex morte quærere: affectum pœnis te uelles, vt male mulctato corpori tuo cultus tribuatur; sed euentus contra erit, tui similium documento: sequentis æui memoriam, cultumque, quem sperabas, incendio tui corporis mox restinguam. sententiam ergo sic pronuntiat: Peregrinum Christianum, qui Imperatorum edicta contempsit, & probra in Deos Saturnum, & Mineruam dixit, flammis comburi iubeo. quæ vbi B. Peregrinus audiuit, tibi, dixit, gratias ago, Iesu Christe, qui me famulum tuum optatissima morte dignatus es, & per martyriū ad te vocas: pro nomine tuo patior, Christe, atrocitatem tormentorum ope tua sustinebo: sed oro te, precorque egredientem è corpore animum, ne teterrimo ob tutu Dęmō exterreat, ne meum iter in cælum impediat; verum præfulgentes ministri tui excipiant, ad te deducant, qui Deus es benedictus in sęcula. subinde raptus in montem Crotaleum, & in ignem coniectus: Deo spiritum cum commendaret, exanimatus est, sed corpus inuiolatum mansit, receptumque à Domnina femina religiosa, eodem in loco honore sepulturæ donatum, ciusdemque opibus exstructo super templo, cultum. Illud verò miraculis per multa seculorum inclytum fuit. Natalis dies ritu anniuersario ad III. Nonas Nouembris celebratur, præclarę mortis perenne monumentum, ad Dei gloriam, qui in omnem æternitatem viuit, & regnat.

Abnuentē sacrificare dijs Iudex igni cōburi iubet.

Sepelitur à Domnina

Miraculis claresćit.

Anno Christi. 90. 7. Iunij.

DE SS. MARTYRIBVS AESIA SVSANNA, ET ZENAIDE.

ZENAIS, Æsia, & Susanna Martyres Tauromenitanæ: quo paratu virtutum æternæ vitæ decus, ac palmam cælo meruerint, quonam Imperatore, quo certamine vel genere cędis, mihi nōdum compertum est, amissis rerum monumentis, obscura antiquitate. sane prima ab infantia Sicilienſis Ecclesiæ Christianam religionem à Pancratio hausere, Tauromeniorum Episcopo, & B. Petri discipulo. felices, quibus fides ad Martyrium gradus fuit, seque ipsas proprio sanguine decorauere. quod in femina tāto maior laus, quanto plus infirmitatis est. earum necem contigisse crediderim post cœptam à Tyrannis persecutionem aduersus exorientem Christi Ecclesiam. non tamen distinxerim seu ferro Neronis, siuè Domitiani, aut Traiani. post Pācratij necem sublatas fuisse inclinat animus: nam harum nulla mentio est in Actis S. Pancratij, in quibus tamen aliarum Virginum, quæ ipso superstite martyrium fecere, memoria celebratur. Suspicio mihi est, Zenaidem super martyrium, dote virginitatis auctam, Christo placuisse. argumentum est, quod in eius elogio (mox illud proferemus) ipsam à mulieribus Æsia, & Susanna Græci segregant. nec seorsim sine vlla caussa, meminisse videntur, dempto mulieris nomine, quod in duabus haud prætermissum est. verùm longe ante alias Zenais insignis fide, & miraculorum ingenti fama celebrata est: vnde illi penes maiores nostros Taumathurgæ i. miraculorū operatricis inditum nomē fuit.

Digitized by Google

fuit.Martyrum gloriam, & triumphos adeptis, dicatum templum, in agro Tauromenitano. eo forte loco feminæ illustres aut glorioſe pro Chriſto interfectæ, aut pie conditæ fuere, qui mos vetus fuit exſtruendis ędibus.ex monumentorum noſtrorum naufragio inuentam tabulam poſteritati gratam, quam ſacram æternitati vellemus, in hoc hiſtoriæ templo ſuſpendimus; nam ita habent Græcorum 1 Menæa ad VII. Idus Iunias: Sanctæ Martyris Zenaidis 2 magnorum miraculorum effectricis, & ſanctarum mulierum Æſiæ, ac Suſannæ, diſcipularum Pancratij, Epiſcopi Tauromenij.celebratur earum ſollemnitas in Sanctiſſimo 3 ipſarum Martyrio, in agro Baſiliſci. Ingentibus Siciliæ cladibus,æuoque,exſtinctum agri nomen, templi veſtigia, diuinique honores clariſſimarum Martyrũ. quin earũ nomina patriæ diu ignota, nos è tenebris eruimus:tres tamen Martyres Pãcratij diſcipulas fama celebrabat.quare non ita velim accipias quæ ex Menæis retulimus, vt ſoli Zenaidi martyrij palmam tribuas. Vtinam tres haſce ſtellas diuino ſigno clauſas, aliquando propitium,volenſque Numen aperiat.

Vide Animadu.fol.19.

Anno Chriſti. 90. 12. Maij.

D. ATANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI DE VITA, ET MORIBVS S. PHILIPPI AGYR. COMMENTARIOLVS.

PRÆFATIO.

VEMADMODVM Sol cernentibus, ſic audientibus Sanctorũ ſermo lumen adfert. & vt aſtra Cælo ſunt ornamento, ita Sancti Eccleſiam, quos illa ſuo quaſi ſinu amplectitur, illuſtrant. quod enim in pratis ſunt flores,id ſunt Sancti in Eccleſijs.Sãctorum memoria ijs, qui à malis ſpiritibus obſidentur, quietam tranquillamque mentem, infirmis ſolatium, vitam omnibus,& firmam corporis valetudinem prębet.Virorum magnorum magna ſunt certamina, Martyrum, Sanctorũq; ſplendidæ coronæ, qui omnia huius ſæculi nihil duxerunt. quem animum vt ijs rependeret Dominus Deus, fecit, vt cum Sanctis Angelis perpetuò viuerent; etenim cum eos oppugnare antiquus humani generis hoſtis exiſtimaret, nihil aliud,quã Cælo familiariores ipſos reddidit. Magnis porro vocibus perſonandum ſit,quanta illi vitæ aſperitate ſe exercuerint, quantoque ſpiritu ad contemplandas res diuinas elati fuerint: quorum enim vox in vniuerſam terram peruenit, atque in loquendo facultas in extremos orbis fines perlata eſt, eorum profectò laudem eodem perferri merito oporteat. Verum quis vſquam eſt, qui ſe poſſe ſperet S. Philippi Agyrienſis, vulgo Argyrionis nuncupati, certamina pariter, & miracula, pro merito cõmendare? ille enim turbam dęmonum expulit, ille ſanguinis fluxum ſedauit, ille arefactam manum ſanitati reſtituit, ille denique mortuum ſuſcitauit. Quorum quidem omnium gloriam Deo rerum omnium curatori,ac pręſidi tribuere debemus, à quo facultas, & gratia in ſeruos ipſius emanat, qua non obſiſtere tantum, ſed etiam conculcare inimici vires facile poſſint. Quam obrem, & Dauid inquit *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis*; ac rurſum *Iuſtus, vt palma florebit,& ſicut cedrus,quę in Libano eſt multiplicabitur*,& Salomon *iuſtus ſi morte prępreptus fuerit*, & iterum *iuſtorum animę in manu Dei ſunt, nec tanget eos tormentum*:has ob cauſſas in gratiam Filij Dei Ieſu Chriſti Sãcti eius miracula enarrare inſtituimus.

NAR-

Digitized by Google

NARRATIO.

Phil. parentes Theod & Anetia ex Bethſa. oppido.

TEmporibus imperantis Neronis fuit Romæ vir quidam pius Theodoſius nomine; huic erat vxor Anetia nuncupata ex Bethſaida oppido Andreæ, & Petri; fuere hi et chriſtianiſſimi & doctiſſimi, quamquam vxoris ſterilitas vtriuſque animum non parum deprimebat, & deijciebat. quam ob cauſſam eleemoſynis, & precibus diu noctuque aſſiduè vacabant, Deum obnixe rogantes, vt prolem eis concederet. quadam autem die abijt vxor in templum ſeorſum, vt oraret, apertoque ore cum lacrymis dixit ad Dominum, Deus Abraham, Iſaac, & Iacob, qui cœlum palmo, pugillo terram metiris, qui ſedes ſuper curru Cherubim, cui adſtant Angeli clamantes, ac dicentes, Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus Sabaoth; exaudi hodie ancillæ tuæ preces, & ſicut vtero Sarræ benedixiſti, dediſtiq; vt filium pareret Iſaac, & quemadmodum Annæ, quæ Mariam ſemper Virginem, Angelorumque Dominam peperit, benedixiſti, ita & mihi vteri mei fructum aliquem largire, vt ſancto nomini tuo dem gloriam.

Hæc & alia, cum dixiſſet, redijt in domum ſuam, cuius lachrymas, & preces non aſpernatus Deus Omnipotens, quod petierat conceſſit, & peperit illa puerulum maſculum; quo accepto parentes vehementer gauiſi ſunt, ille verò vbi ætate viſus eſt idoneus, cæpit rebus agendis, ac negotiationibus animũ applicare, vt mos fert huius ſæculi, cæterum cum eſſet quadam die in locum alium profectus negotiationis gratia, ac pro more ſuo oues, ac boues, aliaque, item animalia quadrupedia emiſſet, reditumque in patrium ſolum pararet, opera Dæmonis interijt; etenim ille malorũ omnium auctor, ac princeps, qui nihil non odit boni, cernens prolis, parentumque felicitatem, quodque ſumma ſyncertate ac fiducia ante Deum verſarentur, inuidia ſtimulatus, magnoque imbre excitato fluuium, qui tranſmittendus iuueni fuerat, ita auxit, vt eodem impetu, & animalia, & animalium dominum ſummerſerit, hoc acerbo, repentinoq; nuncio de morte vnigeniti filij accepto parentes. in luctus, ac lamentationes eruperunt, ac mater ipſa in primis eiulans, ac gemens, hei mihi? (inquit) hei mihi viſcera mea ſentio perturbari, heu, heu, vbi mortuus eſt filius meus? vbi? inquam, vt illuc profecta, canum caput meum in formoſiſſimam eius faciem depilem neque enim te poſthac, fili mi, ſum viſura; vbi es lumen meum? non quidẽ tua cauſſa, ſed noſtra deſcendit Fluuius hic, qui te abripuit; noſque hæreditatis bona parte priuauit. Iam quidquid mihi vitæ ſupereſt, id totum in luctu, ac fletu, fili mi trãſigam, donec ego quoque hinc demigrans ad te proficiſcar; his dictis, atque alijs rurſum ſuam vterque ad Dominum orationem fudit, procidenteſque Deum in hæc verba ſupplicauerunt. Domine da nobis alteram prolem, ac ſiquidem maſculum progenuerimus, hunc tibi conſacrabimus in miniſterium templi tui in vrbe Roma, vt illic tibi deſeruiat, gratumque maieſtati tuæ præſtet obſequium; offeremus autem eum tibi, non ſecus atque Ioachim Mariam Virginem. Porrò Deus patientiam, & humilitatem eorum animaduertens, ſecundum filium, vt Annæ alterum Samuelem, illis donauit, cui nomen Philippo eſt impoſitum. hunc & ſi magno affectu educabant, tamen in metu ac tremore continebant. Cumque duodecimum ætatis annum attigiſſet, quid de eo ſtatuiſſent parentes in hęc illi verba aperuerunt. promiſimus, fili, in conſpectu Domini, ſi prolem nobis dediſſet, eaque fuiſſet maſcula, nos eam dicaturos templo Domini. Quare volumus, fili mi, vt Romam te conferas, vbi cognatum noſtrum Sanctiſſimum Petrum, Romanum Pontificem Chriſti Domini diſcipulum inuenturus es, cuius te permittens arbitrio, dabis operam, vt Deo placeas, & hominibus, nomenque Dei per te glorificetur. Hæc Philippus cum audiuiſſet libenter quod iubebatur accepit, & non multos poſt dies dixit ad patrem ſuum. Pater ſi me Romam vis, (vt dixeras,) proficiſci, benedic mihi, & ad Sanctiſſimum Papam ſcribe litteras, vt abeam, Deo ita volente; Quod audiens pater ſcripſit omnia quæ contigerant circa filium hunc: at Philippus acceptis a patre literis, & pecunia quanta ad iter opus eſſet, nec non vtriuſque parentis benedictione gaudens, egreſſus eſt: cumque in littus deſcendiſſet, conſcenſo nauigio profectus eſt. Poſtquam autem in Italicum mnum peruenerunt, flante vehementius vento, factaque in mari non parua tempeſtate nauigium prope ſubmergebatur. At nautæ hoc periculo conſternati diuinam opẽ implorabant, vtque ſe ab æſtu fluctuum tantorum Deus eriperet, orabant. Philippus quoque animaduerſa tempeſtatis magnitudine, poſitis genibus in hunc modum orauit. Domine Deus qui cœlum, terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt, creaſti, ne nos (quæſo) abſorbeat tanti maris gurges neque nunc moriamur, ſed quemadmodum Ionam Prophetam ex ventre Ceti poſt tertium diem ſeruaſti, ita nos ex inſtanti periculo libera. Vbi precandi finem fecit, magna ſtatim facta eſt tranquillitas; quam cum cernerent nautæ ex pueri precibus eſſe ſequutam, rei admiratione commoti Deum Optimum Maximum collaudauerunt, qui gratiam ſuam ſanctis elargitur; peruenerunt autem in Cretam inſulam, ibique ſeptem dies commorati, reſtauratis, quæ ad viam erant neceſſaria, inde digreſſi felici nauigatione Romam delati ſunt, vbi autem illuc ventum eſt, in hoſpitium quoddam, vbi & alij quidam chriſtiani habitabant, deuerterunt. Illa verò nocte ſenſit Petrus Pontifex, & Apoſtolus Ieſu Chriſti, diuinam intra ſe inſpirationem, quæ diceret, mitte qui accerſat cognatum tuum, & fidelem ſeruum meum Philippum nominẽ. in hoſpitio enim eſt, illumque in templum Domini introducito. Petrus autem vocato vno ex miniſtris, ingredere, inquit, in vrbem, ac dextram eius partem petens offendes hominem, Philippũ nomine in hoſpitio morantem, hunc tu meo nomine ſaluere iube, & huc ad nos perducito. Profectus ille, repertum hominem in hæc verba ſalutauit. pax tibi; eamus (inquit,) ad Sanctiſſimum Papam; ad Nomen Pontificis

Diu ſteril. filium à Deo precibus exorarunt.

Iterat. precibus obtinent ſecũdum filiũ Phlippũ.

Duodenn. Romam contendit ad S. Petr. vt ſe Deo mãciparet iuxta vot. parentum

Tẽpeſtatẽ ſedat precibus ad Deũ fuſis.

Eius Adux D. Pet. e reuelat. reſciuit.

Digitized by Google

ficis gauisus adolescens ministrum sequutus, templum ingressus est, ibique de more facta oratione, cernens Beatum Petrum, se se in pauimentum abiecit, atque ad pedes Sancti Pontificis est prolapsus; Quem ille benigne manu acceptum eleuans; Dicito, inquit, adolescens, quo ex loco, quaue ex regione aduenis? & cum porrectam ab adolescente epistolam perlegisset, cognouit quæ de illo scriberentur; quem humanissime amplexatus, ac deosculatus, rogauit de parentibus, vt valerent, vtque cum illis ageretur, quæ cum fuisset sigillatim à Philippo edoctus, gratias egit Deo. Philippus autem illic permanens apud Apostolum, ieiunijsque, ac vigilijs vacans toto in Deum animo intendebat, doctusque etiam sanctas literas, ac sanctæ scripturæ perceptis mysterijs, vita & moribus præclarus, magnum se coram Deo, & hominibus comprobauit; cernens autem Petrus virtutis eius magnitudinem in Diaconorum numerum illum adsciuit, ac deinde Sacerdotem constituit, atque ineffabilium mysteriorum fecit illum participem. illis temporibus prodigiosa res admodum contigit, in occiduis partibus orbis. fuit enim in Insula Siciliæ Mons quidam Agyrion, vel vt vulgus Argyrion appellatus, eius accolas, ac circa finitimos Dæmones exagitabant, opprimebantque adeo vt alios in mare demergerent, alios intra quaslibet aquas præfocarent, nonnullos præcipites ex editis locis deijcerent: Christiani verò qui tum illic erant congregato concilio virum vnum virtute insignem elegernnt, quem ad Beatum Papam cum codicillis legarunt, in quibus erat scriptum, Orare se Sancti Pontificis Beatitudinem, vt per diuinam clementiam atque misericordiam virum aliquem pietate præclarum ad eos mitteret, qui Dæmones regionem suam infestantes, & christianos in mare demergentes, fugare, ac vincere posset.

Vocatum ad se Phil. erudijt, ac bene exercitum promouet deinde ad Sacerdot.

Agyr. in Sicil. petunt à D. Petro hom. qui eos defendat ab iniur. per Dæmones illatis.

Has literas vt ad se perlatas Pontifex perlegit, admiratione tantæ rei captus, vocatum ad se Sacerdotem Philippum ita alloquitur, vade, inquit, in insulam Siciliam, in Montem Agyrion, ac ter implexum, versatumque Draconem veritatis inimicum alliga, vt ab eius manu genus humanum liberes; Tum Philippus, non sum, inquit, hoc ministerio dignus, quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, cui Pontifex, præsta, inquit, obedientiam, & proficiscere.

Ego verò venerandam, ac viuificam Crucem, gratiamque, & potestatem tibi dabo, quã à Domino meo accepi, cum diceret, leprosos mundate, Dæmonia eijcite, gratis accepistis, gratis date. Tunc sanctus Sacerdos obedire volens, & mox ad modestiam, & humilitatem compositus, in hunc modum respondit. Iube Venerande Pater, adsit modò nobis dominus, nec nos sanctitatis tuæ preces destituant, & amanda me quòcumque Deo visum fuerit; Pontifex igitur scriptis literis, fusaque vt solebat oratione, benedictione à se donata in Siciliam eum dimisit; Venit autem primum Catanam, indeque in Agyrion Montem ascendit, & in eo à populo omni cum honore, ac veneratione acceptus est. Cœperunt autem post eius aduentum Dæmones omnia perturbare, & qui à spiritibus immundis tenebantur, in fugam se vertere. At sanctus, positis genibus orauit, & ijs, qui aderant, præcepit, vt obsessos omnes ad se adducerent, qui vt se cogi viderunt, stridere horribili voce, & spumas è dentibus emittere cœperunt. Tandem Sanctæ Trinitatis potentia, in qua est vitę fons, atque principium, sanos eos, & sui compotes reddidit: Qua ex re nominis eius celebritas in vniuersam insulam diuulgata est.

Ibi Energum atq; à Dem. vexatos liberat Phil.

Phil. illuc destinat D. Petr. cum Cruce.

Miraculum primum.

Tum accessit ad eum vir quidam pius, cuius filia à Dæmonibus agitabatur, annos tredecim nata. Sanctus autem fusa in hoc oratione, sanitati restitutam, ac mente quietam, sobriamque patri in manus tradidit, qui ea accepta cum gaudio, & exultatione discessit.

Miraculum secundum.

Alius Ioannes nomine Dæmonis opera propè fontem deprensus est mortuus, quem ter suo nomine vocatum, vt Christus Lazarum, Sanctus facta oratione, in vitam reduxit. Spiritum verò nequam in finem seculorum vinculis indissolubilibus addixit, ac Ioannem parentibus non secus, ac Marthæ Christus Lazarum reddidit.

Miraculum tertium.

Alius nomine Eutropius manum habuit aridam, hanc Sanctus suis precibus sanitati pristinæ restituit, indeque ille gaudens, benedicens, & collaudans Deum, discessit.

Miraculum quartum.

Mulier quædam abortum passa, fœtum in vtero habebat, iam tres ante dies mortuum, huic sanctus iussit Ambrosium Ministrum aquam bibendam porrigere, qua epota, statim partus molestia in quo iam triduum laborauerat; liberata est, & laudem, ac gloriam Deo Omnipotenti reddidit.

✣

MIRA-

Digitized by Google

Miraculum quintum.

Altera mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur, variaque Medicorum remedia experta curari non potuerat, ad Sanctum accedens, procidit ad pedes eius, statimque fluxus ille cessauit, itaque abiit Deum laudans, ac glorificans.

Miraculum sextum.

Vir quidam dictus Athanasius cum inter colendam vineam labore fessus sub arbore obdormisset, Vipera manum eius momordit. at ille ex dolore vigilans clamabat, ac tantum non mortuus apparebat. Accurrens autem ad Sanctum, cecidit ad pedes eius, & dixit sancte Dei adiuua me; Oratione autem à B. Philippo facta venenum è manu egressus est, ipsaque in pristinum statum restituta. Porro Athanasius tanto beneficio commotus, laudem pariter & gloriam dedit Domino.

Miraculum septimum.

Pastor quidam, cuius oues lupi frequenter deuorantes prædabantur, quique non satis sciebat qua ratione illos à suo grege arceret; erat enim multis venit ad Philippum, ac procidens ad pedes eius, Sancte Dei inquit miserere mei, qui sanctus, qua arte nescio, inquit ille multitudo gregem nostrum infestat, quibus nec obsistere possumus propter multitudinem. Tum sanctus incuruatus pulueris paululum accepit, quem ei porrigens, accipe inquit hunc puluerem, atque ouium tuarum aspergen quod fecerit, non ingredietur posthac lupi in ouile nostrum.

Miraculum octauum.

Duo viri mutuo facientes in hospitium quoddam discesserunt, horum vnus clam nocte aperto Cimponis Scrinio satis magnam pecuniam furatus est. at caupo insequenti die, cum Scrinium vidisset apertum, tres illos detinuit, quærens quis ex ipsis pecuniam esset furatus, quod cum illi audirent, quid faceret se nescire respondernnt; eamus inquit Caupo ad Diuum Philippum, ille etiam quod quærimus furtum aperiet; illuc autem profecti, vt rem omnem Sancto narrauerunt, cognito statim fure, hic est, inquit Sanctus, qui aurum tuum furatus est, statimque manus eius aruit, qui furtum commiserat, quam ob rem quam citissime prolumbens sancti pedes ita ampleratis, clamans, ac dicens Sancte Dei miserere mei, ego verò acceptum aurum restituam, quod cum se præstitisset, repente in pristinum statum manus est immutata.

Multa quoque alia miracula, & supra modum admiranda prodigia cum sanctus fecisset, leprosis mundandis, omnique morborum genere ab humanis corporibus depellendo, descendit tandem ex Argyrio Monte in locum quemdam seiunctum ab vrbe Messanatribus passuum milibus, Vulgo appellatum, vbi extructa cella vnacum quibusdam religiosis viris ætate pariter, & moribus probatis habitauit, ieiunijs, ac vigilijs, & orationibus sacris assidue, multa etiam eo in loco miracula edidit, ac præcipue in expellendis immundis spiritibus, alterum se Eliam exhibuit, neque verò verbo minus quam opere sanctum se esse prodidit. sed cum in loquendo esset facundus, ac facilis, nequaquam eam facultatem otiose, aut incassum possedit, in diuinis laudibus decantandis sanctissimè occupatus, sancte quoque & pro Dei voluntate suum rexit gregem summo studio, exercitijs spiritualibus intentus, vtraque, & moribus grauis. Denique cum vitæ suæ annos omni cum virtute percurrisset, honesta insenectute migrauit ad Dominum: funeris verò eius sacræ reliquiæ, omnique veneratione dignum corpus in Argyrium Montem transfatum est, ex eius autem capsa preciosissima varia emanant remedia, morborumque curationes, & in hodiernum vsque diem miracula facere non desinit Dei Omnipotentis gratia, quem decet gloria, imperium, & adoratio nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Digitized by Google

2

Anno Christi. 90. 12. Maij.

NARRATIO

EVSEBII MONACHI DE VITA, ET MIRACVLIS SANCTI PATRIS NOSTRI PHILIPPI APOSTOLICI PRESBYT. DAEMONVM EXPVLSORIS.

3

4

Theod., & Augia fortes in filiorum interitu.

TEMPORIBVS Arcadij Imperatoris, fuit in Thracię Prouincia 4 vir quidā nomine Theodosius, genere Syrus, cui vxor erat Augia ex magna Romanorum vrbe oriunda, amplis opibus ambo, & familia, Deum in primis colentes, eiusque legē seruantes.

His filij tres erant, qui omnes suas facultates in iumentorum omnigenum emptione collocabant, in Galatia, Cappadocia, Asiaq; vniuersa, statem omnem ponentes in huiusmodi negotiatione: die festo exaltationis 5 Sāctæ Crucis soliti erant Constantinopolim petere, cum instructu negotiationis, ibique cum parentibus suis agitare diem sacrum. accidit ergò aliquando, vt dum instante festo, mense Septembri, Sagarim abanem traijciunt, vna cum pullis equinis, quos emerant, repente intumescens vnda fluminis ipsos cum iumentis abriperet, quod cum perlatum ad patrem, matremque esset, magno dolore affecti, Deo gratias egerunt, Iobi exemplo, dicentes: sit nomen Domini benedictum ex nunc, & in secula. vrgente verò matrē stimulo moeroris, dies, noctesque angebatur, ita vt clam maritum relinquere cogitaret, & patriam repetere, hoc est Romanam Prouinciam.

Prolem precantur al m a Deo.

Theodosius autem pater assidue pro filijs orabat, & bona multa largiebatur. quare incensum erga se amorem intuitus Dominus, eius coniugem Augiam in somnis consolatus est nocte quadam, ipse se exhibens senis forma, & his verbis alloquens: quid ita indesinenter angeris, filiorum caussa? nescis, quod qui indiscrete plangit mortuum, Deum prouocat ad iram? & rursum, si ad Domini seruitutem accessisti, prepara cor tuum ad tentationem. & iterum, si facis bonum, expecta tentationē; Dominus enim, quem diligit, castigat. itaque pone vestem lugubrem, & euigilans vnge caput tuum oleo, & faciem tuam in laetitia cordis tui laua, & accipe stolam, qua indueris in ecclesia, & fac panes tres 6 ex similagine, & offer dona tua Deo in exultatione, & accede ad virum tuum, & consolare eum, & ecce erunt dona tua in odorem incensi. at illa surgens, diuino spiritu vere illuminata, in omnibus obsecuta est, & munera sua cum marito simul obtulit Deo, dicens: viuit Dominus, non iam amplius dolor erit nobis de mortuis filijs, sed erimus, Domine mi Theodosi, sicut in iuuentute, Deo seruientes, eiusque mandata custodientes. potest autem nobis Deus dare filium vnum, pro ijs, qui mortui sunt.

6

Filium suscipiunt, quem Philipp. dicūt Deoq; dicant.

Et peperit viro suo masculum, quem appellauit Philippum: ablactatusque puer, cum ad septimum annum peruenisset, proficiebat in moribus, & doctrina. quem deroudens mater ecclesiæ dicauit. qui & Diacon' 7 factus est anno ætatis 21. studioseque linguam Syriacā addidicit, & ecclesiasticam omnem disciplinā. sæpe autem dicebat ei mater: fili mi dulcissime, si tibi liceret Romam ire, vbi cognati, & propinqui mei vniuersi, illic videres templa sanctorum, & ordines Sacerdotum, & monachorum congregationes, Ascetarumque prudentiam, continentiam, & vigilias, & laicos cum timore ecclesiam frequentantes, assistentesque sacrario, tamquam ad Tribunal Dei, nec aliter capita sua deorsum inflectentes: illic nefas est, reprehensibilem quemquam ingredi ecclesiam, aut susurrum vllum, vel risū exaudiri, sed sollicite omnes, & cum reuerentia, vt dixi, assistunt tāquam ad Tribunal Dei.

7

21. annum agens fit Diaconus.

Hæc

Hæc ille audiens animo incendebatur, & deſiderio; rurſumque reformidabat, timens parentes contriſtare, quibus nimirum ſolatio erat vnico, pro fratribus defunctis. conſidens porro cum parentibus ſæpe dicebat, non ſine affectu, vtinam mihi contingat Romam ire, & videre Synaxim Petri, Apoſtolici Patriarchæ, & ab eo communionem percipere, & poſtea ſtatim mori, ſi fieri poteſt; vehementerque angebatur Philippus hac cogitatione; interpoſuitque apud Patrem aliquot ex propinquis, vt ab eo impetrarent veniam proficiſcendi hac lege, vt ſimul ac dignus factus eſſet, qui Apoſtolos adoraret, & eccleſiaſticam diſciplinam inſpiceret, ad ſuos reuerteretur. Theodoſius vero cernens fixum eius in Deum amorem, manu ipſum apprehendens, & Syriaca dialecto preces fundens orientem verſus ſic effatus eſt: Deus Abraham, Iſaac, & Iacob in manus tuas commendo ſeruum tuum, ſicut vis, ita tibi cura ſit de illo, atque ita cum compicuus dimiſit, inſcia matre, nihil hac de re cum ea communicans. illeautem Dei voluntate nauigans appulit ad oram Italiæ, ſtatimque exorta eſt ingens maris procella. cum Philippus ſtans, Domine ait, in manus tuas depoſuit meus genitor meus, ne perdas me hac aqua, ſicut perierunt fratres mei in aqua torrentis, quod ſi hæc tua eſt voluntas, voti mei prius compos fiam, ac tum id fiat, quod iuſſeris; verum ne propter peccata mea pereant, qui mecum ſunt viri 13. his ab eo dictis, in ſomnum verſi ſunt omnes, viſuſque ipſis eſt Apoſtolus, ſub Papæ figura, naucleroque Thoma dixit; feſtina, nauclere, Romam appellere, ducens tecum Philippum Diaconum, quia illic mihi vſui futurus eſt. facta inde ſubito ſerenitate, ac tranquillitate magna, ſaluati omnes ſumus meritis Apoſtoli, tertioque poſt die Romam peruenimus. die Dominica.

Nauigãs tẽ peſtate iactatur.

In templo orans à Põtifice diuinitus agnoſcitur, & ad munus Diaco. accerſitur.

Exeuntes vero Philippus cum Monacho, vnanimes ad eccleſiam profecti ſunt; conſtiteruntque in læua Templi parte. nec mora, Deo fauente, reuelatur Papæ qui accito vno è Diaconis, ait illi vade ad lęuam templi, ibi inuenies Diaconum penula tectum, cum altero Monacho, illum aduoca, & dic, vt eccleſiam ingrediatur, & tecum miniſtret. parens itaq; Diaconus omnia peregit, vt iuſſus fuerat, manuque prehenſum deduxit ante ambonẽ. 8 ille autem ne verbum quidem nouerat Romanæ lingua, ſed Euſebius monachus, quæ ei dicebantur, exponebat Syriace, callebat enim etiam Syriacam.

8

Significauit ergo per Diaconum, da veniã, Domine, ſermonis, quoniam Romana lingua ne verbum vnum ſcio. Papa vero manum extendens, & ipſum obſignans, ait, in nomine Chriſti Dei noſtri, aperi os tuum, & eloquere in miniſterio tuo Romana verba. at ille ore aperto, linguam mouens propria lingua, ſtatim dixit, in pace Dominum oremus, & quæ ſequuntur in ſacra liturgia, ad Diaconum pertinentia. commoratus autem eſt ibi menſes tres, dies 12.

Dolebat ei porro quod cum in Diaconi officio Romana lingua loqueretur, in ceteris rebus ne verbum quidem proferre poſſet. cogitauit igitur illo ad Papæ pedes procumbere, & preces eius implorare, vt ſibi vſque quaque concedatur Romana dialecto loqui; nouit ſanctus Papa, quod animo agitabat, dixitque illi: accede ad lectionem. ille vero mutus manebat, legere non valens. & Papa, loquere, inquit, Philippe, ſicut nos loquimur. ſtatimque euolans ignis ex ore Patriarchæ, attigit labia eius, & Romane loqui cepit cum omnibus. tũ creauit illum Presbyterum, librumque in manus tradidit ſcriptum, dicens: tonum Apoſtolicum cape hodie, quoniã peruenieris ad Auſtrales partes Prouinciæ Siciliæ, in montibus qui illic ſunt, locus eſt, cui nomen Agyrium, 11. è regione Ætnæ montis, ex quo erũpit ignis, perennem flammam eructans, quam Satanas 12. cũ ſpiritibus illic habitantibus, & vniuerſis copijs ſuis ſortitus eſt tanquam hæreditatem. tonum autem quem tibi dedi, manu mea ſcripſi, virtute Spiritus Sancti, quoad oẽs ad vnum illo expuleris, redire tibi ad parentes non licet. Apoſtolico mandato propere obediens Philippus, tonum accepto, & Papa conſalutato, precibuſque oratione, accipiẽs etiam ſecum Euſebium monachum, nauim conſcendit, Deo bene iuuante, ſoluentesque Rhegyum Calabriæ peruenerunt, magnum modeſtiam præſeferentes diuinoq; nutu Meſſanam 13. appulerunt, terreſtrique itinere in locum prædictum Agyrium venerunt.

Conſedit 14. Philippus in ſpelunca quadã, vbi tres ex columnarũ 15. ordo, & gradus tres lapidei expoliti. vbi de more ſedens, curationesq; faciens duorum dierum ſpatio poſt aſcendit in excelſum montem, qui è regione Ætnæ, vbi ſunt poſſeſſiones Agyrij Toparchæ 16. factaque oratione in cacumine montis, orationem conuertit ad eum, a quo miſſus venerat, & ad Apoſtolum Petrum, dicens, oſtende, Domine, oſtende faciem tuam, & delebuntur Dæmonum cateruæ. ſignoque facto per tonum, quem manu geſtabat, viſa eſt monacho Dæmonum turba, inſtar lapidum volutari ex montis vertice, fugientesque ingubri voce clamabant; væ nobis, Petri Apoſtoli manus iterum nos in vallibus iſtis deprehendit. alij dicebant, turſum hinc pellimur, ſicut cum Simon Magus in aëra ſublatus eſt, expulſi a Paulo ruimus; iterum pellimur nunc a Petro per Philippum Presbyterum.

14

15

Agyr. peruenit Dæmon expellit ex loco.

16

Deinde quodam die, cum pro ijs oraret, qui ab immundis ſpiritibus obſeſſi tenebantur acceſſit puella diuitis viri filia, Deumque timentis, quæ à ſpiritu vexabatur. ſtatim ergo protenſa manu Philippus, & illi impoſita dixit; in nomine Ieſu Chriſti, & Petri Apoſtoli, exi, & vade in locum tibi præparatum. Spiritus vero magna voce clamans, dixit; per Altiſſimum, Philippe, & Petrum Apoſtolum, ab hac quidem puella egredior; ex loco vero iſto numquam abibo, ſed tecum habitabo vſque ad nouiſſimum diem. mox corruens puella in ſolum ante pedes Sacerdotis Philippi ſana facta eſt, abijtque laudes referens Deo. erat autem magna multitudo eorum, qui à ſpiritibus torquebantur numero ciuiter XL. qui quidem ſummæ Trinitatis gratia, & Sancti Patris noſtri Philippi precibus ſalui facti ſunt, Deo gratias agentes, qui per ſeruos ſuos mirabilia facit.

Et ex corpor. pluriorum.

Mos

Superstit. morem abolet.

Mos erat populis illis, ante Sancti aduentū, propter immundorum spirituum metum, munera eis offerre. 17 neq; id solum, sed & facultates suas 18 in sepulchris condebant, quia Dæmones hominum speciem induentes, dicebant patres mortuos petere a filijs: date nobis, filij, de bonis vestris, vt fruamur. qua ratione decepti homines, ab egenorum ope reuocabantur. Sanctus autem vir ecclesias in Apostoli nomine multis locis exstruxit.

Alio rursus die, proficiscente sancto ad Boreales loci partes orandi gratia, accessit ad eum vir cum vxore plangentes plāctu magno & dicunt sancto, miserere nobis, Sancte Dei, quia filius noster vnigenitus, cum ad hanc iuuenculam aquam iuisset ad fontem, cui nomen est Mammoniacus, vt ea gustaret, illico extinctus est. at ille caput quatiens, confestim abijt ad fontem, videtque iuuenem mortuum iacentem, manuque prehendens, dicit eius parentibus, qui vocatur filius vester? illi vero dixerunt, Ioannes, & consignans eo tempore apostolico, ter eum vocauit Ioannes, Ioannes, Ioannes, in nomine Dei surge. statimque surrexit iuuenis tanquam a somno, & dedit ipsum matri eius, dicens; vade, da gloriam Domino Deo nostro, qui per famulos suos facit mirabilia. Dominus mortificat, & viuificat. Tu vero spiritus immunde, qui hoc loco manere vis, cane hominem illum laedas. quod si pergis in malitia tua autem desiderium, & Dei permissionem, hoc tibi erit a me, & ab Apostolo Petro supplicium quod alligaberis ferreis catenis a Spiritu Sancto & Gabriele. 19 Duce militiæ, & vinctus eris vsque ad seculi finem, vt hic habites, quemadmodum perijsti, & Deus permiserit.

Ictum à vipera sanat.

Sedente ipso, & Euangelium in manibus habente, occurrit senex quidam nomine Athanasius a vipera ictus, corpore ex eo morsu graviter saucio, & pene iam deplorato, accidit ad Sancti pedes prouolutus, & lugens. erat enim hic Athanasius auarus, & munerum, ac personarum acceptor: & qui omnia in melius conuertit, permisit, vt a fera vulneraretur, vt ad meliorem frugem reuocaretur. dixit ergo ei Sanctus; quid tibi contigit? senex ostendit ei vicem vulneris icti a serpente, & sanctus vir manum admouens, ait, si sanus factus fueris, abstinebis te a nequitijs tuis? cui ille Sacramento addito, respondit; si precibus tuis sanitatē recupero, abstinebo ex hoc die ab omnibus meis prauis actionibus. ille vero in pauimentū expuens, & puluerem diluens, vnxit ei vulnus, statimque curatus est.

Mulier fœtum mort. emittit incolumis

Mulier fœtum gerens in vtero mortuum, ad dies quattuor eniti non poterat, mortique iam propinquabat. obambulans autem foris eius Sanctus, ait, quidnam est, quod dolet puella? responsum est, fœtum in vtero mortuum esse, & parere illam non posse. & ille vtraque manu aquam capiens, & mittens in vasculum iussit eam bibere in nomine Domini, & Philippi Apostolici Presbyteri, statimque exijt infans penitus integer, & seruata est puella.

Venit ad eum pastor meridie, dicens; miserere, Domine, quoniam mercenarius sum diuitis cuiusdam, & pasco eius pecora, irruerunt duæ feræ agrestes, & tractant ea crudeliter, Dominus verò impatienti fert animo, nec mihi vel vnicum ex illis remittit. itaque quid agā nescio. at Dei famulus puluerem è terra tollens, & tomo suo benedicens, pastori dedit, dicens; sparge hunc in fossa pecorum, & cum irruent feræ, dicito, peccator Philippus Presbyter, in nomine Domini, præcepit vobis hæc; abstinete posthac a peccoribus. fecit; vt iussus fuerat pastor, & territæ fuerunt, & repulsæ feræ, sancti Sacerdotis Philippi intercessione.

Mulier a fluxu sanguinis curatur.

Erat mulier sanguinis fluxum passa nouem annis, quæ & sua omnia in medicos absumpserat, vt sanitatem reciperet, sed inutile. vt vero audiuit de sancto, & ter beato patre nostro Philippo, accessit ipso adhuc sacrificante, & stetit eminus, vbi ille sacris mysterijs operabatur. & postquam manus ablui, rogauit Hypodiaconum, vt sibi daret aquam, in qua sacras manus abluerat, quæ & sudarium linteum attulerat ad tergendas manus ipsius. cumque abluisset, & aquam mulieri dedisset Hypodiaconus, illa cum fide suscipiens, & ex ea hauriens, diuino consilio repente conualuit, & sudarium referens domum, intuens mulierem graui morbo laborantem, iacentemque in lectulo annis tribus, quæ alienis manibus victū capiebat. illa vero sudarium applicans, in quo sacras manus abluerat Sanctus, dicit, in nomine Iesu Christi, & Sancti Presbyteri Philippi, per quem sanitatem accepi, surge & exi è lectulo tuo, & ambula pedibus tuis, ad venerandam eius ecclesiam. & illa, vbi solo totum corpus attigens, statim conualuit, & surgens Deū laudabat, qui per famulos suos curationes operabatur.

Elephant. mundatur

Quidam etiam filia elephantiaco morbo grauissime laborabat, ita vt totum fere illius corpus obtegeretur, accedit ad pedes viri Sancti, clamans, & dicens; Sanctissime Pater, exhibe misericordiam, & curetur per te puella tua, quia enim vir destituere illam vult, propter exuberantem viri morbi. plurima enim consumpsi in medicos curationis gratia, & nihil consecutus sum. sed obsecro te, sanetur puella tua precibus tuis, at ille Diacono iussit ad se afferri protenus ecclesiæ velū, 20 & eo tegi puellam, quæ statim mundata refulxit auro clarior, & domum reuersa est laudem tribuens Deo.

Rursum celebrato per Philippum Sanctum Presbyterum die festo Apostoli Petri aduenit Leontius quidam nomine, vicus habens putridum in femore, vociferabaturque in hæc verba; serue Dei, qui omnibus propitius gratis facis, iube & me sanari ab hoc vulnere, quia mercenarius sum, & manuum mearum labore victito. nunc verò cum decumbere otiosus maneo, & quia laborare non possum, fame crucior. obsecro te, sana me per Dominum. tum ille abluens manus Diacono dixit, vade ad mediam ecclesiæ portam, & puluerem, quæ ei adhæret, hac aqua diluens, fac emplastrum è luto, & appone vlceri huius, dicens; per nomen Dei sanetur vulnus, tibique præcipio, si quis interroget, quis tibi sanitatem restituit, respondeto per Dei misericordiam, & Spiritus Sancti gratiam, sanus fui, eademque hora restitutus est sanitati. Deo gratias agens, per intercessionem Sancti Presbyteri Philippi.

Mercenarius quidam fœtum exercens subiugale

iugale iumentum, ab eo calcibus, & dentibus totus fuerat contuſus. hunc verò dolorem cũ dies aliquot patienter tuliſſet, nec iumentum vlla ratione domare poſſet, recordatus miraculorum, quæ S. Philippus patrarat, dixit apud ſe, ſit nomen Domini benedictum. cras tollam ferum hóc iumentum, & manu mea ducam ad Philippum Presbyterum, qui & Dæmones expellit, vt præcipiat ei, domari ſe ſinat. poſtero igitur die deduxit ad ſanctum, dicens, miſerere mei, qui ægros ſanas, vide humilitatem meam, & laborem meum, quem ab agreſti hoc animali patior. quia ferre nequeo, quæ dies, noctesque ab eo mihi fiunt mala. ſubridens Sanctus Pater manum protendit, & animal conſignans, ait, obtempera Domino tuo & flecte illi indomitam cerucem, neque amplius calce, & dente impetas illum. ſed eſto deinceps ſicut agnus in omni obedientia. & hora ipſa, Sancti Presbyteri iuſſu, redditum eſt oue manſuetius, abijtque homo gaudens, Deumque glorificans.

Cæco vis reddit.

Arca erat templo Sancti vicina, in eaque Dei permiſſu habitabat ſpiritus immundus, qui circa horã 6. prætereuntium oculos cœcos reddebat. quidam verò cum aliquando graui morbo detineretur, acceſſit ad arcam, vt requieſceret hora prima, ſtatimque excœcatus eſt. cum autem inclamaret, vbinam eſt Philippus, qui ſanitates operatur? interrogans eos qui pertranſibant, dicebat; miſeremini mei, deducite me ad portam eccleſiæ venerandi Presbyteri Philippi. & cum perductus eadem hora fuiſſet ad portam, dixit, Sancte Dei à multis ſtadijs ad te veni, ſanitatis cauſſa, & cœcus factus ſum ad arcam templo tuo vicinam, hora circiter ſexta. at Sanctus indignans, ait; tibi dico ſpiritus immunde, qui hominum oculos cœcos reddis, eris ex hoc tempore in æternum cœcus ipſe, nihil videns intra arcam illam. extra verò non poteris ad hominem, aut iumentum vllum propiùs accedere, eademque hora liberatus eſt homo à cœcitate, & ſimul à morbo ſuo, abijtq; laudans Deum, qui ſeruos ſuos liberat ab omni infirmitate.

Homo quidam erat in toparchæ ditione, quem rabida fera momorderat. hunc videns ſacer Philippus, herbam ex agro afferri iuſſit, & comburi, ſimulque cum aqua infundi eius plagis, ſtatimque ſanatus eſt homo Dei voluntate, & ſancti viri precibus.

Iniuſtè dãnati, per eum ſoluuntur.

Quidam ex Agragantinorum Ciuitate numero viri duodecim iniuſta accuſatione circũuenti, delatique ad Ducem à Præſide ſuo, quaſi in Ducem conſpiraſſent, iuncti adducebantur iniuſte necandi. cum autem Catanenſium Ciuitatem præterirent, rogarunt milites, quibus ducebantur, data ipſis pecunia, vt tranſire liceret per templum Philippi Presbyteri. Sperabant enim ſe illius oratione placatum habituros Ducem. quod & factum eſt: nam cum ad venerandam eccleſiam peruenijſſent, voce magna, & lugubri clamarunt, dicentes, miſerere nobis, Sancte Dei, qui iniuſta morte condemnati ſumus. quia iniqua eſt accuſatio contra nos ſcripta, quam deferunt milites. ille autem planctum eorum miſeratus, dixit militibus: adducite huc homines iſtos, quaſi percontari eos vellet, cur vincti ducerentur. at illi Sancto dixerunt; tradidit nobis eos Præſes, ſcripta etiam contra eos epiſtola, vt capitali pœna in eos animaduertat. oſtendentes ſimul litteras plumbea bulla obſignatas. tum ſanctus vir ait, ſcribatur in hac charta verbis meis, & Dei virtute, ſic intus, hi homines iniuſte damnandi ſunt, vt Præſide inuidia in eos acto. Tu verò miſericors eſto, Dux, nec flagellis, nec gladio eos ſubdens, ſed liberentur ab iniuſta accuſatione, redeantque ad ſua lætantes. deinde cum perducti eſſent ad locum, quẽ Dux habitabat, ſimul atque epiſtolam legit, ſolui iuſſit vinctos, dicens, eos nihil iniuſte perpetraſſe, nec contra ſe quidquam machinatos eſſe. quin potius tamquam iniuriam paſſis eetur cibus, redeantque ad ſua læti. illi autem Deum laudantes, & Sanctum eius Philippum a quo fuerant prius liberati, reuerſi ſunt domum.

Qui verò eos iniuſtè accuſarat, & vinctos miſerat, vt reuerſos uidit, à Dæmone correptus eſt. tum dixerunt ei, qui vincti fuerant, quaſi ore vno, vade ad pedes venerandi Philippi Presbyteri, à quo nos ab iniqua cæde liberati fuimus, & te ille ab immundo ſpiritu liberabit: & ille curſu properans ſanctum illius templum ingreſſus eſt, & dixit, miſerere mei, famule Dei Philippe, expellatur à me precibus tuis nequam ſpiritus, qui me vexat. cui ſanctus, indignus es excuſatione, inquit, qui paulo ante viros innocentes ad mortem perſequebaris. tandem verò cum à miſero diu fatigaretur, miſertus eius, dixit ſpiritui: exi, & ſecede ab eo, in nomine Chriſti Crucifixi Dei noſtri. mox cadens in terram, ſanus euaſit. accepto à Beato viro mandato, ne quem vnquam donis corruptus falsò accuſaret. abijtque Deum magnificans, qui prodigia magna facit per famulos ſuos.

Ab immũdo ſpiritu dimittitur

Spiritualis quædam erat femina, quæ curã gerebat cœnobij venerandi templi Sanctorum *Sergij, & Bacchi*, ab immundo ſpiritu grauiter agitata, venitque ad virum ſanctum, quo tempore ſacris intentus erat, ſtatimque vt apprehendit oram penulæ ipſius, & ore momordit ſana facta eſt diuina virtute, & ad Monaſterium reuerſa eſt prædicans Dei potentiam.

Furem cõuertit.

Tres homines è Lydia Prouincia in Siciliam venerant, cum multis pecunijs ad emendum frumentum, habebantque auri libras circiter XXXII. ſuggeſſit vni Dæmon, vt clàm tolleret, & ſibi vſurparet, quæ communia erant omnibus. turbatis autem illis ob aurum amiſſum, cum audijſſent de Sancto Patre noſtro Philippo, accedunt ad eum propere, & dicunt: miſerere nobis famule Dei, quia aurumquod ad negotiandum in commune habebamus, amiſimus, & neſcimus, quid dicere, aut agere debeamus. tum ſanctus aperiens os propheticum dixit eis; porrigite manus veſtras in ſolum, & lutum vbi conſtiſti, & apprehendite lutum. cumque ſtatim manus in deſignatum locum extendiſſent, iterum dixit, adducite nunc manus veſtras, & duo quidem cum retraxiſſent, apparuerunt ſicut aqua munda lotæ. eius verò qui furatus erat, lutum exſiccatum digitos tenebat, ita vt explicare non poſſet. tum dixit ei ſanctus vade, redde aurum ſocijs tuis, & ſana eſto deinceps manus tua. illo verò clamante, & di-

Digitized by Google

& dicente, ſanetur manus mea, ego ſum, qui aurum abſcondi,& confeſtim reſtituta eſt manus, & aurum ſocijs reſtituit,abieruntq; Deum collaudantes.

Dæmones expellit

Die quadam cum ad Petri Apoſtoli eccleſiam veniſſet venerandus Presbyter Philippus, vna cum Euſebio Monacho ad orandum, & animum intenderet nocturnæ orationi,circa horam ſextam noctis vocem audit ſpiritus immundi: inferius ruite, deſcendite, fugite, quia Philippus perſecutor noſter ad montem aſcendit,& ſtatim conſumet nos ignis. vox autem illa erat ſpiritus, qui petierat in eo loco habitare, & hoc dicebat alijs ſpiritibus, qui ex longinquis oris conuenerant.tum ait Euſebius Philippo ſacro Presbytero: venerande pater, quæ nam eſt vox iſta? ille verò reſpondit, migrarunt huc è remotis locis immundi ſpiritus. nos verò fixi maneamus in Oratione, vt miſericors Deus per preces noſtras increpet ipſos, & hinc expellat. orantibus ergo illis, exſiliit extemplo ignis tamquam torrens, & expulit eos ex eo loco. qua enim hora ſpiritus vox audiebatur, ſiue noctu, ſiue interdiu, in eo loco, qui dicebatur 21 Katopedontes, ideſt inferius ruentes, repente ruebat lapis, & occidebat ſeu virum, ſeu puerum, ſeu iumentum quodlibet. ex eo autem die ſani, & illeſi manſerunt quotquot homines, aut iumenta per Catopedontes locum tranſibant. 21

Tunc ei dixit Euſebius Monachus: vere,Philippe diſcipulum te oſtendiſti eius, qui Preſbyterum te conſecrauit, Petri, cui paſcendum Chriſti ouile commiſſum eſt, vt paſceret viros velut oues, & pueros ſicut agnos. ſimiliter & Tu gregem tuum ſeruas à feris agreſtibus, & lupis, hoc eſt ab immundis ſpiritibus,ab omni noxia eos ſapientia tua cuſtodiens. & quidem debet vniuerſus Occidens thecam tuam aureã facere, & templi tui pauimentum argento inſternere, & preces tibi quotidianas offerre. nihil enim eſt ſub Sole, quod rependi poſſit beneficijs, quæ per merita tua ſinguli acceperunt. Philippus verò Euſebio reſpondit; ſit nomen Domini benedictum, frater, qui gratis miſeretur, & ſaluat mundum totum. quia nos omnes cum ſimus peccatores nihil boni faciẽtes, perpetua in nos gratiæ ſuæ munera deriuat. quod dignum eius gloria offerri à nobis queat, aut æquale beneficijs eius.

Ceterum Philippus quadraginta diebus ante obitum ſuum, apparuit vni ex optimatibus regionis nomine Beliſario, aſſumenſque pueros eius, venit ad Agyrium locum, & oſtendit ei in ſomnis delineationem eccleſiæ inſtar crucis 22 exſtruendæ:ædificauit aũt thecas duas ſuperiorem quidem Euſebio Monacho, qui eius vitam ſcripſit, & miracula: inferiorem verò ſacris eius reliquijs. ædificauit idem Beliſarius ſacrum eius templum.quadraginta enim diebus ante eius obitum peregit quadragenarias eius inferias memoriæ, & perſolutis diuinis myſterijs, procumbens Sanctus ad ſepulchrum ſuum, aperiens os ſuum dixit: hæc requies mea in ſæculũ ſæculi. Dñe in manus tuas commendo ſpiritum meum, qui enim in te ſincere credit,& ſi moriatur, viuet. & ſic obdormiuit in Domino. 22 Sanctè obit.

Vt autem poſt eius etiam obitum Dei famulus fontes curationum funderet ad ſacram eius thecam accedens Eulalius Monachus è Panhormo Ciuitate ab immundo ſpiritu grauiter vexatus, ingreſſuſque templum dicebat, me ad ſepulchrum volutari oportet, quoad conſequar ſanitatem,ſtatimque extendens manum ſuam ſanctus cum tomo, vt obſignauit illum, ille mox ſanus factus eſt, Summæ Trinitatis gratia. ſpàrſa autem fama eius miraculorum concurrebat multitudo magna male habentium ad ſepulchrum. Venit autem quadrageſimo die poſt eius conſumationem vir quidam nomine Eutropius, cuius dimidiata pars corporis arida erat, ſtanſque ad feretrũ, & admouens ſeipſum, ſtatim ſanus factus eſt. accedentes 23 porrò ad feretrum cum timore, ac deſiderio liberat omnes à tentationibus,& periculis, & ſpiritibus immundis, & calumnia mala, & bello ciuili, à varijs morbis, & periculis feminarum, atque maris, & ab ira Dei, & Principum,eos qui annuam eius memoriam cum fide, & metu celebrant. Sanctiſſimus vir Philippus 24 vixit annos circiter LXIII. requieuitque in pace. Agitur annua eius commemoratio obitus menſe Maio,die 12. per gratiam Spiritus Sãcti,cum quo gloriam Patri reddimus, & Vnigenito filio Verbo eius, cui gloria, & poteſtas in ſæcula ſæculorum. Amen. 23 24 Sepulchr. eius fons miracul.

✠

Vide Animada. fol. 20.

Digitized by Google

Anno Christi 110. 12. Maij.

DE SANCTO EVSEBIO MONACHO ET CONFESSORE

Ex Actis S. Philippi Agyrienſis.

EVSEBIVS Monachus Syriace, ac latine doctus; incertum exinde Syrus ne exſtiterit, an genere Italus, ſocius fuit Philippi Apoſtolici Presbyteri, quocum ex Oriente Romam nauigauit, hinc Agyrium in Siciliam venit. Dæmones, qui proximum Agyrio montem, cauernaſque aduerſus Æthnam infeſti tenebant, coniunctis precum opibus procul exturbauere. ſedeuim. Beatus Euſebius deforme illud agmen vidit inſtar lapidum è montis vertice prouolui; ac ſpecie ignis è templo prorumpere. poſteaquam Philippus vitæ conceſſit, Euſebius Orbiani Toparchæ metu Alexandriam ſe contulit, ibique narrauit pleriſque, & tradidit vitam, & miracula Sancti Philippi, quæ conſcripſerat. inde Agyrium reuectus, in pace requieuit. hic ædem diuinitus ſibi deſcriptam Beliſarius quidam exſtruxerat, in eaque thecas duas, ſuperiorem quidem Beato Euſebio, inferiorem Sancto Philippo Presbytero. In præſentiarum corpora Sanctorum Euſebij, Philippi Diaconi, & Lucæ Abbatis eadem in arca ſeruantur. ſed caput Euſebij argento tectum oſtenditur feſto die Sancti Philippi, ad quartum Idus Maias; quo die Euſebius vna cum Philippo Agyrij colitur. Agyrij obijt, & ſeruatur.

✣

Anno Christi 130. 12. Maij.

DE SANCTO PHILIPPO DIACONO PANORMITANO.

Ex Actis S. Philippi Agyrienſis.

VIR quidam, locuples valde ex Panhormitana Ciuitate, ſed liberis caſu rens, valde affligebatur. is, vt de Beati Philippi miraculis audiuit, venit ad Agyrium locum, videtque eminus Sanctum ante fores templi ſedentem, dicitque famulis ſuis, en vere ſtellam, quam videre deſiderabam. quem & nocte in ſomnis vidi vocantem me, & hilari vultu inuitantem, en ipſe eſt. quod ſi ex Dei voluntate fuit viſio, quæ mihi apparuit, relicta ſede vocabit nos; & introire in templum iubebit ad orandum, & interrogabit, vnde eſtis, fratres, cur huc veniſtis? vir autem Sanctus Philippus, quaſi diuina reuelatione accepta, exſurgens illico è ſede, in qua ſedebat, dixit Euſebio Monacho, voca hilariter eos, qui è longinquo veniunt ad nos. ſtatimque vocauit eos hilari vultu Euſebius, dicens. bene veniſtis, Peregrini, aduocat vos Pater Noſter Philippus Presbyter, cuius cauſſa peregre adueniſtis. quo audito vir magna perfuſus lætitia, Deo egit gratias, quòd quem quærebat inueniſſet, & voto ſuo potitus eſſet.

Digitized by Google

esset . ille verò iussit, vt oraret.

Post hæc multa is dona, quæ attulerat ante pedes eius proiecit, dicens, Pater, scis Deo reuelante, qua de caussa venerim: & Sanctus, scio, inquit, sed tu domum redi, & quod optas, fiet tibi secundum fidem tuam. cumque domum reuertisset, inuenit vxorem suam lætantem viso, quod ei noctu apparuerat. vidit enim Beatum Philippum dicentem sibi, ecce redeunte viro tuo, ex eo concipies, & filium paries, quem Philippum vocabis, & benedictio Dei sit vobiscum; quod cum ex ea cognouisset maritus, miratus apud se dixit; Benedictus Domine Deus, qui facis mirabilia, qui & procul positis tamquam in momento proximam facis miserationem tuam, per venerandum Presbyterum Philippum super omnes, qui inuocant te in veritate. narrauit autem vir vxori, quemadmodum cognouisset, quod animo cupiebat, & Eusebium Monachum præmisisset, & caussam aduentus nouisset.

Illi octennis a matre dicat⁹.

Et breui post peperit masculum vxor viro suo, vocauitque eum Philippum. cumque annorum esset circiter octo, Sancto Hierarchæ Philippo eum obtulit, dicens: en, Pater, fructum precum tuarum. ille verò blande manu apprehendens, offert ipsum templo, & benedicit, & dixit ei. vade, fili, ad fines natales tuos, & ædifica templum Domino, eritque benedictio eius tecum. & redeunte puero vna cum patre suo pòst Diacon⁹ factus est sub Archiepiscopo Panhormi, deditque ei mandatum Philippus pater noster, ne vmquam aurum curaret, aut argentum, sed vt omnia sua bona, quæ haberet, & habiturus esset, distribueret in pauperes. quod & fecit, deditque vir ille gloriam Deo, vna cum filio suo, per totam vitam, omnia semper erogantes pauperibus. accipiens autem puer Philippus à venerando Presbytero Philippo vnam ex tunicis eius, & sudarium vnum, & cingulum, quo lumbos suos præcingebat, in eius memoriam, dum reuertitur, offendit in via hominem à Dracone tabefactum, volensque Sancti curationes imitari puer, soluta zona, quam à Sancto acceperat, cinxit aridum hominem iacentem, dicens; in nomine Sancti Philippi, surge sanus, & innoxius. surrexit è vestigio sanus, vt antea, laudem Deo dicens. & miratus est valde iunior Philippus quod acciderat, quod non solum præsens morbos curaret, sed eius indumenta morbos expellerent.

Aridum hominem sanat.

Audientes autem id ciues Panhormitani, quod tunicæ Sancti deferrentur à Philippo Iuniore redeunte in Panhormitanam vrbem, & quod miracula per eas fierent, gauisi sunt supra modum, dicentes; Benedictus Deus quoniam misertus est nobis indignis, & peccatoribus Sanctissimus Philippus, venerandas tunicas suas ad nos mittens, ad sanandas infirmitates nostras. & quid ei nos dignum rependere possimus? preces, & orationes supplices ad Philippum? sed eius oratio, quam pro nobis omnibus facit, nostra omnia munera exsuperat, auro, & lapide pretioso, & sapphiro pretiosior. videreque erat turbam nil aliud loquentem, quam, gloria sit Deo, qui glorificat diligentes se, factaque est die illa lætitia, ita vt Deum ipsum adesse existimare viderentur incolæ.

Statim autem Abbas quidam immundum spiritum patiens, veniente Philippo, vt intrarat primam portam ciuitatis, exclamauit; beneueniisti, iunior Philippe cum sanctis vestimentis, quæ adfers Philippi Presbyteri. ego enim hac hora festino ad eum vt liberer ab infestatione immundi spiritus. tum dixit ei vade citissime, reuertere ad Dominum, & herum meum Sanctum Patrem, & Presbyterum Philippum, & ab eo curaberis. quod & factum est. Philippi Iunioris, ac Diaconi corpus Agyrij seruatur, cum Sanctis Luca Abbate, & Eusebio Monacho, cum quibus ad quartum Idus Maij colitur.

Agyrij seruatur, & colitur eodem die, quo S. Philippus.

✠

VITA

Digitized by Google

VITA

Anno Christi 90. 30. Ian.

S. PEREGRINI CONFESSORIS

AVCTORE

OCTAVIO CAIETANO

SOCIETATIS IESV.

SANCTVS PEREGRINVS Oppidi Calatabillottæ in Sicilia Patronus in Græcia 1 quidem natus est, sed patriæ nomen nos latet, & quod dolendū magis, præclaræ virtutum exempla, labores pro Christi Euangelio exantlati, penè omnia collata in Siculos beneficia, dum viueret, obliuione deleta sunt. supereſt solùm in eius oppidi tabularijs insignis miraculi, ac beneficij breuis historia, quam olim ibi per lectiones distributam in solemni officio recitatam comperimus nos inde quæ de hoc tanto viro dicenda sunt, desumemus, pauca ad narrationis confirmationem addentes. Cùm ergo Peregrinus sanctitatis opinionem eximia morum integritate apud suos comparasset, Petrus Apostolorum Princeps Romæ tunc degens, hominem cum alijs item præstantissimis viris è Græcia accersit; Apostolus enim, cui tanquam Christi Vicario totius orbis excolendi cura maximè incumbebat, ne operariorum penuria christiana seges elangueſceret, quos præ alijs diuinitus beneficijs affectos norat, huc atque illuc pro rerum opportunitate submittebat. Peregrinum verò, post perspecta cœlestium donorum in illius animo admiranda vestigia, in Siciliam eo potissimum nomine venire iussit, vt Dæmonibus antra ad incolarum internecionem obsidentibus, terrorem injiceret, & fugā imperaret: intelligebat scilicet tunc maximè in rabiem efferri Dæmones, cum de euertē do eius imperio non ageretur modo, sed iam impeteretur, & labefactatum rueret; nec quidpiam Euangelio aditum magis reserare, quàm Christi nomine exilium dæmonibus indici: vis enim planè diuina hic elucebat, quæ omnes abigeret spiritus humanis viribus superiores; eamque non agnoscere modo, sed eius etiam amore allici oportebat, quos è tantis malis sospites reddidisset. Vt in Siciliam venit Peregrinus, quid egerit, quis rerum successus fuerit, quæ fidei per ipsum propagatio, vt dicebam, nescimus, id solum reperio ducente numine excurrisse in oppidum, cui nunc Calatabillottæ nomen. hinc autem prima erumpit difficultas, quæ superstitem hanc Sancti Peregrini historiam penè funditus videtur euertere, & nudam nominis cognitionem relinquere: oppidū illud cum Saracenico nomine, quod præsefert, extructum creditur à Saracenis post octingentesimum saltem Christi annū Siciliam inuadentibus. qui ergo dici poterit à D. Petro transmissus Peregrinus, qui oppidanos, vt narrabimus, singulari affecit beneficio? ego verò Saracenicum Calatabillottæ nomen agnosco, sed vetus oppidum, seu veteris oppidi partem credo; Saraceni autem nomen dedere, quia, vel quod exiguum erat, frequentarint, vel si mauis, iam destructum reparauerint. in eo .n. monte, cui nunc Calatabillotta insidet exiguo interiecto spatio ab ædibus, quæ incoluntur, antiquæ vrbis vestigia visuntur; Triocala olim dicebatur. Origo nominis, vt Diodorus memorat, ea fuit, quod τρία καλὰ, ideſt tria bona in primis haberet, nimirum dulciſſimas, & perennes fontium scaturigines, agros feraciſſimos, vinetis præsertim, oliuetisque culiſſimos; situm demùm à natura rupibus præmunitum. Bello autem seruili Saluius rebellantiū Dux vrbem octo stadijs complexus fossa profundæ altitudinis cinxit, suamque regiam in ea arce constituens, elegantibus ædificijs exornauit. Et quamuis eo bello excisa fuerit vrbs, restaurata tamen postea fuit, diuque mansit; etenim inter D. Gregorij Papæ Epistolas vna Petro Tricalitano Episcopo scripta est, altera refert eidem Petro Agrigentinæ ecclesiæ visitationem fuisse commissam. Missæ verò sunt eæ literæ annum circiter Christi sexcentesimū; imò nominis vestigium adhuc remanet, nam ager ille, *Troèzoli* à Siculis dicitur, ibique Prioratus à Rogerio Rege constitutus ob victoriam contra Saracenos, vocatur S. Georgij de Trocalis, quæ leuis vocum mutatio est. In hoc ergo oppidum Triocala, cuius pars, vel proxima, & hæredis instar fuit Calatabillotta, venisse credo Peregrinum; ideò verò in his actis Calatabillottæ nomen poni existimo, quòd ea conscripta sint post ejectos è Sicilia Saracenos, cum primum illud vrbis nomen ab hominum ferè memoria exciderat, vel plerisque erat ignotum. nihil ergo perspicio, quod Peregri-

1 In Græcia natus.

Calatabil. venit, & tamen oppidum Triocala dicebatur.

2 lib. 5.

a D. Pet. in Sic. missus

lib. 1. ep. 12. & lib. 9. ep. 43.

Digitized by Google

regrinum à prima illæ nascentis ecclesiæ ætate reuocet. Oppido enim, in quod venisse Peregrinus dicitur, non tunc, sed postea Calatabilottæ nomen inditum, scriptor verò per prolepsim Calatabillottam appellat, quod apud
3 alios etiam scriptores non rarò contingit. 3
4 Iam in antri 4 proximi latibulo ingens re-
5 cumbebat Draco, 5 quem vel Dæmonem
Draconē perimit. sub ea specie latitantem fuisse, vel dæmonis imperio regi solitum, procul dubio constat; miserā illi tributum ciues, maiorum malorum timore perterriti pensitabant, stato nimirum tempore puerum sorte ductum, vt alibi etiam
6 factum in historijs legimus, 6 tamquam dulcissimum cibum offerebant. cum autem pau-
7 peris, piæque fœminæ 7 filius vnicus iam ad explendam Draconis ingluuiem mota vrna destinatus fuisset, neque aliunde illa, quam é cœlo auxilium speraret vllum, speraret tamē & ardentissimè efflagitaret; diuinitus factum est, vt Peregrinus stipem corrogans quidpiam, quod victui satis esset, ab ea emendicaret. illa protinus, vt eleemosynis, & pietatis officijs Dei opem promereretur, cum ne frustrum panis domi haberet, ad proximas ædes accurrit mutuum acceptura, sed ibi non panis, at beneuolentię inopiam experta est; amica .n. se non habere peieranit, sibi etiam imprecatam fama memorat, vt panis, siquem haberet lapidesceret. ita Peregrinus abit inanis, sed non inultus, neque ingratus; etenim cum fœmina mendax panem, quem occultauerat,
8 vellet educere, saxum 8 eduxit, in quod panis ille retenta figura diuino miraculo transierat: stupet illa rei nouitate primùm, tum numinis leuem quidem, sed salutarem vindictam de inhumanitate sumptam agnoscens, viciniæ factum narrat, & saxeum panem, quem etiam num Calatabillottenses seruāt, ostentans, pauperis illius sanctitatem admiratur, quam Deus tanto prodigio voluit contestatam. Crastino autem die cum abreptum è matris vlnis puerum ad Draconem trepidi deferrent ministri, adstitit Peregrinus, & Cedo, inquit, puerum, quid expolluistis? ego Draconi eum libens offeram, nec enim timeo: accepto ergo puero pedetentim belluæ obuius procedebat: at illa vt senem conspexit venientem ingenti strepitu torqueri, furere, & membra saxis collidere. Peregrinus verò propiùs accedens puerum vltrò porrigebat, sed hianti rictum eiusit; nam baculo, cui innitebatur, immisso in teterrimam oris cauernam protiernit belluam, nec passus baculum inde excuti, tamdiu retrogradientem vrget, quò vsque in altissimum terræ hiatum præceps illa decideret. 9 quanto hic plausu exceptus fuerit Peregrinus à ciuibus, quam lœto animo recepta, vel propagata christiana religio fuerit, 10 quantas illi, cæterique Deo gratias retulerint, explicari facilè haud queat; vt autem Peregrinus securos in posterum oppidanos redderet, non solum hiatum illum antri, quo præcipitem egerat belluam, obstruxit, sed illam incoluit cauernam quo ad uixit; quamuis verò Acta nihil admingant huic narrationi, non dubitauerim tamen Peregrinum non Eremitarum more sibi, Deoque soli vacantium inhabitasse, sed aliorum etiam saluti, quā poterat, studuisse; & sanè non desunt, qui Episcopalem illi inaugurationem à Beato Petro Apostolo datam existiment; atque ab eo cæpisse Triocalitani Episcopatus originem, cuius diximus apud Diuum Gregorium Magnum fieri mentionem, & diù post illa tempora. Sanctissimus senex tantis post obitum miraculis inclaruit, vt frequentes ex remotis etiam vrbibus ægri, opisque diuinæ indigi accurrerint, atque etiam nunc accurrant ad felicissimum illud antrum tacti, Deoque carissimi hominis hospitium, benemerentissimi patroni memoriam oppidani colunt ad tertium Kalendas Februarias, & humerum, vel eius partem ex Sanctissimo illo corpore Peregrini reliquam: addam postremo antiquissimas eius Sancti Icones 11 cum demortuo Dracone depictas esse, vti singularis beneficij monumentum. non ingratum autem lectori futurum sum arbitratus, si antiqua acta Sancti Peregrini Confessoris promerem, quare ea iam adnecto.

Miraculis post obitū clarescit

11

✣

Vide Animadu. fol. 26.

VITA

VITA

Anno Christi 90. 30. Ian.

S. PEREGRINI CONFESSORIS

Ex M. SS. Codicibus Calatabillottenſibus.



Ascenſu in cœlum Christi Domini nostri, non statim extincta est immundorum ſpirituum potentia, qui mundum antea occupauerāt, ſed multę adhuc regiones vexabātur in quo dominatu ſerpentium, & Draconum, quibus nequam illi adſidebant in terrorem generis humani. qua tempeſtate Epiſcopalis dignitatem cathedræ Petrus Apoſtolus tenebat, ac nonnulli viri à Deo illuminati in Græcia celebrabantur, de quorum numero erat venerabilis vitæ Peregrinus. quorum fama, cum ad Apoſtolum peruenisſet, accerſiuit ad ſe, perſpectaque eorum virtute, & ſanctitate, huc & illuc per diuerſas mundi regiones diſpertiuit, vt hominibus infeſtos ſpiritus conculcarent. oratione igitur ad Deum facta, vt ei placuit, Peregrinus in Siciliam ab Apoſtolo Petro miſſus eſt.

Domino autem ducente, in ciuitatem peruenit, cui nomen [hodie Calatabillotta] hic verò ingens tum Draco, & damnificus cauernam ſumma cum incolarum formidine incubabat: cui quotidie puer, ſortito ductus dabatur, alimentum miſerandum. Itaque Oppidū in miſeram vaſtitatem paulatim dilabebatur. quodam die, adductus ſorte eſt puer, matri vnicus ſuæ, quæ puro corde Domino ſeruiebat ei autem in Deo ſperanti, antequam Draconis filius obijceretur, tale quid euenit. ſtipem ab illa rogauerat Peregrinus, oppidum ingreſſus, & victum quæritans. pia mulier, cum aullum domi panem nacta eſſet, quem petenti præberet, ad vicinam ſuam currit mutuaturā. hæc vero cum abunde haberet, non habere ſe iurat. ita Peregrinus abijt inanis. modico pòſt interuallo ementita verum femina ad panariū pergit, & buccellatum comperit, quem habere ſe pernegarat, in marmor eſſe verſum. quo viſo, perterrita eſt vehementer, & id periurij, atque in pauperem inhumanitatis, eſſe ſupplicium incidexit. percurrenſque ſtatim vicinam marmoreum panem, cunctis admirantibus, oſtendebat, & quæ miraculo contigerant, palam narrabat.

Ceterum mane facto, prodierat de latibulo ſuo Draco, ſeque inferebat in locum, vbi cibaria de more haberet. ſimul qui Draconi miniſtrabant, vt moſerat, abreptum puerum de mulicre, deferebant. mater, vt auulſum de ſinu ſuo filium videt, & ab oculis ſubinde eripi pupillam ſuam, in ea miſerabiliter erupit, quæ matribus in tali caſu promptiſſima; opemque magnis à Deo clamoribus implorabat. cum vero puerum comportantes miniſtri, pauenteſque accederent ad Draconem, ecce aditiat, diuino numine, ſenex, baculum manu geſtans; (is erat Peregrinus) & date inquit paruulum mihi, quem perferam. acceptoque puero, ſenior pedetentim ad beluam pergebat. vt illa venientem vidit, ingenti cum ſtrepitu ſerpens prę ſultabat. ſed appropinquantem ſenem agnoſcens expauit; fremenſque, humum perhorrifice verberabat: neque prorepere eſt auſa. Beatus verò Peregrinus propius incedens, & metu vacans, Draconi puerum vltro protendebat. qui tandem hiante ictu, dapem illam conatus inuadere, eluſus eſt; nam dum ſenex porrigere puerum ſimulat, in ictum hiantis baculum, quem gerebat, immittit, tam diuque infixum tenuit, donec recurrēs Draco, ad ſpecum, vbi cubile illi fuerat, peruenire. mox ingreſſum Peregrinus perforamen quoddam occluſit. neq; ille vſquam ex eo die viſus eſt.

Populus hæc videns, clamare præ gaudio, Deum laudare, Peregrinum colere, ac reuereri. paruulus matri redditus eſt. illa exſultans, narrabat miraculum pridie eius diei à Peregrino patratum: ſimul ipſum etiam ſaxum demonſtrabat de pane factum. eoque magis vniuerſi lætis vocibus clamitabant, Benedictus Dominus Deus, qui nos ab immani beſtia, & mortifera liberauit, per ſeruum ſuum Peregrinum. is verò ne pauidos, rudeſque deſeruiſſe videretur, eamdem cauernam, qua Draco latuerat, habitandam delegit, in qua ad finem vſque vitæ, in magna vir ſanctimonia permanſit. tantis verò poſt mortem miraculis illuſtratus eſt, vt multis procul regionibus delati illuc ægroti, incolumitatem conſequerentur. Oppidani benemerentis patroni memoriam ad tertium Kalendas Februarias colunt.

Vide Animadu. fol. 26.

Cum immanis Draco vexaret oppidum.

Piæ fœminæ, pretiſi pietat. fuit filij ſalus.

Poſt mortem in ſacula illuſtrant.

PAS-

Digitized by Google

PASSIO

Anno Christi 140 18. Apr.

SS. ELEVTHERII EPISC. EIVSQVE MATRIS ANTIAE AC PRAEFECTI COROEBI.

Ex M. S. Codice Eccleſiæ Syracuſanæ.

1 REM 1 noſtram ferro perſequi acriter cœptum eſt initijs Adriani, nec in fine intermiſſum. æterno Regi hæ placitæ artes, Eccleſiam minuendo augere, firmarique tot millibus innocentiſſimorum hominum trucidatis. hos inter Eleutherius celebratur, virtutibus, & nobilitate conſpicuus. nam Romæ ortus, in vrbe regnatrice patrem 2 Senatorij Ordinis, & Conſularem, cui ſtirps vnica, paruulus amiſit: mater 3 Antia fuit, antiquæ ſanctitatis, quæ 4 Paulum Apoſtolum vidit: ſimul ea filium in ſinu ſuo sãcte educauit, Deo donum offerens, Sancto 5 Anacleto Pontifici tradidit, ſacris literis excolendum: Puer igitur adoleſcebat caſtis moribus, & fidei ſtudijs in dies flagrantior: addebat pueritiæ decus cæleſtis fauor, & Dei gratia, qua replebatur animus; vnde ætati reuerentia, omneſque eccleſiæ honores tributi, virtutum, non annorum ſuffragijs: ingreſſus 6 adoleſcentiam inter Diaconos, anno duodeuigeſimo presbyteros inter aſcitus eſt; eamque ætatem cum Deo carã claritudo miraculorum approbaret, vigeſimũ 7 agens annum Epiſcopus a Pontifice Anacleto creatur: rara laus incipientis adoleſcentiæ, quam turbato orbe terrarum ampliſſimi Sacerdotij capacem Romanus Pontifex, ideſt ſuo cælum arbitrio æſtimaſſet.

2 S. Eleuth. Ro. natus.

3 4 Mat. Ant.

5 Anacleto pp. inſtituẽ dum tradit

6

7

Iam verò Eleutherius in adminiſtrationem Prouinciæ, cui præpoſitus erat, intentus, chriſtianam religionem miraculis, & prædicatione mirum in modum propagabat. cum peruagata late fama Imperatorem 8 Adrianum tum ex oriente reuertentem, vehementer offendit: miſſus 9 propere Felix comes CC. cum militibus, qui Eleutherium in vrbem perduceret: vt ille, quò deſtinatus erat, peruenit, Epiſcopũ populum in eccleſia docentem reperit: viſo Felice, & militum globo, Eleutherius hunc in modum alloquitur. quid cauſſæ eſt, Felix, q̃ ad nos expedito cum milite veneris, armiſque in eccleſiam irruperis? num ne æſtimas armis tuis obſiſtere nos non poſſe, tuamque tyrannidem propulſare? omnium cæleſtium præſidia nobiſcum ſunt: ſed chriſtiana virtus, & victoria patientia eſt. neque enim nos reſiſtendo, ſed tolerando vincimus: arma, quæ circũfers, nec metum afferunt, neque aduerſum me vim habent; qui rexit adoleſcentiam meã ipſe me tuebitur, Chriſtus meus, ipſe potentiam veſtram infringet: tum Felix miſſum ſe ab Imperatore docet, quo 10 in vrbem ipſum ad quæſtionem pertraheret: Eleutherius reſpondit; pręſcium fuiſſe me ſcias aduentus tui commonente Dei ſpiritu, & exitium, quod minaris, vitare latebra potuiſſe, ſed expectare maluiſſe, quòd cupitum eſſet pro Chriſto pati, & ſi huc caſura res eſſet, occurſurum morti. 10

Admiratus Felix Eleutherij conſtantiam, ſimul audiens de Chriſto diſputantem, præmouente animum Deo, ad genua eius accidens rogat: Dei famule, Eleutheri, doce in quem credere me oporteat, cui deſeruis; plane enim cognoſco vana eſſe ſimulacra, quæ colui. Eleutherius præmiſſa prece fidei noſtræ myſterijs pro tempore inſtruit; ſed iter Romam feſtinantes, cum ad fluuium veniſſent, Felix Eleutherium precabatur, vt aqua ſalutari ablueret, qua prioris vitæ labes delerentur, & inſipientiæ, quæ cœcum retineret animum, eximeretur. Tum prehenſa manu Felicis Eleutherius orauit: Domine Ieſu Chriſte, qui 11 Philippũ non prohibuiſti, quo minus Eunuchum efflagitantem in via baptizaret, dignare, & permitte me ſuper hunc famulum tuum, tuæ ſalutis explere Sacramenta: aqua mox abluens, in Nomine 12 Patris, dixit, & Filij, & Spiritus Sancti. his peractis, militari cum cuſtodia Romam peruentum eſt. 11 12 Actor. 8.

Proximo die, ad Tribunal Imperatoris Eleutherius ſiſtitur: Adrianus verò his eum aggreditur, quid eſt Eleutheri, quòd adoleſcens ingenuus cum ſis, è familia Senatoria genitus, ac patre conſulari, vaniſſimæ te ſuperſtitioni dedidiſti, patibulatum hominem coliis, & turpiſſima morte damnatum; Eleutherius ſtans coram Imperatore, reticebat; ſed vrgente Principe reſponſum, ſuſpiciens cœlum, ſignanſe cruce, libertas vera, reſpondit, & nobilitas generis, Adriane, hęc eſt, noſſe effectorem cęli, & terræ. tum Adrianus; acquieſce, ait Eleutheri, & adora Deos, ex eo grande pretium tibi erit; in aula enim mea ſummum ad faſtigium te extollam; reſpondit Eleutherius, os tuum, Adriane, plenum eſt amaritudine, & dolo; verum ego cruciari, & mori pro Chriſto paratus ſum. hæc mea decora ſunt, hæc mea lucra. Eleutheri Imp. Adr. ſiſtitur.

Digitized by Google

lucra. Imperator in iram prolapsus, lectum æneum inferri iubet. nudumque athletam dissipatis membris extendi, igne succenso: qui accurrerant ad atrox spectaculum, ingenuum hominem, & innoxium occidi clamitabant; sed Eleutherius eo super lecto placide quiescebat. post horam, rati mortuum efferre, sustulere nihil læsum, Deoque laudes occinentem. quo viso, adstantes, magnus est, dictitabant, Christianorum Deus, quem Beatissimi Apostoli Petrus, & Paulus prædicauere, qui multa
13 patrarunt in vrbe miracula, & Simonem 13 magum, Dæmonia colentem ad terram precibus elisere.

His Imperator iraſque, & tormenta auget: allata eius iussu craticula oleo peruncta, acriore flammæ alimento, succenso que igni; Solem testor, ceteròsque Deos, ait, assentire mihi, atque habebo in filij loco; abnuentem verò craticula ista, igniſque vlciscetur. respondit Eleutherius: lupe rapax, & rabide, sermones tui, Dijque te pejus perdant; me autem neque à proposito meo dejcies, neque a fide, quam à pueritia indui. tunc iussit Adrianus exspoliatum Martyrem super craticulam extendi: is verò superimpositus confitebatur, ac extollebat nomen Domini Iesu Christi; ita tamque craticula deferbuit, igne restincto, q Adrianus vt vidit, ira flagrantior, afferri sartaginem adipis, ceræque plenam, incendique iussit, & in eam Eleutherium immitti: cum iussa carnifices exsequerentur, Eleutherius æta te inuenis, sed in Christo Iesu senex, vt sartaginem vidit ebullientem, insilijt dicens, in nomine Iesu Christi sartaginem super ascendo: in ea verò Martyr quiescebat, perinde ac si in herba recumberet rore perfusa, versusque ad Imperatorem, vbi sunt, ait, minæ tuæ, & potentia tua? iam vides, quid possis aduersum eos, qui Christum colunt; atque is Tyrannidē tuam sub pedes meos sternet, vt Diabolum patrem tuum protriuit.

Mox super ferutę m craticula.

Sartagine aduri iubet.

Hæc audiens Adrianus immutato vultu furebat, & bacchabatur. ad quem 14 Coroeb' Præfectus accedens Eleutherium sibi dari poscit, spondetque inuenturum se, quibus cruciatibus, aut pareret, aut male periret; statim adproperatum est immane tormentum, clibanus ex ære fabricatur acutis intus sudibus è ferro inhorrens: vt succensis ignibus excanduit oleum infusum est. Eleutherius verò erecto in cœlum vultu, orabat, Domine Iesu Christe, verum, obuiumque quærentibus te lumen, præsidio mihi sis aduersus Diaboli potentiam vt maiore gloria tuum nomen extollas, quod est benedictum in secula. cum respondissent Christiani, Amen, se iecit in clibanum, ac subito restinctus est ignis, sudesque comminutæ hæc videns Coroebus ex Eleutherij carnifice, Christi confessor effectus proclamat, magnus est Eleutherij Deus: quam verò noxam hic iuuenis admisit, vt adeo immaniter perdere, Imperator velis?

14 Coroebus noui tormenti inuentor.

Quod Architecto salus fuit, & iter ad Christum.

Adrianus Coroebo ait, auro, argentoque, à matre redemptum te esse oportet, qui tanto tui discrimine filium defendas; & hanc Imperatori tuo gratiam refers, tu præfectura auctus, honoribusque à me cumulatus? Coroebus respondit, honores tui fortuitis casibus, aut tempori obnoxij sunt, tu certè mortalis es: Rex cui seruit Eleutherius, magnus est, præmia, ac decora, quæ policetur, æterna: ille me docuit, vana nomina Deos esse, quos colis; nam cui vnquam mortalium subuenisse, cognitum est? & pudet adeo impense ad hunc diem illa coluisse. en tu, tantus Cæsar cum sis, cui pareat orbis, à Christiano adolescente victus es: ex eo magnus est Deus, quem Eleutherius veneratur, & in illum ego credere concupisco. iratus Adrianus Coroebum præcipit in eumdē clibanum injici, cuius fuerat architectus, vt experimento suo torreretur; dum verò iactaretur in clibanum efferuescentem, dixit, precare Eleutheri, Iesum Christum, vt nomine suo consignatum me velit, suaque præcinctum virtute, vt Tyranni potentiam perfringam, magisque ex eo nomen eius gentes apud omnes celebretur. Eleutherius dixit, constans esto, Coroebe, in Domino Iesu, nam Spiritum Sanctum in te manentem video, à quo in confessione tua, multorum exemplo firmabere: cum vero Coroebus iactatus esset, in igne inuiolatus mansit: ipsa sæuitia Deo obediens auctori suo pepercit: sed Adrianus furore amēs gladio occidi iubet. Tum Coroebus, ora pro me, inquit, Eleutheri, vt effusione 15 sanguinis pro 15
Christo intinctus, efficiar christianus, simul gladio cæsus, glorioſum certamen finiuit, ornauitque præfecturam fulgentiore prætexta.

Eleutherius autem in carcerem tradi iussus est interdictis alimentis, vbi Dei 16 spiritu 16
nutriebatur, cui gratias agebat, benedictus es inquiens, cæli & terræ Deus, qui iam inde a pueritia aluisti me, iam nunc imple animum meum Spiritu Sancto, vt cibum carnis non concupiscam, sed spiritus: tu enim es, qui Eliā in solitudine pauisti: tu Danieli nomen tuum leones inter occinenti prandium transmisisti: magnus es Deus, ac pius, & benedictus in secula. Post aliquot dies. Adrianus extractum è custodia Eleutherium statuit ad Tribunal: & quousque te patiar, exclamat, Eleutheri? pare iam, vt viuas; Eleutherius respondit, miror tot, tantisque victum te miraculis, non erubescere de his loqui; aude aliquid, quod pudorē tuum augeat. furēs Adrianus indomitos equos quattuor ad cursum iniungit, fabricato temone ex ferro, quo igneſcente, perstimulati equi deligatum Eleutherium per inculta, & aspera locorum raptantes, dilaniarent, ac minutatim discinderent: vt currus agi cœpit, ecce tibi delapsus è cælo Angelus equos mansuefecit, soluitque Eleutherium, & in currum immittit, quo vehebatur, perinde vt de Tyranno triumpharet: plerique ad Christum miraculo conuersi sunt.

1. Reg. 17. Daniel. 14.

Equis ad currum alligatis.

Sed Imperator atrociorem actus in rabiem, Eleutherium ad bestias damnat: igitur vt in Amphitheatrum spectatoribus plenum productus est, mittitur leæna, quæ rugiens, teliqueinstar euolauit è cauea, mox propiùs accedē, Martyri adblandiebatur, ad eius pedes cerui cem inclinans: neque Imperator humanitatē didicit ex fera. continuo educi leonem iubet, sed qui cauea inclusus rugitu timorem adstantibus incusserat, officijs deinde in Martyrem cū leæna contendebat; ad pedes eius accurrens, in humeros insilit, & circumplexus, nunc collum oscu-

Obijcitur leęnæ, quę Mart. adblanditur.

Digitized by Google

oſculabatur, nunc pedes extergebat; Amphitheatro nouis voluptatibus obſtupeſcente. ſimul excitatum eſt certamen inter adſpectantes, dictitantibus alijs, Eleutherium maleficum eſſe, alijs Deum laudibus attollentibus, cuius virtute talia miracula patrabantur; receptis feris Adrianus accerſitum Eleutherium per alloquium tentat, intelligeret tandem, quantū pro eo dij collaborarint, vt periculis eximeretur, proinde à ſtultitia ſua recederet: reſpondit Eleutherius, ſtultus es, *I*mperator, qui tā ſtulta loqueris. hæc omnia Dominus Ieſus Chriſtus patrauit, vt vel hinc eum cognoſceres; ſed quoniam peruicaciam tuam aduerſus lucem opponis, & gloriam eius in Deos transfers, imperium 17 tuum ipſe euertet, & in alium trāſferet: Tunc *I*mperator in extremam adductus inſaniam, Eleutherij cædem imperat, qui cælum ſuſpiciens hunc in modum orauit; Domine Ieſu Chriſte, qui nullo meo promerito, ſed æterna numinis tui deſtinatione, ad hanc arenam me delegiſti, vt das certamini finem; ſi beneuolentia tua meruī, da certanti coronam ex hac colluctatione, vitaque exeuntem, tribue ad te peruenire, ac te videre. hoc ſupremum precum mearum, & benignitatis tuæ erit: deinde cum ſe cruce ſignauiſſet, ceruicem 18 percurſoribus obtulit.

17 Interitum commina tur Adriano Imper.

Mox aucta ſæuitiæ exempla; Aderat morienti filio Antia mater, digna tanto filio mater, & matre maior: cum illum rapi ad cædem videret. nihil locuta maternum, non triſtis, quod ipſa remaneret orba, non flens miſerabiliter, quod ille ſic periret, ſed gaudens, quod de fructu vteri ſui offerret Deo munus, gratulanſque Eleutherij fini: pulchram ad mortem filiū mater hortabatur, amore, lætitiaque iam iam morituri, carnifices inter, in eius amplexus ruit addita prece, memento matris, ò fili, cum beatam poſt mortem adipiſceris promiſſa præmia fortiter pugnantibus: hæc videns Adrianus, vt intellexit Eleutherij matrem eſſe, accitam interrogabat: quo nomine appellaretur, illa reſpondit, Antia. Adrianus ait, quid expetiuiſſet damnato corpori circumfuſa, hærenſque? Antia dixit, ne ſepararer à meo pignore, ore, ſpirituque adglutinabar, atque vtinam merear pro Chriſto commori, ex eo matrem cum filio æternum victuram. Adrianus, recipies, quod optas, dixit: ne à filio ſeparere, gladius dabit: eiuſque iuſſu, iuxta cruentum iacentis filij cadauer, mater occiditur, quæ moriens Deo gratias agebat, quod nominis ſui confeſſione dignam, cariſſimo filio aſſociaſſet. Gaude Antia, & gratare ferro, quod eadem, qua filio luce, parenti cælum patefecit; neque per diem fas à filij triumphis abeſſe matrem, quæ filium tam pie, præclareque inſtituiſſet. certamen 19 finiuere XIV. kalendas Maij, Domino Noſtro Ieſu Chriſto regnante, cui honor eſt, & gloria in ſæcula ſæculorum.

Filium ad mortem mater hortatur Ant.

16

18

Vide Animadu. fol. 27.

CERTAMEN SS. VICTORIS, ET CORONÆ.

Anno Chriſti 164 14. Maij.

Ex M.S. Codice Feltrenſi.

IMPP. M. Aurelio, & L. Vero, Victor 2 miles chriſtianus, 3 in Sicilia agebat; qua tempeſtate Sebaſtian' Inſulæ præerat; is accepto imperatorum mandato aduerſum chriſtianos, Victorem fiſti ad Tribunal iubet, cui Sebaſtianus, Victor, Dominorum 4 noſtrorum edictis aſſentire, thus immortalibus Dijs, abiecta anili hac tua ſuperſtitione. Victor reſpondit, mortali, & interituro Principi non obedio; Ieſu Chriſti ſeruus ſum, cuius principatus ſolidus eſt, & æternus: in eo qui fideliter permanent, præparatā in cælo mercedem accipient. Sebaſtianus verò, audi me Victor, ait, & ſapiens fis, iuſſis imperatorum obtempera, quibus Sacramento 5 militiæ religatus es, ſacrifica Dijs, alioqui dira animaduerſione mulctaberis. Tum Victor illi, quamquam homo militaris ſui, occulte tamē in corde meo Ieſum Chriſtum ſemper colui, quam ob cauſſam Diabolus mentem meam, & pectus obſidere numquam quiuit; corpus meum dumtaxat, ò Dux, in poteſtate tua eſt, animæ meæ quid facere poſſis, non video. Vnus Deus, cui ſoli ſacrifico, eius eſt Dominus, qui ſolo nutu efficit, ſeruatque omnia, deſtruit ac reſtaurat. Sebaſtianus iterum, dum nimium ſapiens videri uis ait, imprudens ad tormenta feſtinas. at ego vera, Victor inquit, in me eſſe ſentio eloquia Domini mei Ieſu Chriſti, qui in ſeruis ſuis, coram regibus, ac præſidibus ſpiritum Patris locuturum aſſeruit, quapropter ad proferenda ſupplicia promptius ingredior; mihi verò ex minis tuis, & obiectu pœnarum, creſcit in Domino ſpes felicitatis meæ.

*I*rridens Sebaſtianus, profectò, ait, ſcite loqueris, Lector ne es; 6 an Diaconus Victor reſpondit, haud equidem tali honore dignus ſum; ſed vt dixi, loquitur in me ſpiritus Dei, qui

6

Digitized by Google

qui rectis corde, & mandata eius custodientibus sapientiam largitur. Sebastianus immobilem Martyris animum videns, ad sæuitiam incitatus, toruoque vultu Victorem intuens, ecquid, ait, interitum diligis, an vitam? Victor cœlesti virtute armatus, respondit, interitum opto, si tamen interitus dicendus est is, quo vita sempiterna comparatur. iratus Sebastianus imperat, digitos eius articulatim confriagite. Sanctissimus Martyr erecto ad cælum oculis, dicebat, gratias tibi ago, Domine Iesu Christe, in te sperantium salus, qui non deseruisti me. Sebastianus ob constantiam Victoris, maiore percitus furore caminum succendi præcipit, in quem coniectus athleta beatissimus, in genua accidens innoxios inter ignes orabat, & more trium adolescentium, parcente flamma, Dominum laudabat. post triduum, cum vix cinis eius superesse crederetur, sospes inuentus est. Sebastianus Victorem ratus ignem extinxisse maleficijs, veneficum acciri iubet, atque ab eo infusum carnibus exitiabile venenum Victori tradit, cui Victor; magna est venenorum, & Magiæ tuæ vis, sed longe maior est potestas Dei mei: mox oratione præmissa, carnes accepit: obturpuit artifex, nec spiritum veneno rapi, nec turbari mentem, nec tabescere corpus; miraculo ergo victus, Christum verum Deum confessus est, artemque 7 execratus, libros exussit, & à B. Victore instructus, in Iesu Christi profecit.

In ignem conijcit.

7 Veneficus miraculo ad Christū conuertitur.

Victore rursum adducto, Sebastianus dixit, sacrifica Dijs Victor, vt prudens sis tandem nunc enim stultus probaris; se prudentissimum, Victor respondit, & stultitiam sæculi delegisse Deum, vt sapientiam confunderet, cum Sebastianus, quis hæc comminiscitur? respondit Victor, Paulus Christi Apostolus docuit, cui Sebastianus, Deus ne est Paulus? abnuit Victor Deus minime quidem, sed Dei Apostolus est, qui more solertis architecti, iactis prius fundamentis, qui est Christus Iesus, diuinitus infusa sapientia superædificans, opus suum absolvit, interpresque Dei scripturarum salutis iter nobis aperuit. Sebastianus iterum abijce, ait, vecordiam animi tui, & sacrifica Dijs, alioquin tua hæc adeò compta, inanisque multiloquentia exitio tibi erit. Victor respondit, vecors non sum, sed consulte ago, qui Deum viuum colo: vecordes, & stulti sunt, qui Deos adorant; nam vt eorum pater Diabolus ab initio mendax fuit, & in veritate non stetit, ita qui verum Deum non cognoscunt, cæci fiunt, & in mendaciorum tenebris oberrant. lacessitus ijs Præfectus, dixit, disrumpite neruos eius. Victor autem in tormento, infractio, inquit, ista neruorum eo me dolore afficit, quo quempiam solet spina, dum è pede detrahitur, vtque dolor ea euulsa demitur, ita lacerum me, pro fide Iesu mei, iucunditas mentis, & quies maxima consolatur. Sebastianus addit, infundite feruens oleum in ima corporis, sed Victor in pœnis quiescens dicebat, quod meridie præ nimio æstu laboranti viatori solatium affert aquæ frigidę potio, hęc mihi refrigerario a feruido oleo præstatur: ardentibus subinde lampadibus eius corpori admotis, illæsus, ac firmus in fidei confessione perstabat.

Sebastianus, quamquam virtute Martyris ad crudelitatem accenderetur, dolos tamen adgreditur, vt quem non potuisset asperis a proposito reuocare, simulata lenitudine in errorem pelliceret: igitur blande alloquitur, adhuc miseret me tui, Victor; quo circa non possum te non hortari, vt dimissa muliebri hac superstitione, Dijs immoles: hac ratione illorum gratiam inibis, & à diris cruciatibus, quibus obnoxius es, prudens te liberabis. Victor respondit, non tuæ Præses, sed Dei mei voluntati obtempero, qui corporis & animæ potestatem habet; illi offero me holocaustum mundum, & hostiam viuentem. Sebastianus quid aga? ad feriatem redit; & afferte, dixit, calcem cum aceto, & eliquamam in os eius infundite; Victor dum id fieret, acetum illud aitrisse calx pro Domino meo Iesu Christo, dulciora mihi fauo mellis videntur. Sebastianus rursus addit, eudite illi oculos; sed ijs effossis, Victor dixit: quid magnum fecisti? abstulisti corporis oculos, qui vanitatem vident, sed oculi cordis quos auferre non potes, verum lumen intuentur; quin amisso visu corporis, acutius, clariusque creatorem suum mentis lumina contemplantur.

Sebastianus Victorem animaduertens, eò acrius torqueretur, eò fortius inualescere, in hæc turbidus erumpit, quid te is perditum, miser? quid me insana ista tua pertinacia exacuis ad atriciora tormenta? cur Dijs non sacrificas? Victor respondit, fac, vt iubet, ope Domini mei Iesu Christi, tormenta tua non timeo: Idola tua, vt vana semper detestabor. Præses vrget, versis pedibus eum suspendite; quod factum est: sed è naribus defluente sanguine, ita triduum in Dei laudibus perseuerauit; milites verò, quibus custodia demandata erat, mortuum existimantes, vt de eo cognoscerent, accedentes cæcitate oculorum repentina obtunguntur: quod cum Victor intellexisset, vt eos collustraret veri Dei cognitione, quem in seruis suis persequebantur, in nomine Dei mei inquit Iesu Christi, propter quem patior aperiantur oculi vestri. his dictis, cum Victor, tum milites statim lumen recepere: audito miraculo, Sebastianus rem magicis artibus tribuens, confusus, & gliscente iustitia violentus continuo carnifices excoriare Victoris corpus iubet. dum illi propere exequuntur, quod impie mandatum erat, Victor dicebat, quamquam corium corporis ferro detrahitur, attamen non adimitur menti Christus, sed fides integra perseuerat: Dominus me fortem faciat, vt sustineam sæuitiam tuam.

Verso in terram capite, per triduum suspenditur.

8

Ceterum dum Victor gluberetur, cuiusdam militis 9 vxor cui Corona nomen, ingenuis orta natalibus, annos fere 17. nata, Martyris in carnificina illa constantiam admirata, & quæ per illum mirabiliter Deus operabatur, christianam esse se, quod diu præ timore occultauerat, palam confitetur, atque his Victorem alloquitur, Præfecto, ceterisque exaudientibus; Beatus es, Victor, & beata sunt opera tua, sancta, & acceptabilis est immolatio tua. ecce fortis, victoriæ insignibus iamiam decoraberis: en coronæ duæ, quas cerno, deferuntur è cælo, quarum altera, illustrior ac maior, capiti tuo per duodecim Angelos imponi-

9

Digitized by Google

situr; alteram, quæ minor eſt, mihi ſentio reſeruari; nam licet ſim vas infirmum, eam tamen fortitudinem Ieſus Chriſtus, quem veneror, mihi præſtabit, qua conſors in cælo eſſe poſſim fortium athletarum, qui validiore vi depugnant. ſed præfectus cum Chriſti vitem, quam ſuccidere tormentis conabatur, nouello palmite ſuccreſcentem videt, inops conſilij hæret, æſtuatque, ad feritatem, ac cædem effrænate incitatus; ſed eodem, quo illuxerat, impetu repellitur. adducta igitur Corona, Sebaſtianus dixit, tu ne muliercula, contemptiſſima, nobis audientibus, chriſtianam ſuperſtitionem palam confiteri audes? quam te aſſeris? Corona reſpondit, Chriſtiana ſum. Sebaſtianus quærit, nupta es, an innupta? Corona verò, iam annus eſt, & menſes quattuor, ait, cum nupta ſum: tum præfectus, cur te perdis incautam, errore mentis deprauatæ? Corona reſpondit, mortalis, & corruptibilis ſponſi ſordes abhorreo, vt immortali, ac ſempiterno ſponſo Ieſu Chriſto, merear coniungi. Sebaſtianus Præſes, quam compte inquit, loqueris! adora Deos, alioqui diro te cruciatu diſcerpendam dabo. illa verò Deos tuos non colam; ſed vt Corona vocor, ita à Deo meo coronari exopto. tum Præfectus ira exæſcens, iubet Coronam 10 dimiſſis arborum ramis diſtractam exſcindi; quibus per vim coeuntibus alligarunt carnifices, & dum violento impetu remittunt, laniatum corpus in partes duas diſcerpitur.

10 Corona arboribus diſtractaum.

Sebaſtianus Præſes, vt ſpectaculum Coronæ vidit, ferę rabie ſanguinem ſitiens, in Victorem gladio animaduerti iubet. lætus eo nuntio B. Martyr, Deo gratias agebat, qui cæleſtem ad patriam illum vocaret, vbi nullus eſt metus tormentorum, ac mortis, ſed lętitia ſempiterna manet. Deinde ad carnifices verſus, circoſque adſtantes, ingens enim multitudo conuenerat, pœnas ſcelerum prædixit, quas Deo perſoluturi eſſent, aſſerens, Siciliæ legatos 7. die, carnifices 12., Præſidem 24. morituros. poſtremum de ſe ita loquutus, corpus meum extera hac in terra haud diu ſepultum erit: poſt triennium venturos, qui tranſuehant, oro vos, in patriam meam transferri, ne prohibete, vt ſepulchro, quod mihi viuens poſui, condar: quibus dictis, à carnifice decollatus eſt, è vulnere ſimul ſanguis cum lacte emanauit, ita Martyres inuicti pridie Idus Maias glorioſo certamine triumpharunt. B. Victoris 11. corpus, vt is prædixerat, è Sicilia in vrbem Feltriam à ſuis delatum eſt. plurimi, vero è ſpectatoribus, quorum animis iam chriſtiani nominis amor inhæſerat, mirabilia cum, viderent, quæ in Sanctis Martyribus fecerat Deus, comprobataque euentu, quę B. Victor prædixerat, ardentius nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti profitebantur, cui honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

11

Corp. Sal. triam Ital. vrbem deportatur.

Vide Animadu. fol. 20.

Anno Chriſti 204. 23. Maij.

DE SS. MARTYRIB. BENIGNO ET EVGARIO

ATROCISSIMA perſequutionis tempeſtate contra Eccleſias excitata à Seuero Imperatore, eiuſque impio edicto in Siciliam perlato, plerique Chriſti athletarum pro pietate fortiter decertauere. eximij inter ceteros extitere Eugarius, & Benignus in Vrbe Syracuſarum, qui cum Dæmonibus ſacrificare nollent, per Beatum Martyrium, & confeſſionem nominis Ieſu Chriſti, glorioſe mortem oppetiuere. eorum feſtus dies peragitur in Eccleſia Syracuſana die 23. Maij, neque aliud hactenus de his Martyribus reſcire potuimus, monumentum verò iſtud debemus, qui libro Lilio, quem de perſequutionibus eccleſiæ in vulgus dedit, hæc ſcribit. *Syracuſis in perſequutione Seueri Sanctorum Martyrum Benigni, & Eugarij.*

✠

DE

Anno Christi 238. 17. Apr.

DE SS. MARTYR. ISIDORA, ET NEOPHYTA

ISIDORA, & Neophyta, Martyres Leontinæ, sorores fuere stirpe nobiles; altera Beatæ Theclæ mater, altera S. Neophyti Leontinorum Episcopi. Cæsaribus ecclesiam persequẽtibus, Armato Siciliæ Consulari christianæ religionis accusatæ, comprehensæque, cum nulla atrocitate tormentorum adduci possent, vt Dijs sacrificarent, profusa vita, illustre fidei testimonium Iesu Christo dixere. Neophytam 15. Kal. Maij obijsse referunt Acta, de *I*sidora autem tacent; sed credi facile potest eodẽ die ambas ferro interemptas fuisse: corpora, in Antianis condita sunt, quod earum erat suburbanum: quo loco florente pace *I*peratoris Gallieni principatu, Thecla filia templũ ædificauit Sanctis Martyribus *I*sidoræ matri, amitæque Neophytæ. fortunatum par sororum, non tam generis, opumque, & vitæ, quàm claritudine mortis pro Christo obitæ commemorandum. Isidoram, & Neophytam, dum Maximini furor in ecclesiam debaccharetur, sublatas credo hac coniectura. Anno secundo Decij Imper., qui fuit Christi ducentesimus quinquagesimus tertius in Sicilia Consularis fuit Quinctianus, qui S. Agatham interemit; eo verò mense Februario diuina vltione extincto, subrogatus est Tertullus, qui eodem anno Maio mense, Sanctos Alphium, Philadelphum, Cyrinum, & Epiphanem occidit; non videtur ergo inter Quinctianum, & Tertullum Præses alius adeò breui tempore intercessisse. Iam cum Acta Sanctorum Alphij, & sociorũ Armatum Consularem dicant rexisse Siciliam ante Tertullum, non tamen proxime, sed ante Quinctianum etiam præcessisse interpretor. quòd verò Imperatoribus Gordiano, & Philippo, qui imperium ante Decium adepti sunt, summa pax fuerit, existimauerim Armatum in tempora Maximini, qui Gordianum præcessit incidisse, ac tum felicissimas sorores Isidoram, & Neophytam sustulisse.

PLVRES SS. MARTYRES IN MONTE SVPRA MEGARAM.

Anno Christi 238. 1. Nou.

ARMATO *S*iciliæ Præfecto ecclesiam Siculam vexante, plures christianorum martyrium consumauere in Monte, quà fluuius Assia præterfluit, inter veterem Megaram, & Morgantium. in eo monte latebræ erant, in quibus christiani metu persequutionis occultabantur; quod vbi cognitũ est Armato Consulari, qui per eos Siciliæ tractus tum versabatur, comprehendi à militibus iubet. constanteſque in Christi fide, alios igne vinos combussit; alios autem varijs mòdis interfecit, cœtus ille non virorum modo, sed mulierum fuit; nomina in vitæ libro conscripta sunt. eorum memoriam Insulæ cladibus diu sepultam, vt excitaremus, & honoraremus, Sanctissimo Domino Nostro Paulo Quinto placuit, Martyres de Monte appellare; in officio Sanctorum Cleonici, Stratonici. & aliorum ab eodem Pontifice approbato anno 1611. hæc illorum Martyrum laudes complectuntur. [*A*rmatus Leontinorum Prætectus furentibus in christianos Imperatorum decretis, fœdam in ea vrbe, & finibus, præcipue iuxta Megaram, Martyrum instituit carnificinam.]

Digitized by Google

Anno Christi 253. 23. Mart.

DE SS. MARTYR. NICONE, EIVSQVE DISCIPVLIS CXCIX. IN GRAECORVM MENAEIS.

SANCTVS 1 Nicon floruit sub tempora Quinctiani Præfecti, ex Neapolitanorū 2 regione oriundus, facie sane liberali, aspectuque præclaro iuxta ac hostibus formidoloso, patre quidem ethnico, matre verò christiana nascitur. bello 3 autem maximo conflato, cum vehemens prælium iā iam ineundum esset, matris monita animo probe tenens, & ex intimo præcordiorum recessu suspirium petens, primùm implorato Iesu Christi auxilio, deinde venerandæ Crucis 4 signo munitus, in confertissimam hostium aciem sese conijcere non dubitauit; ac partem gladio cædens, alios hasta confodiēs non ante, positis armis destitit, quàm omnes in fugam conuerteret, & huc illuc palantes dissijceret. omnibus itaque egregij facinoris admiratione perculsis, rebusque belli prospere, atque ex sententia cedentibus, ipse cum ceteris omnibus, domum reuertit. ibi cum de proposito sibi fine matri indicasset, ad Constantinopolis 5 oram nauigat; interim ad Insulam, quam Chium appellant, delatus, quemdam in montem secedit. eo loci septem dies commoratus, seque ieiunijs, vigilijs, ac precationibus sedulo exercens, cælitus ab Angelo monetur, in litus quam primum descendat, cum eo baculo, qui ab eodem numinis interprete sibi fuerat delatus; tum ille è vestigio in litus concedens, inuentum nauigium conscendit. biduoque in Gani 6 montem appellit, ibi opportune præsto est in Monachi habitu Episcopus, qui hominem manu prehendens, in spelunçam, vbi ipse habitabat, deducit, ac cū rite christianis rebus instituisset, in nomine Sanctissimæ Trinitatis, Niconem sacro lauacro tingit, sacris illum mysterijs incitans. ac tribus post annis, Sacerdotem, mox Episcopum 7 constituit. sed cum omnium monachorum, qui ad eum conuenerant (erant ij numero centum supra nonaginta) præfecturam suscepisset, Mytilenem cum omnibus venit. inde in Italiam traijcit. hic cum matrem inuisisset, eiusque funus curasset, in Siciliam aduehitur. Qua in Insula, in Tauromenii montem habitaturus concedit, nouem alijs sibi etiam adiunctis. Verum enim verò Præfectus. vbi ad se perlata sunt sancti viri facta, de repente omnes coram se sisti iubet. Qui interrogati, humi omnes proiecti, porrectique plagis primum impositis; dein gladio trucidantur. At Sanctus Nicon à quattuor lictoribus protentus, ardentibus corpori facibus admotis vstulatur; post iumentis alligatus per terram raptatur, & ab edita specula præceps agitur. Os saxo frangitur, lingua abscinditur, demum gladio caput amputatur, atque hunc finem habuit illius beata confessio.

1 2 3 4 signo Crucis armat' hostes profligat. 5 6

Baptizatur fit Presbyter monachis præficitur. 7

✠

Vide Animadu. fol. 34.

DE

Digitized by Google

IN
S. NICONEM MARTYR.
HYMNVS
SANCTI IOSEPHI
HYMNOGRAPHI.

ASCETICO certamine Cacodæmona cum superaris, iure optimo athletico decore coronaris, Deoque iam assistis, cum pro nobis deprecaris, qui te Sancte Nicon, veneramur.

Virtute eius, qui infirmas vires nostras confirmauit, corroboratus, præclare te in bellis ante gessisti, ac victoriæ palmã adeptus ad Christi baptisma accurristi.

Beatissimus discipulorum tuorum cœtus, martyrio decoratur: prius, vir sapientissime, exercitationibus illustris, & in geminis certaminibus geminis coronis redonatus.

Porta, Domine Iesu, qua te nobis tulisti, te inquam & ortum, & solem, & lucem mystice appellatum, supra naturæ modum genuit, duplicis naturæ Deum, & hominem.

Militia spiritali accinctus, diuinum exercitũ, Christi martyr, ad certaminis 2 scammata armauisti.

Cum per asceticam disciplinam corpus cruciauisses primum, gloriose martyr, sacris concertationibus veluti flagellis Dæmonum cateruas exterminasti.

Ab orientali plaga, quasi stella, Nicon, profectus ad occidentem peruenisti, vbi per mortem occidis, & ad Christum exoreris.

Diuinis genitricis tuæ sermonibus, lux præclarissima tuo cordi illuxit, & sacri baptismatis splendore illustratus, in monachorum cœtum adscriptus es, mox te sequentium, & dux & lumen appellatus, quibuscum Deum precibus flecte, vt misericorditer nobiscum agat.

Cælestibus illustrationibus te gaudio cumulantibus, tormentorum fluctus illæsus peruasisti, Nicon admirande, & nices, hoc est victoriæ coronam, martyr condigne, retulisti.

Rebus præclarissime gestis decoratus, quasi asceta concertasti, prius animi libidines, deinde corporis, concertatione interimens, Dæmoniacas acies in fugam conuertisti.

Scuto pietatis hosti teterrimo vos opposuistis, Dii, & morte obita, insigni gloria aucti estis. iccirco magna lætitia delibuti, clamatis, gloria tuæ virtuti, Christe altissime.

Diuinis genitricis tuæ adhortationibus bene edoctus, vim, virtutemque Sacrosanctæ Crucis in bello expertus es.

Vita, quam traduxisti, diuine, ac verende Pater, virtutum lumine coruſca, habet etiam certamen quasi quoddam ornatissimum decus.

Ab oriente instar splendidissimi solis ortus, cum discipulorum quasi stellarum choro in occidentem profectus, vestris illum radijs illustratis.

Sacri cruoris effusione, sancte martyr, instar diluuij idololatriæ maria exundauere, ac profundo certaminum, crudelem, vafrumque sceleris adinuentorem suffocauisti.

Quasi lilia in virtutum prato efloruistis; & vt suaue olentes rosæ, è martyrij decore nostris cordibus odorem exhalatis, certatores diuina virtute afflati.

Instar auri, verberibus probatus diuine vir, te stabilem virtutis turrim præbuisti, ac Dæmonum conatus, impetusque propellens, clamabas: Benedictus Dominus, Deus meus.

Denique 3 post mortem corpus tuum, martyr, proiectum diuinos curationum splendores emittens, Dæmonis fraudem cassam, irritamque reddidit, vt qui impellente diuina virtute, fecerit te omnibus conspicuum.

Diuinis te totum nutibus, beatissime, tradens, corpus diris flagellis cædendum fortiter præbuisti, ac proinde coronatus nunc, quem tam opere expetiuisti, in cæio rerum omnium, potenti glorioſus adsistis.

Quium ratione vtentium gregem pascens, pater sapientissime, à spiritalibus lupis incolumem, indemnemque seruauisti. Demum cum, iisdem ad cælestem mansionem transmigrasti, vt omnium opifici adsisteres.

Inextinctam ferens in corde flammam, sacrique certaminis sanguine, velut humore alitam, depastamque, translatus iam in non manufactum domicilium, clamas: Benedicite omnia opera Domini Domino.

Ascetarum, æque ac sacrorum Athletarum, ornamentum præ te, sancte vir, tulisti. in vtrisque enim admirandis trophæis cum aduersus hostem fortiter stetisses, ingentem gloriam reportasti, clamans, omnia opera, laudate Dominum.

Sanguine animas cruentasti, sancte vir, & ad diuinum zelum magno animo insurgens cicatricibus, quasi gladijs Dæmonum aciem percussisti, cum veram in te nominis notionem, Nicon, ostenderis. ideo clamas, Benedicite, omnia opera Domini, Domino.

Vidit te cicatricum decore efflorentem, & martyrij sanguine purpuratum, coronarum dispensator, teque ingenti, diuinaque lætitia exsultantem, Nicon, ad secum habitandum accitit.

O quam

O quam ingenti, amabilique desiderio Dominum, Nicon, ardebas. ò calidum pectus diuino igni succensum: ò admirabile certamen, quod te cælestibus adiunxit.

Te in ecclesiæ fastigio, perinde atque magnum solem cum habuerit certatorum multitudo, veluti stellæ diuino lumine circumfusę, vniuersum terrarum orbem radiatis splendoribus, tecum vna collustrant.

Ad purissimas cæli regiones sublatus es, martyr sanctissime, duplicem Martyrum centuriã veluti chorum, afferens coronarum largitori, quibuscum vnà memineris eorum, qui hodie sacram vestri memoriam colunt.

Vide Animadu. fol. 35.

MARTYRIVM SS. MILITVM XX.

Ex Actis SS. Alphij, & Sociorum.

Anno Christi 253 10. Dec.

PERSEQVENTE 1 Christianos Decio, Sanctos Milites viginti abiurata Deorum superstitione, & Imperatoris impij militia Christo Sacramentum dixere; fuerunt pars agminis, in cuius custodiam traditi sunt à Tertullo iudice SS. Confessores Alphius, Philadelphus, & Cyrinus, vt Leontinos Tauromenio perducerentur: eorum autem victi miraculis, christianam fidem accepere. viderant in itinere graue iugum Alphij, Philadelphi, & Cyrini ceruicibus impositum vehementi orto turbine, delapsoque cælitus splendore, ablatum, & in pelagus actum: dein Symæthum amnem imbribus auctum, & cuncta raptantem, precibus detumescentem germanos fratres citra noxam traiecisse: contra verò milites octo, qui ad traiectum amnis improbe eos impellerent, abreptos, aquisque haustos: demum in ipso Leontinorum ingressu, afflictum à Dæmone puerum liberasse. hæc, aliaque eiusmodi posteaquam videre, diuina luce illustrati, ad reliquos versi milites, conclamant; christiani sumus; ligate nos. cum dicto ab equis descendunt, proiectisque armis, adiunxere se Sanctis fratribus. igitur ex Confessorum custodibus, Christi confessores effecti, ad Alexandrum Tertulli adsessorem adducuntur, qui spoliatos honore militiæ in custodias 2 coniecit, vbi à Sanctis Alphio, Philadelpho, & Cyrino imbuebantur christianis institutis, & ad certamen confirmabantur.

1 Viginti milites.

Victi miraculis.

2

3 Tres 3 post menses cum Tertullus Leontinos rediisset conuocato ad prætorium populo, viginti milites duci ad se iubet: aiacres ad quæstionem omnes venere, tùm Tertullus quinam vos, ait, à Deorum beneuolentia dimouit? vnus autem ex eorum numero, cui nomen Mercurius, ore omnium respondit: in tenebris hactenus iacuimus, nec Deum noueram, qui cælum, terramque, & omnia procreauit: iam nunc illuxit nobis Christi gratia per eius seruos Alphium, Philadelphum, & Cyrinum; ideoque simulacrorum errorem respuimus. neque illa amplius veneramur. non enim Dij sunt, sed idola surda, quibus similes fient, qui sine sensu adorant. hoc certum, Tertulle, fixumque animo est, emori potiùs, conscisso tormentis corpore, quam Deos colere inanimes. habemus spectatorem certaminis Christum, qui pugnantibus opem ferat, morientes coronet. his auditis Tertullus 5 præcepit sublime suspensos palmarum 6 fustibus acriter cædi, quoad eorum viscera in terram effunderentur. sed aspectus ipse supplicij erat incitamentum virtutis, & patientiæ. in palmis, in quibus cędebantur, ad cælestes palmas inflammabantur.

5

6

Verum Tertullus, vt milites constantes vidit, initia 7 dixit, hæc tormentorum sunt, quæ insuper augebo, quoad Dijs sacrificetis, iussisque Imperatoris obtemperetis. Beati milites respondere: sæui, impie, vt libet. Christiani sumus. tormentis omnibus superstites si laniaueris, numquam mentem mutaueris, nec persuadebis, vt Christum eiuremus. tum Tertullus gladio 8 in eos animaduerti iubet. ducti autem sunt extra vrbem, in locum, qui Theope nuncupatur. vbi cum orantes dixissent. Domine Deus, accipe animas nostras, à carnificibus capite plexi sunt, quarto *Idus* Decembris, corpora inobscurum quendam locum proiecta, vbi puteus erat lapideus infectus. Verum Beata Thecla, quæ morientibus aderat, pecunijs ad Tertullum missis per Alexandrum eius Consiliarium, facile impetrauit, vt eductos è puteo Sanctos Martyres extra vrbẽ sepeliret. quos lineis 9 inuolutos, pretiosisque vestibus in suburbano suo Antiano condidit. vbi post obitum Tertulli, ecclesiam superædificauit, quæ Sanctorum Viginti militum appellata est, ad Dei Gloriam, qui viuit in sæcula.

7

8

Vide Animadu. fol. 36.

MAR-

Digitized by Google

1 Anno Christi 253. 5. Febr.

MARTYRIVM SANCTÆ MAGNÆQVE CHRISTI MARTYRIS AGATHAE

Ex M.S. Vaticano Græco versum.

2 DECIO Cæsare imperij Romani clauum tenente, Quinctiano 3 Siciliensi Prouinciæ Præfecto, promulgatum 4 est edictum, vt quicumque Sacrosanctã Christi religionẽ colerent, acerbissimis supplicijs plecterentur. erat eatempestate Agatha magni, excelsique animi Virgo 5 Panhormi insigni, præclaroque genere nata: hæc simul inaudiuit tam impium edictum circumferri, patriam generis claritudinem, gloriam, atque adeo breuem, caducamque vitam nihil pensi habens, ad præclara Christi certamina ineunda sese fortiter armauit. Sed Quinctianus præfectus cum D. Agatham formam, specieque liberali esse cognosceret, adeo vt suas æquales omnes longissime anteiret, secũ ipse cogitare cœpit, qua ratione integerrimã Virginem comprehendere, & ad suam sententiam pertrahere posset; nec iam à nefario cõsilio vnquam animum amouebat, donec effrenatæ libidini faceret satis. Quare nobilissimã 6 Christi ancillam eo prætextu, quòd Christo nomen dedisset, à militibus comprehendi, coramque se perduci mandat. porrò ea morum elegantia, orationisque vi pollebat, vt addita etiam tam insigni formæ præstantia, quicumque ipsam intuerentur, in sui admirationem raperet, victosque sibi deuinciret. Quinctianus verò cum amoribus, otioque esset deditus, magno videndæ Virginis desiderio tenebatur, adeò vt libidinis ardor omnem illi mentem eripuisse videretur. his itaque rationibus, vt diximus, Quinctianus furijs incensus comprehendi à militibus Agatham iubet; qui quidem Catana profecti ad Sacrosanctam Virginem adeuntes, à Cæsare, inquiunt, atque adeo ab ipso Præfecto decretum in te promulgatum esse scias, vt quæ neque Dijs, quos Cæsar colit, sacrifices, nec eosdem more patrio venereris; nunc age iam, te illis rite sacrificaturã pollicere. ita enim fiet, vt ingenti cum honore, pompaque insigni, à nobis ad præfectum adducaris. Verum Agatha, Virgo Sanctissima cælesti ope suffulta, non terrena quidem, sed fabricatã à superis arma induit contra Tyrannum fortiter dimicatura; vrgentibus enim profectionem lictoribus, eamque Tyranno quamprimum sistere maturantibus, domum ingressa, erectis in cælum oculis; hæc dixisse fertur: Domine Iesu Christe, probè nosti studium, amoremque erga te meum, quamque prompto, alacrique animo in arenam, pro tui nominis gloria, descendam; in hoc certamine te mihi ducem præbe. iam enim nunc Tyranni vim à continentia nostra video victam, profligatam, exstinctam, conculcatam. da Domine Iesu, (te enim vehementer etiam atque etiam rogo,) da ad tui nominis gloriam, cuius ope, ac patrocinio vitam meam sancte, pudiceque institui, vti Diabolum contra me bellum meditantem vincere, ac debellare merear; neque despexeris lacrymas nostras affatim manantes. hæc precata cum esset, Panhormo 7 tamquam murus firmissimus, ac munitissimus egreditur, ac per quam lubenti animo cum lictoribus se dat in viam. tum secum animo virtutis pulchritudinem reputans, dicebat; primum equidem Christi Domini virtute, atque auxilio, pro seruanda corporis castimonia, fortiter decertaui; deinde malorum omnium auctorem, prauarumque voluptatum humano generi satorem deuici, ac pedibus conculcaui: Tu verò perditissime, ac veritatis hostis infestissime; an non vides, in quo dimicatura sim theatro, id ab interitu esse liberum, vbi viri iusti, cælestesque spiritus voluptatem, lætitiamque hauriunt incredibilem, vbi immortalem præpotentis Dei filium innumerabili Angelorum multitudine stipatum habeo nostræ pugnæ spectatorem. hæc secum ipsa dicens, oculos quidem, lacrymis rigabat, animo verò Deo gratias agebat. Verum ad quemdam 8 fluuium, vbi pons est cum perueniisset, leuiter in lapidem offendit, quo 9 calceamenti corrigia dissoluitur; tum in eodem lapide pedem figens eam deligauit; atque 10 is profecto lapis vestigium seruat 11 nostra ad vsque tempora, oleum scaturiens.

7 Viæ illius solatia, reputata animo pulchritudo virtutis, & cæleste theatrum.

8
9
10
11

illa

Digitized by Google

illa verò retro conuersa cum neminem virum, aut feminam ex ciuibus, qui eam deducebant, sequentem respiceret (iam enim omnes illam deseruerant) ingenti animi dolore perculsa, hæc precabatur: Dom ne Deus Omnipotens, ad redarguendum eorum infidelitatem, qui ancillæ tuæ, pro tui nominis gloria certamen initure, fidem minime habuerunt, magnum prodigium ostende. confestim eo loco sterilis olea gignitur, quæ Panhormitanorum animos ignominia notaret. Sed Agatha simul Catanã venit, iubet præfectus cuidam 12 matri familias, nomine 13 Aphrodisiæ, cui in ipso ætatis flore erant 14 Filiæ quinque, ad triginta dies tradi, vti suo exemplo, ac verborum leuocinijs eius animum corrumperent, & ad Dijs sacrificandum pellicerent. & hæ quidem nunc magnos honorum, ac decorum gradus pollicentes, nunc minas intentantes, sperabant Sanctissimam Virginem ad Deorum cultum pertrahere. quibus artibus, cum constantissimum illius animum pertringere, ac dissoluere enixe tentarent, ijs generosa Christi Martyr ita respondit: mens, atque propositũ meum in petra fundatum firmissime hæret, proinde neque vnquam separari, ac distrahi potest a charitate Christi. vestrum omnium verba sunt ventorũm flatibus similia, sermones instar pluuiarum, minæ veluti currentes amnes, quibus omnibus in nostram domum irrumpentibus, eamque euertere tentantibus, nequaquam concuti, aut suo loco potuit dimoueri, vt pote in Christi petra bene fundata. hæc dicitans, perpetuo lacrymarum imbre sinum perfundebat; quemadmodum enim Ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita eius anima in certamen descendere, ardentissimo desiderio æstuabat, promptum, alacremque animum paratum habens ad omnem quamuis acerrimam tormentorum, ac cruciatuum vim, dum pro Christi fide patiatur, perferendam. Quæ cum ita essent, animaduertens Aphrodisia firmissimum, inuictissimumque Virginis propositum, ad Quinctianum adiens, facilius, inquit, est saxi duritiem emollire, ac frangere, aut ferri rigorem in liquidum plumbum conuertere, quam huiusce puellæ animũ à Christi amore abducere, atque auocare; neque enim egò, simul & filiæ meæ dies, noctesque aliud studuimus, modo illam monendo, modo hortando; ego margaritas, insignes ornatus, vestesque peregrinas; ego ingentem auri vim, ego præclaras domus, amæna suburbia, egò mancipiorum familiam ante illius oculos ponebam: sed illa omnia hæc, veluti humum pedibus conculcans, perinde, atque non essent, pro nihilo ducit. Tum verò Quinctianus ira succensus, in secretarium eam iubet adduci. sedensque in Tribunali, quo, inquit, genere nata es? tum Agatha, non modo nobili, illustrique genere prognata sum, sed propinquos etiam habeo multis dignitijs affluentes: Quinctianus dixit, si nobilis, atque adeò illustrissima es, vt prædicas, cur moribus ancillam te præbes, ac præstas? S. Agatha respondit: rectè dicis, cum etenim ancilla sim Christi, quid causæ est, cur non præ me feram ancillã? ibi Quinctianus, cum ingenua, ac libera es, cur te seruam autumas? & Agatha; ea apud nos nobilitas, & gloria censetur, cum quis se se Christi seruitio mancipauit. Quinctianus ait; quid quod igitur nos libertatis compotes non sumus, qui Christi iugum, ac seruitutem despicatui habemus? dixit Agatha, sane verò in eam seruitutem estis adducti, vt non modo scelerum sitis mancipia, sed detestanda etiam, nullisque aucta sensibus simulacra vana religione colatis. honorem, qui vni Deo debetur, mutis lapidibus, ac lignis impendentes. Quinctianus ait, quoniam per amentiam in Deos conuicium iecisti, an non poteris illis dare supplicium? sed antequam meorum tormentorum vim experiaris, dic qua gratia, & Deorum cultu tantopere abhorreas? respondit Agatha, ne dixeris Deos, sed Dæmones potius, quorum 18 ora in æs cõuertere soletis, quorum marmoreos, aut fictos è gypso vultus inaurare. mox Quinctianus, meliorem mentem, voluntatemque habeas velim, finasque persuaderi, vti Dijs tandem sacrifices: quod nisi præstas, varijs supplicijorum generibus cum ceteris capite dam natis te mulctandam esse scias; cumque tuæ familię splendorem per summum dedecus iã obscuraueris, tandem aliquando magnis Dijs mutata sententia sacrificabis. dixit S. Agatha, sit tibi Dea Venus in vxorem, tu verò sicut Iuppiter Deus tuus. hæc audiens Quinctianus Virgini colaphum impingi mandat; ac ne, inquit, confidentissimis verbis, iniuriam, contumeliamque in Præsidem iacias; cui Agatha, cur eorum numero adscribi recusas, quos tuos tibi Deos esse memoras? Quinctianus dixit, iam verò planum est, ingenti te cruciatuum, ac pœnarum desiderio teneri, vtpote quæ tuis me conuicijs ad id venire compellas D. Agatha, ait, equidem admirari non desino, quod tu homo singulari sapientia præditus, eo erroris, & inscitiæ turbine iacteris, vt Dijs tuis similis esse nolis, neque vitę vsura, qua ipsi fruuntur, frui; nam si illi aliquod numen habent, quod tu colis; certe bene tibi sum precata: quid à me igitur maledictis lacerari te autumas? cum vestram ab eorum viuendi ratione discrepare, & dissentire minime velim? fineorum conditionem, ac fortunam recusas, atque contemnis, addecet illos te mecum vna detestandos appellare; proinde cum quis alicui male precari, ac execrari velit, eam illi vitam precabitur, quæ Dijs misera, despicataque esse solet. Quinctianus dixit: quid tam confidenter loqueris? aut Dijs sacrifica, aut varijs te cruciatibus vlciscar. S. Agatha dixit: si me feris obijcies, illæ exaudito Dei mei nomine, statim mansuescent, si in ignem conijcias. Angeli è cælo rorem mihi subministrabũt: si plagas, ac verbera infligas, habeo spiritum veritatis, qui ex manibus liberet me tuis. Tum præfectus caput, iactans, in tenebricosum carcerem detrudi mandat, dicens, re melius perspecta resipisce, Agatha, vt meorum tormẽtorum vim possis effugere. huic Virgo, tu resipiscas velim, vt paratos tibi æternos flammarum cruciatus queas euitare. his iracundia elatus Quinctianus trudi, trahique in custodiam iubet: sed Agatha Virgo Sanctissima in carcerem, 20 perinde atque ad festas choreas, ingenti gaudio delibuta, properauit, certamen

12 13 14 Quinct. Aphrodisiæ lenocinij Virg. tradit.

15 16 17 Quinc. succedit adpugnam.

18

Sapientia Virg. victa transgredi tur ad supplicia.

19 In carcerẽ conijcitur.

20

tamen ſuum, per multas preces, Deo commendans. porrò inſequenti die, homo impius illam in iudicium ſiſti iubet. Ecquid, inquiens, 21 ſceleſta de tua ſalute conſideraſti? hic Agatha; mea verò ſalus Chriſtus eſt. & Quinctianus, quouſque tandem, miſera, in miſera hac ſententia perſiſtes? abiurata Chriſti religione, Deos venerare, ne huius auræ vſura, atque adeo florenti ætate orbata, mortem oppetas immaturam. Sancta Agatha, tu, inquit, Deos tuos abiura, cum nihil aliud ſint, quam lapides, ac ligna; ac verum Deum rerum omnium molitorem, qui te etiam effinxit, agnoſce, atque amplectere, ne forte æternis ſuppliciis, continentibuſque cruciatibus addictus, ibi fruſtrà reſipiſcere incipias, vbi nullus eſt veniæ locus. Tum iratus Quinctianus 22 iubet pendentem Virginem flagris cædi, dicens: abijce hanc mentem Agatha, vt vita tibi condonetur. reſpondit illa: tormenta tua lætitiæ foenus mihi pariunt, atque conciliant; efferorque gaudio, vt qui optatiſſimum nuntium accipiunt, aut eius aſpectu fruuntur, cuius ingenti deſiderio tenebantur, aut qui multos theſauros reperere, ita tuis ego tormentis magnopere delector, ac voluptate perfundor; Neque enim euenire vmquam poteſt, vti 23 frumentum recte in horreo conſeruetur, niſi prius paleis viduetur; neque noſter animus in paradiſum ire poteſt, niſi omnimodis ſuppliciis corpus à tuis ſatellitibus diuexetur. rurſus rabie ſtimulante, exitialis fera primùm mamillam 24 Virgini dire torqueri, ac lacerari iubet, deinde etiam abſcindi. Tum illi Martyr: impiſſime, ac crudeliſſime Tyranne, iſthæc in feminam patrare non erubuiſti, quamque in materno pectore ſuxiſti, mamillam amputare? Verum enimverò quamuis exteriorem hanc mihi mamillam ceciderís, alteram 25 tamen intus in anima mamillam habeo, quam tu lacerare, ac euellere nequaquã poteris; iam enim vſque à primis 26 ætatulæ meæ annis Chriſto Deo deuoui, ac conſecraui. Præfectus ira percitus in carcerem iterum conijci iubet, prohibens ne medicus ad eam curandam admitteretur, neu quis panem, aut aquam afferret. ea verò cum in carcere verſaretur ad mediam noctem in ſenis ſpecie, Petrus 27 Apoſtolus apparet; cui puer face prælucebat; is cum plurima manu medicamenta geſtaret, medicum ſe eſſe dicebat, huiuſmodi verbis eam alloquens, ſi tã diris in te cruciatibus ſæuiens impius Tyrannus mamillam abſcidit, tu certè grauius tua conſtantia illum perculiſti, quo factum eſt, vt mamillam tuam nõ modo cruciari, ſed etiam penitus euelli decreuerit: propterea illius animus torquebitur dolore ſempiterno; tu verò cæleſtium immixta choreis, æternis delicijs perfruere: cum autem ego, qua hora tu hæc patereris, adeſſem, cognoſceremque, poſſe ſanari mamillam tuam, idcircò hic præſto ſum huic Sancta Agatha in hunc modum dixit: quando nullam vmquam meo corpori medicinam antehac adhibui, turpe nunc exiſtimo, quod mecum à primis ætatis meæ temporibus natum eſt, atque adeò ipſius naturæ legibus ſtabilitum, atque confirmatum tollis ac perire. reſpondens verò ſenex, nos etiam, inquit, Chriſtum ſequimur, te ſanare poſſe ſperantes, idcircò ad te gradum tulimus: nõ eſt igitur cur aliquid vereare: & Martyr, quomodo id fieri poteſt, cum tu ſenex ſis, & ætate affecta: ego verò 28 puellula; ſed quamuis mihi corpus ſit excarnificatum, profecto ſatius mihi eſt plagas haſce ita relinquere mentem meam diſcrucient, & pungant: ex quo Domino Deo meo gratias agere me oportet, quod eiuſmodi erga corpus curæ, ac ſollicitudinis me fecerit immunem. ſed hoc vnum te ſcire velim, nullam omninò medicinam, quam homines facere conſueuerunt, me admiſſuram membris meis. illi reſpondens ſenior, ait, quid tibi mederi me non ſinis? quod inquit, Agatha, Ieſum Chriſtum Dominum meum habeo, qui verbo ſuo ſanat omnia, & deiecta, proſtrataque excitat, ac erigit; is ſi voluerit, omnes in ſe credentes ſeruare, facili negotio poterit. tum ſubridens ſenex, & me inquit, ille ad te miſit. Ego enim ſum eius Apoſtolus, & in nomine eius, te ſanitati reſtitutam agnoſce. hæc ſimul dixit, ab illius aſpectu euanuit. Hic currens ad preces Virgo integerrima, dixit: Gratias tibi ago, Domine Ieſu Chriſte, quod mei recordatus, miſeris ad me Apoſtolum tuum, qui me confirmaret, meaque membra priſtinæ redderet valetudini. Poſtquã huic precationi finem fecit, corpus ſuum aſpiciens reperit curata vulnera omnia, ac mamillam ſuo loco reſtitutam. atque noctem illam omnem carceri lux effulſit, adeo vt 29 è ſplendore cuſtodia effugeret, & apertum carcerem derelinqueret. tum qui illic vincti tenebantur, id quod euenerat videntes, ad Diuam Agathã conuerſi: en inquiunt, patent fores, nec qui foris ſeruet, adeſt. proin euade, & fuge. illa verò reſpondens, ait, abſit, vt me met meorũ certaminum corona priuem, & carceris 30 emtodes in diſcrimen adducam. eum enim Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, filium Dei viui, mihi opitulantem habeam, in eius confeſſione ad extremum vitæ ſpiritum perſiſtam, qui me, & curare, & conſolari dignatus eſt. Poſt quartum diem Quinctianus iubet eã in iudicium adduci, dicens, quouſque inuictiſſimorum Cæſarum edictis aduerſari in animo habebis? aut Dijs immortalibus immola, aut acerbioribus te ſupplicijs plectam. Huic reſpondit Virgo, omnia verba tua incaſſum effunduntur, tuorumque Imperatorum edicta iniquiſſima vel aerem ipſum videntur contaminare. Quare effare mihi, homo miſer, ac ſine ſenſu, quis vnquam lapidum, aut lignorũ, quibus nullus eſt ſenſus, auxilium imploraueritˇ Sed ecce mamillam, quam tu diſcerpi iuſſiſti, vide quo pacto eius loco, altera ſit iam exorta. Tum Quinctianus furore correptus, quis inquit, te curauit? Dominus meus, dixit illa, Ieſus Chriſtus, filius Dei viui. Quinctianus ait, te ne Chriſtum rurſus appellare, cuius ego nomen ferre non poſſum? S. Agatha dixit, profecto illum ore appellare, & corde laudare, ad extremum vſque ſpiritum non deſiſtam. iterũ Præfectus: equidem videbo, an Chriſtus ille tuus te ſeruet. mox 31 iubet ſterni ſolum teſtis acutiſſimis, injicique in eas carbones ſuccenſos, quò nudato corpore innocentiſſima

21 ſi

22

Agatha exſultat in cruciatu.

23

24

25

26

27

Ieſus Apoſtol. ſuum ad illam delegatſpecie med.

28 Firmiter amat dolores ſuos, pretium Ieſu ſui.

29

30

31

Reſtituta mamillæ obiectu tyrannum vltro concitat.

Digitized by Google

Virgo proijceretur. Quæ cum ita gererentur, de repente locus ille concussus est, ac pars humi decidens, oppressit ruina socium præfecti
32 nomine Siluanum, 32 & amicum eius Phalconium, de quorum consilio, ac sententia hæc nefaria facinora moliebatur; quamquam non ille locus tantum, sed vniuersa etiam Catanen sium vrbs ab eo terræmotu concussa fuit, adeo
33 vt ciues 33 omnes ad prætorium 34 concur
34 rerent, ac Præfectum non mediocriter perturbarent. Tunc Quinctianus primum è terræmotu, timore perculsus, deinde populi motũ,
35 ac seditionem effugere volens, iubet 35 Diuam Agatham in carcerem pelli. huc ingressa, sublatis in cælum manibus, dixit, gratias tibi ago, Domine, qui me dignam existimaueris, quæ pro tuo nomine decertarem, & efferatã belluam vincerem quique præsentis vitæ amorem à me subduxeris, & corpus meum tolerantię virtute communiueris. Tu ergo, Domine, exaudi me, vt ancilla tua à sæculo hoc decedere mereatur, & ad opimas tuę misericordiæ diuitias peruenire, habitâ huiusmodi precatione, Deo spiritum reddidit. hoc vbi cognouit
36 36 populus, summo studio carcerem ingressus, venerandas sacrosanctæ Martyris reliquias
37 audacter sepeliuit 37 eodem in loco, quo sacrum illi positum est templum. interea 38
38 quidam adolescens centum puerorum corona stipatus, ac pulcherrimo ornatu conspicuus, pa

Et Ang. è cælo missi, inscripto eum mar-
39 more con-
40 dunt, & ve
neramur
41
42

riterque omnibus, qui Catanam vrbem habebant, ignotus in locum ingressus, vbi sacratissimum Virginis corpus condebatur, tabulam 39 marmoream, quam gestabat, in tumulo collocauit, huiusmodi notis inscriptam. Mens 40 sancta, spontanea, honor ex Deo, & patriæ 41 liberatio. ea ad sanctæ 42 Martyris caput intus reposita, sepulchroque rite tecto, ac munito receſſit, nec in vrbe amplius est visus, ita vt nonnulli suspicarentur Martyris Angelum exstitisse; verum vbi resciuit Quinctianus, fato concessisse Agatham, ad paternas ei diuitias, domumq; properabat, acceptq; secũ vniuersam cohortem, vti Panhormum contenderet. iamq; eo proficiscente iustum Dei iudicium hominem præoccupauit. contigit enim vt in quodam adiacenti flumine, cui nomen Symætho, interiret: illum quippe transmittere
43 cogitans cum suis equis, in scapham inscendit. ibi equi duo in hominem vim faciunt; vnus quidem acerrimis morsibus totam faciẽ dilacerauit, alter verò calcibus illum impetere non destitit, donec præcipitem in fluuium daret: eius corpus, plerisque accurate perquirẽtibus, ad hæc vsque tempora inueniri non potuit. his in hunc modum gestis, cultus, ac honor erga generosam Christi Martyrem Agatham percrebescebat; nec eius familię quidquã
44 molestiæ, aut damni est illatum. illud non est prætereundum, quo in loco Angelus, cuius mẽ minimus, inuentus est, qui tabellam in Martyris sepulchro reposuit, exacto 44 anno, eodẽ ipso die, quo in cælum illa migrauit, Ecce
45 tibi Aetnam montem ignem eructare, instar fluuij, magnopere mugientem: itaq; ignis ille lapides quasi ceram dissoluens, ac liquefaciens incipiebat à montis vertice prorumpens, vniuersam Catanensium vrbem comburere, ac diuastare: tum qui circum montem incolebant, quamuis ethnici, flammas extimescentes, ad Sanctissimę Martyris sepulchrum confugiebãt, ac velum, 45 quod arcæ erat superimpositũ tollentes, igni è regione opponunt, atq; de repente diuina prouidentia factum est, vt ignis ille reprimeretur, qui Kalendis Febr. erumpere cœperat, cessauit verò Nonis, ideſt 5. die, qui dies est eius depositionis. hoc etiam rite illius memoriam celebrantes, glorioſum prædicemus Iesum Christum, Deum, ac Dominum nostrum, cui gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Quinctis. flumine hauſt, miſere perijt.

43

44

45

Vide Animadu. fol. 37.

PASSIO
S. AGATHAE VIRGINIS ET MARTYRIS
Ex Antiquis Codd. Latinis MSS.

IN Prouincia 1 Siciliæ passa est Beatissima Martyr Agatha, in vrbe Catanensium, sub Decio Imp. ipso Decio 2 ter Consule, die Nonarum Febr. Quinctianus Consularis Siciliæ, audiens sanctam opinionem Virginis Deo dicatæ Agathæ, multifaria intẽtione perquirebat, vt ad eam pertingeret; per singula enim crimina mentis suæ, singulorum in se vitiorum exagitabat affectus; vt pote pro gloria sæculi, concupiscens suam opinionem *a* extendere, nobilissimis 3 ortam natalibus, Dei famulam fecit *b* arctari, vt qui erat 4 de genere *c* ignobili natus, personaret *d* ad aures vulgi, quod tantus esset, ac talis, qui posset etiam spectabilium *e* sibi subiugare personas: vt libidinosus aũt ad aspectũ Virginis pulcherrimæ, oculorũ suorũ concupiscentiã cõmouebat; & vt auarus, ad facultates eius, cupiditatis

1 3
a *ostendere*
4
b *iussit.*
c *genere ignotus.*
d *per hoc sonaret apud aures.*
e *expectabilium*

tis suæ frena laxabat: atque vt idololatra, & Dæmonum seruus, feruore impietatis suæ inflammatus, Christi nomen audire non poterat. His furijs *f* agitatus: Beatam Agatham à suis fecit apparitoribus comprehendi, *g* & cuidam mulieri *h* tradi, nomine Aphrodisiæ, quæ habebat 5 nouem filias turpissimas, ficut earum fuerat mater, vt ei per dies quinque, *6* & triginta quotidie blandirentur, & mutarent animum eius.

Et modo promittendo læta, modo terrendo per aspera, sperabant mentem sanctam a bono proposito reuocare. Quibus Sancta *i* Agatha dicebat: mens mea *l* solidata est, & in Christo fundata. verba vestra, venti sunt; promissiones vestræ, pluuiæ sunt; terrores vestri, flumina; quæ quantumuis *m* illidant, fundamentum *n* domus meæ non poterit cadere; fundatum *o* est enim super petram. Hæc autem dicens, flebat quotidie, & orabat. & ficut sitiens, in ardore Solis, fluenta fontium concupiscit, ita desiderabat ad martyrij coronam attingere, & diuersa pro Christi nomine supplicia *p* sustinere. videns igitur Aphrodisia, mentem eius immobilem permanere, abijt ad Quinctianum, & dixit ei, facilius possunt saxa molliri, & ferrum in plumbum *q* conuerti, vt quam ab intentione christiana mens istius puellæ reuocetur. Ego enim, & filiæ meæ, sine cessatione, nobis inuicem *r* succedentes *s* noctem, & diem, & noctem nihil aliud gessimus, nisi vt ageremus, qualiter eius animum ad consensum boui consilij inclinaremus. Ego gemmas, *t* & ornamenta insignia, *v* vestimenta quoque auro texta obtuli: ego domos, & prædia suburbana promisi. ego varium ornatum domus: ego familiam diuersi sexus, & ætatis exhibui, sed ista omnia, quasi terram, *a* quam pedibus suis conculcat, pro nihilo *b* putauit.

Iratus Quinctianus iussit, 7 eam ad secretarium suum adduci, & sedens pro Tribunali, hoc initium sermonis arripuit: cuius conditionis es? Agatha *c* respondit; non solum ingenua sum, sed & spectabilis *d* 8 genere, vt omnis parentela mea testatur. Quinctianus Consularis dixit; & si ingenua probaris, & nobilis, cur moribus, te seruilem habere *e* personam, ostendis? Agatha respondit: quia ancilla Christi sum, ideò seruilem me ostendo habere personam. Quinctianus dixit: certè, si ingenua es, & nobilis, quomodo te ancillam esse commemoras? Agatha respondit; summa ingenuitas ista est, in qua 9 seruitus Christi comprobatur. Quinctianus dixit: Quid ergo? nos ingenuitatem non habemus, qui seruitium Christi contemnimus, & Deorum cultum *f* sectamur? Agatha respondit: Ingenuitas vestra ad tantam captiuitatem deuenit, vt non solum vos peccati seruos, verum etiam lignis, & lapidibus fecerit obnoxios. Quinctianus dixit: quidquid furioso ore blasphemaueris, pœnæ poterunt vindicare. Dic tamen, antequam ad tormenta venias, cur Deorum sectam *g* contemnas? Agatha respondit: Noli dicere, Deorum; sed dic, Dæmoniorum. Dæmonia 10 enim sunt, quorum effigies aere *b* vestitis, quorum marmoreas, ac gypseas facies inauratis. Quinctianus dixit: elige tibi, quodcumque volueris è duobus, *i* consilium; aut in diuersas pœnas inter damnatos *l* quasi stulta incurres; aut sapiens *m* esto, & sacrifica Dijs, *n* quos veros Deos esse, vera diuinitas *o* demonstrauit.

Agatha respondit; sit 11 talis vxor tua, qualis Dea tua Venus fuit, & tu sis talis, qualis Iuppiter, Deus tuus. Quinctianus audiens hæc, iussit eam alapis cædi, cui & dixit, in iniuriam 12 iudicis, noli remerario ore garrire. Agatha respondit; dixisti, *p* Deos tuos esse, quos vera diuinitas demonstrauit: fit ergo vxor tua, vt Venus, & tu vt Iuppiter; vt & vos possitis in Deorum numero computari. Quinctianus dixit: apparet, te hoc eligere, vt diuersa tormenta sustineas, quæ repetitis iniurijs, me exagitas. Agatha respondit: Miror, te prudentem virum ad tantam stultitiam deuolutum, vt illos Deos tuos dicas, quorum vitam non cupias tuam coniugem imitari; & dicas tibi iniuriam fieri, si eorum viuas exemplo. si enim vere *q* Dij sunt, bonum tibi optaui, vt talis tua vita sit, qualis eorum fuisse perhibetur. Si autem execraris eorum consortia, mihi *r* consentis. Dic ergo, eos pessimos *s* esse, atque sordidissimos, adeò vt qui maledicere alicui voluerit, talem illum optet esse, qualis fuit eorum execrabilis vita. Quinctianus dixit: Quid mihi verborum superfluum cursum opponis *t* *v* aut sacrifica Dijs, aut varijs *a* te supplicijs faciam interire.

Agatha respondit: si feras 13 in me immittas, *b* audito Christi nomine, mansuescent: *c* si ignem adhibeas, rorem mihi de cœlo saluificum Angeli ministrabunt: si plagas, & verba, habeo intra me spiritum Sanctum, per quem vniuersa tormenta tua despiciam. Quinctianus caput agitans, iussit eam in carcerem tenebrosum recipi, dicens ei: cogita tecum, Agatha, & proinde, vt possis euadere tormenta horrifica, *d* quæ te fortiter laniabunt. *e* Agatha respondit: tu minister satanæ, tu proinde, *f* vt possis euadere æternam damnationem. Tum Quinctianus iussit eam celerius *g* trahi ad carcerem, quia voce eum publica confundebat. Agatha 14 autem lætissima, & glorianter in carcerem ibat, & quasi ad epulas inuitata gaudens, *h* agonem suum Domino precibus commendabat. sequenti igitur die, impurissimus Quinctianus suis eam aspectibus iussit attare, cui & dixit; Quid cogitasti *i* circa salutem tuam? Agatha respondit: salus mea, Iesus Christus est. Quinctianus dixit: quousque, infelix, protrahis intentionem vanam? nega *l* Christum, & Deos *m* cole; ne vitam *n* tuam acerba morte consumas. Agatha respondit: tu, nega Deos tuos, qui lapides sunt, & ligna; & creatorem tuum, qui te fecit, adora. quem si contempseris, acerrimis *o* pœnis, & perpetuis incendijs subiacebis.

comprehensus.
g tradita. 5 6
i Agatha.
l mēs mea super petrā sol.
m impingunt.
n fundam.
o fundata enim sunt
p tormēta
q plumbi molliticm
r vicibus nobis inuicem succedentes
s nocte, & die
t ego etiam & gemm.
v magna
a quasi terram pedib⁹ suis concul 7 cans.
b ita pro nihilo com. 8 putabat.
c Agatha, & ita semper.
d expectabilis.
e deest hoc verbum in cod. Mazarensi. 9
f Deos sequ.
g sacra. al. cultura.
10 h in aeramentū conuertitis.
i vnum è duobus
l damnatitios
m sapiens & nobilis, 11 quod te natura dicta uit. 12
n Dijs omnipotētib⁹.
o dignitas demōstrat.
p veros Deos esse.
q veri Dij
r merum sentis
t tam pess. tamq; sord. vt.
v peragis.
a noxijs.
13 b mihi pro mittas
c mansuescunt.
d horribil. cruciabūt
f pœnitere
g celeriter 14
h ita gaudens.
i tractasti
l denega
m Deos incipe colere
n vitā tuæ iuuentutis
o æternis pœnis subiacebis.

Tunc Quinctianus Consularis iussit eam
15 in eculeo 15 suspendi, & torqueri, cumque
torquerent eam dixit: relinque intentionem
animi tui, vt vitæ tuæ possit esse consultum.
Agatha respondit: ego in his pœnis ita delec-
tor, sicut qui bonum nuntium audit; aut sic-
p Temporalibus cut qui videt, quem diu desiderant: aut sicut
16 qui inuenit thesauros multos, ita ego delector
in his pœnis corporalibus. p Non enim 16
potest triticum in horreo reponi, nisi theca
eius fortiter fuerit conculcata, & ad paleas
redacta, ita & anima mea non potest in Para-
disum Domini, cum palma intrare martyrij,
nisi diligenter feceris corpus meum à carnifi-
cibus adtrectari, iratus Quinctianus iussit eam
in mamilla torqueri, & tortam diutius, iussit
abscindi. tunc Beata Agatha dixit: impie, cru-
delis, & dire tyranne, non es confusus, ampu-
tare in femina, quod ipse in matre suxisti. sed
17 ego habeo 17 mamillas integras intus in ani
q Nutrini ab infantia omnes sensus meos, & Domino consecraui. ma mea, ex quibus nutrio q omnes sensus
meos, quos ab infantia mea Christo Domino
consecraui. Tunc Quinctianus iussit eam in
carcerem recipi, & vt r nulli medicorum
liceret, introire ad eam, neque panem, neque
aquam ei ministrare.

r Et præcepit, vt Cumque fuisset inclusa, eccè circa 18 me-
18 dium s noctis, venit quidam senex, t quem
s Mediam noctem. antecedebat puer, luminis portitor, ferens
t senior. v medicamenta in manu sua, qui se medicũ
v diuersa medicamẽ. esse commemorans, a cœpit eam his ver-
a commemorabat, et cœp. bis alloqui, licet tę nimis b corporalibus pœ
b nimis. nis afflixerit insanus Consularis, tu tamen
c amputaueris, eum grauioribus supplicijs torsisti, responsio-
d potes cui nibus tuis, & licet vbera tua torserit, & ampu-
iam salutis tuæ mamil. tari c fecerit, illius tamen vbera in fel con-
suscip. uertentur, & in amaritudine erit anima illius
e seruani, nunc perde re. in æternum. quia tamen ibi eram, qua hora
f ille senior patiebaris, consideraui, & vidi, quod potest
g nolo me verecũder. d curam salutis tua mamilla suscipere. S. Aga
h & grandæuus. tha dixit: medicinã carnalẽ corpori meo nũ
i ego vero. quã exhibui, & turpe est, vt quod tamdiu,
l ad quem stimulari mente, vnde possit. vel ab ineunte ætate conseruaui, e nũc perdã.
m sollicitam. dixit ei senior; f & ego christianus sum, & n Sed tamen medicina ab hom. noui medicinam, ne verearis. g Dicit ei Aga-
19 facta non accedet. tha, & quæ potest verecundia mea circa te,
p & sermo Jesu Christi reseratur vniuersa. esse, cum tu sis senior, & maior h natu. mi-
p Te esse salutandam, hi i verò, licet sim puella, ita totum corpus
r ablatus est, meũ laceratum est, vt vulnera ipsa non permit
f memor fa tant, aliquid l stimulari in mente mea, vnde
ctus es mei t Apostol. meum. possit verecundia excitari, sed ago tibi gra-
20 tias, Domine Pater, quia dignatus es mihi sol
v or. suam. licitudinem m tuam impendere. hoc n ta-
a ad omnes maculas. men scias; quod ad corpus meum medica-
b & recuperata erat mamilla eius menta o ab homine facta numquam acce-
c exuberabat in carc. dent. dicit ad eam ille senior. & quare non
d Tũc dic. permittis, vt curem te? Agatha respondit;
e vt ego cor. quia habeo Saluatorem Dominum meum
Jesum Christum, qui verbo 19 curat omnia;
& sermo p eius solus reparat vniuersa. is si
vult, potest me saluam facere. subridens se-
nior, ait, & me ipse misit ad te. nam & ego
Apostolus eius sum, & in nomine eius scias te
saluam q esse, & cum hæc dixisset, ab oculis
eius sublatus r est.

Tunc proijciens se in orationem, B. Aga-
tha dixit; gratias tibi ago, Domine Iesu Chri-
ste, qui memor s es mei, & misisti ad me
Apostolum t tuum, qui me confortauit, &
recreauit viscera mea. & dum complesset ora-
tionem, v respexit ad omnes a plagas cor-
poris sui, & vidit quod sanata erant omnia
membra eius, 20 mamilla b restaurata. ita
autem per totam noctem lux exuberauit c in
carcere, vt præ pauore custodes fugerent, &
carcerem apertum derelinquerent, vnde d
dicebant S. Agathæ, qui illic erant clausi, vt
abiret. quibus illa dixit; absit à me, vt coro-
nam e meam perdam, & eos, qui custodes
sunt, tribulationibus tradam. ego autem ad-
iuta à Domino meo Iesu Christo, perseuera-
bo in confessione eius, qui me saluam fecit,
& consolatus est me. factum est autem post
quattuor dies, iussit eam iterum Quinctianus
ante suum Tribunal astare, cui, & dixit: Quo-
usque furis f contra decretum Principum
inuictorum? g immola Dijs. sin autem, scio
h te acrioribus tormentis aptandam: Aga-
tha respondit: omnia verba tua vana sunt, &
iniqua præcepta tua aerem ipsum commacu-
lant. i miser, l sine sensu, & sine intellectu
es, qui ad auxilium tuum lapides inuocas, &
non magis summum, & verum Deum, qui me
dignatus est ab omni plaga, quam in me exer-
cuisti, ita curare, vt etiam mamillam 21 meã
integerrimam m meo pectori restitueret.
Dicit ei Quinctianus: & quis est, qui te cura-
uit? Agatha respondit: Christus, filius Dei.
Quinctianus dixit: iterum tu Christum nomi-
nare audes? n Agatha respondit: ego o Chri-
stum confiteor labijs, & corde inuocare non
cesso. Quinctianus dixit: nunc videbo, si Chri
stus tuus curabit p te. Tunc 22 testas acu-
tas iussit spargi, & sub testis carbones viuos
q immitti, & in r eis nudo eam corpore vo-
lutari. cumque hoc fieret, subito locus, in quo
sanctum corpus volutabatur, commotus est,
& pars 23 parietis concidit, & oppressit cõ-
siliarium iudicis s nomine Siluinum, & ami-
cum eius nomine Falconium, quorum consi-
lio perpetrauerat scelera. sed & omnis ciuitas
Catanensium vi t terræmotus exagitata est.
Denique omnes v ciues adcurrerunt ad se-
cretarium iud c s: & cœperunt nimio tumultu
dicere; a quod sanctam Dei famulam impijs
cruciatibus ageret. idcircò omnes periculum
sustinerent, Tunc Quinctianus fugit, b quod
eum terræmotus vrgebat, & seditionem po-
puli formidabat.

Igitur c iussit eam in carcerem recipi. ipse
autem d à posterula 24 secretarij fugiens,
populum 25 in ianuis reliquit. Sancta e verò
Dei ingressa carcerem, expandit manus suas
ad Dominum, & dixit: Domine, qui creasti
me, & custodisti ab infantia mea, & fecisti in
iuuentute viriliter agere, qui tulisti à me amo
rem huius sæculi, qui corpus meum à pollu-
tione segregasti, qui fecisti me vincere tormẽ-
ta carnificis, ferrum, ignem, & vincula; qui
mihi inter tormenta f virtutem patientiæ
tribuisti, te deprecor, vt accipias modo spi-
ritum meum, quia tempus est, vt me iubeas
sæculum istud derelinquere, & ad tuam mise-
ricordiam peruenire. & g cum hæc dixisset,
coram multis, cum ingenti voce, emisit spi-
ritum.

Quod populi audientes, cum nimia h cele
ritate venerunt, & auferentes corpus eius, po
suerunt

f furis, & contra d. p. i. facias.
g inuictiss.
h scias.
i maculant
l vnde m.
c. s. s. et s. i.
qui vult in aux. su. inu.
21
lapides, & non Deum sum. & ver. qui me.
m mam. m. integerr. sanit. m. pect. rest.
22
n babes no minare?
o ipsum
p curã ba-
23
bet de te
q mitti.
r & in eo-dem
s eius
t graui ter ræmotu.
v omnis ci uitas cõcur sum fecit ad secr.
a agere.
b fugiẽs ex
24
25
vno latere terræm. metuebat ex altero s. p. f.
c iterum.
d ad poster.
e sãcta igitur Agat.
f inter tor-quentes.
g hæc corã multis cum ingenti voce oran s. e-mis. spir.
h cum om

26 ſuerunt in ſarcophago 26 nouo. factum eſt
27 autem dum 27 aromatibus condiretur cor-
i *corp. eius* pus, *i* & omni cum diligentia collocarent il-
lud, venit quidam iuuenis, ſericis veſtibus in-
dutus, quem ſequebantur amplius quam cen-
tum pueri omnes ornati, & pulchri, quem
nemo vmquam viderat ante in ciuitate Cata
nenſium, nec poſtea aliquis vidit, nec inuen-
tus eſt, qui diceret, hunc ſe ſcire. Hic ergo ve-
niens, intrauit ad locum vbi condebatur cor-
pus, & poſuit ad caput eius tabulam breuem
ex marmore, in qua erat ſcriptum: Mentem
ſanctam ſpontaneam, honorem Deo, & pa-
triæ liberationem. Poſuit ergo hanc ſcripturã,
intra ſepulchrum, ad caput eius, & tamdiu
ibi ſtetit, quamdiu cum omni diligentia clau-
deretur. Clauſo igitur ſepulchro, abſceſſit, ne-
que vlterius viſus eſt, neque auditus in ea re-
gione, vel in tota prouincia Siculorum. vnde
l ſuſpic. ſũ ſuſpicati *l* ſunt omnes, quod Angelus eius
mus omnes fuerit. Et hanc ſcripturam diuulgantes, qui
viderant, omnes Siculos ſollicitos reddiderũt
& tam Iudæi, quam Gentiles, vna cum chri-
ſtianis, communiter cœperunt venerari ſe-
pulchrum eius. Tunc 28 Quinctianus cotri-
28 *m cum off. ſuo.* puit iter cum *m* officio, ad inueſtigandas fa-
cultates eius, & vt teneret omnes de paren-
tela illius. Qui Dei iudicio, in itinere, in me-
29 dio 29 flumine interijt, dum enim traijce-
n duo equi fremi cõtra ſe dãtes, & calces ret flumen, duobus *n* equis fremitum in na-
ui dantibus, calceſque eius eum morſu in-
uaſit, *o* alter verò calcibus *q* tutudit, ſicque
de naui in fluuium Symęthum proiecere, &
non eſt inuentum corpus eius vſque ad præ-
ſentem *r* diem. vnde timor *ſ* creuit, & ve-
neratio circa B. Agatham, & nullus deinceps
fuit auſus *t* inferre moleſtiam generi eius. Vt
autem euidenter ſcriptura, quam Angelus *v*
poſuerat, firmaretur, poſt anni circulum,
circa diem natalis eius, mons Aethna eructa-
uit incendium, & quaſi fluuius torrens, ita
ignis vehementer exardeſcentem terram, &
lapides liquefaciens, veniebat ad Catanenſiũ
ciuitatem. Tunc paganorum 30 multitudo
fugiens de monte deſcendit, & venerunt ad
ſepulchrum eius, & auferentes velum, quo e-
rat coopertum ſepulchrum eius, ſtatuerunt
contra ignem venientem, & ipſa hora ſtetit
31 ignis diuinitus. cœpit ignis pridie Kalend.
Februarias, & ceſſauit die Nonarum earum-
dem, qui dies eſt ſepulturæ eius, vt compro-
baret Dominus noſter Ieſus Chriſtus, quod
à periculo mortis, & incendij meritis *a* San-
ctæ Martyris *b* eos liberaſſet, in nomine Do
mini noſtri Ieſu Chriſti, cui eſt honor, & glo-
ria in ſæcula ſæculorum. Amen.

o *morſu ve ſtauit.*
q *calce tun caens dete.. in fl. Sym æ.*
r *in hodier. diem*
ſ *tim. vene- rationis.*
t *& nullus vmquã mo leſtus fuit generi eius*
v *Aug. Dei* 30

31

a *merita S. M. A. eos liberaßent.*
b *S. Agath. Mar.*

Vide Animadu. fol 43.

EPISTOLA
MAVRITII CATANENS.
EPISCOPI
DE TRANSL. DIVÆ VIRG.
AGATHAE
BIZANTIO CATANAM

MAVRITIVS 1 nomine, non merito, Catanenſis, vniuerſis eius prouiſioni commiſſis filijs, & fratri-
bus omnibus, intra Siciliã ſub chriſtianæ legis profeſ ſione, ſalutem. Diuinorũ eloquiorum promulgata ſanctione didicimus, quoniam Sacramentum regis abſcondere bonum eſt, opera autem Dei reuelare honorificum eſt, idcircò, dilectiſ ſimi, pro humanæ mentis ignaua, remanere nulla tenus debet occultum, quod gratuita pietate ſui, pro omnium ſalute communi, vult Dominus Omnipotens fieri manifeſtum. ipſe quippe in ſua natura immutabilis perſiſtendo, mutabilitati humani generis, quod deceptione Diabolica, varijs ſemper, atque multis modis vitiorum iaculis vulneratur, ſanare, & in bono ſolidare procurat, & nunc ſanctæ ſcripturæ dulcibus eloquiis admonendo, nunc minarum ſuarum asperitatibus deterrendo, nũc ſanctorum ſuorum exemplis, & miraculis demulcendo, & ſic ad æternam vitam prædeſtinatos informans, de malis bonos efficit: & de collatis ſibi beneficijs ad ſe laudandum, & glo

riſi-

Digitized by Google

rificandum promptiores reddit. igitur & nos pro inæstimabili beneficio nuper nobis, non nostris meritis, sed sua bonitate collato, & illi deuotas gratiarum rependimus actiones; & vt vos congaudendo nobiscum, eadem faciatis, vestras præsentibus nostræ pusillitatis apicibus pulsamus aures. reddidit enim nobis Agathæ Beatissimæ Virginis, & Martyris corpus sanctissimum totius Siciliæ peringens, & amabile Patrocinium. quo autem ordine, quibusque ministris actitatum, quantisque miraculorum indicijs declaratum, cunctis scire volentibus, in huius scripti pagina declaramus brevitati studentes, & verborum ambages penitus deuitantes. quapropter studiosos quosque lectores, qui hoc qualecumque dictatum legere dedignati non fuerint, dulciter admonemus, & ne in nobis linguæ nitorem, vel verborum ornatus inquirant, sed simpliciter, & veraciter edita, simplici, & veraci mente suscipiant. scientes procul dubio Deum non philosophica disertitudine, sed in simplicitate & veritate semper esse quærendum.

Sicut in antiquorum libris autenticis inuenitur, Decio persecutionem christicolis ingerente, Beatissima Virgo, & Martyr Agatha martyrio coronata est in prouincia Siciliæ, apud Vrbem Catanam sub Quinctiano Proconsule: ibique sepulta 2 longo quieuit tempore, Domino per eam miraculorum insignia faciente. verum 3 post multa annorum curricula, populus christianus suis peccatis promerentibus, iustitia diuina castigante, & vindicta, traditus est manibus barbarorum, qui diruentes ecclesias, & ciuitates cum habitatoribus destruentes, totam circumquaque prouinciam suo dominio subdiderunt seruiliter: quam stragem fidelium Constantinopolitanus 4 audiens Imperator, Exarchum quem in bellicis rebus habebat expertissimum vocabulo Maniacum, cum armata manu in Siciliam destinauit. qui in breui tantam peragrans Insulam, eam ferro, ingenioque perdomitam in ditionem accepit. qui Maniacus corpus 5 Deo dilectæ Virginis Agathæ, cum multis aliorum sanctorum corporibus, Constantinopolim, quæ prius fuerat vocata Byzantium, delegauit, credens orientis imperiū, iamiamque casurum, per eorum preces, & merita posse in robur pristinum releuari. sic igitur translatum est corpus Beatissimæ Virginis, & Martyris Agathæ de Catanensi ciuitate Byzantium. ibique 6 decenter à quibusdam loci incolis est conditum, & deuotissime veneratum. volente autem Domino, cuius vniuersa reguntur imperio, relatum est tali modo.

Anno incarnationis eius CIↃCXXVI. indict. 4, Apostolicæ sedi præsidente post Callistum Honorio, duo quidam latini apud Vrbem Constantinopolim mansitabant, quorū vnus Gislibertus, alter verò Goscelmus vocabatur; prior quidem genere Gallicus, sequens autem Calabricus, cui videlicet Gisliberto, qui in aula Regis, militari fungebatur officio, sicut ipse præsentibus nobis asseruit, per nocturnam visionem, se Beatissima Virgo, & Martyr Agatha semel, & iterum, atque tertio repræsentans, præcepit, vt se ab ecclesia, in qua iacebat, latenter ablatam, Catanam, vbi pro Christo fuerat coronata martyrio, reportaret. quæ visio quoniam nonnullis videtur incredibilis, à nobis non debuit libramine humanæ rationis discuti, sed Dei cuncta scientis iudicio reseruari. hoc tamen veraciter affirmare possumus, quia nisi Deus voluisset, ad nos Virgo Beatissima non rediisset. ceterum nos legem historiæ sequentes, reliqua prosequamur ex ordine. Gislibertus ergo tam magnos ausus inchoare formidans, socium sibi fide constrictum Goscelmum accersens, quieto tempore noctis vna cum illo scala suppositā, in qua iacebat corpus Virginis, ecclesiam introiuit, illudque reperiens furto laudabili rapuerunt, & in cophino rosis odoriferis hinc inde referto, venerabiliter collocarunt. protinusque ad domum Goscelmi cum thesauro sibi diuinitus attributo, gressu concito repedantes, caput Virginis in duabus scutellis, quanta poterant honorificentia, condiderunt: artus verò reliquos, ne quodis indicio possent detegi, in duabus pharetris, quas vulgo tarchasias vocant, attulerunt.

Interea tantæ rei statim circumquaque fama discurrens, populari motu ad aures 7 vsque Principis peruolauit, dicens, euenisse sibi in ipsius imperio triste præsagium, Agathæ scilicet corpus amissum. nec moram patitur, missis vbique cursoribus per totam ciuitatem, perque vicinam maris litora, regia proponuntur edicta, nequis ab vrbe non interrogatus abscederet. sed quid valet humana custodia, contra diuinæ dispositionis industriā? non est sapientissimus Salomon, sapientia, non consilium contra Dominum; nam prædicti viri nullo molestante, vel istius facti ab eis scisscitante negotium, ab vrbe regia, Domino protegente, progressi, portum maris adeunt, ibique conscensa naui, vento prosequente secundo, veloci remigio ad Smyrnam vsq; perueniunt. quo in loco diebus quattuor commanentes, & tarchasias, vbi sanctas occultauerant reliquias, aptius componere disponentes, graui terræmotu sunt repente perterriti, & repentino terrore turbati. Gislibertus autē Goscelmo sapientior, atque fidentior, sociū suum ne trepidaret, multiplici consolatione confortans, aiebat; diuinam illis adesse præsentiam, nulloque prorsus euentu se debere terreri, aut à cœpto desistere, quos talis, tantique potentatus Domina, sui comitatus præsidio, roboraret. ex templo facta dictis æquātes, ratem, inde Corinthum nauigare volentes, facta pactione, conscendunt. & maria pacata pro voto sulcantes, ad optatum prædictæ ciuitatis portum Domino prosperante, perueniunt. sic nil obfuit terreni Regis vetitū cui cælestis Imperatoris virtus obstat. nullam potens defuit auxilium.

Igitur Corinthum peruenientes, vt diximus, ibidem plus necessitate, quam voluntate, quatriduo substiterunt, optantes inuenire nauigium, quo vehente, possent in Siciliam deuenire. sed cum desiderio deesset effectus, post diurni temporis fatigationes, nocturno sopore depressis, (vt post modum retulit) Gisliberto nominato superius, imago Beatissimæ Virginis admirandæ venustatis, crinibus dissolutis appa-

2 Vbi diu
3 quieuit, m raculis ic yta.
4
5
6
rursum Catanam reportatum anno CIↃCXXVI

ille fidum sibi comitem adscicit.

7

Corinthū prospero cursu nauigant.

hic morāti Gislibe. D. Agathæ apparet.

Digitized by Google

apparuit, & plurimum de ipſius tarditate cõqueſta, vt cum ſocio ſe comitante nauigaret, admonuit, ſimulque per uiſum nauem oſtendit, quæ iam anchoram leuans, curſum dirigere properabat. qui ſtatim euigilans, indeque nociua moroſitate contempta, feſtinans, iuxta illud, tolle moras, ſemper nocuit differre paratis, peruenit ad portum, vbi ſuæ voluntatis, & diutinæ præoptationis compos effectus, nauem ſubijt, nulloque vel ſibi, vel nautis, interuentu Virginis, obſtante periculo, vna cum Goſcelmo laboris, & conſilij ſocio, Mothonæ litori applicuit. inde quibuſdam negotiatoribus ſociati, feliciter Adriaticum mare tranſmeantes, Altiſſimi volente conſilio, Tarentũ ſalui perueniunt ad litus, in quod deſcendentes, ciuitatem adeunt Tarentinam. ibique celebrata S. miſſa ſuper Virginis glorioſæ reliquias, aç ſumpto cibo redeunt ad litus, vbi clã depoſitis artubus à pharetris, vt melius accõmodarent, factum eſt diuino miraculo, vt reponentes glorioſas reliquias Virginis credentes ipſas iam repoſuiſſe, extra dimiſerint mamillam, vbi fons quidam erat, ad quem femina quædam vidua, fama laudabilis, morum honeſtate venuſta, cauſſa abluendi pannos cũ quadam filia ſua paruula, quam adhuc lacte nutriebat, aduenit, quæ lotis pannis, ſomno ſoporata, fortiter obdormiuit. puella autem naturali inſtinctu appetens refocillari, materna quærebat vbera, vt lac ſugeret, vt conſueuerat. eundoque manibus, pedibuſque hinc inde diſcurrens, ad glorioſam mamillam miraculo diuino peruenit. quam in ore ponens illam ſugere cœpit, à qua lac miræ dulcedinis emanabat.

Dũ ſacras reliq. componit, mamilla propter fontẽ relicta

Igitur puella cum maxima delectatione ſugente, apparuit matri Virgo glorioſa, dicẽs, ſurge, & vade, quia filia tua meam tenet in ore mamillam; quæ conſurgens venit ad filiam, viditque illam mamillam, ſicut in ſomnis viderat, in ore tenentem: ea ibi relicta, ad ciuitatis Epiſcopum feſtinanter accurrit, & per ordinem explicauit; a quo conuocato vniuerſo ciuitatis clero, & populo in vnum coadunato, venerunt proceſſionaliter ad locum, vbi iam puella relicta fuerat. omnes vt ſimul aduenerunt, mamillam volentes extorquere ab ore puellæ nec blanditijs, nec vi valuerunt. Tunc præcepit Epiſcopus vt omnes Sacerdotes confiterentur cum deuotione, & reuerentia, & quilibet per ſe deberet accedere ad puellam, ſorte inter eos eſſet aliquis vita laudabilis, cui mamilla diuinitus condonetur. quo etiam peracto mamillam, nec ſic aliquõ pacto habere potuerunt. tunc Sacerdos quidam bonæ vitæ, morumque honeſtate compoſitus, dicit Epiſcopo, fiat proceſſio in eccleſia S. Cataldi. tunc præcipiente Epiſcopo, facta eſt dicta proceſſio. dum cantarent litanias, & deuenirent ad B. Virginem Agatham, ter cantantes: S. Agatha, ora pro nobis. puella, quam Sacerdos geſtabat in vlnis, mamillam in ipſius Sacerdotis ſinum ab ore proiecit, videnſque eam Sacerdos, Epiſcopo reuerenter conſignauit, & ſic perceperunt, illam fuiſſe mamillam glorioſæ Virginis Agathæ. tunc Sacerdos ille, Epiſcopo concedente de domo ſua eccleſiam in honorem Virginis Agathæ conſtruxit fecit; ibique ſeruiens ſub habitu monachali Sanctiſſime ſuam vitam finiuit. hæc narrauimus, vt immenſa miracula, quibus ſumma clementia ſuam Virginem honorauit, liquerent. ad hiſtoriæ igitur ſeriem redeamus.

Tarenti eccleſ. D. Ag. conſtructa eſt.

Repoſitis itaque artubus in pharetris Virginis glorioſæ, inde Giſlibertus & Goſcelmus nauigio recedentes, breui peruenerunt in Siciliam. ſed prius quam cetera proſequamur de ſitu loci, quædam maiorum relatione, dicãmus. Sicilia 9 à Siculo Herculi filio nuncupata, vnã prouinciarum 10 Italiæ eſſe perſcribitur, à qua 11 parui admodum freti, ſed periculoſo 12 ſeiuncta diſſidio, tribus promontorijs 13 dextra, læuaque protenditur, Peloro, Pachyno, atque Lilybæo. fretum illud, quo ab Italia diſſeparatur, Carybdim, 14 & Scyllam habet, quæ fabuloſe dicitur ſub cincta canibus, & nauigantium dilatrare naufragia. huic adiacet Meſſana, ciuitas inſignis ædificio, rebus opulentiſſima, quæ locorum dignitate, merito totius prouinciæ caput exſtat. ad hanc prædicti viri, reliquiarum B. Virginis Agathæ portitores, nauigatione peracta venerunt. & in ea iam ſecuri manentes, pauſauerunt per triduum. Giſlibertus autem, quod mente captabat, implere deſiderans, ſalubri percepto conſilio, Meſſanæ ſocium, nihil de eius legalitate diffidens, cum corpore Deo dicatæ Virginis in quadam domo reliquit, & Catanam propere veniebat. Ego autem Mauritius, qui eiuſdem vrbis Pontificatu fungor immeritus, tunc temporis in quodam caſtro eccleſiæ noſtræ, quod Iacium 15 dicitur, commorabar; cum idem vir illuc aduenies, ad me ſe velle ſecretum loqui, profeſſus eſt. prãmiſſoque ſalutationis alloquio, remotis omnibus, ſolus cum ſolo locutus; poſtquam perpendit, me toto niſu, totoque mentis affectu, beatiſſimi corporis affectare reliquias, & illius euangelici negotiatoris exemplo, qui pretioſam margaritam inueniens, eam, venditis omnibus, comparauit; omnia mihi commiſſa, pro loco, & tempore, pro tãto theſauro dare paratiſſimo, ſeriatim geſta detexit: vt ſecum duos de fratribus noſtris ad ſanctarum reliquiarum ſubuectionem mandare ſtuderem, deuotus expetijt.

9 10 11 12 13 14

ille ad Mauritiũ Catanæ Epiſc. contenu 15

Ratus igitur non incongruum fore, quod dixerat. duos monachos reuerentiſſimos, Holdomanum, & Lucam, quos tanto negotio fideliter exequendo cenſebam idoneos, cum eo Meſſanã deſtinaui quantocyus, vt tantum theſaurum nobis diuina largitate donatum, honore cum debito deportarent. qui iuſſa non ſegniter adimplentes, ſub omni celeritate corpus detulere ſanctiſſimum, quod ego lætabundus aſpectu præ omnibus, qui mecum aderãt ſolo tenus aduolutus ſuppliciter adoraui: deinde reliquias de tarchaſijs reuerenter extraxi & ſtatim mira odoris ſuauitas emanauit; vt iuxta illud euangelicum, tota domus nectare gratiſſimo repleretur. quibus 16 in noua capſa tantæ rei condigna, diligenti cura, in eodẽ caſtro repoſitis, lætus Catanam properaui, & cunctis fratribus in vnum coactis, quod geſtũ fuerat intimaui, qui Deum totius bonitatis auctorem collaudantes, mecum communi decreuere ſtatuto, eidem Dominæ noſtræ humili-

16

Digitized by Google

militer pariter, & lætanter occurrere; & in vrbem, vbi palmam martyrij simul & virginitatis, hoste superato, promeruit, cum hymnis, & laudibus illam reportare. die igitur constituta, videlicet 16. Kal. Septemb. eã quidem fratres nostri à Castro, quod diximus, honorifice detulerunt. nos verò illi occurrimus, humilitatis indicium solemni gaudio salubriter admiscentes; nudis pedibus, & in albis vestibus procedentes. adhuc verò insolitum, & prorsus insigne spectaculum, magna sexus vtriusque diuersæ conditionis, & ætatis, & fidei facta est conuersio populorum: ita vt nos eundo, redeundoque præpedirent; & se constipatione sui quam plurimum angustarent. vbi quædam res accidit omninò relatu dignissima, & ad laudem B. Virginis prædicanda.

A prædicto castro vsque Catanam 38. stadiorum, itineris saxosi, spatio, duo pueruli cereos accensos ante sancti corporis portauere reliquias, qui neque ventorum flatu, neque pueruli, vt assolet, insolentia leuitatis, lumen amisere, sed semper clarissimum seruauere. tali igitur dignitate, tantoque triumpho ad suæ ciuitatis, quam sibi Deus Omnipotens perpetuo priuilegij iure contulit, voluit remeare basilicam, vbi quo 17 debuit, loco posita miraculis ingentibus, quantæ sit apud Christum virtutis, & gloriæ circumquaque demonstrat. eadem autem die iam ad vesperã inclinata, quædam iuuencula, vt ferebatur, à natiuitate cœca, manu simul, & pede debilitata, ante sanctum corpus medelam quæsitura, fideliter adorauit. quæ nobis, & multis alijs spectantibus, visum recepit; & vtriusque membri sospitatem, Virginis interuentu, promeruit. Alia quoque mulier, genere Consentina, à multo iam transacto tempore crudeli Dæmonio vexabatur, quæ ante Beatum corpus aduenies, quam immani ab hospite suum teneretur hospitium sibilis, & vlulatibus testabatur. adfuit & huic Virgo dilectissima, quæ & Dæmonium effugauit, & illam pristinæ sanitati restituit. quam dum circumstantes sanam, sibique signum viuificæ crucis imprimentem aduerterent, itemque Deo laudũ modulamina resonarent; fratres cubilibus quiescentes vocum sonoritate protinus excitati, surrexerunt; & populo sociati, Te Deũ laudamus, signis concrepantibus, cantare cœperunt.

17 ingentibus mirac. claruit.

Adhuc autem istius miraculi per ora cantantium concrepante tripudio, quædam rebus pauperula, fide ditissima, suum filium à natiuitate mutum, Agathæ Virgini Beatissimæ fletibus præsentauit, & precibus, cui Beata Virgo nouum loquendi officium, hactenus inusitatum contulit, & matrem de filij sanitate lætificans, à luctu diuturno sedauit. his visis magis ac magis clamor attollitur, populorum Deum laudantium, eiusque nomen benedicentium. non tamen Virgo Sacratissima à pietate cœpta cessauit; nam quædam puella lumine priuata quinquennio, clamare cœpit: gratias ago Deo quoniam luminibus orbatafui, & modo clarissime video: patrato igitur tot, & talium miraculorum insigni præconio, fratres matutinorum vigilias consuetudinaliter celebrarunt, & sic cum ingenti gaudio ad sua strata reuersi sunt. nobis autem alia, quæ per eam sunt perpetrata miracula ordinatim narrare volentibus, ne quis inde dubitet, Dominum veritatis amatorem, testẽ iudicemque proponimus, cuius protestatu credat, nos nil à tramite veritatis extraneum, more laudantium, dicere; sed ne prolixitas fastidium generet, plurima præterire. quid n. hoc facto videtur iniquius, quàm laudem illorum, qui veritatis fide semper, & operibus placuerunt, mendaciorum fucis quibuslibet colorare? illi enim si mendacijs obtegi, dum viuerent, voluissent, ad veritatis consortium post mortem nullatenus peruenissent. sed absit hoc à fidelium mentibus, qui credunt se etiam de otiosis verbis rationem in die futuri examinis reddituros, aliquid stulta temeritate confictum, quasi ad Sanctorum prædicare præconium. Hæc igitur necessariò prælibantes, eumdem Dominum inuocemus, & sola futuræ remunerationis mercede contenti, floc cipendentes verborum elegantiam, cetera quæ restant, plebeio famine proferamus.

Cæcæ puellæ lumen restituit.

Matrona quædam, Syracusani Præsulis dapiferi copulata connubio, olim à Dæmone vel sæuo possessa, ad amicam Dei venit, vt ab infestatione inimici eius mereretur ipsius orationibus liberari. nec tamen sua petitione est frustrata. nam & à Dæmonis inuasione liberata est, & Dominici corporis communione percepta, nobis, & qui aderant, vniuersis, palam signa suæ saluationis ostendit, vir autem suus saluti ipsius congratulans, sibi per Virginem bonitatis concessæ non immemor, ad illam vnà cum coniuge gratias reddere venit, munus obtulit, & ad propria Deum benedicendo remeauit: huius fama bonitatis mox per vrbes euolat, perstrepensque tam longinquos, quam propinquos aduocat, monens omnes se debere Dei sanctam visere, & quod illis opus esset, ab eadem quærere. ægris plane persuadens, sospitatem petere; sanis verò, delictorum veniam deposcere. qui sospites tarditatis hac in caussa nescij, & peccati sese multum prægrauantis conscij, aulam sanctæ pari voto frequentabant Virginis, & dimitti sibi noxam flagitabant criminis. quibus aures inclinabat Virgo Sacratissima, & iuuabat illos ope misericordiosissima. hos ab omni corporali curans ægritudine, & soluens illos a nodoso Satanæ ligamine. Nec multo post eadem Virgo, Domina nostra, pro nostra pace sollicita, quemdam 18 de istis terræ magnatibus, diuitijs, & summa nobilitate conspicuum vocabulo Henricum nocte per somnium visitauit; dulci voce compellans, vt ad se visitandam quam citius pergeret. qui protinus excitatus, dum hæsitans residet in lectulo, nec coniugi sciscitanti quid hoc esset, indicare voluit, sed somni pondere prægrauatus, rursus quieti membra dedit. cui Sancta Virgo hæc eadem persuadens apparuit. mox ille vir sagacis ingenij, Dei voluntatem intelligens, vxori quid vidisset, aperuit; & ad ecclesiam Virginis venit, qui votorum suorum debita soluens, fratribus Catanensibus, quos olim pro quibusdam caussis habebat exosos, amicus effectus est, & sic cum magno quæstu lucrorum spi-

18

Digitized by Google

ſpiritualium ad propriam repedauit domum . vtinam domum illam infeſtantibus taliter eueniret , & fortaſſis euenit . nam iuxta illud poeticum, grata ſuperueniet , quę non ſperabitur , hora.

Ad domandam autem illorum vecordiam , qui contra Sanctos ora impudentes aperiunt , memoratu dignam rem recitare volumus ; vt quicumque eam audierint , pertimeſcant , & ſanctis , quos Omnipotens Deus honorat , condignum honorem exhibeant . Mulier quædam in ciuitate Meſſanenſium manebat , in cuius domo Beatiſſimæ Virginis Agathæ , quos ſupra nominatos recolimus, portitores hoſpitium quoddam acceperant , cui cum vicini familiariter dicerent , eia ne pigriteris ad domum Beatiſſimæ Virginis , & Martyris Agathæ properare , vt ſicut ipſa tuam domum dignata eſt introire , ſic pro te dignetur diuinam clementiam implorare ; feminea perſlata ſuperbia , nolle ſe ait abire , ſed vocem temerariam grauior eſt illico ſubſecuta vindicta ; nam auris ipſius , quæ ſaluberrimis monitis obſecundare deſpexerat , magno cruciata dolore , iuſtiſſima damnata eſt ſurditate , & quia durum eſt contra ſtimulum calcitrare , venit neceſſitate cogente Catanam , & coram Virgine piiſſima , ſuam cum lacrymis cœpit profiteri culpam , cuius precibus Virgo clementiſſima annuit , & dolore ſanato , priſtinum audiendi ſenſum reddidit : tunc clamans mulier , grates tibi , Virgo Beata , ſemper , ait , referam , quę verbere cæſa ſalubri , perſenſi celerem , te compatiente , medelam . ſequenti autem tempore aliud per Virginem Beatiſſimam factum eſt , Domino cooperante , miraculum . Quidam carpentarius , Michael nomine per biennium fuerat paralyſi diſſolutus , in tantum vt abſque alterius adiumento ſe ſubleuare non poſſet , qui famam audiens miraculorum , per Sanctæ Virginis reliquias patratorum , aſello ſedens quæſiturus opem , iam ſupra nominatam veniebat ad vrbem ; appropinquans autem illi fluuio , qui duobus milliaribus diſtat ab vrbe , à commeantibus expetiuit , vt ſe ab illo , quo portabatur , animali deponerent , quem dum depoſuiſſent , membrorum tumentium , & diſſolutorum , mirabile dictu , ſolidata compage , nullo adminiculante , fluuium tranſmeauit , & proprijs pedibus ambulando Catanam vſque peruenit , omnibuſque Deo , & eius famulæ referendo gratias ſe repræſentans , ſuæ curationis euentum fideliter enarrauit, multiſque contestantibus claruit , illum & tanti temporis ſpatio mala valetudine laboraſſe , & ſoſpitatem integerrimam , per Sanctam Agatham , modo quo dictum eſt, meruiſſe . Ob hoc iterum clerus , populique iubilant , ſigna tinniunt , & cuncti Domino laudum modulamina ſoluunt , quibus ſi centum linguę eſſent , oraque centum , centum voxque ſonos pariter & redderet vna , eius ſignorum non poſſet dicere mira. ſequitur hiſtoria.

Refipiſcentē à pœna eximit.

Michaelē Carpentarium à paralyſi ſanſi reddit.

Duobus vero modis ex ſancta ſcriptura ſcimus , praue agentes à Domino iuſtiſſime flagellari , vt aut ipſi ceſſent peccare , pœnarum timore , aut alij ſimilia perpetrare formident, illorum exemplo commoti; cuius rei gratia, cuiuſdam lenonis nequitiam, & qua mulctatus eſt, celerrima vltione, præterire ſilentio non debemus , vt ſui conſimiles audiant, & eius timore, imitatores fieri pertimeſcant, nā iuxta Salomonē, qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter: qui autem deprauat vias ſuas , errat. Inter innumerabilem hominum multitudinem , qui vndique ad corpus Beatiſſimæ Virginis confluebant, accidit, vt quædam muliercula orationis cauſſa veniſſet, quæ dum paululum ad requiſita naturæ de via ſecederet, & eius ſocij aliquantulum prēterirent , leno quidam adueniens, vt illi miſceretur in crimine , libidinoſis affatibus ſuadebat : mulier autem trepidans , & tam nefarium opus pertinaciter metuens , abſit, ait, frater, abſit , non me tali facinore polluam , quoniam ad domum S. Virginis Agathæ , Dominę meę, properare volo , & ideo illam tam nequiter offendere nequeo. Tu quoque talem peſtem Diabolicæ perſuaſionis , ait , abijce , ne Virginis Sanctiſſimæ iram incurras, & protinus mala morte depereas. leno verò omninò ſurdus ad iſta, mulieri uim inferre tentabat. cui reluctanti, & contradicenti pro viribus , affuit illa , cuius tendebat ad aulam , quæ ſuam famulam virtute mirifica liberauit, & illum terribiliter coercēs officio loquendi priuauit. cuius rei quamplures fideliſſimi teſtes adſunt, qui hęc ſuis oculis ſe vidiſſe veraciter aſſeuerant ; nos autem ad coercendos luxurioſos hoc prodigium formidabile memorantes, ad ea, quæ dicere cœpimus , redeamus. Nonnumquam Omnipotens Deus, cuius iudicia abyſſus multa, mirabil diſpoſitione ſui , quoſdam famulorum ſuorum infirmari permittit ad tempus , vt ſi quid in eis ſuperfluum fuerit , doloris angustia refecetur, vt eo deuotius ſeruiant, quo illi paternis verberibus caſtigati mundius appropinquant: ſunt enim vas electionis , Beatus Apoſtolus ait, quem diligit Dominus, corrigit , & caſtigat ; flagellat autem omnem filium, quem recipit. ideò iuſtus in pœnis gaudere debet, & impius in ſuis proſperitatibus formidare. in hac vita multoties parcit Deus impijs; & non parcit electis: in futura autem vita perpetualiter parcit iuſtis , & numquam parcet iniquis. valdè itaque neceſſarium eſt, iuſtum in hoc mundo verberibus Domini caſtigari , nè de benefactis ſuis inaniter extollatur , & mercedis æternæ fructum amittat, quod melius oſtendemus , ſi cuiusdam fratris repentinam percuſſionem , & citiſſimam per glorioſam Virginem , & Martyrem Agatham ſanationem , ad eius gloriam referamus.

Libidinoſum hominem vlciſcitur, vim inferre molientē mulieri, templum eius adeunti.

Quidam namque Græcus Abbas , vir valdè venerabilis , comperto Beatiſſimæ Virginis reditu , auditis quoque mirabili-

Digitized by Google

bus, quę per eam Dominus faciebat, de Trayna Ciuitate Siciliæ Catanam cum septem Monachis veniebat, quorum quidam equitabant, quidam proprijs pedibus ambulabant; inter quos quidam nouitius erat, vocabulo Abbas, qui velociter cursitando ad domum Sanctæ Virginis festinabat. Sed repentino timore, & maximo dextri cruris dolore percussus de loco se mouere non poterat; quid ageret, & quo se verteret, ignorabat. Abbas autem fratris dolori compatiens, ei præcepit, vt nisu quo posset, ad cellulam, quæ non longe aberat, properaret, ibique eius præstolaretur aduentum, & reditum, vt ad suum habitaculum pariter remearent. discedente verò Abbate vnà cum monachis, æger ille monachus solo decumbens, in medio obdormiuit itineris; cui Virgo Beatissima per uisum apparens, quid agis, inquit, frater? & ille, volebam, Domina, ad Beatissimæ Virginis Agathæ desideranter adire præsentiam, sed meis interceptus criminibus, subitæ infirmitatis languore percussus sum, & idcirco hic in via remansi, omni solatio destitutus. Tunc illa, surge, ait, frater, & sequere me, quoniam ego sum Agatha, cuius desiderio fatigaris, vt ad eius corporis visionem peruenias. Excitatus tanta, ac tali monachus melliflua visione, se quidem sanum reperit, sed Virginem cum qua loquebatur; visibiliter videre non potuit; cumque tenderet se putaret ad cellulam, in qua sibi mandatum fuerat residere, stupendo satis modo, & admiratione digno, Abbatem, & Monachos, qui iam perrexerant, nescius anteceſſit, & quasi totum illud viæ spatium peruolaret, non longe se à supradictæ mœnibus Ciuitatis inuenit. Cognoscens autem illum Abbas, & videns, quod tanta illos velocitate præcesserit, ignarus rei, quomodo, & vnde venerit, curiosius scisitatur. at ille nequaquam suæ sanitatis ignarus, cuncta, quæ sibi Sancta Virgo fecerat, & dixerat enarrauit ex ordine: tunc Abbas, & Monachi voluntate, gaudioque non dispari, magnis Deum collaudando vocibus, vrbem ingressi sunt. suæque laudationis libamine, corpus sanctissimum venerantes sicuti optauerant, suo desiderio potiti sunt. quo peracto, ad suum lætabundi rediere cœnobium, nimirum hoc est, quod superius diximus, vtilitatis caussa, vel suæ, vel aliorum, qui Domino seruiunt, flagellantur, illoque salubri flagello de bono in melius prouehuntur. nemo cum viderit energumenos immundis spiritibus fatigari, illos abhorreat, quasi derelictos à Domino, sed humanæ debet miseriæ compati, quæ multoties non sponte, sed coacte diuinis obsecundat imperijs, vt per hoc, secundum illud Apostoli, nonnumquam Satanæ tradantur in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini. ergo quoties viderimus alios Diabolo mancipatos in corpore, duabus ex caussis fieri hoc a Deo iudice iusto credamus, videlicet vel ad corporalem castigationem temporaliter, vel ad damnationem perpetualiter, sed cuicumque illud fuerit detrimentum, nobis sit ad timorem Domini documentum. His autem commonitionis caussa prænotatis, cuiusdam Dæmoniaci curationem subsequenti stylo promamus.

Monachũ ad eam per ſẽtem re pentino do lore in via ſ. Flictum, per viſum in ſomnis cõſolatur, ſanatque.

19 Quidam Monachus mali genij hoſpes, per annos 10.

Quidam, Græca natione progenitus, vocabulo Spichius, in 19 castro, quod Geracium dicitur, sub professione monastica in Oratorio Sancti Protomartyris Stephani manebat, qui iam per decem annorum curricula à nequissimo Dæmonio vexabatur, quem quando arripiebat, per septem horarum spatium detinebat; cuius mater, Anna nomine, comperiens rumoribus hinc inde resonantibus, quod Deus Omnipotens multos malignorum spirituum infestationibus laborantes, iam per meritum Sanctissimæ Virginis liberasset, ad domum eiusdem Sanctissimæ Virginis filium comitata, vt illi sanitatem propriam largiretur, illam gemitibus, lacrymis, & verbis orabat: vouit etiam Domino, quod si suum sanaret filium, seculum relinqueret, & sub cultu monastico sibi perpetuo deseruiret. Sancta autem Virgo miseriæ eius miserata, fidem matris pro filio deprecantis amplectitur, & opem quam postularat largitur; nam cum vterque membra labore diutino fatigata sopori dedisset, visum est arreptitio, stellam præclarissimam de scutellis, vbi Sanctum fuerat caput exire, suoque capiti leniter assidere. qui confestim exsurgens, horrendissimam vocem emisit; ita, vt cuncti, qui aderant terrerentur. Subsequenti igitur die, eidem Beatissimæ Virgo, & Martyr apparuit; & vtrum sanari vellet, inquisiuit, cui cum protinus responderet, volo, Domina mea, & ideò cum deuotione ad te confugi: illa Dæmoniacum feriens alapa, Dæmoni, vt egrederetur ab illo, potentissime imperauit; quem deserens omninò deinceps reliquit incolumem, surgensque is sanus intimauit adstantibus se quemdam vidisse miræ magnitudinis serpentem mortuum à suo proprio ore delapsum; mater autem eius Deo, quod vouerat, reddidit, triduoque finito vnà cum filio gaudens, & benedicens Altissimo, ad propium est reuersa domicilium.

Nec solum præsentibus Virgo celeberrima, verumetiam multoties profligatis aliquibus diuersis anxietatibus multa beneficia conferebat absentibus, vt ostenderetur illud Epigramma Angelicum omninò esse verissimum: Mentem sanctam spontaneam, honorem Deo, & patriæ liberationem.

Igitur exacto tempore non multo post illa exempla, quæ scripsimus, quædam femina Messanensis, Christiana, Deumque timens, se quibusdam nautis, ora-

Mulier grauida, altero lumine capta, & aure surda, Messanam ad D. Agath. nauigat.

orationis causſa Catanam nauigantibus ſociauit; quæ quamuis eſſet grauida, tamen vnius oculi lumine, & vnius auris auditu carebat, vt per Deo dicatam Virginem, & Martyrem Agatham priſtinæ mereretur ſanitati reſtitui, hoc laborioſum iter arripuit: verum mari fluctuante, & fœtore ſentinæ, vnde quamplures nauſeare ſolent, mulier debilis fatigata, ſingultu creberrimo, diruptis pene viſceribus, cruorem cœpit euomere: & in tantum eſt anguſtiata, vt putaretur à ſocijs, vitalem ſpiritum exhalaſſe, cumque ſæpius excitaretur ab illis, & plus indicia mortis, quam vitæ videretur habere, decreuerunt, ad litus diuertere, vt corpus mortuum, ſicut humanitas exigit, traderetur ſepulturæ. Sed non inuenientes habilem locum ad tale miniſterium aptius adimplendum, volebant in mare corpus eijcere. hanc enim ſepulturam in talibus, quam maxime mortis neceſſitas cogit inferre quidam verò miles lembo vehebatur eodem, qui hoc fieri rationabili, & modeſto ſermone vetabat, dicens ſibi videri, illam ſiue mortuam, ſiue viuam ad illum locum, quo properare deuouerat, ab illis debere iuſtiſſime deportari; ſimulque operiens cum reliquis, expectabat rei finem. poſt horarum quattuor intercapedinem, mulier illa, quæ ſic iacebat exanimis, oſcitauit, oculos aperuit, cunctiſque mirantibus, & lætantibus, ſe viuere demonſtrauit, nautaſque compellans, ſollicite perconctari cœpit, quis illam in illud nauigium poſuiſſet. illis contradicentibus, tu ipſa, non aliorum, ſed tuis pedibus huc intrauiſti: mulier ad ſe reuerſa ſic ait: ego pro certo noui, me raptam fuiſſe de corpore, & extra mœnia ciuitatis cuiuſdam, in quadam baſilica exſtitiſſe, vbi albatorum aderat multitudo pſallentium, qui cuidam Virgini, venuſtatis eximiæ, concinebant, a qua interrogata, quid quæretem, reſpondi, me ad ipſius veniſſe ſuffragium, vt ab ipſa mererer diu optatam conſequi ſoſpitatem: at illa me dextra manu, crucis ſigno benedicens, vade, ait, in pace, quoniam quod fideliter poſtulaueras, impetraſti. Ad domum autem meam propera: nam ibi mea tibi promiſſa complebo. nautæ verò ſermonibus animati, curſu rapidiſſimo cum muliere Catanam peruenerunt, quæ dum coram Virgine clementiſſima ſoſpitata quieſceret, noctu nalis officij perſonante principio, lumen pariter, & auditum eius interuentu promeruit, cunctoſque qui videbant iſta, promonuit, laudibus immenſis attollere facta tonantis.

Senex cæcus Catanam Meſſ. pergit, catello comite.

Eodem die, quò apud Catanam hæc fuerant acta, quidam ſenex Ioannes nomine, iam duobus annis cœcus exiſtens, Meſſana veniebat ad vrbem, qui dum ad locum, qui trium Monaſteriorum vocabulo nuncupatur, comitante catulo; peruenisſet, non caſu, ſed nutu diuino, vt credimus, more inſolito canis ille fugiens ſenem dereliquit, ignarum viæ, omnique deſtitutum ſolamine. Senex autem lacrymis faciem humectans, à Deo poſtulabat auxilium, cui per orationem Sanctæ Agathæ Virginis, vnius oculi viſum reddidit, eumque ipſa de ſuperioribus voce delapſa commonuit, vt ad eius reliquias viſitandas cœptum iter carperet, paruit, & vt ad aſylum Sanctiſſimæ Virginis venit, orauit, atque quod ſibi cœlitus fuerat repromiſſum, integerrime vtriuſque luminis claritatem accepit: deinde per nocturnam viſionem ab eadem admonitus, ſuæ ſanationis factus eſt prædicator voce, ſimul & ore pariter omnibus palam faciens per Sanctam Agatham ſe fuiſſe diuinam miſericordiam aſsecutum. Hæc nos de miraculis Sanctæ Virginis Agathæ modo dixiſſe ſufficiat. ceterum legentes hortamur, vt ſi quid indecens, atque ſuperfluum in hoc ſermone reperiant, infirmitati noſtræ attribuant; ſi quid verò decens, & vtilitati conueniens, Deo bonorum omnium largitori committant. his ergo miraculis euolutis, finem tenemus, verſus recitemus, & hos in laudem Beatiſſimæ Virginis.

Lętemur, fratres, & Chriſtum glorificemus,
Cuius tam carum de munere, munus habemus;
Qui Sanctæ nobis Agathæ corpus venerandum
Reddidit, immò dedit, plus mundi rebus amandum.
Cui nil terrenum merito valet æquiparari,
Quam voluit Deus in Cœlo ſine fine beari.
Quo reſidens ſolio Regi copulata polorum,
Pulſat, & orat eum lapſus releuando ſuorum.
Olim nos linquens orientis regna petiuit,
Sed miſerando ſuis, nunc ad ſua tecta rediuit.
Non bene ſeruaſti theſaurum, Græcia, talem,
Qui vireſque thronum cumulauerat imperialem.
Non fuit ille tui, ſed noſtri denique iuris,
Sublatus furto; furtum ſine crimine furis.
Qua ſit apud Chriſtum ſublimi ſede locata,
Quandocumque potens, celeberrima Virgo Beata,
Quæ per eam fiunt oſtendunt vndique mira,
Per quæ quamplures Satanæ ſaluantur ab ira.
Orbatis viſum reddit, mutiſque loquelam
Præſtat, & ægrotis repetit quamcumq; medelam.

Digitized by Google

Credere, qui dubitas; si vis, ea signa videbis:
His etiam visis, nec tu reticere valebis.
Vrbs felix, gaudens, gaudeto Catanensis,
Nec te dira fames, nec iam ferus obruet ensis.
Ordinis ipse tui memor, ordo monastice, gaude:
Tristia depellens, de tanta Virgine plaude.
Tuque redemptori dic carmen, clerice, lætum,
Sollicitans---------- negotia tecum.
Plebs etiam sacro baptismi fonte renata,
Actus linque tuos veteres, & sis renouata,
Rex nouus ad superos vehit hos, qui rite nouantur;
Trudit & inferno, qui sordibus inueterantur.
Eius conuiuas acceptat candida vestis,
Regis amicitiæ, fideique per omnia testis.
Qua qui veste caret, manibus, pedibusque ligatis,
In tenebras missus pœnas luet improbitatis.
Laus tibi sit perpes per sæcula cuncta potenti,
Virgineis precibus tot dona secunda ferenti.
Cui pariter mentes, & corpora nostra dicemus,
Cuius tam carum de munere munus habemus.
Nos etiam Virgo semper commendet eidem,
Qui non mutatur, sed permanet vnus & idem.

Vide Animadu. fol. 37.

21

BLANDINI
MONACHI AVCTARIVM
DE MIRACVLIS
S. AGATHAE V.

SIGITVR fama Excellentissimæ Virginis, & Martyris Agathæ, plurima terrarum spatia peragrante, ad locum in quo venerabilis theca ipsius tenetur, certatim vndique properabant; alij enim medelam corporis, alij suam, suorumque tuitionem, alij facinorum veniam flagitantes. sed vltimi quamuis minime exauditi videantur, non minus tamen exauditos credimus, si fideliter postulant, immo magis, quia quantò dignius poscunt, tantò citius assequuntur. illi namque sanitatem iterum interituram, isti sanitatem, quæ fine caret, postulant. plus est enim electorum vitæ de indigno dignum precibus aptare, quam præsenti vitæ morituram mortuum reuocare. quod vtrumq; Sanctam hanc Martyrem fecisse, non dubitamus. Reuoluto igitur anno, paucos ante dies susceptionis glorioſæ Virginis, superuenientes 22 ab Hispanijs piratæ, Siciliæ Insulam vexauerunt: patratis verò quamplurimis malis, Catanam à gentilibus fraude capiendam adeunt. sed fraus, meritis Sanctissimę Agathæ, christianis non incognita mansit. & quamuis tantæ multitudini minime possent resistere, ostendunt se tamen promptos ad pugnandum quibus visis gens Deo odibilis, ci nore diuino perterrita, longius recessit. eodem 23 autem die cum Syracusanis certamen ineunt, vrbem capiunt, alios trucidant, alios necant, & alios secum ducunt. nihil præter mœnia, quę secũ ferre non poterant relinquentes. Quod verò ita Catanam præteriere, illius adscribitur gloriæ, quæ propriæ liberatio est patriæ cumque appropinquasset dies sanctæ sollemnitatis, aduenit hinc inde populus innume-

22

D. Agatha vrbem Catanam a piratis incusso metu, liberat.

23

rabilis, inter quos matrona quædam, pene nobis omnibus nota, quæ vtriuſque auris omninò officium amiſerat, adfuit. nocte itaque orationi vacans, paululum dormitare cœpit. adfuit interuentrix muliebri habitu admodum ornata, conſtipata cateruis lucifluis, auribus auriculares mittens, protinuſque diſparuit. illa autem ſurgens mirabatur voces hominum. poſtquam verò ſe perfecte cognouit curatam, exclamauit, cūctoſque qui aderant, in Omnipotentis Dei laudem commouit. Alia priuata lumine, nocte eadem, tenebris depulſis, ex integro reſtituta eſt luci.

Improbū Dęmonē à muliere, depellit.

Quinto annorum vergente curriculo, ex quo ſacratiſſimæ Virginis, & Martyris Agathæ corpus Conſtantinopoli, Catanam relatum eſt, contigit quamdam mulierem Syracuſanam, nomine Bonafiliam à crudeli Dæmone nouem annis poſſeſſam, Dei nutu hoc ordine liberatam. Confluentibus quampluribus chriſtianorum cateruis ad diem feſtum relationis Sanctæ Virginis, præfata mulier mentis, atque ſalutis inops, ducatu ſui mariti, nomine Petri, genere Piſani, inter ceteras aduenit; quæ cum ſacræ baſilicæ propinquaſſet, iniquus poſſeſſor eam cœpit ſolito vehementius torquere, & pœnis atrocioribus vexare. intrante verò illa baſilicam, & ſacris reliquijs propinquante, idem crudelis agitator laxatis ſuæ malitiæ frenis, totis viribus in eam debacchari cœpit, & quaſi alieni iuris poſſeſſionem, quam ſibi iamiamque abripiendam ſentiebat, pene ſoluta compage membrorum, totam diſcerpere. quæ dum ſtridoribus dentium, & clamoribus altiſonis intonaret, vſque adeo vt ſonos organorum, quæ tunc ſolemnitatis gratia concrepabant, & voces in choro pſallentium, more tonitrui ſuperaret, totam eccleſiam ita perturbabat, vt nulli quieſcere, vel orare liceret, niſi quod vehementiſſimus eius clamor, cunctis Deum pie quærentibus materiam patrabat orandi. quid plura? tota nocte illa, & parte ſequentis diei non modica, in tantis calamitatibus expenſa, ventum eſt ad horam, qua ſacra miſſarum ſolemnia celebrari decebat. ordinata igitur proceſſione, cum Sacerdotes, qui ſacrum feretrum ſuis humeris portabant, ante Dæmoniacam veniſſent, præſentia ſanctarum reliquiarum, ita perturbatus eſt Dæmon immundus, vt videres ægram anguis more torqueri, & multo plus ſolito vexari, nec non miſerando geſtu membrorum veraciter confiteri, nullam eſſe ſocietatem Chriſti ad Belial, neque partem fidelis cum infideli, cum ſacrum Euangelium lectum fuiſſet, exhortationis ſermone ad populum habito, ſicut mos eccleſiaſticus exigit, admoniti sūt omnes, orare Deum pro Chriſtianiſſimo Imperatore, pro Regibus, & pro his qui in ſublimitate ſunt conſtituti, & maxime pro illa miſera, & miſerabili factura Dei, quæ in præſenti crudeliter vexabatur, vt Deus qui omnia poteſt, precibus, & meritis Sanctæ Virginis, & Martyris Agathæ, ſalutem circa illā operaretur. tunc omnes, qui prius in ſilentio conſtituti, fraterna pietate commoti, & mitis cordibus vnam faciunt Rempublicam & quaſi coniurationem aduerſus immundum habitatorem, lacrymoſos ſingultus, & preces ad thronum iudicis dant. in communi oratur, precibus cœlum pulſatur, nomen Sāctæ Virginis Agathæ ab omnibus frequentatur. quid multa? dum ſic feruet flamma caritatis, pias preces formans vnitatis, aures pulſat Deitatis, mox reportans dona pietatis. nam dum venerabilis Pontifex Mauritius qui tunc Epiſcopatum innocenti vita decorabat, præfationem miſſæ celebriter decantaret, repentino Dei nutu fugato habitatore, & mundato Dei plaſmate, iacuit illa pene exanimis effecta, ita vt putares illum de Euangelio puerum, qui plus vexatus eſt exeunte Dæmone, quam cum prius ab eodem fuerat poſſeſſus. quo viſo, cœperunt quidam puſillanimes trepidare, & licet in vanum, vehementer formidare, neforte cum immundo ſpiritu, proprium exhalaret. at vbi reſumpto anhelitu, ſuæ ſaluationis indicia demonſtrauit, Deo, & Sanctæ Virgini gratias referendo, & ſuorum peccatorum confeſſionis exordium proſequendo, certi omnes, & de fraterna ſalute congaudentes, lacrymas doloris in gaudium conuerterunt, & in laudes omnium bonorum largitoris prorumperunt.

Sequenti nihilominus anno eiuſdem relationis ſexto, altera muliercula à Dęmonio eſt liberata. cum inter coruſcantium miraculorum ſacra prędonia, Beatiſſimæ Virginis Agathæ fama celeberrimis extolleretur faſtigijs, & à Siculorum non ſolum populis, verumetiam ab extranearum accolis prouinciarum, in vrbe Catanenſium in eccleſia ad honorem Dei, eiuſdemque fabricata Virginis, diuina largitate, & clementia, multa poſcentibus præbebantur beneficia. nam claudicantibus greſſus, Dæmoniacis, debilibuſque, ac varijs ægrotationibus laborantib⁹ ſanitas à Domino, eorum pijs recompenſabatur precibus. ſed quoniam ſermonis prolixitas faſtidium generat audientibus, idcircò breuitatem, ſimplicitatemque curauimus; nec audita tantùm, ſed quæ vidimus, & viſa approbauimus, poſteris dilucidare prouidimus Ieſu Chriſti Domini noſtri præeunte in omnibus gloria, quæ per famulam ſuam Agatham miracula operatur. Cum igitur Siculorum terra peſtilenti famis oppreſſione, demeritis exigentibus, à Domino percuſſa laboraret, vir quidam in Meſſanenſium ciuitate, Ioannes nomine, inter ſuos antea honoratus, cœpit inopia, & egeſtate tabeſcere cumque præter aſinos duos nihil ſibi reſiduū opumue aliquid cerneret remanſiſſe, inſtigatus ab vxore regionem vndique peragrabat, pretio ipſe conducens aſinos, quo ſaltem inopem ſic poſſet ſuſtentare vitam. talia eo exercente quotidie, languore percuſſus valetudine omnium amiſſa membrorum, ſolis poplitibus vehebatur, & manibus. repēſino itaque obſtrictus flagello, vxoris æſtuante in eum ira, duplici agebatur cruciatu, inſperata remuneratione à dilecta ſibi coniuge reportata. quid plura? quid faceret? quo ſe verteret? ceſſantibus vndique auxilijs, & inua-

Viro inopia preſſo & ægro apparet D. Agatha

inualeſcente infirmitate, non medicorum, vt humana conſuetudo calamitas, vſus eſt ſuffragio, ſed tota mente hærens cœlo, Omnipotentis Dei, Sanctorumque peraſſidue procumbens liminibus, deprecabatur miſericordiam, quod cum per longum tempus feciſſet, nocte quadam cum à B. Nicolai, vbi iacuerat, eccleſia, quę paruo interuallo diſtat à ciuitate in Inſula, 24 quæ vulgo lingua dicitur, reportatus fuiſſet, talis ei in eccleſia Beatæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ pernoctanti diuinitus oſtenſa eſt viſio.

24

Nam circa mediæ noctis horam, Virgo ei adſtitit eximia pulchritudine, veſte alba, tangenſque latus eius, proprio vocauit eum ex nomine, dicens; cur tanta, Ioannes, ineſt tibi ſegnities, vt ad meam domum ire minime diſponas? ſtupefactus itaque ad tantæ Virginis maieſtatem, in ipſo, in quo erat ſomno, ab ea inquirere cœpit ſollicito, quæ eſſet eius domus, vtque edoceretur, quid facere deberet. illa autem confeſtim, ſe eſſe Agatham, quę pro Chriſti nomine in vrbe Catanenſium martyrio coronata eſt, eiuſdemque ciuitatis eccleſiam ſuam eſſe domum, ei declarauit. ſubnectens, vt recepturus ſanitatem ad eamdem eccleſiam properaret. lætus igitur effectus, poſt modicum à ſomno euigilat. die luceſcente ad maris ſe portum continuo portare fecit, vt reperto nauigio, Virginis viſionem adimpleret. dic verò medio contigit diuinæ voluntatis arbitrio, vt Meſsanenſem portum ex Catanenſium ciuitate nauis attingeret. nautæ autem ad terram de more progredientes, ac videntes eum in litore, quo ſe aſportari fecerat, iacentem, cauſam ſollicite ab eo inquiſiuere. ille exponit eis, & Virginis viſionem, & infirmitatis ſuæ incommodum. quibus ita narratis, cum læti in ſuam nauim ſuſcipiunt, ac dantes carbaſa ventis, Catanam poſt triduum deuenerunt: poſtquam Catanam peruentum eſt, infirmus in terra de naui ponitur, ac corporis inualidam glebam, manibus, genibuſque ſuſtentans, cuiuſdam ſui noti, quæ propelitus erat, vix attigit domum; quam cum ingreſsus fuiſſet, ceram quam ſecum Meſsana detulerat, in candelis commutans, ac toto corpore reptans, patrato officio, omnibus eum conſpicientibus ſpectaculum præbens, ſanctæ, ac glorioſiſſimæ Dei Virginis, & Martyris Agathæ petebat eccleſiam.

Vt domũ inuiſat ſuã iubet.

Mira res. tanto namque ardore mentis, & feruore repletus incedebat caritatis, vt contra humanum morem, quod pedum ſubire, & officio manuum non prævalebat, dentibus adimpleret, ore geſtans candelas. nobis quidem ex conſuetudine à completoriis perſoluendis laudibus venientibus, ſubito in eccleſia apparens, velut horrendum cunctis ſe præbuit monſtrum, voceque emiſſa, vt ei aperiretur, vehementiſſime deprecabatur. tunc vnus ex fratribus, cui eccleſię cuſtodia commiſſa fuerat, aperto oſtio, ad eum exiens, imperauit ſilentium, expletoque officio, & fratribus ad lectum euntibus, ſe aperturum denuo ei promittens. quod cum ita geſtum fuiſſet, & orationem ſecundum propriam voluntatem ad Dominum emiſiſſet, tenebrarum retentus caligine, ante Monaſterij valuas per totam noctem iacens, die adueniente neruorum valetudine recuperata, ac totius corporis ſanitate, eccleſiam ſoſpes ingreditur. fratribus itaque eccleſiam pro conſuetudine introeuntibus, Deum magnificãt hymnidicis vocibus; aliaque ex parte tintinnabulorum eximijs vocibus, vniuerſæ ciuitatis, vt ad eccleſiam properaret, concitatur populus. facta eſt igitur ad eccleſiam populi chriſtiani turba non modica, nocte lacrymabili, ſed pietate plena, Dominum benedicens, qui per interceſſionem glorioſiſſimæ Virginis, & Martyris ſuæ Agathæ operi ſuo miſeratus erat. patratum eſt hoc miraculum anno ab Incarnatione Domini CIↃCXLI. translationis eiuſdem glorioſiſſimæ Virginis & Martyris Agathæ à Conſtantinopolitana Vrbe in Prouinciam Siculorum in Ciuitatẽ Catanæ, anno 16. Indict. 4. 4. Non. Iulij, regnante Domino Noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Deo Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Salutem totius corporis, prorſus ecclеſ. donat

Fratrum cunctorum minimus, vel ſeruus eorum,

Blandinus, ſcriptum dicendo protulit iſtud.

Martyris eximiæ quo ſit titulus memorandus.

Tempore, quo Yuenus electus Monaſterio Catanenſi præerat, mulier quædam, nomine Bona, neſcimus quo iuſto Omnipotentis Dei iudicio, Diabolo ad vexandum tradita, apud caſtrum, quod 25 Palatiolum dictum erat, quam eius conſanguinei nimio affectu diligebant, ac de eius ægritudine incredibiliter iugi mœrore afficiebantur; qui à compluribus crebro audientes miraculorũ beneficia, quæ ſolita pietate Omnipotens Deus, B. Virginis, & Martyris Agathæ interceſſione, ad reliquiarum eius loculum, deuotiſſime viuentibus aſſidue faciebat; manibus, & pedibus vinctis, prænominatam Dæmoniacam ad Deo dicatæ Martyris eccleſiam omni celeritate duxerunt contigit autem, vt prædictum Yuenum ante fores Monaſterij ſedentem inuenirent, cumque multis precibus obnixe flagitarent, quatenus miſeram, tam crudeliter vexatam, Omnipotentis Dei pietate eccleſiam ingredi, & ſub B. Agathæ capſa pernoctare ſineret, quia nox inſtabat, & adhuc Monaſterij ornamenta propter Natiuitatis Domini ſolemnitatẽ, ſuper altare erant, vix ab eo obtinere potuerunt, vt Dæmoniacam eccleſiam ingredi pateretur: minime igitur ab Yueno impetrata licentia, Dei, & B. Agathæ Oratorium pariter cum ſuis ingreſſa eſt. illis verò ante Beatorum Petri, & Pauli cappellam ſtantibus, orantibus deuotiſſime, ecce duo teterrimi, & ingentes, admodum aſini, caneſante illorum præſentiam ſubito apparuere: quibus de Diabolica viſione ſtupefactis, ac tremefactis vnuſquiſque fronti vexillum Sanctæ Crucis ſibi impreſſit, & extemplo tetri Dæmones nuſ-

Energum. Dæmo pellitur.

nuſquam comparuere. tunc Dæmoniacæ cuſtodibus, totam noctem, pro tanto terrore, inſomnem ducentibus, mane facto religioſus quidam Monachus tunc temporis sãctarum reliquiarum reuerentiſsimus cuſtos, more ſolito pietate ductus, nimium miſerrimæ mulieri compaſſus eſt, atque eam, vt parentes poſtulauerant, ſub Beatiſsimæ Martyris capſam, digniſsime admiſit, glorioſiſſimum Virginis caput à loculo reuerenter abſtrahẽs ſuper infirmam diutiſsime tenuit, ſupplicíter orauit Omnipotentem Deum, quatenus meritis, & precibus Martyris ſuæ, eam à Dæmone ſolita pietate, liberare dignaretur. cumque prędictus vir venerandus orationi inſtantiſsime inſtaret, refuga ſpiritus, qui Omnipotentis Dei creaturam inuaſerat, atque ſæuiſsime vexabat, confeſtim vlulans cum ingenti ſtridore exprimere liquido auſus eſt: aufer, aufer Agathæ caput: recolo, recolo enim quod ante ſui corpuſculi depoſitionem, eam inſtantiſsime tentauerim, ideoque à compluribus, quos ſuis peccatis exigentibus vexaſſe permiſſum eſt, huc ad ſua ſuffragia concurrentibus, me violenter expellere non deſiſtit. ſed firmiſsime ſcio, quod ab hoc corpore, precibus eius violentius expellar. hęc immundo ſpiritu clamante, contigit illum, qui hoc miraculum ad poſteritatis memoriam conſcribere ſatagit, orationis gratia Oratorium B. Agathę deuotiſsime ingredi, qui nequaquam mulieris, ſed ſæuiſsimi Dæmonis balbutientis verba protinus intelligens, eum per Patrem, & filium, & Spiritum Sanctum adiurauit, quatenus nomen ſuum celeriter ſignificaret. tũc ipſe audito tanto nomine, quia ſilere minime audebat, Aethiopem ſe vocari, plane reſpondit. Sed quia à cuſtodibus audierat, quod in prędcedenti nocte duo teterrimi canes ante illorum prędentiam apparuerant, à Dæmone exquirit, vtrum maligni ſpiritus ij canes fuiſſent, qui apparuerant. tunc ille verſipellis ſodales ſuos eos eſſe cõfeſſus eſt: ſubiunxitque, quod vnus Satan, alter illorũ perſecutor nuncuparetur.

Rurſum ille inquirit, quam poteſtatem ipſe & ſui collegę haberẽt? illicò nullam aliã ſe habere, reſpondit, niſi zizanias, & diſcordias fratribus interſerere. prædicti verò ſocij mei longe ferociores, potentioreſque ſunt. illi namque cuiuſdam Palatioli Burgenſis, qui Michætus cognominabatur, ſæuiſſima nece animam extorſere. ſtatimque Dæmoniacæ cuſtodes, quod à Diabolo referebatur, recognoſcentes, penitus certiſsimũ eſſe profeſſi ſunt. tunc Yuenus vnà cum ſanctis fratribus, qui apud Catanam degunt, inæſtimabiliter admirans, ſacratiſſimas reliquias Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac Sancti Siluestri a quibuſdam religioſis fratribus ſuper Dæmoniacam cum ingenti reuerentia afferri iuſſit, cumque ſuper eam delatæ forent, extemplo refuga ſpiritus de reliquijs Beatiſſimi Petri omnino ſilentio habito, vociferare cœpit, tolle procul Paulum, ac Siluestrum, nam me acerrime incendunt, ſtatimque vniuerſi fratres, ac clerici, & populus, qui circum aderant, nimio terrore ſtupefacti de Diaboli dictis, vltra quam dici poteſt admirati ſunt. illum vero inſtanter nobis laceſſentibus, vt cuius reliquiæ eſſent, exprimeret, nullatenus ſe auſum de prædictis B. Petri reliquijs vel modice fari aliquid, reſpondit. quod ſi forte præſumeret, eius princeps atrociſſime illum inde verberaret; ideoque vniuerſitatem veſtram multis precibus flagito, vt me deinceps numquam amplius ſuper hoc interrogetis; potius autem hanc miſeram crudeliſſime uexare ſinatis. quidam autem de circumſtantibus maligni ſpiritus precibus non quieſcentes, immo magis, ac magis eum inſtantius adiurantes, vt è veſtigio promeret, quò poſſeſſo, & defatigato vaſe expulſus, iturus eſset? ille clara voce, confeſtim reſpondit, quod ad puellam quãdam, quæ Marotta nuncupabatur, apud me moratum Palatiolum commorantem, conuolaturus foret, eamque atrociſſime afflicturus. cumque inſtantius ab illo inquireret, liquido reſpondens, ait, certe, huc ventura eſt, meritis & precibus huius Virginis continuo liberanda. mira res & inaudita, ſupradicta Dæmoniaca Omnipotentis Dei nutu, ac Beatiſsimæ Virginis, & Martyris adminiculo, cunctis, qui aderant, cernentibus, à Dæmonio liberata eſt; poſt anni circulum, quemadmodum refuga ſpiritus prædixerat, puella prædicta, nomine Marotta, maligno ſpiritu plena, vna cum parentibus ſuis ad B. Agathæ Oratorium properauit, atque pro Dei miſericordia, hora, qua religioſiſſimi fratres miſsarum ſolemnia ſupplíciter celebrabant, è veſtigio à Dæmonio liberata eſt. tunc pijſsimi Catanenſes fratres propter puellæ miſeræ liberationem nimiũ exſultantes, immenſas gratias Omnipotenti Deo, à quo vniuerſa bona procedunt, ſimulque B. Agathæ deuotiſſime reddidere. ac ſigna cum ingenti iubilo concrepuere ad laudem, & honorem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, cui ſit decus, & iubilatio, virtus, & gloria nunc, & ſemper, & per immortalia ſæcula ſæculorum. Amen.

DE SS.

Digitized by Google

Anno Ch. 253. 26. Mar.

DE SS. VII. PVERIS MARTYRIBVS LEONTINIS

Ex Actis Sanctorum Alphij, & Sociorum.

IMPERATORIS Decij, & Valeriani perſecutione, Tertullo Siciliæ Præſide, quid ultimum eſſet in ſæuitia, ætas imbellis, & inſons experta eſt. quippe Leontinis necē toleraſſe ſeptem Sancti Pueri, ſed à Tertullo prius excruciati tormentis, vt eorum atrocitate fides extingueretur. ſed Tyranni conſilium contra accidit. neque enim in pueris extincta eſt fides, & Chriſtus, ſed coronata eſt à Chriſto pueritia, infirmitatem corporis, animi uirtute tranſgreſſa. quo ſcelere, eò Tertullus immanior exſtitit, quò innocentior ætas, quæ ſupplicijs dilaniata eſt; Puerorum uero mors pulchrior, & maiore gloria fuit, quanto plus teneritudinis, ac roboris in breui corpore. illorum nomina, actaq; quod dolemus, ad nos minime peruenere. monumentum hoc hauſimus ex Martyrio Sanctorum Alphij, Philadelphi, & Cyrini, quos Tertullus Conſularis cum raptari nudos iuſſiſſet per aſpera ſaxorum, mox conſciſſos trahi ad ſe, in hunc modum allocutus eſt: vbi gentium veſter eſt Deus? cur non eripuit vos è manu mea? tum SS. Martyres Præſidi crudelitatem exprobantes; ò impie, dixerunt, nondum exſaturatus es ſanguine tot innocentium, quem iam inde a primordio magiſtratus tui profudiſti; nec talibus tormentis, quibus nos afflixiſti? ſed id executus, coronas auxiliti noſtras, quemadmodum SS. Septem Puerorum, qui nos præceſſere, & propter Chriſti legem demortui ſūt. ſed te flammæ manent, quas extingui poſſe nulla ſpes eſt. hæc illi. Ne luge Sicilia, Puerorum tuorum cædem; ſed gaude, habere te choros puſionum, qui ſimul in cœlo Deū laudant. nec vos matres Leontinæ, verſemini in luctu. parua iactura eſt puſilli corporis, vitæque paucorum dierum. ſed magnū iacturæ pretium, & in cœlo præmium: iam nūc filiorum veſtrorum obitum, an abitum? cum cantu celebrate. non enim emortui ſūt, ſed in Deo cum Chriſto viuunt, cui ſit gloria in æternum.

Puerorum admirabilis in fide, conſtantia

PLVRIMORVM IVDÆORV. MARTYRVM

Anni Ch. 253. 9. Aprilis

Ex Actis Sanctorum Alphij, & Sociorum.

PERSECVTIONE Decij, & Valeriani, Tertullo Siciliæ Præſide, Confeſſores Chriſti Alphius, Philadelphus, & Cyrinus ad quæſtionem Leōtinos perducti ſunt. in ipſo 1 fere vrbis ingreſſu, obuiam illis fit Hebræi cuiuſdam filius, qui à Dæmone obſeſſus, triginta iam dies vexabatur, & in via iacebat; habitabat enim 2 in vicinis ſpeluncis Dæmon, & prætereuntes perſæpe grauiter agitabat. Pater igitur, & lacrymans pro filio mater, vnàque fratres, p energumeno fratres Confeſſores Chriſti rogabant; quibus hi dixere, creditis ne in Ieſum Chriſtum? & illi credimus, Domini mei: ipſi milites, qui Alphium, Philadelphum, & Cyrinum cuſtodiebant, commiſeratione permoti, eos orabant, vt miſerorum lacrymis flecterentur. Beati Confeſſores dixerunt, manicas laxate, vt componamus ad Deum orandum manus. cum milites abnuerent, Tertulli metu, vincula ſponte ſua cecidere. tum ſancti fratres in genua accidentes, orauerunt. Domine Deus, opifex cœli, terræq; ac maris, orationem exaudi ſeruorum tuorum: miſerere operis tui, & hominem à Diabolo vexatū libera, vt hoc in loco, in quem nos deduci voluntas tua fuit, palam fiat potentia tua, & nomen Sanctum tuum attollatur. his dictis, ſurrexere. mox S. Alphius ad energumenum accedens, in nomine, inquit, Domini Noſtri Ieſu Chriſti, immunde Dæmon, egredere à ſimulacro Dei: ſtatim profugit Dæmon, inclamans, daturum ſe 3 Tertullum eſcam feris, qui ſeruos Chriſti Alphium, Philadelphum, & Cyrinum Leontinos miſiſſet, quorum imperio à ſedibus ſuis deturbaretur, deuincti miraculo parentes He-

3 Dæm. profugit, & Tertul. minatur exitium.

Digitized by Google

Hebræi, & conſanguinei fidem recepere. ſalutis vero ſignum petentes adhortabantur: Sancti Adoleſcentes, irent 4 ad Epiſcopos, & Presbyteros in montibus, ac ſpeluncis latentes, à quibus baptizarentur. at illi diſcellere gaudentes, & Deum laudantes.

4

Poſt menſes ferme quattuor, beneficium fidei, quod accepere, feliciter Chriſto reddiderunt. nam cum Beati Martyres Alphi, Philadelphus, & Cyrinus ligneo onerati iugo, vrbem obirent, & Tertulli iuſſu, per altas ſpeluncas, & Iudæorum ſuperbia ducerẽtur, Hebræi parentes vna cum filijs cunctaque familia obuij Sanctis occurrere, orantes, vt eorum miſerti comites ad martyrium adiungi iuberent. Beatus Alphius, ſimul cum fratribus reſpondit, det 5 vobis Dominus, vt

5

participes ſitis ſortis Sanctorum; tum voce vna omnes inclamant, chriſtiani ſumus. quæ cum audiſſent reliqui Iudęi è ſpeluncis egreſſi, in quibus habitabant, lapidare illos cœperunt, quod Ieſum Chriſtum palam confiterentur, quem eorum Patres crucifixiſſent. his cognitis Tertullus per apparitores ſuos, pertrahi ad ſe vinctos iubet. continuo comprehenſi; virorum, & mulierum globus fuit. interrogati, cur patrias leges deſeruiſſent? reſponderunt, decepere nos, Tertulle, Doctores noſtri. ſed ope Dei, & miraculis Alphij, Philadelphi, & Cyrini, non niſi Chriſtianam fidem veram eſſe cognoſcimus. in Ieſum Chriſtum credimus, quem cõfitemur verum Deum eſſe, & pro eo mortẽ percupimus. tum Tertullus primores Hebræorum accerſitos conſulit, quid miſeris illis faciendum foret? reſpondere, ſi perſeuerant in ſententia, male perdantur. rurſum Tertullus euocatum Hebræum energumeni parentem ſic alloquitur; adhuc in amentia tua perſtas? animum aduerte, infelix, quid viri ſapientes gentiles tui dicent. is verò, ceterique cum eo dixerunt, plura loqui, neſcimus; vnum profitemur, chriſtiani ſumus, Dæmonibus non ſacrificamus. tum Tertullus, vbi in Ieſu Chriſti fide conſtantes videt, gentilibus ſuis lapidandos tradit. à quibus procul vrbe eiecti, lapidibus 6 obruti, Deo ſpiritum reddidere 6. Idus Aprilis; ijs gemmis coronas eorum Domino exornante, qui regnat in ſecula ſeculorum.

6

MARTYRIVM

Anni Ch. 253. 10. Maij.

SS. FRATRVM ALPHII PHILADELPHI, ET CYR.

Ex MS. Codice Monaſterij Cryptæ Ferratæ.

IMperante 2 apud Romanos Decio, conſiliarius ei fuit; & in Regno 3 ſecundus Valerianus; edixit 4 autem per omnes regiones, & vrbes Decius, vt chriſtiani, qui fidem abiurare nollent, morti traderentur. tum velut ſidera in nocte lucebãt Oneſimus quidam nomine, & adoleſcentes Alphius, 5 Philadelphus, & Cyrinus 6 & cum his etiam Eraſmus, qui omnes Sãctam Trinitatem confitebantur. venit itaq; 7 per id temptus Oneſimus in Vaſconum Prouinciam. ingreſſuſq; vrbem præfectam, exceptus eſt hoſpitio à Vitali 8 viro nobili & locuplete, Chriſtumq; colente, cuius filij erant tres illi, quos diximus Eraſmus autem ex eius filia natus erat. quos omnes ſacris literis imbuebat. ſic vero diuina gratia profecerunt, vt admirationi omnibus eſſent, & ſanguinem pro Chriſto fundere vehementer exoptarent; idque aſſidue precarentur. Tum Roma miſſus cũ literis in eam vrbem venit Nigellio quidam nomine, cui cum indicati fuiſſent Oneſimus, & quattuordecim viri qui ei adhærebant ex diuerſis vrbibus, & regionib⁹ eum ſecuti; protinus ire iuſſit milites ad eos comprehendendos, adducunt illi, & crinibus rapiũt Oneſimum, & quattuordecim, & adoleſcentes cum eis, omneſq; pertrahunt ad Nigellionem; qui vbi eos vidit, interrogauit, vnde eſſent; reſpondit Oneſimus, chriſtiani ſumus, & Dæmonijs non immolamus. quo audito, Nigello militi imperauit, vt ei maxillas lapide contunderet: id videntes, qui cũ Oneſimo erant, exclamauerunt, chriſtiani ſumus. Tum Nigellio capillis omnes ſuſpendi iuſſit, ab hora matutina ad veſperam vſq; perſpecta autem eorũ conſtantia, laxari ſub noctem eos iuſſit, & in carcerem retrudi, ligneis compedibus alligatos. Poſtridie autem cum militum manu in vrbem miſit ad Deciũm, & Valerianum. Per eos 9 dies Decius iter adornabat ad Orientem: diſcedens autem Valeriano iniunxit, vt chriſtianos omnes diris ſupplicijs afficeret; is ergo vt ſanctos veniſſe audijt, in vincula mitti iuſſit. proxima autem nocte, apparuerunt 10 illis Apoſtoli, & dixerunt, ſaluete, multa vos acerba manent, pro Chriſti nomine, atq; ita prædictis omnibus, abierũt. Sancti verò ſoluti vinculis (vincula enim ad ingreſſum Apoſtolorum ſua ſponte ceciderunt) deambulabant in carcere. ſeptimò poſt die, cum eos in conſpectum ſuum deduci iuſſiſſet Valerianus, perſuadere conatus eſt, po-

3 4 5 6 7 8 9 10

SS. Alph. Philadelphus, & Cyrinus Vaſcones.

a Nigellione comprehenſi.

Digitized by Google

positis honoribus, & Imperatoris beneuolẽtia, vt sacrificarent Idolis. ridentibus autem hæc promissa viris sanctis, continuo spoliari eos iussit, ac neruis extentos cædi crudeliter, & in carcerẽ sic affectos reduci. sequẽti die, ad Diomedẽ duci iussit; Præsidẽ Puteolorũ, addita epistola, qua imperabat quindecim torqueri, & necari, reliquos vero tres adolescentes in Siciliã mitti. impositi igitur nauigio cũ militibus, Puteolos perducuntur. vehementer porrò gauisus est eorum aduentu Diomedes; ac sine mora compingi præcipit in vincula, conscensoq; tertio post die tribunali, aduocãs Onesimũ, cur, inquit, viros istos decepisti? cui ille respõdit, decepti nõ sunt, viam quippe veritatis ingressi sunt, per Christi gratiam. Tum Diomedes: scelerate, quomodo ausus es, me præsente Christũ nominare? & sanctus, ò stulte, & cur dubitẽ Christũ appellare, qui & te, & omnes creauit? his exasperatus Præses, resupinum prosterni sanctũ imperat, eiusq; ventri saxum ingens imponi; sublatum ergo tortores saxum in Onesimũ proiciunt, & ille confestim Domino spiritum reddidit. tredecim autem alios, & 11 Erasinum gladio percuti iussit, nec mora, extra vrbem ducti, & capite trũcati sunt. Postea vero seorsim alloquens Diomedes Alphium, Philadelphum, & Cyrinum parcite, ait, decori formæ, & ætatis vestræ: tantum eiurate futilem istam fidem, & Imperator magnis vos proemijs afficiet. Tum illi Audi, inquiunt, Præses, munera tua tecũ sint; nos vnum verũ Deũ colimus, qui & te gehẽnæ addicet. quibus verbis in furore actus Diomedes, lapidibus cædi eorum ora iubet, & in carcerem mitti, & post dies octo commisit 12 eos Siluano, vt deduceret in Siciliam.

Delati autem primum sunt Messanam, inde Tauromeniũ, ibi 13 tũ forte erat Tertullus Siciliæ prouinciæ rector, multosq; christianos neci tradebat: acceptis ergo literis Valeriani, quas ei Simanus attulerat, Sãctos interrogat, cuiates sint, & quam religionem colãt? cumque illi Christianos se esse profiterentur, tum sereno vultu Tertullus, obtemperate inquit, & Idolis sacrificate. at illi, lapides sunt, & ligna, respondent. quo audito, efferatus Tertullus, 14 radi eorum capita iussit, & picem superinfundi, faciemq; totam pice denigrari tum 15 efformato in iugum ligno, imponi collo ipsorum. & manus quoq; in id inseri, atque ita perduci eos vsque Leontinos. progredientes ergo ad hũc modum, vbi peruenerũt ad Maschalorum 16 montem, ligni pondere vehementer grauabantur, adeo vt Philadelphus animi deliquio pene deficeret. quod ille sentiens, fratribus dixit: orate pro me, nam vires me deficiunt. cumque orassent, protinus affulsit in eos splendor, cum vehementi vẽto, collapsisque in terram militibus, velut mortuis, iugum quoque simul ablatum est, & immane actum. terribili autem vir quidam aspectu Sanctorum capita, & faciesattigit, ac repẽte mundati sunt, capillique, vt prius, enati: excitarunt ergo milites, & iter alacri animo prosecuti præibant ipsis, qui numero erant XL. & quia in itinere erat Catanensium ciuitas, eam ingressi, carcere inclusi fuerunt. postero die Leontinos perducti. vbi autem ad Symæthum 17 fluuium peruentum est, quoniam vehementer exundarat, & transmittere nemo poterat, cõpellebantur à militibus Sãcti fluuium subire, quin & capita eorum cædebant, vt ingredi cogerent. cupidus enim illorum exitij Dæmon aliena forma milites inducebat, vt illos transire priores, iuberent, dicens, se ante horam traiecisse. coacti ergo sancti precibus ad Deum se cõuerterunt, resediteque confestim ad breue spatium æstus, atq; ita sine periculo transmiserunt, vix vt ad genu aqua pertingeret. quod intuiti milites, celeriter & ipsi fluuiũ subierunt; verum aquis 18 subito cõfluenti hus, obruti perierũt. quattuor autem post dies reliqui eorum socij traiecerunt, & sanctos 19 perduxerunt Leontinos. Introducti 20 igitur in Prætorium, Alexandro tradunt, quos ille protinus in carcerẽ 21 duci iussit. morabatur interim Tertullus per tractus illos. quin & Messanensiũ 22 vrbem adijt, & Mylas, Christi fideles vbiq; persequens: tertio verò post mensẽ Leontinos reuersus est.

Transactis autem aliquot diebus, cõsidens pro tribunali, sisti sibi germanos fratres iubet obstupefactusq;, vbi eos vidit, hora integra hæsit, animo agitans, quomodo eis renati essent capilli. & qua ratione mundati fuissent. accitoq; vno è militibus, quibus eos Tauromenij ducendos commiserat, interrogabat; quid hæc sibi vellent? miles autem singula narrans, quemadmodum mundati fuerant in monte Maschalorum, & de Symætho fluuio, & de octo militibus in eo submersis, quibus auditis Tertullus pudore suffusus, retrahi sanctos iussit in custodiam. exactis demum decem diebus, adduci rursum ad se iubet, crinibus arreptos. & post multas, simulatis blanditijs, propositas interrogationes, vt cõstantes illos vidit, adferri iussit duodecim 23 fustes è palmis, & apponi cuiq; illorũ carnifices quattuor, & eos cædere acriter. dũ autẽ pergunt, cædẽdo tortores tãgigati defecerũt, arescentibus ipsis manibus. tũ ira incẽsus Tertullus, soluti Sanctos iubet, & in carcerẽ reduci, eorũq; 24 pedes cippis ligneis includi, & ceruicibus imponi lignũ ingens, quod viri sex ægre sustinebant. Sancti autẽ hac mole onusti Deo gratias agebant. Non ferens hæc Diabolus humanã figurã induẽs ad Sãctos aduenit: & dixit, audite, consulã vobis adolescẽtes: adorate Deos simulatione, & liberabimini à tormẽtis, postea miserebitur Deus vestri; ad quæ respõdentes Sancti, Diabolicũ, inquiunt, hoc cõsilium, recede homo à nobis, atq; ita disparuit. paucos post dies immisit in animũ Tertullo Diabolus, vt fieri iuberet 25 vncinos duodecim ad perimẽdos Sãctos, admotisque ad singulos binis ante oculos tortoribus, & totidẽ à tergo, extẽdi iussit vncinos ferreos; lacerabãturq; Sanctorũ mẽbra, ita vt viscera ipsa penetrarẽt. diffluente autẽ vbertim sanguine, defixis in cœlũ oculis orabãt. & data illis est patiẽtia multa. Post hæc in carcerẽ retracti sũt, noctu autem apparuit eis Andreas Apostolus, ipsos animans, & plagas eorum sanauit.

Postri-

11 Ceruicib', manibusq; ugum e, ligno inser tum

Postridie itaque misso à Tertullo milite, qui videret, an adhuc viuerent. postquam audiuit eos conualuisse, accersens ad se, ait illis: & quis vos sanos fecit? Dij vtique, ætatis vestræ florem commiserati. sacrificate igitur ipsis. At sancti, & quomodo, inquiũt, opitulari nobis possunt muta Idola? Dominus Iesus ipse est, qui nos sanauit, & de te pœnas sumet. Tum iussit fieri calceos ferreis clauis munitos, & ignitis, atq; ita forcipe indui in pedes illorum; & hoc modo agi sanctos à tortoribus. cum verò ambulare non possent, quia claui pedes eorum configebãt fluebatque cruor affatim, & S. Philadelphus aliquantulum vi doloris subsisteret, caputq; illius percuterent carnifices, animabant eũ fratres Alphius, & Cyrinus, dicentes: curre; frater, sustineamus hæc momentanea: futura bona æterna sunt. quibus verbis sic affectus est Philadelphus, vt resumpto animo, iã ipsis præcurreret. claui porrò ipsorum pedes penitus transfixerant. sed orantibus ipsis, factus est in eos diuinus splendor Spiritus Sancti, qui corda ipsorum confortauit, & acerbum illum cruciatum exemit. inde gaudentes, & Deum laudantes properabant, adeò vt vix assequi possent ipsi carnifices. Postquã ergo ad destinatum locum perducti, indeq; reducti sunt, contemplans eos Tertullus, 26 exiens è balneo, præ stupore vultum immutauit. dicebant autem magistratus, eos fortasse magos 27 esse. quo incensus Tertullus iussit eos in cãrcere dies decem absque cibo seruari. missis, qui 28 ianuas obseruarent, ne quis panem, vel aquam ipsis afferret. At sancti subridebant, dicentes: præ insscitia hæc loquitur infelix, Dei potentiam ignorans, perseueranteſque in oratione triduo manserunt. tum clauis ianuus adstitit 29 vir grandæuus tres adferens panes, & aquam in vase. quo viso acciderunt illi ad pedes, & dixerunt: ben. dic nobis, ò Sancte Apostole. ille autem erigens illos, ait, modicum adhuc torquebit vos impius, & è corpore migrabitis. discedente autem illo, ederunt sancti, & biberunt. quo audito Tertullus, ira excandescens, quid faciam, ait, iltis magis?

Exacto autem dierum decem spatio, adduci eos à militibus capillis tractos, iubet, atque ita alloquitur: quousque tandem aduersus tormenta obdurescitis, magica potius arte nixi? obsequimini ergo, & Deos colite. cui sancti, parati, aiunt, sumus, quæ nostra est in Christum fiducia, ad cruciatus omnes. 30 iubet itaque Tertullus, boijs 30 ipsorum carnes crudeliter dilaniari. deinde colliquefieri 31 in lebete plumbum, picem, & bitumen; ipsorum vero corpora denudari, & saxo ingenti substerni, arcteque colligari: tum effundi in eorum capita lebetem, & in corpus vniuersum: Sancti autem clamabant; miserere Domine, & da vt tormenta hæc perferamus, plumbum autem, & pix cum immitterentur, vento vehementi aspirante, concrescebant; ità vt sanctorum corpora lædere non possent. Quod cernens Tertullus, furore ardens, iussit eos pedibus suspẽ di, & acerrimum 32 fumum ad capita admoueri. cumque id etiam fortiter sustinerent, grauius commotus, solui eos iussit, & capita iterum radi, vt antea, picemque infundi, & iugum ligneum ceruicibus imponi adeo graue, vt vix illud sanctorum collo iniecerint viri decem: atque in hunc modum constrictos vrbem 33 totam obire, præeuntibus, qui dicerent, has pœnas dabit, qui Deis non sacrificant. exinde Tertullus eos custodiæ tradit. ingressi autem carcerem sancti, ad precesque conuersi, statim vinculis soluti sunt sua sponte confractis, ligniq; machina euanescente, renati sunt 34 capilli, & facies mundata. quod vnum optabant sancti, nihil de iugo solliciti.

Vt ergo postridie adduci eos iussit Tertullus, & renouatos vidit, ira inflammatus, præcepit iterum eorum manus, pedesq; funibus illigari, addique ad pedes cuiusq; milites decem, totidem ad manus, pronosque in terram ab illis rapi per aspera saxa, nudatis corporibus. ceterum effluebat vbertim sanguis, dissecabanturque carnes, ita vt viscera ipsa conspicerentur. iussit porrò, & resupinos quoque agi, & rapi, quoad ossa denique apparerent. atque in hunc modum tractatos reduci in carcerem. Turba 35 autem ingens, quæ sequebatur, flens clamabat; Deus, quem colunt hi sancti, miserere illis, & nobis. Tum præcepit vocari Tertullus, fabri cari craticulam 36 ingentem, & patellam ex aere, & vncinulos tres paruos ad exscindendam Sancti Alphij linguam. At Thecla 37 & Iustina pecuniis 38 Alexandrum promeritæ, carcerem intrarunt, vt Sanctorum vulnera linteis colligarent. Quibus Sancti, absit, inquiunt, habemus, qui nos solo verbo sanet. vos vero illa egenis date, & pauperibus. Porrò Iustinæ altero orba erat oculo, accedenique ad Sanctum Alphium, rogauit vt manum suam præberet, quam vt extendit complexa eam Iustina, & oculo admouens, statim lumen recepit; abijtque Deum collaudans. Vna etiam è Iustina ancillis, quæ aridam habebat manum, Sanctis supplicans, illicò sanam, vt alterius similem recepit.

Post hæc Tertullus iubens ad ferri craticulam, & sartaginem cum vncinis, incendi ea iussit ad summum: deinde inijci in sartaginẽ plumbum, picem, & resinam, & vehementer excalefieri. Tum productis in medium Sanctis; en, ait, quæ vobis præparaui; nisi Dijs sacrificetis. cui illi, fac, vti vis, impie, nos nemo separabit a charitate Christi. Exstimulatus ergo ira Tertullus, Sancto Alphio linguã excindi præcipit. tum ille; & si vocis organum succidas, attamen Deus silentes audiet. aperto itaque illius ore per milites, corripuerunt tortores vncinos, linguamque 39 extra productã abscinderunt, magnaque vi sanguinis prorupente, animam Deo efflauit. pari modo, & Philadelphum in craticulã imponunt. at ille cum assaretur, dicebat; Domine Iesu, in manus tuas cõmendo spiritum meum, carbonum verò aceruus defluentis adipis copia extinguebatur. atque in hunc modum emisit spiritum. Sanctus autem Cyrinus, Deum

26
27
Incolumitate Mart. Tertullus insanit
28
29
30
31
Adolescentes rursum dilaniari boij iubet & colliquefactum plumbum picemque infundi.
32
33
34
Nudi per aspera saxorum aguntur.
35
36
37
38
Pię femine carc. pecunia penetrant, vt vulnera Martyr. procurent
39
S. Philad. in craticula in assatus

Digitized by Google

laudans se ipsum coniecit in sartaginem.atq; ita consummati sunt, cũ diros cruciatus pertulissent, Mense Maio, die decima, in loco, qui Publecus appellatur, imperauitque Tertullus alligari funem ad pedes eorum, & tracta hoc modo cadauera, 40 in cisternã siccam proijci in loco, cui Strobelio nomen, est, prope domum Theclæ, & Iustinæ. erant verò beatæ hæ feminæ sanguine coniunctæ, & diuites: his ergo cognitis, aduocatisque famulis numero quindecim, ad puteum accesserunt, & suauem odorem perceperunt, lumenque conspicuum circumquaque; propiusque progressæ sanctos ipsos supra cisternã offenderunt, & collucentes eorum vultus, ac corpora prorsus integra, & intacta. cum ancillis igitur quinque accedentes Thecla, & Iustina eorum pedes exosculatæ sunt; & vnà ex ancillis Theclæ surda ab ortu suo, vt quæ vocem nullam vmquam perceperat, simulac pedes sanctos attigit, continuo apertos sensit aurium meatus. Attonitæ itaque mulieres famulis præceperunt, vt corpora cum tremore tollerent. Vix autem manus admouerant tres è famulis, Barnabas, Iulianus, & Agathonicus, è quibus duo Theclæ erant, tertius Iustinæ, cum sponte sua humeris famulorum se se applicuerunt corpora, ita vt pondus nullum habere viderentur. adferunt ergo illa in ædes Theclæ, & Iustinæ, deponuntque 41 in cella parua, ac munda, vbi & spelunca erat. ante speluncam verò exstructa fuerat cella, vt suspicari nemo posset, ibi speluncã esse; in spelunca 42 porrò asseruabant feminæ viuificam, & venerandam crucem abscõditam, ad quam singulis diebus adorabant, ipsæ, & familia earum. ibi ergo in spelunca illa deposuerunt, vbi & 43 religiosum eorũ templum exstructum est, post quam ecclesiæ Dei pacem nactæ sunt per Dei gratiam, cui gloria in sæcula.

Vide Animadu. fol. 51.

40. Sepultum in cadau.

Surdæ, & mutę restituunt vsũ aurium, & linguam.

41

42

43

MIRACVLA
SS. ALPH. PHILADELPHI ET CYRINI MM.
Ex eisdem Actis Sanctorum MM.

QVATTVOR post annos ab excessu SS. MM. Alphii, Philadelphi, & Cyrini, Tertullus Consularis, qui Siciliam 1 administrarat, multa cum cæde christianorum, cælesti tandem vltione pœnas luit. quippe ita rem moderante Deo; qui iam tum impune diù grassatam eius impietatem extinctam volebat. noxæ verò fabricator Dæmon fuit. cum enim renuntiatum esset Tertullo, in Cyparessij speluncis Episcopum Agathonem latere; milites statim, qui eum comprehenderent, destinauit. Sed ille sedes iam mutarat, ope Theclæ, & in Selenodium montem ad Alexandrum se contulerat. non tulit Diabolus ita sefelli, odioq; & rabie feruens aduersus Theclam, hominis ignoti figuram, speciemque induens, ad Tertullum defert, iam misisse famulos, equosq; qui Christianos illos in Selenodium perduceret, vbi & Alexander latitaret. Quo nuntio Tertullus summopere gauisus, nosti, ait, delatori, locum? pernosse se, cum respõdisset; conuocari milites iubet, ac sequi quò Diabolus ille, quem hominem credebat, duceret: à Thecla interim abstinuit, Marullo adsessore id persuadente, nequid in vrbe tumultus excitaretur, donec Alexander comprehenderetur.

Dæm. Tertullum docet latebras Christianorum

Igitur egressi Leontinis, adsessoribus Herpione, Marullo, & Colymbione comitantibus, haud quaquam rectà, sed per Iudæorum habitationem, ad Selenodium iter inierunt. cum verò Tertullii adsessores aberratum à via dictitarent: illud Dæmon caussabatur, ne puluerem ex equitatu sublatum prospicientes ij, qui quærebantur, in fugam se se proriperẽt. Inde vbi progressi sunt aliquantulum supra 2 Leontinos, vbi præruptæ vndique valles, altissimæque terrorem incutiunt, Diabolus è vestigio humanam exutus formam, in prægrandem cerum vertitur, quem propere, vt Tertullus vidit, admisso equo, insequi cœpit: ille autem studio se admouens certum in interitum doli nescium trahebat; erat prope locus altus, obscurusque, & asperis horrens saxis: hic dum ceruum ambiunt, Herpion, Marullus, & Colymbion, arrectis repente pedibus insultant equi, visique mox in conspectu 3 SS. MM. Alphius, Philadelphus, & Cyrinus, gladios gerentes, quibus Tertullum impetunt, & Alphius quidem os impiũ transuerberat; humeros cædit Philadelphus, cor denique Cyrinus confodit. ad hoc Leontinorum primores, qui cum Tertullo erant, corruunt ad vnum omnes, vnà cũ equis. neque iam inter mortales vmquam reperti. Is fuit impiorum hominum fatalis exitus, vita dignus, qui ne iam terras, vel corporibus ipsis inficerent, absumpti cũ ijs fuere. ceterum, quæ acci-

2

3 Insultant in sanguinarios equi exterriti.

Digitized by Google

accíderat, cladem ex militibus vidit nemo. Sed vbi extinctos diu frustra exquisiuerant, Leontinos recepere sese, quamquam plures amicis inde narrabant, conspectos ab se Sanctos fratres, cælestesque copias eos persequẽtes. porrò ea ipsa nocte apparuerunt Theclæ Sancti Martyres Tertulli exitum nunciantes; simul iussere, vt Episcopo Agathoni, & Alexandro significarent, eosque in vrbem deducerent: ex eo tempore aucta est in Sanctos Martyres veneratio, quorum opera factum videbant Leontini, vt grauissimo Tertulli iugo ciuitas leuata esset.

Ferę Tert. cadau. vorarunt.

Caput supra spelun cam MM. repertum.

Ceterum quo loco cælitùs percussi ceciderant impij, Tertullum ferę animantes deuorarunt. tricesimo autem pòst die caput repertum est supra speluncã, in qua Sancti Martyres condebantur. Quidam vero Lucianus è primarijs ciuitatis, qui Tertulli consiliorum particeps numquã fuerat, illac præteriens, caput vidit; simulque Leontinos regressus, Theclam aliosque monet, exirent 4 extra vrbem ad occasum: ibi Tertulli caput supra speluncã diuinitus apparuisse; nesciebat enim ibi condita esse corpora Sanctorũ; eò multi cum venissent, conterriti, clamabant, magnus, ac terribilis est Deus, quem Christiani adorant, quod certe caput exurere flammis, cum viri pij deliberassent, Thecla, & Iustina religiosæ mulieres prohibuere, præstare putantes, ibi relinqui ad insigne illorum dedecus, qui suadentibus Sanctis in Christum credere noluerunt, expectandũq; quid illo faciendũ, patefaceret Deus. vniuersi cũ abscessissent, spelunncam ingressi Episcopus Agatho, Neophytusque, & Clerici, in precibus pernoctarunt. ecce autem sub gallicinium Agathoni sese, ac Neophyto spectandos offerunt Sancti Martyres, monentque: Tertulli caput hinc sublatũ è ligno suspendite, & relinquite ad notã amicorum eius; quamquam multi etiam viri, ac mulieres suũ in Christum Dominum virus profundentes sceleratum caput miserabantur, & Tertulli vicem dolebant.

4

Miraculum secundum.

Diuina vltione puniti ob blasphemias in SS. MM.

PRæcipui cultores Deorum Virgantinus Victorini filius, & impius Serulianus, qui B. Euthaliam sororem interfecerat, simul ac accepere Tertulli caput apud Strobelium iacere, illuc profecti contendere cũ famulis duobus, vt inde tollerent, in Deorũ delubra transferre cogitantes. illud tamen cum perlustrato diu loco, minus inuenirent, maledicta in Sanctos Martyres Alphium, Philadelphum, & Cyrinũ dicere, furentesq; comminari eorũ corpora cõbusturos, cinereſque in aerem dispersuros: cũ ingenti de repente tremore correpti, & mente capti, iusta infandi facinoris supplicia persoluunt. Tum ecce tres horribili specie viri apparent, alijque ipsorum velut administri, candida omnes induti veste. ibi tres illi indignantes administris dixere, percutite impios, & exsecrandos istos, qui posuerunt os suum in cœlum, & Sanctos Domini blasphemarunt. Posteaquam multis in eos verberibus, acer, bissime sæuitum est, iussere rursum viri tres excitate illos humo, in facie male cædite, defodite oculos: discant conditorẽ suum non blasphemare. ita diuinæ vindictæ administris abeuntibus, scelesti homines ibidem afflicti, excæcatique iacuere; nihil inde quidquam mouere se valentes. Posteaquam illuxit, Iulianus quidã illac iter faciens, quattuor illos iacentes vidit. vt propius accessit, agnouitque nesciens cæcos esse; surgite, dixit, è medio viæ, viri, vt transeam. Virgantius respondit; crede, frater, nescimus, quo loco versemur; & hora hæc dies ne sit, an nox. omnes, quos cernis, cæci sumus. pudet me vero causam eloqui. Iulianus autem agnoscens Seruilianum, numquid, ei dixit, tu impius ille es, qui sororem trucidauit? tremefactus ille responsum nullum dedit.

Videns igitur illos Iulianus in tanta ærũna confestim redijt ad Theclam, hæc edocta rem, mirum Dei opus visura, ad Strobelium festinauit cum puellis quinque, & famulis quattuor; vt peruenit, & excæcatos viros illos conspexit, cognouitque, grauiter fleuit. nec nosse simulans, qui nam essitis, inquit, ò fratres? ecquid causæ fuit, vt cæci essetis? agnouit Theclę vocem Virgantius, respondítque: numquid tu, Thecla es, quæ tribus sanctis fratribus ministrasti, quos impi Tertullus morte sustulit? nos, Domina, miseri, & infelices, nocte hac errantes huc venimus, deuotũ inferis Tertulli caput auferre hinc cogitantes. inuenire cum non possemus, insanire cœpimus, & sodalis hic meus sanctos fratres contumelijs incessebat. neque hic scelerum nostrorum finis fuit. ad puteũ ire deliberabamus, in quem proijci corpora Tertullus iussit, igniqne ea succendere, & in cinerẽ redacta ossa dissipare. quæ nobis animo agitantibus, & quo destinatũ erat, pergere parantibus, repente ingens nos tremor occupauit: coramq; formidabiles viros tres aspeximus, & cum ijs viros validos, & robustos, ipsis ministrantes, candida omnes veste indutos, qui nos virorum trium iussu verberibus crudeliter affecerunt, & oculis orbarunt, vt quo nunc loco simus, plane ignoremus.

Hæc vbi Thecla audiuit, festine domum reuersa est, narrauitque ordine Agathoni, Neophytoque, ac familiæ, quos magna cœpit admiratio, mox vt ea discussa est, celeriter omnes Strobelium petunt. hic rursum B. Agatho, Virgantinum rogat, tantæ calamitatis caussam. is, vbi accepit eum esse Episcopum, quẽ sæpe quidem in ædibus Theclæ docentem viderat, sed animum Doctrinæ ipsius numquam adiecerat; Pater sanctissime, dixit, peccatũ meũ, & blasphemia, quã in Sanctos Martyres dixi, hęc me iusto malo mulctarunt. Tum B. Agatho dixit, & quẽ putas ista hæc potuisse? Virgantinus respondit, haud sane aliud scire se, quàm vnum hoc, magnum videlicet esse Christianorum Deũ. eumque tam inusitatis modis, vnum potuisse in tantũ scelus animaduertere. eius quippe

pe ſe terribiles vidiſſe copias cum ſanctis tratribus, quos ſolos noſſet, quorumque iuſſu, omnes peſſime cæſi, & oculis orbati eſſent. Atque hæc Virgantius eloquebatur, per oculorum cœcitatem mentis lucem iam conſecutus. at contra Seruilianus mœrore tabeſcere, æſtuare odio, nec rẽſpondere quidem.

Iam ſimul ac tanti caſus fama Leontinos peruaſit, effuſa multitudo concurrit ad ſpectaculum. & ipſe inter primos Victorinus, Virgantini pater, materque: ac filium grauiſſime affectum, oculiſque, quaſi mucrone effoſſis, horrendum conſpicati, veſtimenta præ dolore conſcidere, capitibus iniecto puluere. lugebantque, væ nobis: quid agemus, fili, aut quemadmodum hunc tuum caſum perferemus? ceterique vna omnes cum eis collacrymabantur. Enim verò Deum omnes eo die pertimuerunt, atque adeo ex infidelibus multi nomina Chriſto dabant, palamque ſe chriſtianos eſſe profitebantur. tum Victorinus, eiuſque vxor, filium inde tollentes, ad Epiſcopi, & Neophyti pedes ſiſtunt, cum lacrymis obſecrantes: miſeremini noſtri, patres ſancti, Ieſu Chriſti famuli: orate pios Martyres, qui pro Chriſti nomine acerba hic ſupplicia perpeſſi ſunt, vt qui multos Chriſti virtute ſanarunt, filio impetrent ab eo ſanitatẽ audiui enim ex vobis benignum, ac miſericordem eſſe Chriſtianorum Deum. cui Beato Agatho, reuera frater, miſericors, ac perbenignus eſt chriſtianorum Deus, ſupra omnem hominum malitiam, nec mortem vult peccatoris, ſed vt is conuertatur, & viuat. ad illum ipſum Deum ſi acceſſeris animo, & pœnitentiam egeris, credideriſque potentẽ eſſe, ad morbos omnes ſanandos, tibi plane reſpondebitur, quod ijs in Euangelio dictũ eſt, qui cœci fuerant: ſecundum fidem veſtram fiat vobis. tum parentes, vnaque filius Virgantinus conclamant. Chriſtum confitemur, Chriſtum adoramus, Chriſtum inuocamus, Sanctoſque Martyres laudamus, qui pro Chriſto vitam profudere. ad hoc famuli duo ſe chriſtianos eſſe clamabant.

B. Agatho inuitat ad pœnitentiã & fidem

At miſer Seruilianus ſolus ſedebat, nemini reſpondens. cui mater Eutropia dixit: cur & tu, fili, non accedis ad Chriſtum? ſpero enim, quod & te per Martyres ſuos ſeruabit; ille verò impius; diſcede, inquit, à me nugatrix, vnà cum ambuſtis, tui ſimilibus. ſatius mihi eſt, vt mortem oppetam, quàm fidei me tradam, quam ignoro, & Deum adorem, qui aperte non cernitur quæ cum audiret B. Agatho, ac Neophytus; hic dixere, iam traditus eſt Satanæ: ſinite illum. cum igitur ad ſalutaria illum monita obſtinatis animis obduruiſſe viderent omnes, non ſine acerbo doloris ſenſu reliquerunt.

Sed alter obſtinatior, Satanæ traditus eſt

Virgantinum verò filium Victorinus Agathoni Epiſcopo commiſit. is autem Neophyto, à quo inſtruebatur in dies, vnàque cum Victorino, ac famulis duobus cœcis ieiunabant, orabantque, vt viſum reciperent. illũ ergo Neophytus docuit per dies quadraginta: dein perduxit ad ſpeluncam, in qua corpora SS. MM. Alphij, Philadelphi, & Cyrini condebantur; vbi dies alios quadraginta permanſere. tum viſi in ſomnis Theclæ Sãcti Martyres, & renuntia, inquiunt, Agathoni, octoginta iam dies eſſe, ex quo diuino iudicio excœcati ſunt iſti: educat hinc in ædes ſuas, inſtituatque alios quadraginta dies; atque vbi præterierint, reducite huc rurſum, & Dei virtutem agnoſcent. poſteaquam Neophytus per dies centum & viginti probe eos inſtruxit, chriſtianiſque præceptis imbuit, in ædiculam ſpeluncæ SS. Martyrum adduxit. vbi poſt mediæ noctis preces, Neophyto, adſtante ſimul Thecla, viſus eſt Andreas Apoſtolus, vnàque SS. MM. Alphius, Philadelphus, & Cyrinus; atque Apoſtolus ita affatus eſt: quod petitis a Chriſto per hos Sanctos, vt cœci viſum recipiant, iamiam fiet. ſed in ſaxo ſpeluncæ, quæ eſt ad Orientem, è regione Sanctorum Martyrum, oleum inuenies, Chriſti gratia fluens; inde accipiens, digito eorum oculos inunge. mane igitur, vt diluxit; Virgantinus, ac reliqui cœci ſacro oleo peruncti a Neophyto oculorum lumen recepere. viſu reddito, Deum, & Sanctos Martyres laudibus efferebant. cum vero Victorinus, filium ſuum iam videre audiſſet, procedit ad pedes Agathonis, omneſque ſuas facultates Theclæ commiſit,

Cœci diuinitus illuminati ſũt

Miraculum tertium.

CLaudus quidam erat Leontinis, aridam habens dexteram manum, & alterum pedem, quem trahebat; unicum item habebat oculum: quo autem die, Virgantino, Seruilianoque, ac famulis duobus lumina diuinitus eruta ſunt; claudus hic poſtremus omnium in Strobelium peruenit, baculum manu tenens, ut cognoſceret, quæ acciderant. Verùm cum intueri eos non poſſet, qui excœcati fuerant, Dei uoluntate factum eſt, vt ſpeluncam inſcenderet, qua parte os patebat: porrò claudus hic perſæpe cum Sanctis Alphio, Philadelpho, & Cyrino, quo tempore detinebantur in carcere, familiariter uerſabatur, nec prohibebatur, quia cœcus erat. Chriſti uero pij Confeſſores ei ſuppeditabãt quæ à Thecla offerebantur. quodque ad ipſos ueniret, ualde diligebant. tunc igitur ſupra locum conſtitit, in quo Sancti Martyres quieſcebant. inde cum populus abſcederet, impulſus à turba cecidit. iamque humi delapſus prope erat, ut conculcaretur; quod ubi perſenſit, cum lacrymis exclamat, Sancti, & Domini mei, adeſte mihi hac hora, nè proterar pedibus, & enecer. hæc cum diceret, adfuit Sanctus Philadelphus, eique dixit Criſpe, frater, (hoc enim ei nomen erat) ſurge in nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & ambula. apprehenſaque eius manu arida, erexit eum, & complectens oſculatus eſt. Tũ in ipſo S. Philadelphi complexu, ſtatim eius oculus apertus eſt. dixitque S. Philadelphus: vade, frater in pace, laudans, & glorificans Deum. quo dicto, eum dimiſit. ibat autem Criſpus exſultans, & Deum magna uoce collaudans, canenſque; magnus Deus Chriſtianorum: magna uirtus, & poteſtas SS. MM. Alphij,

Criſp⁹ claudus, cœcuſque.

A turba ad necem proteritur

Digitized by Google

Alphij, Philadelphi, & Cyrini; magna, quæ per ipsos patrata sunt miracula. pergebatq; hoc modo vociferans. quæ cum Agatho Episcopus; vnaque Neophytus, cum Thecla & Iustina audissent, & turba, quæ aderat, laudem Deo dederunt, dicentes: Benedictus Deus, qui per glorioſos Martyres suos nos respexit. Peracta autem oratione, B. Agatho dimisit omnes, dicens; ite in pace, fratres, & filij dilectissimi, Deum glorificantes, patrem Domini nostri Iesu Christi, quem decet gloria in secula seculorum.

Miraculum quartum.

ERat iuxta Theclæ domum Camellarica locus, in quo lapides cædebantur, ad extruendas ædes SS. Martyrum Alphii, Philadelphi, & Cyrini: æstuans autem ira Diabolus, nec vinci se ferens, pluuia magna exorta vbi speluncam introiere Latroni XXXIII. Donatusque, & alii quinque ex aurigis, supra eos aceruum lapidum impulit. at illi SS. Martyrum opem inuocantes, ab eis seruati sunt; sparsa tamen est fama per Leontinos, misere oppressos obruisse. accurrit igitur turba cũ B. Thecla, & ecce tres Sancti fratres, aliiq; Sancti Martyres XX. adiutores cum grandæuo Apostolo, lapides remouerunt, illosque incolumes ostenderunt.

Sed SS. Fr. & militum XX. adiuuantium, & Apostoli Andreæ ope periculo erepti sunt.

Miraculum quintum.

POst Theodosium Episcopũ, arcano Dei iudicio, Crescens impius Ecclesiæ Leontinæ præpositus est. sed statim atque iniit Episcopatum, in eum Satanas ingressus est. igitur aduocatis ad se presbyteris, & primoribus Ecclesiæ, nefas est, inquit, diuinum in sacra mensa confici sacrificium, quamdiu in ea condantur ossa. cui illi, quid nam est, quod loqueris? quomodo igitur Episcopi altaria, sanctificantes, ea non consecrant, nisi Sanctorum reliquias in iisdem locent? impius vero ille ait, hos ego sanctos non appello, sed peregrinos, propter linguæ intempestantiam igne consumptos. demum die quodam arreptus furijs, in templum venit cum ignotis aliquot hominibus, aususque, clàm sustulisset Sanctorum Martyrum capsulas intra altare depositas, nisi Lucianus Archidiaconus superuenisset, eiqué disuasisset. quod vbi populus cognouit, parum abfuit, quin lapidib' illum conficeret. eodem tempore Crescens, agitante Dæmone, in Antianum Castellum digressus est, vt reliquias Sanctarum Isidoræ & Neophytæ, ac Sanctorum Martyrum XX. ex altaribus erutas proiiceret, quo audito, Lucianus misit ad Heraclium Antianorum presbyterum, vt Ecclesiæ fores obseraret. adueniens autem in Ecclesiam Crescens, aperiri fores iubet. cum perficere rem, serui nequirent, Lucianus ei dixit: non ab Heraclio munitis foribus; sed à Deo repellimur, qui Sanctorum reliquias proiici nequaquam permittit. iratus Crescens, afferri secures iussit, portasque erui. sed nihil scelestus profecit, præque angore animi, nec comedit eo die, nec bibit per noctem ei Martyres XX. apparuere, ac circumdantes, quid agis, miser, inquiunt? quid in nos furis, impie. qua venisti ad nos via, redi, ne gladio ancipiti Deus te perdat. expergefactus, perterritusque Leontinos regressus est. Igitur cum in Ecclesia Sanctorum Martyrum Crescens per triennũ non sacrificasset, rursum instinctore Dæmone, bellum in Sanctos Martyres aggreditur XXX. viros in templum conduxit, qui capsas tollere conati, mouere neutiquam potuerunt. sed obriguere, ac veluti mortui cecidere; nec surgere valuerunt, nisi a circumstantibus foras educerentur.

In arcas ausi statim examinantur.

Deinde artifices octo misit, vt sepulcra demolirentur, qui simulac attigere loculum Sancti Alphij, repente velut ab aliquibus vi magna pulsi, exanimes conciderunt. erupitque ex spelunca, in qua Sanctorum Martyrũ corpora condebantur, splendor fulguris, ac Diabolum abegit, qui figura hominis, Crescenti adstabat. tum horis tribus interiectis rediens ad se Crescens, ductus est domum, paucis post diebus; aurum, gemmasque omnes sustulit, Martyrumque acta, & miracula, quæ Beatus Marcus monachus conscripserat, igni tradidit, tum tremore correptus animam misere effudit.

✣

Vide Animadu. fol. 55.

TRANS-

Digitized by Google

TRANSLATIO
SS. MM. ALPHII
PHILAD. ET CYRINI

SATIS constat, Sãctissimos Christi Martyres Alphium, Philadelphum, & Cyrinum, persecutione Decij apud Leontinos pro Christo occisos fuisse, conditosque ecclesia superstructa, sed a eorum corpora, quo tempore, quaue caussa Leontinis sublata sunt, in obscuro manet. traditum est dumtaxat à scriptoribus, centum triginta fere ante annos, arcam refertam ossibus cum historia Græce scripta, inuentam in Monasterio S. Philippi Fragalatis ad Tyrrhenum mare, quamquam alii in vetere, desertaque ecclesia defossam prodidere, quæ prope idem Monasterium fuit, dum eius absis ad aram maximam diueretur. Diu tamen ignoratum est, quæ corpora forent; donec Abbas Græce doctus Monasterio præficeretur; qui perlecta historia, cum Sanctorum Martyrum Alphii, Philadelphi, & Cyrini ea esse corpora cognouisset, sollemni supplicatione, insignibusque officijs honorauit, idque anno Christi Domini CIↃIↃXVII. factum esse commemoratur. Quod ubi Leõtini per Ioannem Falcum virum religiosum accepere, statim ad recipienda corpora animum adiecere.

Inuen. SS. MM Alp. Philadelp. & Cyr.

Magnis tum motibus Sicilia quatiebatur, intinctore Ioanne Luca Squarcialupo. eam nacti occasionem Leontini, viros aliquot præmisere, qui facinus aggrederentur. profecti Augusto ineunte, cum eorum consilia detecta pernossent, infecta re, intra quatriduum rediere. Primores igitur Leontinorum, cum super eo negotio consuleretur, vi agendum esse decreuere. statim equites C. coacti sunt, armisque instructi, qui Monasterium oppugnarent, clam vbe digressi, dictitantes, cum ab obuiis interrogarentur, milites esse ducis Squarcialupi, aduersum eos, qui latrocinia exercerent, intempesta nocte. ad Fragalense Monasterium perueniunt; foribusq; perfractis, introgressi, irrumpentium strepitus, equorumque monachos somno excitauit, aspectus armatorum perterruit. tum Præfectus agminis, venia ab Abbate petita, si quid inuito pateretur; Leontinos esse eos dixit, neque ipsis quidquam deliberatius esse, quàm SS. Alphii, Philadelphi, & Cyrini reliquias in patriam deportare, consulto illuc venisse: amore pignorum suorum pertractos. proinde aperirent, qua latebra occultarentur, nam fas, natales in terras deferri, quas profuso sanguine decorauissent. eoque solo condi, seruarique, vnde in cœlum commigrassent.

Leontini ss. MM corpora vi, armisq; repetunt.

Contrà Abbas, hisque conatibus obniti sed nulla eius excusatio, nullæque preces peruicere, vt Leontini absisterent. qui vbi videre, nihil blandimentis profici, minas, terroresque interiecere. his coactus Abbas, quibus latebris reliquiæ occultarentur, indicauit, supra tectum ædis abditæ erant. arca deinde, desumpta, sacra ossa singillatim Abbas monstrauit, quibus odoratis, rursumque in arcam inclusis, cum Græca historia, Leontini, ne à vicinorum opidorum accolis impedirentur, transuersis itineribus in patriam cõtendere: festa vrbs obuiam effusa, Clerus, magistratusque, vbi Martyrum suorum reliquias saluas tauere, magna cum pompa, lætitiaque in vrbem intulerant ad 4. Nonas 3 Septemb. in ipso Leontinorum ingressu multa miracula contigere, quæ consequentibus etiam temporibus Sanctorum Martyrum promeritis continuata sunt.

SS. Miraculis coruscant

Ex inde magistratus, populusque Leontinus Paulum Constantinum ad Leonem X. Romam destinauit, quem tota de re edoceret; precareturque, ne Leontinos antiquissima possessione Martyrum suorum moueri pateretur, quam ante annos CIↃCCLXIV. adepti fuissent, cum eorum cæde, ac sanguine perfusi, ornatique sunt. Romanus Pontifex precibus Leontinorum permotus vrbem Leontinorum diris exemit, reliquias vt retineret, diplomate suo firmauit, ex eo Leontini Collegium Canonicorum instituendum curauere, in ecclesia Sanctorum Alphii, Philadelphi, & Cyrini, iam inde ab antiquissimis temporibus exstructa, vt celebriore cultu, maioreque religione, beatissimi Martyres percolerentur. quo loco multa ab eis beneficia præstantur ad Dei gloriam, qui vivit in æternum.

Leo X. reliquias retinendi Leontinis potestatem facit.

Collegiũ Canonicorum in honorẽ, cultumquess. ædificant.

Vide Animadu fol. 56.

CER.

Digitized by Google

Ann.Ch. 253 12.Maij.

CERTAMEN S. EPIPHANES MARTYRIS

Ex Actis Sanctorum Alphij, & Sociorum.

ALexandro, Tertulli Consularis Siciliæ adsessori, Epiphane vxor fuit, progenita è christianis parentibus è vico 1 *Magda*linorum. cum viro habitarat annis nouem, ac sæpe solita erat cum Thecla, & Iustina affinibus suis consilia conferre an Alexandrum fugeret, seque ad martyriũ offerret. at illæ dissuadebant: quid scis dicentes, an opera tua creditus sit Alexander? quod & factum est. noctes enim, dieſq; instigabat illi, vt conuerteretur; & Sanctos Christi confessores Alphium, Philadelphum, & Cyrinum assidue orabat, vt Deum pro viro suo precarentur. horum igitur ille miraculis, mo mitisque ad Christi fidem conuersus, Decij, & Valeriani persecutione in montes secessit. 2 quinto post discessum eius die, missi sunt a Tertullo, qui vocarent ad se Alexandrum Cõsiliarium. ingressi autem domum, solam inueniunt Epiphanem, cum ancillis duabus, interrogantque: quid factum sit Alexandro? & cum diceret illa, se nescire; reuersi sunt ad 3 Tertullum, nuntiantes Alexandrum fugisse: quo ille nuntio vehementer conturbatus est. sed animo reputans, omnino scire vxorem, quo vir abijsset, Herpyonem cum militibus decem misit, qui Epiphanem cõprehenderẽt. Adducunt autem eam ad prætorium; magna cum alacritate insequentem. miratus est eius pulchritudinem Tertullus, deinde percunctatus: vbi est Alexander vir tuus, consiliarius noster? cui illa, qui scire possum, quò profectus sit vir meus? an ego ei dominor? non enim est vir ex muliere, sed mulier ex viro; tum Tertullus; depone inanes, & stultas responsiones istas, & mihi eloquere. quid factum est Alexandro viro tuo? & illa, iam dixi, me viro non dominari. vt sciam, quò iuerit. Tertullus dixit, numquid ego acerbius aliquid in eum dixi, vt é conspectu meo sic aufugeret? dixit ei mulier: tu ipse nosti prorsus: & missus à te forsitan, vt solet, ad perimendos christianos? & Tertullus, minime, inquit; ego illum non misi, sed recessit à me propter execrãdos illos, quos in carcere custodiebat; ipse enim mihi narrauit de magicis artibus eorum; dicens, intrasse virum quempiam, & cibum, potumque attulisse, illosque cõfirmasse, ac prorsus omnibus patefecit, se à magis illis deceptum, & persuasum fuisse. Tum Epiphane, omnes, qui magicis vtuntur, tandem pereunt; hi vero superant omnia, quæ in eos decernis grauia, & acerba supplicia.

Tertullus ait, & quam nam tu religionem colis. & illa: & christianorum religionem veneror. & christiana sum, sicut Alexander, vir meus. Tertullus dixit: numquid christianus est Alexander, vir tuus? & illa, maxime. id enim tibi indicauit, cum christianum se esse dixit. his auditis Tertullus, custodiri eam iussit. at illa cum traheretur, duci se non sinebat, vociferans, quorsum me custodiæ mandari iubes, impudens, & inuerecunde? omnia, quæ ex me audire vis, palam interroga; custodiri me ne iusseris. ego tibi iam dixi; christiana sum, & Deum colo, qui Dominus est cœli, & terræ & vnigenitum eius filium Dominum nõstrũ Iesum Christum. Tum Tertullus propius aduocans ipsam, ait, noli etiam tu insanire, ne diris tormentis vita priueris. ceterum testare 5 palam, te Christum eiurare, quem confiteri te dicis; acceptaque à nobis venia, domum redi. at illa: quin tu potius nega, quæ colis Idola, sensus expertia, & veniã impetrabis à Rege cæleſti Christo Domino nostro.

Tertullus dixit: tibi parcens hæc dico; at si obfirmata pergis in hoc vesano proposito; male te mulctabo, per Deos iuro 4 maximos, & per caput 5 Imperatoris. Epiphane respondit: num dixi, quod nequaquã animum meum abduces à caritate Christi? quæ audiens Tertullus, nudari, 6 eam iubet. accurrẽtes autẽ carnifices statim eius vestimẽta conciderunt, eãq; denudarũt: illa vero ad Tertullũ impie, & impudẽs canis, nũquid & tu eadẽ natura præditus es? qui ergo hanc meã nuditatem non erubescis? secum autem reputabat Dominum in euangeliis dixisse: quicũque erubescet me in generatione hac peccatrice, & adultera, erubescam & ego illum coram patre meo in cœlis. tum iussit eam boijs 7 cædi Tertullus sine commiseratione; dicens ei, sacrifica Dijs, & liberaberis à tormẽtis; aut certe perseuerans in vano hoc proposito, male morieris. at illa dixit, percutiet te 8 Angelus Dei gladio occulto, Impie. post hæc iussit eam retrudi in carcerem, & cippo 9 affigi. id vero vbi audierũt Thecla, & Iustina, illico ad eã veniunt lacrymantes, & orantes, vt ad breue tempus sustineat tormẽta. modica enim vexatio; quies vero, inquiũt, sempiterna. en iam tibi aditum martyrij reseraſti, illatoq; veteri indumento, eique im-

Comprehenditur, vt maritũ prodat.

1 2 3 4 5 Insaniente Præside ex poliæmr. 6 7 8 9

Digitized by Google

posito, cum illa pernoctarunt.

Rursum educitur ad quæstionē.

Postridie Tertullus iussit, Epiphanem ad se duci in Prætorium, productaq; in medium, sic eam alloquitur: quid de te statuisti? & illa tu potius quid cogitas, infelix, qui animā tuā Satanæ prodis? dicit ei Tertullus: vbi est vir tuus? cui illa: Christum secutus est, quo ille deduxit. Tertullus dixit, & vbi est Christus, quē secutus est, vt dicis? & illa: medius stat inter timentes eum inaspectabilis. Tertullus ait, ergo is nunc tecum est? Et Epiphane, vtiq; mecum est. Tertullus dixit: at tu videre te ipsum dicis? illa respondit; certe inquam ipsum video spiritalibus oculis cordis mei. Tertullus ait, quid ergo, numquid & ipse oculos habeo quibus videā? illa dixit: si oculos haberes, omninò cerneres Christum, quem ego, & omnes
10 christiani desiderant, à quo 10 & nomen sumentes, christiani nuncupamur: nunc vero infelix, & veritatis inimice, tu cœcus es, nec quidquam vides, neque audis?

Ad hæc exulceratus Tertullus, huc, illuc circumspiciebat multitudinem, leonis instar fe-
11 rociens. veritus 11 autem ne populus insurgeret, desiderio Alexandri; cogitabat cum optimatibus rem agitans, Epiphanem extra vrbem educere, ibique cruciare. quare iussit eam reduci in carcerem, quoad de opportuno loco statuisset. illa ergo summota, vocati sunt Herpyon, Marullus, & Colymbion, qui suadebant in Ceramium perduci, ad locum, cui nomen est Theope: non esse in vrbe necandam, ne forte vspiam lateret Alexander & irruens cum propinquis auctores interficeret. Tertullus dicebat; & qui nā eius propinqui? at illi, Thecla Princeps Leontinorū, & Iustina prædiuites. Tertullus ait, interficiamus, & ipsas, si Christū & illæ confitētur, dicunt illi: palam quidē non profitentur, tum vero maxime id produnt, cum aliquis siue christianus siue religionis nostræ diem clausit. accurrunt enim, eumq; induunt, & sepeliunt. neq; verò cessant hæc facere. Tertullus dixit, si Deos offendunt, & Imperatorem, quid dubitamus in eas manus inijcere? at illi, absit, Domine, ne prouinciam conturbemus. omnes enim Dea-
12 rum instar illas habent. atq; 12 hæc quidem in hunc illi modum differebant, nō quod benignitas vlla in eis resideret, sed quia statuerat illas Dominus seruare vsq; ad tempus reuelationis suæ. nouit enim ipse suos seruare, quamdiu visum fuerit.

Postero ergo die exeunt in Ceramiū, vbi Theope locus, ibiq; cōsidens Tertullus, producta in mediū Epiphane: nō obtēperas, inquit, misera, Dijs nostris? & illa absit, inquit, vt renuntiem ei, quē credidi Christum, vnigenitum Dei filiū. Tertullus dixit; quousque, infelix, pergis obfirmata in hac amentia? Tū illa, tu ipse infelix, & miser, & sensu carens. En despuo vesanum consilium tuum, quod tibi Satan iniecit, cum illo enim æternum ignem sortiturus es. his dictis, præcepit Tertullus, abscindi ei ferro mammas à carnificibus. sic quidem, vt mamma vna bifariam secta, partē vnam auferrent, alteram in loco suo relinquerent. quod cum ita factum esset, & sanguis proflueret, dixit Epiphane: impie, 13 non cogitasti te quoq; vberibus lactatum fuisse? percutiet te Deus, facietq; ut eosdē dolores sentias. non enim satiatus es pœnis Sanctorū, quos igne peremisti, sed in debilem etiam, & infirmum hunc sexum desæuisti. hæc locuta, vim doloris amplius ferre non valens, dixit: Domine Iesu Christe, accipe spiritum meum pro 14 tui enim nominis confessione hæc 14
patior. statimq; 15 reddidit spiritum. Tertulli autem iussu, laqueum eius collo inserunt 15
tractamque proijciunt in speluncam obscuram, absque sepultura. uetuit 16 enim ille, 16
ne quis eam sepeliret. uidentes autem Thecla & Iustina illam excessisse, redeunt domū, Deo gratias agentes.

Post duos autem dies Thecla Herpyone accersit, Tertulli consiliarium, petitque ab eo corpus Epiphanes, oblata pecunia at ille, timeo, inquit, ne illud quærat, & occidat me. tū Thecla; ne dubita; nam si forte quærat, teipsum missurus est. tuū autem erit, respondere quod uoles. iam uero quid curæ id affert Tertullo? itaque pecuniis acceptis permisit, ut noctu corpus tolleret, ad quod illa decem famulis comitata, in Ceramum uenit: famuli, ut ad speluncæ ostium propius accesserunt, præ horrore attoniti, non audebant pedem inferre: at Thecla, & Iustina ingressæ sunt; & ecce Sanctos Martyres uident Alphium, Philadelphum, & Cyrinum, qui corpus custodiebant. eorum uultus solis instar splendescebat; & lux circumquaq; fulgebat, quam uidentes famuli aufugerunt. Sanctæ uero feminæ magno gaudio perfusæ sunt, & procidentes adorarunt; suauissimoq; odore impleta est spelunca. ut autem exsurrexerunt, uident 17 17
Sanctos corpus gestantes, & continuo exierunt. at famuli eos ad ostium conspicati (norant enim illos) consternati sunt metu, manseruntque uelut exanimes. egressæ autem illorum Dominæ, excitarunt eos, & prosequi una iusserunt luminis uestigia, quod Sanctis inerat, quoad uentum est ad locum, in quo quiescebant. quem ingressæ mulieres Epiphanem iacentem uident ex obliquo iuxta illos, & mamillas, quæ abscissæ fuerant, restitutas. totumque corpus incolume. tum ad Sanctorum pedes prostratæ, exclamarunt; vere mirabilis Deus in Sanctis suis: & ipse glorificabitur in consilio suo. mulieres autem ibi manserunt, orantes vsque ad diluculum. erat autē locus ille extra Leontinos, aliquantulo spatio ad occasum situs, nomine Strobelius. donec ædificatum est Sanctum, ac uenerandum tēplum SS. MM. Alphij, Philadelphi, & Cyrini, Dei gratia præstante, cui est honor, & gloria in omnia secula.

Excisę mammę.

13

B. Thecla corpus S. Epiph. pecunia redimit.

Excisę mammę millę pectori restitutę.

Vide Animadu. fol. 57.

MAR-

Digitized by Google

Ann. Ch. 253 24. Iulij. & 24 Ma.

MARTYRIVM SS. STRATONICI CLEONICI ET DE S. THALLELÆO CONF.

Ex Actis SS. Alphij, & Sociorum.

SANCTI Cleonicus, Stratonicus, & Thallelæus Leontini, Imperatore Decio, Tertullo Consulari Siciliæ christianos persequente, in Seleriodij 1 latebras secessere, apud 2 amnem ex Therreo mõte profluentem, quibus 3 dein Alexander, ex Tertulli adsessore iam Christianus, comitem se adiunxit, abiecta impietate, ijsdemque in speluncis latuit. increscente autem ea procella, B. Epiphane, 4 Alexandri vxor, Christi testimonio nobilis à Tertullo interfecta est; præclareque obita morte, multos firmauit in fide, inflammauit ad martyrium. Constantiam clarissimæ fœminæ ipsa fama in speluncas tulit ad Cleonicum, Stratonicũ, & Thallelæum. ardoremque prodendi se delitescentibus iniecit, & pro Christo moriendi. ergo ad Alexandrum versi, viam salutis inquiũt, Epiphane iã in ingessa est. beata, quæ vitam Christo reddidit, diuinæ pretium mortis. quid 5 hic nos cessamus? quin accurramus ad martyrium. quibus Alexander incensus simul obijcere se ad martyrium deliberabat. proximâ autem nocte, à SS. Martyribus Alphio, Philadelpho, & Cyrino admonitus est, vt in eodem loco maneret. prædicto, Thallelæum breui moriturum; Stratonicum, & Cleonicum pro Christo sanguinem profusuros.

Paucis post diebus Thallelæus ardenti febre correptus, obijt Deum confitens; eumque cum foeti Alexander, Stratonicus, & Cleonicus: atque in Antianum, subiurbanum Theclæ detulerunt; vbi condita fuerant corpora SS. XX. Militum. nocte autem illa cum arcam apertam, in qua erat vnus militũ miraculo reperissent, in ea B. Thallelæum deposuere. interea afferuntur à Valeriano 6 litteræ ad Tertullum, quibus iubebatur, vt quotquot in Sicilia Christum colere reperti essent, omnes è medio tolleret; ille verò milites in varia loca dimisit, qui christianos inquirerent. ergo cogente metu, fratres prodebantur à fratribus, liberi a parentibus, amici ab amicis. tum Stratonicus, & Cleonicus Alexandro dixere: impij Tertulli minas declinare; nos modo non inuat. eamus, ipsique nos offeramus: Dominus pro sua voluntate de nobis statuet. quibus Alexander; ite, inquit, fratres, in pace: meique 7 memores 7
estote cum martyrium consummabitis.
Stratonicus igitur, & Cleonicus relicto mõte, Leontinos in Prætorium recta contendunt. vbi autẽ coram Tertullo fuere, qui tũ forte 8 8
examinabat christianos quosdam sex numero, conclamant: Christiani sumus & nos, ô impie. quo audito, statim à militibus correpti ad tribunal sistuntur. Tertullus eos intuitus, qui estis, inquit? Cleonicus, & Stratonicus respondere, ex hac ipsa ciuitate sumus. tum Tertullus: ecquis vos adegit ita præcipites duoiate, te nos contumelia palam lacessere? atque è vestigio, dentes ipsis contundi lapidibus iussit: deinde perpetim à quattuor carnificibus verberati crudeliter boiis. Cleonicus autem, & Stratonicus cum ederentur, dicebant: Domine Deus, da nobis veniam, & suscipe nos in æterna tabernacula. post hæc immitis Tertullus uncinos afferri præcepit, & vtrique linguas pariter abscindi. quod à tortoribus cũ factũ esset, SS. Martyres Deo animas reddiderũt 9. Kal. Aug. corpora aũt iussit Tertullus extra vrbẽ tracta proiici in altissimũ puteũ aqua refertũ 9 cui nomẽ Heraclæ. 9
Ea corpora post annos octo S. Alexander Leontinorum Episcopus transtulit. qui redieus vrbe Roma, cum ad Therreum fluuium descendisset, inde progressus ad locum, qui dicebatur Heracleus, presbyteris, qui vna cũ ipso erant, dixit, scitis, fratres, hũc in locum à Tertullo proiecta fuisse SS. MM. duorũ corpora; age ergo vigilemus hanc noctẽ, vt Dominus ea nobis reuelet. cum noctem duxissent insomnem, circa diluculum affulsit lux, simulque SS. Martyres Alphius, Philadelphus, & Cyrinus adstitere, eduxeruntque sãctos duos è puteo, quos Episcopus, & presbyteri suscipientes, Leontinos cum cantu detulerunt 16. Kal. Aug. ea verò corpora S. Alexander Episcopus deposuit in ecclesia SS. Alphii, Philad. & Cyrini, quam B. Thecla construxerat ad Dei gloriam, qui regnat per secula.

1 2 3 4 5 Thalleleus Christi Cõfessor in Dei laudibus diem obit. 6 Incrudescit in Sic persecutio. Multa christianorum cædes. Et auell linguas. 7 9 Delata Leontinos, & illata in eccles. SS. Alphij Philadelphi, & Cyr. 8

Digitized by Google

Ann. Ch. 254 18. Febr.

INNVMERABILES SS. MM. IN SICILIA CORONATI

Ex Actis SS. Alphij, & Sociorum.

TERTVLLVS Siciliæ Cõsularis, cùm suâpte natura sæuus, tum Impp. Decii, & Valeriani literis incensus, fœdam in tota Sicilia Martyrum lanienam fecit. maxime vero vbi cõmoratus est, perquirendis, torquendisque christianis, vrbes ad Orientem percurrit, Menæum, Leõtinos, Catanam, Tauromenium, Messanam, Mylas. & vbique locorum immanitatis suæ vestigia reliquit. nam Tauromenii cùm esset plures christianorum interfecit. inde Messanã transgressus, & Mylas Christi fideles, vbique persequens. tres post menses à suo Leontinis abscessu, eò reuersus, multorum Martyrum sanguine sæuitiam suam expleuit, sex fere menses in ea ciuitate moratus. cognito autẽ pleroſque christianorum Leontinis profugisse in Menæum Castellum, huc contendit christianum nomen deleturus. in eo tractu cum per annum, & menses tres mansisset; rursum Catanam regressus omnes pariter christianos vndequaque insectatus est. Catana Leontinos redut. hic audiens in Cypressio monte christianos latere. illuc perrexit, vbi diuinitus SS. Martyrum Alphii, Philadelphi, & Cyrini gladiis occisus, tot innocentium ab eo occisorum, quamquam seras, iustas tamen, pœnas dedit. quis igitur præsenseat quattuor per annos, quos vir impius Siciliam administrauit, quot è tota fere Insula hostias in cœlum miserit, quantam ediderit christianorum stragem, quã ferro, quã igni? eam iure crediderim Siciliæ campos, non tam soli ingenio, quam sanguine Martyrum fœcundiores extitisse. gratamur his Martyrum agminibus, qui Siciliam decorauere: id verò collacrymamur eorum nomina periisse. omnibus pro Christi nomine hic interemptis, sed in cœlo triumphantibus, statuimus hoc monumentum.

Vide Animadu. fol. 60.

Ann. Ch. 257 27. Aug.

CERTAMEN S. EVTHALIÆ MART.

Ex Actis SS. Alphij, & Sociorum.

MORTVO, 1 diuina vltione, impio Tertullo, eius quidem corpus esca feris obtigit, caput verò extra vrbem proiectum supra cauernam, in qua Sancti Martyres Alphius, Philadelphus, & Cyrinus conditi fuerant. cuius rei fama cum ad vicina loca permanasset, caput scilicet Tertulli in Strobelio. 2 ad Occidentem iacere; conuolauit ingens vndique multitudo, tum ex vrbe ipsa, tum ex propinquis vicis, viri, fœminæ, ac pueri, vt impii caput viderent, à quo Sancti Martyres occisi, & multi passim christiani diris tormentis fuerant cruciati. iacebat reuulsum à corpore nefando, ludibrium præbens populo. & à multis cum exsecratione conspuebatur, adfuit inter ceteras mulier quædam nomine Eutropia, quæ stans fortuitò supra speluncam, in qua Sancti iacebant, sic secum ratiocinabatur: vere 3 hi Sãcti Deũ quempiam fortem, & potentem nobis annunciarunt. atque vt mihi quidem videtur, Dii nostri, quos colimus, nullius sunt momẽti; vt qui neque sibi ipsis opem ferre possunt, neque nobis, qui colimus eos, existimo prorsus Deum christianorum, magnum esse super omnes Deos, quãdoquidem Thecla primaria huius loci, cũ sex annis decubuisset, simulac ipsam Sancti pueri tantum viderunt, & ab ea rogati preces fuderunt, confestim sanata est. eodem modo Iustina eius consanguinea, & ipsa in fide ministrans eis, vnius ex ipsis manum admouens oculo suo intermortuo, visum recepit è vestigio. Hæc secum ita locuta cum fuisset, oculos attollens in cœlum, & manus etiam aliquantulum, vt nemo videre posset. sic precabatur: Domine Deus cœli, & terræ, cõditor vniuersæ creaturæ, qui p Sãctos tuos, qui in hoc loco certamen peregerunt, mira fecisti; tu nunc, Domine, Iesu Christe, respice etiam me humilem per Sanctorum tuorum intercessionem, atque vt olim Hę-

Eutropia fœmina gẽtilis fidem Christi veram prædicat.

mor-

In somnis visi Sancti MM. adlocutique

morrhoissam, duodecim annos cum morbo luctantem, virtute tua sanasti, cum veltimẽti tui fimbriam attigisset, & statim cessauit fluxus sanguinis eius, ita & me sana, Domine propter sanctos tuos. laborabat enim, & ipsa sanguinis fluxu.

Hæc cum apud se dixisset, mulier, & fessa esset, consedit, vt quietem aliquam caperet in eodem loco, & ad somnum se composuit. & ecce eadem hora, visi sunt ei Sancti Alphi Philadelphus, & Cyrinus candidæ veste fulgentes, eique dicunt: salue, in Domino, soror Eutropia. deinceps tibi credendum in nomine Domini Nostri Iesu Christi. ex hoc vero die iam sana facta es; & sed Euthalia filia tua quæ Christum confitetur, post dies sex gladio consummabitur, & nobiscum deinceps commorabitur. his dictis sublati sunt è conspectu illius, euigilans mulier sanam se reperit. Profecta ergo domum suam Eutropia inuenit filiam, quæ venienti matri dixit: quid rei est, mater, quod reditum tam diu distulisti? illa verò ei respondit: nescis, filia, quid gestum sit? & filia, nihil, Domina, mater. tum Eutropia; proiectum est Tertulli caput in strobelum, eòque confluxerat plurima populi multitudo, & rem miram obstupescebant, quomodo nimirum, & vnde proiectum illuc esset. audiens hæc puella, valde mirabatur. & cum ad cibum capiendum sedissent. iam quippe vespera processerat, sumpto mulier pane, oculosque in cœlum erigẽs dixit: gratias ago tibi, Domine Iesu Christe, qui me indignam famulam tuam, ad nominis tui agnitionem perduxisti, curando me gratis per Sanctorum præsentiam. verè enim non vis mortem peccatoris; sed vt conuertatur à via sua prana, & viuat ipse in pœnitentia, quoniam tu es Deus pœnitentiam agentium. cum diceret hæc mulier, defixa in eam filia erat, admirans, quæ dicebat. nusquam enim tale quid audierat ex ore matris. quin solebat illa potius abominari, & detestari nomen christianorum. mox ergo ad eius pedes se aduoluit puella cum lacrymis, & plena simul gaudio, sic affata est: O Domina mater, mihi desideratissima, fors etiam tibi hodierno die oblata est christianorum gratia, per Sanctos Martyres, qui iuxta Dei voluntatem, tam remotis ex regionibus huc aduenerunt; hæc autem dicente puella matri, mater vicissim ob eius verba lætabatur, & Deum collaudabat.

Exponit filiæ ss. Martyrum beneficia

Cibo autem sumpto, exposuit Eutropia filiæ omnia, quæ acciderant Sanctorum Martyrum beneficio, & quæ ipsi per Spiritus Sancti gratiam fuerunt reuelata. quemadmodũ repente conualuisset ab infirmitate sua, qua septem annorum spatio detenta fuerat, à sanguinis fluxu. attamen non dixit puellæ, quæ à Sanctis indicata fuerant de ipsius morte, quam gladio subitura esset, propter Christi fidem. dixit autem illi, audi, filia, ego christiana sum ex hoc die, & christianam me appello, & Christum confiteor, ac Trinitatem sanctam adoro, & parata sum, vitam ponere pro ipsius amore. Tum filia dixit, confiteor, & ego Christum, sicut tu, & christiana sum & leges, ac præcepta christianorum obseruo. dixit ei Eutropia, audi filia, cum, sicut ais, christianam te profiteri velis, & Christum confiteri, potes omninò, & sanguinem pro eius amore profundere? & illa; certe credo, Domina mater, & valde cupio pati. vidi, n. quanta Sancti isti pro Domini nostri nomine pertulerint, & quam alacri, promptoque animo seipsos vero Deo, & Patri hostiam immaculatam, & Sanctam obtulerint, vt ab ipso immortalitatis coronas obtinerent. ipsi igitur spem habentes repositam in cælis, properarunt ad portum immortalis victoriæ. Quare, & ipsa me indignam offero, sperans, & credens, quæ nobis reuelata sunt mysteria. quod, sicut B. Paulus Apostolus dicit, non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. quæ audiens ab Euthalia filia mater Eutropia. tum singula ei narrauit, quæ in somnis clare cognouerat, quod nimirum Sancti de ipsa ei significassent futurum, vt post dies sex gladio consummaretur. At puella simul hæc audiuit ex matre, immenso gaudio perfusa est; & oculis in cœlum sublatis. Domine, inquit, Iesu Christe, Deus, qui nobis per Sanctos Martyres innotuisti, fac me dignam, vt certamen, quod ipsi pertulerunt, ipsa subeã, & eadem consummatione defungar, tu enim solus es misericors, & suscipiens preces inuocantium te toto corde. cumque hæc dixisset, perseuerarunt die, ac nocte orantes, sine cibo humique stratæ, flentesque coram Deo, vt ipsarum animas suscipere dignetur, & participes reddere bonorum, quæ à Sanctis audiuerant.

Eutropiæ filius Seruilianus crudelis, & impius.

Habebat porrò Eutropia filium, cui nomen Seruilianus, crudelem virum, deditumque supra modum vesano cultui inanium simulacrorum. forte igitur ingressus domum Seruilianus matrem offendit, & sororem orantes, resciuitque è famulis, matrem cum filia christianas esse, & christianorum Deum colere, quo nuntio conturbatus, viamque fœuitiæ quærens, matri dixit; vide, Domina mater, quam magnus Apollo, & Æsculapius, & Hercules, & Dionysius, qui Domini Tertulli caput ostenderunt. respondit mater, vere, fili, magnus, & potens est Deus christianorum, qui caput hoc ostendit eo loco ad vituperium, & confusionem amicorum impii Tertulli, quoniam iniuste fœuit aduersus beatos illos, qui in Christum credebant? hæc audiens Seruilianus, discidit vestimenta sua, vociferans, quid faciam, inquit, delira, & execranda istæc? & his dictis, impetu insilijt in matrem suam, vt necaret eam illa verò foras euasit, & à famulis suis excepta profugit. Tum Euthalia, soror eius, ò miser, inquit, & infelix; nisi quis ipsa te concepit? num lacte pauit? non ne Deus magnus parentes à liberis honorari iussit, & mortem, ac iudicium sempiternum in eos statuit, qui patrem, ac matrem malo afficiant? tu autem quomodo ausus es talia in genitricem, vt ei manus inferre non dubitares? at ille ad sororem conuersus, ait: numquid & tu vanam istam christianorum superstitionem colis? qui illa: prorsus, inquit, christia-

Obiurgat impium, fratrẽ pia soror Euthalia.

Digitized by Google

Ex eo furit in sororem frater

stianam fidem amplector, & Christum verum Deum colo. eius famula sum, & abominor inanium Deorum cultores. hæc cum dixisset, furore ardens, iræque impatiens Seruilianus, fores occlusit pessulis, & considens in lectulo sororem in cõspectu constitere iussit, atque ipsi: quis te abduxit à Deorum veneratione? & qui ausa es Christum nominare? nescis quam multi, huius nominis causa, perierint? vbi gentium Christi huius nomen auditum est, grauibus supplicijs addicti fuerunt, quicunque id confiteri audentes, Deos immortales contumeliose spreuerunt. At puella virili animo, stans coram Seruiliano, respondit ei: audi, fratricida Cain, execrande; quis tibi videtur cœlum hoc condidisse, & terram, & mare, hominemque finxisse de puluere, & vitæ spiritum ei indidisse, vt viueret is, ex quo sati omnes sumus? Seruilianus dixit. Dij omnino hæc fecerunt. puella dixit. O fatue, & sensus expers, hoc ne ignoras, quæ ratione angelos omnium conditorem Deum Seruilianus dixit; hoc vnum age, Deos venerare cõsitere, & ego te germanam vnanimem amabo, & locupleti viro vxorem dabo, animo meo Virgantino, & quæ ad me spectant, tibi concedam. respondit puella, male tibi sit, & amico tuo Virgantino. neq; enim mihi curæ sunt ista, quæ promittis. neque ego pereuntia ista, & momentanea tanti facio. Christum verum Deum adoro, qui pro terrenis istis æterna, & cælestia, quæ di ii gentibus ipsum sequat, dare potest. cum hæc ita dixisset, irruit in eam furore percitus Seruilianus, sororemque exuens vestimentis omnibus, nudam reliquit: atque illi; parce formæ tuæ, & ætati, ne male seducta à combustis illis, male pereas, eamdemque mortem sortiare. & hæc, Deum obtestor, inquit, & Sanctos, vt si diuina est voluntas, particeps fiam mortis illorum: tum ille colligauit eam & ex alto suspendit, & virga arrepta crudeliter verberauit, dicens; noli in Deos blasphemia esse. & illa: quid me crucias, fratricida Cain? percutiet te Angelus Dei, quia ipsum non veritus es; nec recogitasti, quod eodem in vtero fuimus olim, & eodem lacte enutriti. sed & cum puella sim, in hoc sexu quidam me in oculis tuis statuere non dubitasti. dum hæc illa, & similia loqueretur, audiebat foris adstans mater filiam suam, orabatque in hunc modum: Domine Iesu Christe, Deus Patrum nostrorum, qui adfuisti certamini, & consummationi Sanctorum trium Martyrum, quos tibi visum est in hoc loco felicem mortem oppetere, in eorum gratiam qui credituri erant in nomen sanctum tuum; ades nunc, Domine, & opem fer famulæ tuæ Euthaliæ, & vires suffice, vt tormenta hæc perferat, quibus exruciatur ab impio fratre suo. te etiam confitens verum Deum, & patrem Domini nostri Iesu Christi, & sanctum viuificum spiritum, hæc patitur.

Cum igitur eam dili vexasset his flagris frater. nec adduci posset, vt Dijs cultum exhiberet, sustulit eum è ligno, in quo suspenderat illam infelix, adhortatoque famulo, qui primus ipse nuntiaret, eam defecisse, (soli enim erant cum sororem cæderet) dixit ei: vim infer illi, vt pudore affecta, discat obsequi mihi; & videam num pessimi illi, quos inuocat, & Deus, quem colit, eripere ipsam possint è manibus meis. hæc cum audiret puella, ad preces conuersa; Domine, inquit, Iesu Christe, Deus Sanctorum Alphij Philadelphi, & Cyrini, qui per eos in hoc loco mirabilia multa patrasti, qui & matrem meam ipsorum opera sanasti, septem annis sanguinis fluxu laborantem; tu nunc, Domine, per eosdem ostende magnam potestatem tuam, & noli permittere, vt tantum nefas in me committatur, nequando dicat inimicus, prævalui aduersus eam: post quam hæc ita precata est, cum attrectare illam pararet scelestissimus ille; 5 confestim adfuerunt Sancti Martyres, qui puella spectante, vestem in ipsam iniecerunt, & nudam contexerunt, & nequam illum ab ea submouerunt, qui quidem repente concidens exanimatus est. conuersique ad Euthaliam; salues, inquiunt, soror Euthalia, modicum adhuc, & nobiscum in quiete versaberis. confide igitur in Christo, soror. hæc locutis ex oculis subducti sunt.

Et immane ausus flagitium, quod omnia secula perhorrescant.

5

Cæterum nescibat Seruilianus, mortuum esse famulum, sed putabat eum à puella repulsum concidisse, nam & ipse humi iacebat, metu perculsus ex præsentia Sanctorum, quorum vocem audierat; rediens autem ad se, & accedens propius ad famulum, vt eum excitaret, mortuum esse comperit, grauique voce proclamans, pro quo me vertam? ad me etiam christianorum magiæ incantamenta penetrarunt, atque vnanimem mihi famulum peremerunt? & simul hæc dicens, iraque, & furore immenso percitus a Diabolo, gladio eximio, caput abscidit sorori, sub diluculum protinusque reseratis foribus, aufugit; relicta puella in medio cubiculo, & famulo, qui in angulo exanimis iacebat. vt ergo vidit mater obtruncatum fuisse filiæ caput, raptim ad Theclam profecta est. ea porrò ipsa hora, qua gladio cæsa fuerat, visi in somnis Theclæ sunt Sancti dicentes: surge, Domina mater, perge in Eutropiæ domum, & cura funus Euthaliæ filiæ eius. iamiam enim caput ei subscidit Seruilianus frater, cum persuadere illi nõ posset, vt inanes Deos veneraretur. eius corpus ad nos defer, priusquam illucescat. experrecta pia, & beata illa mulier, concito gradu in eam partem perrexit, in qua S. Agatho habitabat, eique visum omne, & Sanctorum iussa exposuit. Ecce autem, dum vnà loquuntur, adfuit Eutropia, quæ ingrediens narrauit & ipsa singula, quemadmodum à fratre in eam gesta fuerant, & quod aduenissent Martyres, & famulum interemisset, nefaria in Euthaliam nouitatem. Hæc autem audientes Agatho, & Diophytus, & qui simul erant, metu magno perculsi fuerunt die illo; simul verò Deum collaudabant, & Sanctos.

Curatefunus Theclа ss. Martyrum iussu.

Exsurgens ergo Thecla simul cum Eutropia, & Iulitta, & famulis quinque, profecti sunt ad Eutropiæ domum, & inuenerunt gladio cæsam Euthaliam, eiusque funus curarunt fecere. ô Sanctorum funera curare mos erat, vestis autem, quam ipsi imposuerant Sanctis

6

è The-

Digitized by Google

è Theclæ linteis erat; ex iis nimirum, quæ ad eorum caput poſita fuerant. videntes igitur beatæ illæ mulieres, & agnoſcentes linteum, magno ſtupore perculſæ fuerunt; & Deo gratias egerunt. peruaſit autem rei geſtæ fama totam ciuitatem, confluxitque magnâ virorum, & mulierum multitudo. eorũq; qui per Sanctorum prædicationem in Chriſtum crediderant; lugebantque, & magno eiulatu deflebant illam omnes. iuſſi autem à Thecla famuli ſuſtulerunt eam, & tulerunt vſque ad Theclæ domum; ibique corpus depoſuerunt, quia die iam lucente, non potuerunt uſque ad Sanctos perducere. vt verò vidit B. Agatho S. Euthaliæ reliquias, fleuit impenſe, & Neophytus item, ac ceteri, qui cum illis, & preces de more perſoluerunt. ſed cum aduentaſset veſpera, detulerunt corpus eius ad Cryptam Sanctorum, depoſueruntque extra ſpeluncam ad læuum latus domunculæ, quam exſtruxerat Thecla, ibique pernoctarunt, pſallentes ad ſacrum eius monumentum, collaudantes Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum, qui viuit, & regnat in omnia ſecula.

Ad ſepulcrum eius peruigilia, hymnique

Vide Animadu. fol. 60.

TRANSLATIO
S. ERASMI MART.

1 S. Eraſmus nepos ss. MM. Alp. Philad. & Cyr. Puteolos à Valeriano mittitur.

SAnctus Eraſmus Martyr, ex ſorore Sanctorum Alphii, Philadelphi, & Cyrini natus eſt in Prouincia Vaſconum. inde ob Ieſu Chriſti fidem, vna cum illis delatus, & a Nigellione comprehenſus, ad Decium Imperatorem in vrbem mittitur. ſed is a Valeriano torquendos dedit. Valerianus Alphium Philadelphum, & Cyrinum ad Tertullum in Siciliam deſtinauit, Eraſmũ ad Diomedem Puteolorum Præfectum: qui dies aliquot in cuſtodia tenuit. ſed cum vinculis augeretur Eraſmo animus, & conſtantia; Diomedi verò furor; Præſes impius animaduerti gladio in eum iuſſit.

S. Neoph. a ss. MM. Alph. &c. monitus s. Eraſmi corpus Leontinos defert.

Haud multos poſt annos, quo tempore Gallienus Imperator eccleſiæ pacem permiſerat, forte S. Neophytus Leontinorum Epiſcopus Roma in Siciliam reditum parabat. igitur vrbe digreſſus, vbi peruenit ad portum 3 S. Hippolyti, videt in ſomnis SS. Alphium, Philadelphum, & Cyrinum, qui Puteolos eũ proficiſci iubent, ibique Peregrinum quemdam perquirere, qui ſepulcrum indicaret Eraſmi fratris; quem Leontinos in Siciliam transferret, ipſiſque adiungeret. factum a Neophyto Epiſcopo, quod SS. MM. imperaſſent. Puteolos venit, repertoque indice, ſepulchrũ defodit, in quo abſciſo capite tum cum Martyris corpus inuentum eſt. ſed vt lætitiam augerent, viſi rurſum Neophyto SS. Martyres Alphius, Philadelphus, & Cyrinus, puteum in theatro demonſtrarunt, vbi caput occultabatur. ſigno addito, quod capillis eſſet nigris & in 4 aure dextera, egregiã inaurem auream haberet. omniaque vt SS. Martyres monuere, reperta ſunt. Neophytus deinde Puteolis ſoluens, in Siciliam ad 17. Kal. Auguſti peruenit. proximo die Leontinos ingreſſus, ingenti cum lętitia, S. Eraſmi corpus in ſepulcrum intulit SS. MM. Alphii, Philadelphi, & Cyrini.

Vide Animadu. fol. 61.

.(.✠.).

TRANSLATIO
S. AGRIPPINAE
VIRGINIS ET MARTYRIS
Ex M. SS. Latinis Codicibus.

Ann. Ch. 261 17. Maij.

1 D. Agripp. Rom. nata Martyr ſub Valeria no

AGrippina 1 Virgo, & Martyr orta, atque nutrita Romæ, Virginitatis tuendæ cupida, florem illum ab tenera ætate conſeruandum obtulit Deo, eius vero monitis, ac multo magis exemplo Virginis puellæ cum fidem, tum virginitatem amplexæ ſunt multæ. facinoris rea fit apud Imperatorem Valerianum, ſimulque ad

Digitized by Google

quæſtionem producitur, quo in diſcrimine animum præſtulit adeo conſtantem, vt neque terrore concuteretur, neque ſeduceretur blandimentis. denudata igitur, atque ligata, toto corpore fustibus laceratur. ſed Angelicis ex eo ſupplicio ſoluta eſt manibus. deinceps maioribus eſt afflicta tormentis, donec gladio in iugulum adacto, ſpiritum Deo reddidit. corpus 2 in eccleſia B. Pauli Apoſtoli repoſitum eſt. Eo 3 tempore Sanctus Paramonus, & S. Baſſa Agrippinæ ſoror ſuas omnes, & defunctæ ſororis facultates in vnum collectas per Monaſteria religiosorum virorum, perque egentes in eccleſijs Apoſtolorũ commorantes, largiter diſtribuerunt. Duas vero Virgines Baſſa Paulam, & Agathonicã, quod Agrippinæ certamini aſſitantes, compatientesque viderat, eamque vti ſe loco Agrippinæ in ſorores adoptaret, rogauerant, comites futuræ peregrinationis, ac germanas aſciuit. igitur diuina reuelatione inſtructi, atque firmati Paramonus Baſſa, Paula, Agathonica, corpus S. Martyris Agrippinæ cũ reuerentia de ſua ſede ſublatum, ad flumen 4 vſque, quo iter direxerant aſportarunt. illic uero parata, atque ad nauigandum inſtructa, eorum aduentum opperiens nauis reperta eſt. quos intuens Nauclerus, conuerſus ad monachum, bene inquit, uenisti, Pater Vbi uero eſt onus, de quo nobis dixeras euehẽdũ? ille reſpondens, ait, has ego uobis Virgines cum capſa iſta commendo, fratres, teſtorq; immortalem Deum, Sanctoſq; omnes, atque Angelos, ut quo uobis eſt eundi animus, eodem has feratis. Dominus uero noſter Ieſus Chriſtus ſit uobis piſſimus gubernator. ſimul hæc dicens, accedit ad pedes gloriosiſſimæ Agrippinæ. & elata uoce, uade, inquit, Sancta Martyr, in pace, ſerua eos, qui te fideliter ſuſcipiunt; ora pro me peccatore, nec non te pro tua ſorore, quæ lõgum tuum pertulit agonem, ut cum duabus his quæ tecum hoc iter ingrediuntur, puellis virginibus, ad beatitudinis portum queat appellere. Vix feminæ illæ nauim cum pretioſo eo onere conſcenderant, cum ecce tibi mirabilis, atque inuſitatus odor vndique per eam diffletur, adeo vt vectores omnes, & nautas admiratio, ac timor inuaderet. ſoluentes vero è portu cum commodiores auræ per noctem aſpirarent prima luce in vrbem quamdam, ad Italiæ litus poſitam, appulerunt. eo in loco triduum conſumptum, ad comparandum commeatum, ceteraque nauigationi perneceſſaria, quæ omnia viuentis olim Agrippinæ noti, ac neceſſarij largiter ſuffecerunt, inde octaua diei hora. proſpere flante vento proficiſcuntur, tertioque poſt diſceſſum die, in 5 Sicilia ad oram Agrigentinam propter 5 locum quemdam, qui græce lithos, latine petra dicitur, ſubſtiterunt, & ad Baſſam conuerſi, nos quidem, inquiunt, Nautæ, Domina, in Africam iter inſtituebamus, qua vero ratione in hunc vectis ſumus locum, ignoramus. quod ſi vobis animo eſt, nobiſcum Carthaginem vſque pergere, libentes ſane feremus, vt Paramono promiſſam fidem præſtemus, & quod verum fateamur, veſtris ad

Eius corpus diuino monitu à ſorore Baſſa ſublatum, quo vellet Deus, aſportandũ.

Deum precibus huc vſque ſalui incolumeſq; peruenimus. his Baſſa reſpondit; ſi me auditis fratres, nos in litore hoc expoſitas dimittite. vos vero Deus in portum voluntatis veſtræ, & conſilij deducat, vt ſatisfactum à nautis eſt Baſſæ, orani ſomerunt. Angelus autem Domini in eo litore virgines puellas aſſidue cuſtodiuit, talique odoris ſuauitate omnis illa vicinia redundauit, vt vrbium propinquarum accolæ rei nouitate ſtupeſcerent. forte per ea loca monachus iter faciebat. (dies Dominicus erat, hora diei tertia.) is è 6 quodã Monaſterio S. Stephani, ex vico, cui nomen Tyro, allegatus a ſuo Abbate Agrigentum ibat, de negotijs quibuſdam acturus cum Sãcto Gregorio eius vrbis Epiſcopo. itaque cum pergeret, ſenſit odoris fragantiam de Sanctæ Martyris corpore procedentem. & ſtupefactus quid hoc eſt, inquit? paululum vt proceſſit, tamquam auram captans, ſubſiſtit. tum ſtratus orationem Deo fudit, & ſacro ſancto crucis ſigno communitus, iré vlterius cœpit. ecce autem ſibi viſus eſt audire ſuauẽ quamdam pſalmodiam, velut numeroſæ legionis virorum pariter, ac mulierum. quam obrem animum, ac vires reficiens properauit ad locum, quo in loco Baſſa cum Paula & Agathonica cantus Deo fundebat. quem cum accedentem ad ſe vidiſſent, obuiam factæ, & profunde inclinato capite ſalutantes, ora pro nobis inquiunt, ſerue Dei. quibus monachus: veſtrum eſt, orare pro me peccatore, qui theſaurum 7 ſalutis, auxilio Ieſu Chriſti, detulistis in hunc locum. ſed illæ humi proſtratæ dum ſermonibus monachi obſtiterunt, dicentes vobis, ò Sancte Pater, ſolum modo datum eſt pro nobis peccatricibus Deum exorare. quamobrem victus 8 ille, Sanctæ, inquit, orationes veſtræ, & omnium Sanctorum, & huius ſanctæ multa paſſæ, & decoræ Martyris, quę nobiſcum adeſt, ſeruent in ſæcula. dicto Amen, erexere ſe. tum prior monachus de Sancta Baſſa quæſiuit: quo ex loco eſtis, Dominæ, & vnde, quoue pergitis? reſpondit Baſſa: de Romana vrbe egreſſæ in has regiones per Italiam deuenimus. illuc autem, quo voluntas Dei direxerit, ituræ ſumus. & ille: numquid non hæc, quam vobiſcum fertis, Sancta, ſedem edocuit, vbi quieſcere, & commorari decreuit. Reuelationes Dei frater, inquit Baſſa, & ſecreta myſteria pijs, & iuſtis hominibus patent, facientibus voluntatem eius diu, noctuque: nobis ſcientia, & credulitas infirma eſt; noluitque homini indicare, quo eſſent iturę. vir autem ille, Deo dilectus, qua erat bonitate vitæ præclarus, honeſtate morum, ac Spiritus Sancti virtute illuſtris, noluit Baſſam pluribus interrogationibus offendere. ſed vale dicto, ait, ora pro me, ſpiritualis mater. cui illa, orationes noſtrę tibi ſubueniant, cariſſime Pater. ergo inſtitutum iter vrgebat alacrius, vt Epiſcopum Gregorium edoceret de myſterio, quod cognouerat. erat autem ſeptima diei Dominici hora. Baſſa, vt abſceſſit ille, ſurgamus, inquit, filiæ meæ, atque hinc abeamus. conſilium enim ei viro eſt, cum comitatu ad nos redire. quod ſi mo-

Cuſtos, & itineris dux Angelus.

Digitized by Google

& moram facimus, siue à fidelibus, siue ab Ethnicis capiemur; ac forte discrimine aliquo prohibebimur, quo minus ad eum, quē præcepit Deus, locum pertingere valeamus: itaque sublato Martyris Agrippinæ corpore Bassa in cœlum oculos conuertens, hunc in modum orauit, Domine mi Iesu Christe, qui Sanctam 8 Elisabetham cum præcursore tuo Ioanne Baptista saluasti, salua, & libera nos ab omni impedimento, vsque ad locum à te nobis reuelatum, vt illuc peruenianus: deinde totam noctem ambulantes ductu Angelorum in locum, quem Græcum appellant, vectæ sunt, ad ecclesiam 9 Sancti Georgij Martyris. exceptæque cum gaudio, ac lætitia magna ab homine eius loci accola, cui nomen Dominicus. huic filia erat vnica, ab malo Dæmone obsessa, atque agitata, quæ deducta ad Sancti Georgij, cū se inclinasset Beatæ Martyris reliquijs, repente incolumis exstitit, discedente ab ea Dæmone cum eiulatu, ac vocibus, quæ præsentes vniuersos admiratione corripuerunt.

Monachus autem ille Agrigentum cum peruenisset, Episcopum offendit hora nona orantem; oratione peracta, facultas ei data est alloquendi. ergo hos ad Episcopum sermones habuit: Sanctissime Pater, audi me, & narrabo sanctitati tuæ: cui Antistes, quid est, fili? eloquere, ait ille: admiranda, & gloriosa miracula peracta sunt in his regionibus, te Præsule. Tres enim Sanctæ, venerabili forma puellæ, nauigio huc appulsæ, secū quoddam sanctum corpus ferunt. ego cum Abbatis mei, filii tui spiritualis iussu, ad sanctitatem tuam huc ad Monasterii negotia venirem, odorem odoratus sum suauissimū, itaque proieci me in terram, atq; orauī peccator. tum erectus armaui me, vndique signo crucis obsignans. paulum deinde cum progrederer, cantum accepi admirabilem, tamquam populi multi, quare confortatus illuc pergebam, quo vox trahebat. ibi verò tres Sanctas animaduerti Virgines, quæ vbi me prospexere, occurrerunt, & genua flexere. sanctiores me cum essent, rogabant, vt eis benedicerem. nec cum vehementer, diuque repugnarem, peruici: ergo ausus sum peccator bona illis comprecari. postea ad pretiosum corpus deductus, ante eius pedes me proieci, lætificataque est anima mea de glorioso miraculo, quod vidi, & suauitate odoris exinde fragrantis. interrogaui autem eas: qua ex ciuitate essent? quarum mihi prima respondit: de Romana Vrbe huc vsque peruenimus: ituræ autem sumus, quo Dei nos voluntas direxerit. his à monacho auditis expauit Episcopus, adeo vt ne verbū quidem proferre posset. reuocatis tandem viribus, cū interrogatus is de loco, vbi hæc accidissent; optime ab se sciri respondisset: accersit ad se Archidiaconum, & quosdam de clero pudicos, ac fideles, iussitque parari velocissimos equos. & vniuersi, vergente ad occasum sole, conquisituri de ea re celerrime auolarunt; prope eam sedem, vbi prius Agrippina quieuerat, ventum erat; cum maxima corpus odoris fragantia ad eorum nares penetrare. quo odore exhilarati pergebant alacrius, sed propius cum accessissent, neminem viderunt, nisi tantùm splendorem diffusum ijs partibus, quas reliquiæ Agrippinæ suo contactu afflarant. tristatus Episcopus secum ipse versabat, quā pergere iter Virgines illæ potuissent. atque inde profectus ad Emporium deuenit. illic erat Monasterium, huc puerum iussit ire, qui quæreret à fratribus, numquid de his puellis cognossent. vnus è monachis, cum hac nocte, inquit, de litore piscaremur, odorem sane admirandum hausimus, splendorem etiam vidimus totam illam oram maritimam colluſtrantem. itaque intelleximus Dei visitationem eo in loco esse factam. ergo Antistes ab Emporio in partes hasce, sub Galli cantum, peruenit, ibiq; panis fractionem fecit.

Tertia denique feria illucescente, hora diei fere altera, ad Græcum peruenerunt. nec dum vero illi accesserant propius, cum ecce tibi suauissimus percipitur odor, qui vniuersos affecit gaudio. itaque Episcopus ad comites, confido, inquit, in Domino, non permissurum regredi nos, antequam id, quod indagamus, assequamur hæc loquens progrediebatur cum autem Bassa, Spiritus Sancti munere, prænosset aduentum Sancti Gregorij, dixit ad comites suas: surgite filiæ meæ, procedamus obuiam Sancto Patri nostro Agrigentino Episcopo. sollicitus enim animus eius est nostri conquisitione. progressæque o cum cereis, ac turibulo extra vicum, eum salutauerunt; beneueniti, Sanctissime Pater; & ille, Dominus Deus, qui coronauit sanctam sororem tuam, & largitus est illi triumphum victoriæ, sit tibi propitius, famula Christi. beata es, quia 11 enim instat tempus, quo socia, & consors efficiaris in agone Martyris Sanctæ Agrippinæ sororis tuæ, & cum eadem coronam gloriæ suscipias de manu Domini, & viuas cum Christo in æternum. hæc cum proloqueretur ad Sanctam Bassam, accesserunt Paula, & Agathonica, vt benedictionem ab eo promererentur, quibus & dixit: det vobis Deus, filiæ, virtutem, & perseuerantiam in martyrio. Interea Sancti Georgij ecclesiam subierunt. Episcopus ibi ante corpus Sanctæ Martyris prostratus, has obsecrationes fudit: ora pro me filia, & memento, quod optimum tibi consilium dedi cum in tormentis versareris: beata es, quæ in ætate hac vicisti crudelis tyranni supplicia. glorificemus Dominum Iesum Christum, qui per te multos in eo loco, quem ad habitandum delegeris, de suis infirmitatibus curabit. beati erunt, qui eo in loco degent, quia per te incolumitatem consequentur. Quare Deo nostro gratias agamus viuenti in secula seculorum Amen. Oratione peracta, induit se Præsul Sacerdotalibus indumentis, & diuinum celebrauit mysterium supra corpus Sanctæ Martyris. eo expleto, communicatoque cum omnibus, ac participato mysterio, corpus cibo refecerunt. à prandio colloqui Episcopus cum Beata Bassa cœpit de salute animæ, de gloria in aduentu Domini Nostri Iesu Christi futura.

8 Elisabetham.

9 Sancti Georgij Martyris.

Episc. quæsitum illas in viam se dat.

10 Quas, post multum laboris, ac viæ assequitur tandem.

11 eis martyrium prædicit.

supra corpus S. Agripp diuina mysteria peragit.

Digitized by Google

vergente in vesperum die, dixit Bassa ad Episcopum; hora est, Pater, vt hinc abeamus, & ad locum à Deo nobis præmonstratum adeamus. cui Episcopus, nox est, Domina, & ignoratis viam: qua igitur ratione discedere ex hoc loco vultis? Pater, inquit illa, venerande, habemus Christum verum ducem nobiscum, qui nos continuò nocturnis etiam temporibus integras seruat. de die autem iter agere non est animus, ne forte in manus iniquorum Tyrannorum incurramus. ad hęc Præsul, ignosce mihi, filia, quod suadere tibi talia sum ausus. ite in pace, & Dominus Iesus Christus sit vester protector. fatem verò permittite, vt vester comes sit, qui primus vobiscum locutus est monachus. admisit comitem Bassa, & Præsul cum adorasset reliquias Martyris, dixissetque, ora, filia, ora pro me peccatore, suscepta Christi pace, puellas dimisit; quæ sublato corpore Sanctæ Agrippinæ, post occasum Solis, ab Græco decesserunt, deducentibus Episcopo cum suis Clericis, & Dominico cum vniuersa familia sua, qui etiam à Bassa vehementer petebat, vt secum filiam suam ire pateretur. At hæc illi, ne timeas, frater, quia ex hoc nihil præteriti mali sentiet, patrocinante Sancta Martyre Agrippina. interim ad ripam fluminis cuiusdam substiterunt, atque ibi de integro Sacrosanctum corpus venerantes, ceteri omnes, præter monachum, cum gaudio regressi sunt, gratijs Deo actis de mirabilibus, quæ viderant.

55. Virg. iter suum, persequuntur, nube, transuehũtur.

Traiecto flumine, pergebant Completorij preces psallentes, ac cum monachus consequi pari gradu puellas nequiret, substiterunt, donec aduenies cum illis conquieseeret. Et surgamus, inquit Bassa, Pater, & eamus, antequam illucescat dies. eamus, Domina, respondit ille: nec processerant multum, cum ecce nubes lucida puellas ab oculis monachi sublatas transtulit. ille vero stupefactus concidit in faciem suam super terram, erectusque paulo post, neminem circumquaque prospexit, & vultum cum fletu percutiens; heu me, inquit, qualiter perdidi hanc gloriam. sed iuste vero priuatus sum, cum virtutibus omnibus destituar. Sanctæ autem Virgines Bassa, Paula, & Agathonica cum deposito, quod ferebant, sub mediam
12 noctem in locum, 12 qui dicitur Draphon, peruenerunt. in eo loco spelunca est, Castello, cui Menæo nomen, subiacens. in
13 ea 13 Dæmones iam olim habitabant, mox vero vt illuc aduenit venerabile Virginis Agrippinæ corpus, aufugerunt cum vlulatu inclamantes: Quid faciemus, quia istæ maledictæ mulieres, quæ fugerunt à facie Valeriani Imperatoris, Roma huc accedentes, referunt secum quoddam imperiale vexillum, quo nos de domo nostra expellunt? sed hoc agamus, vti mulieres istæ, quæ illud corpus huc intulerunt, in Africa gladio percussæ occidant, pessimoque moriantur. His vocibus Bassa respondit: obmutescite, atque hinc recedite, & ite ad patrem vestrum qui ab initio deuorator hominum fuit. ite in abyssum æterni incendij; eiecit enim vos hinc Dominus Noster Iesus Christus per aduentum corporis Beatæ Martyris Agrippinæ. repente nequam illi Spiritus de eo loco euanuerunt vsque in præsentem diem. posthæc ingrediuntur Virgines in speluncam, depositoque sacro corpore conquieseunt, gratias Domino referentes de summo gaudio, quod conceptum animo sentiebant. cognouerat autem Spiritus Sancti virtute Bassa conquieturum in eo Menæi Castello corpus Sanctæ Martyris Agrippinæ, idque in salutem multorum forte. tum sibimet appropinquasse tempus, quo per martyrij agonem palmam à Deo perpetuæ felicitatis acciperet. interea Paula, & Agathonica sollicitæ ad Bassam, Domina, inquiunt, dimisimus fratrem nostrum in horridis montibus, & ne à feris deuoretur, timemus. quibus Bassa, nequaquam, filiæ; sed crastino ad horam sextam perueniet ad nos noster frater. quod ita contigit, & gratijs Deo actis, dixit monachus: Benedico Deum, Domina mea, quia vidi glorioſissima de vobis per hoc sacrum corpus, vnde & ego peccator gratulor vobiscum, & Deum glorifico.

Euprexia vidua Menœnina. clarissima op bus & religione.

Erat autem Menæi ciuis vidua mulier, bona, ac timens Deum, de parentibus christianis, ac pijs orta. edoctaque à puericia intra semitam virtutis ire, nunquam deerrauerat, sed cum christianis communicabat, & quoniam præter familiam multam, animantiumque greges, copiosissima etiam re familiari viuebat, multa de 14 suis fortunis Martyrum corpora ab incendio redimebat, & venerandis sepulcris condebat. captiuos, & vinctos liberabat plurimos. & huius mulieris nomen Euprexia. adeò non solum christianos, & pauperes, & viduas, pupillosque fouebat, verumetiam paganos. conuixerat 15 marito annos octo, sine eo decem transegerat, post viri obitum statim Deo deuota. filiam habebat vnicam, annorum quattuordecim, quæ quinquennium iam occupata erat, tam sæua paralysi, vt membris omnibus destituta, nec pedem, nec manum commouere, neque in latus alterum reclinari sine alterius adminiculo posset. his malis afflicta mater, multa in medicos erogarat. sæpe ad Sãctos Martyres detulerat; sed impetrare, quod petebat, non valuerat. Seruus ei erat Anatolius, fidelis inprimis, & valde bonus: hunc toti familiæ præposuerat. is duobus cum comitibus armenta Dominæ suæ inuisurus, Draphonem versus ibat. Locus is Euprexiæ erat, occupatus, vt diximus, à Diabolis; ita vt propius accedere nemo auderet. sed per bina, ternaue stadia se procul quisque continebat. quod si quis, aut homo, aut quadrupes eo pergeret, repente ab Dæmonibus trucidabatur,

14

15

Vnus illi dolor, vnica filia paralysi afflicta.

tur. Verumtamen vt ſub aduentum Agrippinæ profugerant illi vniuerſi, armenta Euprexiæ, quaſi quodam impellente, vſque ad antrum tuto pernaſerant. locus autem erat amœniſſimus, atque herbidus, aquis fluentibus abundans, ſed ſpirituum terricula mentis iamdudum infrequens, atque incultus. hæc ſerui cum admiratione proſpicientes conuerſi adinuicem, quid eſt id noui, inquiunt? an hoc callide agunt Dæmones, vt nos ad ſe ducant, & pariter deinde cum beſtijs interficiant? & fortaſſe paſtoribus necem iã intulerunt. huc autem, & illuc circũſpicientes oculis, paſtores aduerterunt longe ſtantes, quos vocatos interrogauit Anatolius; quo id actum eſt modo? qui aiunt viſos ſibi nudiuſtertius veniſſe ad ſpeluncam nonnullos, neſcire viros ne, an mulieres. noctem verò circa mediam accepiſſe terribiles voces inclamantium, ac dicentium, væ væ cur nos expellitis hinc? & ſimul dicto, euanuiſſe. tunc audite, inquit Anatolius, fratres, ſedeamus è regione ſpeluncæ, & expectemus ad veſperam, antrum exploraturi. ſi cum ſol occubuerit, non occidentur animantes, hoc in animis habete, quod Chriſtus, quem Domina noſtra colit, viſitauit nos, & neque nos, neque armenta deuorabimur. Dæmon enim amorem erga hominẽ triduum ſimulare non poteſt, imo neque horæ ſpatium vnius. conſiderunt itaque procul ab ſpelunca, explorantes viri tredecim. circiter vero horam diei nonam, cœperunt Virgines pſalmos decantare. & ecce pariter cum pſalmodia odor etiam ſuauiſſimus de ſpelunca diffundi. hæc ſentiens Anatolius, dixit ſocijs; profecto, fratres, vt dixi, viſitatio eius Dei eſt, quem hera noſtra colit. repenteque cum duobus comitibus, quibuscũ aduenerat, ad Caſtellum aduolauit, & Euprexiæ ſuper filia ſua flenti dixit; attende, Domina, & narrabimus tibi quid eſt, inquit illa, filiã Chriſtus, quem ipſa colis viſitauit te ſuæ virtute ſanitatis. ad hæc Euprexia, ſomnias, filiã at ille: multi Sancti aduenerunt in agrum tuum Draphonem, & locus ille totus odoris ſuauitate repletus eſt. ſicque recenſuit quidquid de armentis, de paſtoribus, de ſe, de vocibus expertus fuerat. quibus acceptis Euprexia, gaudio ingenti exſiluit, ductiſque ſecum puellis duabus, Anatolio, duobuſque comitibus, Draphonem verſus quam ocyſſi me perrexit.

in Draph. deſtendit.

Præſcinit aduentum Euprexiæ Baſſa, & ad monachum, ceteraſque comites, filij, inquit, mulier ad nos quædam cariſſima properat, occurramus ergo illi. ſcio enim manere in ea Spiritum Sanctum. cumque illam propius acceſſiſſe ſentiret, ecce, inquit, adeſt: exeamus obuiam, egreſſæque de ſpelunca, paulum proceſſerunt, mox vero, vt vidit Euprexiam rurſus Baſſa, gaude Domina, Euprexia, inquit. Enimvero obſtupuit mulier, vt ſuo ſe nomine ab incognita ſalutari ſenſit. & gaude tu, filia Chriſti, reſpondit Dæmonum effugatrix, procidenſque in faciem ſuam oſculabatur pedes Sanctæ Baſſæ, cum lacrymis verba confundens. miſerere mei, adiuua me, & infidelitatem meam. Quæ reſpondit: confortare, ſoror, gaudiũ enim magnum aduenit in domum tuam. apprehenſamque manu deducit in ſpeluncã, vbi poſitum erat corpus Sanctæ Martyris Agrippinæ. quod vt vidit Euprexia tremens prouoluit ſe ad eius corporis veſtigia, atque orauit: miſerere mei Sancta Martyr Chriſti viſita filiam meam, quæ paralyſi infirmitate detinetur, ecce annos quinque. cui precanti dixit Baſſa: ſi vere in Dominum credis, ſcito te, & filiam tuam non animæ ſolum verũmetiam corporis ſalutem eſſe conſecuturas. Quæ reſpondit, credo, Domina, quod Chriſtus eſt verus Deus, qui erat in ſinu Patris, & pro nobis deſcendit in vterum Virginis Mariæ: crucem, & mortem ſuſtinuit, & voluntate patris ſurrexit à mortuis, & manifeſtauit ſe Apoſtolis ſuis, & poſt hæc aſcendit in cœlum, & ſedit ad dexteram Patris Dei, & iterum venturus eſt cum gloria in futuro, & tremendo iudicio iudicare ſeculum iuſte, & reddere vnicuique proprii laboris mercedem: & Beati qui ſanguinem ſuum pro eius nomine fundunt. Illi enim erunt hæredes illius gloriæ, quam oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. quæ vt audiuit ab Euprexia, dixit Baſſa, confortare, Domina, & ſoror, eleemoſynæ tuæ, & preces aſcenderunt ad Deum, ſicut quondam Beati Cornelii. ſed ſurge eamus domum tuam, ſtatimque ſurgentes cum corpore Sanctæ Agrippinæ noctu in Caſtellum ſubierunt. Dum verò ſuccederent in ædes magno lumine locus ille, cum admiratione multorum refulſit. domum ingreſſæ, quæ in regione Calamarea ſita erat, corpus Martyris Agrippinæ in ſecreto, ornatoque thalamo collocarunt. quod vbi factum, repente ſuper lectum puellæ Euprexiæ filiæ gloria Dei reſplenduit. ſomnumque illi, quæ per paralyſim dormire non poterat, eodem momento intulit. in ſomno autem videre ſibi eſt viſa ſplendidam puellam, ac venerandam, ſublime ante ſe ſtantem, ac dicentem, filia, & ſoror mea Theognia, (ſic puella nuncupabatur) ſanet te Dominus Ieſus Chriſtus, ſponſus meus. apprendenſque manum eius dexteram, erexit eam; & duxit in cellulam illam, vbi Sanctum corpus condiderant. rurſumque ei eſt locuta; filia Theognia, locus iſte requies mea erit in ſeculum ſeculi, hic habitabo, quoniam elegi locum hunc, & huc me miſit Chriſtus. hoc cum re vera, non ſomnio acciduſſet, cunctis ignorantibus domeſticis, euigilauit puella de ſomno, ſeque ipſa erexit, ac ſtetit tamquam ſi nihil habuiſſet mali. & circumſpiciens, cum 16 loculum Sanctæ Martyris, lnce illuſtratum videret, aduertit tres propter illud aſſidentes puellas, & matrem cum eis, ad quam tecta ibat.

Marty. opẽ implorat, & incolumitatem filiæ.

Valetudinem ægræ Theognię impertit.

16

Mater, vt ſtantem filiam, & incolumem aſpexit, expauit vehementer, & phantaſma ab ſe cerni putauit. ad quam puella: ne timeas, Domina mater, ego ſum enim filia tua

tua Theognia, quam alligauit Satanas, ecce quinque annis. nunc autem venit quædam Virgo nimium splendida, quæ prexit me dicens, sanet te Dominus Iesus Christus. continuo surrexi tamquam nullum vnquam in corpore meo morbi genus sensissem. audiēs hæc Euprexia, grasias Deo, & laudes effundebat: Benedictus sis, Domine Deus patrum nostrorum, qui visitasti humilitatem meam per istas virgines, nec non & per gloriosam Martyrem tuam Agrippinam, quam misisti in hunc locum propter sanctatem, ac salutē fidelis populi tui. hæc cum audiret Bassa, quærit ab Euprexia, quid hoc esset, quod factum fuerat. illa aduocatam filiam iussit, flexam ante pedes Bassæ, quæ ab Agrippina in somno accepisset, enarrare omnia: quibus cognitis, audi, Domina Euprexia, & tu Theogna, inquit Bassa: Deus, qui sicut ei placuit, iter nostrum direxit, atque huc nos deduxit, commisit, vt videris, corpus Sanctæ Martyris, & Virginis in manus uestras. cogitate ergo, quid de eo sit uobis agendum. Post hæc quodam die, Euprexiam Bassa in hunc modum iterum compellauit: eamus Domina, & soror Euprexia, ad corpus Sanctæ sororis nostræ, & Martyris Christi Agrippinæ, ut osculemur uenerandos pedes eius. itaque cum omnes perrexissent, procidit Bassa, & osculata corporis sancti pedes, dixit: vale, Domina & soror; ora pro nobis S. Martyr, ut comitetur nos Dominus, & explere cursum mereamur martyrij nostri. ecce locus, quem optasti. Dominus per orationes tuas sit noster gubernator. Post Bassam accesserunt Paula, & Agathonica, & ante Agrippinam prostratæ dixerunt: ora pro nobis, Domina, & orationem osculis pedum coniungebant. qua perfecta, Euprexiæ, & Theognæ post oscula, atque amplexus, tale dixerunt: egressæque de nocte ad mare usque deuenere. ibi quoq; salutatas reliquit monachus uiarum comes, & ad Monasterium rediit glorificans Deum, ac laudans super glorioſis rebus, quas uiderat, atque audierat: Virgines uero Sāctæ post orationem, ascendentes in nauim, nauigarunt in Africam. & diei sequentis hora quarta Carthaginem appulsæ sunt. de naue in ecclesiam secesserunt Sanctæ. 18 Dei Genitricis Mariæ in Sasis, de regione, cui Ascusa nomen erat, atque eadem in urbe. 19 post multos ab accessu dies, pro Christi nomine ferro trucidatæ sunt, 4. Idus Aug. sed ad Euprexiam redeamus. Postridie mane cum familiares, ac necessarij de more ad visendam, cōsolandamque eius filiam conuenissent, offenderunt domi incolumem, & in laudes Dei christianorum prorupērunt. ea res tota vicinitate diuulgata, thesaurum abscōditum manifestauit: ergo vndiq; comportabantur ad sacras reliquias ægroti, ac Dæmoniaci, quarū ad contactum valetudini statim restituebantur, quandocumq; illos morbi genus diuexaret. Itaque exaltabatur Menæi, ac triumphabatur gaudio, quod ad Sanctæ Martyris corpus non de vicinis modo, verum à longe dissitis regionibus, etiam traiecto mari concurrebatur; nemoque illud contingebat, quin omnem de integro sanitatem recuperaret. Presbyter autem in vico quodam erat, qui morbi violentia vnius oculi visum perdiderat. hic vt prædicta fama accepit, aduolauit in Castellum, & ingressus cellam, vbi Sanctum corpus asseruabatur, procidit humi, exorans: miserere mei, famula Christi, & sponsa. & repente lumen amissum redintegratum illi est, & ad sua cum gratiarum actione rediit. & multa quidem alia per orationem Sanctę Martyris Agrippinæ operatus 19 est miracula Christus Iesus, quæ alio in libro recensētur, & hæc etiam per compendium diximus, ne forte ab legentibus cum fastidio susciperentur, ex inde. 20 multos post annos, ædem Euprexia construxit, magnam satis, & decoram, & in ea æde fossam, ad condendum Agrippinæ corpus effodit, altitudine cubitorum tenum. Cui usquam vero illud deponit, videt 21 Agrippinam dicentem, caue Euprexia, ne quisquā locum cognoscat, vbi meū peccatricis corpus reconditur: ergo exædificata ecclesia, accersito Seuerino Catanensi Episcopo ad id muneris accersito consecratur in honorem Dei & Martyris Agrippinæ 6. Idus Iunij, Imperante Constantino, & quiescente per Christi beneficium ecclesia. Post hæc Euprexia quæcunque possidebat opes, erogauit in vsum pauperum, & ornamenta positi ab se templi, & 22 monasticum induta habitum, pariter cū filia, in eadem 23 ecclesia reliquum vitæ tēpus in magna obedientia, ac timore Dei trā segit. nemo autem odorari potuit, qua parte corpus illud Sanctissimum esset situm. Siquidem non raro Euprexiæ apparere solebat in visione ipsa Virgo Agrippina monens, ne cui locum, sepulchrumque patefaceret. hoc 24 certo scitur, intus in ecclesia sanctum thesaurum condi. vixerunt 25 autem Euprexia & filia eius in famulatu ecclesiæ S. Agrippinæ quadraginta annis; & more Sanctarum mulierum in confessione bona decesserunt.

Passa est 26 Virgo, & Martyr Christi Agrippina in Vrbe Romana, 9. Kal. Iunii iussu nequissimi Imp. Valeriani. translata est in Siciliam in Castellum Menæi 16. Kal. Iunij sepulta est 6. Idus Iunij, intercedentibus eius ad Deum pro nobis, orationibus, eiusdem filij Dei, hæredes esse mereamur, qui cū Patre, & Spiritu Sā cto viuit, & regnat in omnia sæcula. Amen.

Vide Antimadu. fol. 61.

Expleta legatione, ss Virg. ab scedunt.

Et Carthaginem nauigant.

17

18

19

20 Euprexia ecclesiā D. Aggrippinę struit ī eaq; corp' recondit.

21

22

23

24

25

26

EGRE-

EGREGIÆ M. AGRIPPINÆ MONVMENTVM

Ex Græcorum Menologio.

SANCTÆ Martyris Agrippinæ, quæ in illustri Vrbe Roma orta, & educata, virginitate, & fortitudine decorata, & Deo ipsi desponsata, forti atque alacri animo ad martyrii palmam excurrit, & propter amorem, & caritatem sponsi sui Christi multis cruciatibus seipsam tradidit. itaque virgis cæsa, vinculis, carceribus, & torturis affecta, in tormentis ipsis animam Deo commendans, Martyr excessit. eius corpus Bassa Paula, & Agathonice clam susceptum, ex vrbe Roma in Siciliam transferentes reposuerunt. Cum primum verò Sicilia illud accepit tenebricosis Dæmonum erroribus liberata est. Cumque Agareni ausi fuissent castrum diripere, in quo Beatæ Martyris corpus seruabatur, repentino interitu perierunt. Ex eo tempore ad hanc vsque diem, leprosi cum fide illuc accedentes purgantur, & reliqui morbi, Sanctæ Agrippinæ intercessione, abiguntur.

IN VIRGINEM ET MART. AGRIPPINAM HYMNVS

E Græco in latinum translatus.

QVI 1 lapidibus, multo errore decepti, cultum impendunt, te 2 lapide oneraut, quod Christum solidissimam petram confitereris. quare morte obita, miraculorum splendore, glorioſa coruscasti, Agrippina, vt nostrum omnium, qui te prædicamus, animas illustrares.

Te Romæ fortiter dimicantem, instar opulentissimi thesauri, ecclesiæ Sacrosanctæ Christus Deus noster attribuit. ibi cum essent venerandæ Martyr Dæmonum multitudinis tuæ præsentia procul exterminati. Proinde te beatam prædicamus, ac tuum hodie certamen pie celebramus, pugnatissima Agrippina. Bassa & Paula humeris te suis tulerunt, eius imperio, qui fert vniuersa: & regiones & longa maria permeans. Martyr Agrippina, edensque terrifica portenta, ope cælestis gratiæ, conquieuisti eo loci, vbi Deus destinauerat. laborib⁹ sanctorum tuis. ac proinde celeberrima vbique prædicaris.

Diurno morbo mulierculam affectam liberasti, tuarum reliquiarum admissione, ò magni nominis Virgo, Porrò 3 Agarenorum audaciam, in venerabilis templi tui arcem ad prędandum irruentium internecione mulctasti, quando istis desuper adstare visa es, instar 4 pulcherrimæ columbę volans, 4
crucemque 5 præferens Virgo Agrippina: 5

Splendore gratiæ, quæ tibi superne illuxit, ignorantiæ meæ tenebras discute, tuisque precibus præbe, ò Agrippina, vim, vt tua certamina digne possim commendare.

Sole splendidior verissime exorta es, in Christi ecclesiæ firmamento, ac certaminum, miraculorumque tuorum radiis, vniuersi terrarum orbis fines illustrasti, Martyr Sanctissima,

Cum immortalis, vitæque auctoris sponsi nuptias expetieris, certamen, quasi earum arrhabonem, attulisti, à quo inuicem, & regno, & incorrupta corona donata es, Martyr veneranda.

Dei Optimi Maximi dextera gubernante, fluctuosum impietatis pelagus emensa, in portum supernæ splendoris appulisti, Agrippina sapientissima.

In cordibus eorum, qui te cum fide, ò celebratissima Dei Mater, colunt, plane ortus est Lucifer, illuxitque dies splendidissima Christus, qui ex tuo vtero enituit, ò Dei sponsa beatissima.

Virgo cæsa, ingenti gaudio lætabaris, ide-

dem

Digitized by Google

dam conterens ossa impietatis, & clamans, nihil plane vmquam à tua dilectione, Christe, me seiungat.

Vt hostium nuditatem, Martyr Sanctissima, notares, tunica exuta es. idcirco stola immortalitatis te Christus donauit.

Os aduersum te, æquissimam Christi Martyrem, iniqua obloquentis obstructum est, te interim Christi magnalia prædicante.

Cum humi corpus tuum per summam stultitiam impius satelles protenderet, tu mentem in Deum intendebas.

Isaiæ vaticinium plane impletum est. peperit enim Virgo, nostra carne contectum, vitæ auctorem, nostrarumque animarum reparatorem.

Qui voluntatem timentium se facit, per Angelum suum, Martyr, vincula, ac tormenta, quibus tenebaris dissoluit; cum eadem Christi sponsi tui caritatis vinculo nexa, omnem impietatem dissoluisses.

Mortificata iam per caritatem eius, qui omnem mortis vim mortificauit, gratia scatens viuifica ad curandos, qui cum prauis cupiditatibus conflictantur, Christi decus, Agrippina Martyr.

Cum dolores corporis, sponsi tui caritate succensa, superares, fortiter ferebas verberū ictus, clamans: nulla porrò tormentorum vis à tua me, Christe, dilectione separabit.

Quis Beatæ Societatis Bassæ, Agrippinæque Virginis, Sacrosanctæ Triadis amore decertantis, fortitudinem explicauerit? quaue ratione infirmam, imbellemque Idolorū vim acriter ostenderit?

Regina Virgo, quam Patris Verbum, & æqualis Deus, quasi odoratissimam domum habitare voluit, minime violata est puritas, minime es dolorem experta. quippe Emmanuelem, Deum, simul & hominem enixa.

Lux, occasus nescia, tuo inhabitans tabernaculo, in nocte veluti meridie te contuentibus ostendit, torquens iacula miraculorū.

Incontaminata onicula pastoris vestigiis insistens, tamquam purissima victima, eidem Sancte obiata es.

Mentem habens plane prophetico spiritu afflatam, futura, perinde atque præsentia intueretur, veneranda Bassa prædicere merita est.

O Dei genitrix, prauitatem meam sana, quæ Sanctissimum Verbum peperisti, quod ab omnibus Sanctum prædicatur.

Cum è Roma effulgens Sanctissimū corpus tuum, Agrippina Martyr, Sicilia religiosa excepisset, à terribili Dæmonum caligine liberata est.

O ter felices Martyres generosæ, & ante mortem, in ipsa martyrij expectatione mortuæ. Tuum corpus emortuum quidem, sed quod tamen vitam impertiat, ferunt.

Strictus in te inimici gladius obtusus est. nam tamquam fundatas ciuitates, hostium audaciam deiecisti, Agrippina, glorioſis certaminibus, quasi vecte armata.

Sacri tabernaculi tui attactu curantur, & qui sanguinis fluxu, & qui lepra laborant. tū morbi omnes propelluntur, sancti nominis tui inuocatione

Gabrielis verba, Virgo laude dignissima, vsurpantes, clamamus: Aue Mater, sola benedicta, salue porta, quæ solem iustitiæ continues.

Tamquam aurea columba, signo crucis præmunita, Agarenos noctu in Castellum tuum irrumpētes, omninò perdidisti, seruans Christi fideles ab eorum immanitate.

Multis, varijsque pro Christi nomine laboribus defuncta, placido, immortalique fine, in eodem potita es.

Nox, instar diei, videbatur ijs, qui tuas Sacrosanctas reliquias gestabant; locus omnis, qui te excipiebat, suauissimo odore replebatur. Dæmonum acies procul abigebantur, sacrum corpus curationum guttas instillabat ijs, qui te in secula hymnis ornarent.

Cum sponsi immortalis desiderio conflagrares, post illius testimonia cucurristi, eiusdem passiones, ac mortem æmulata, clamās, laudate Dominum, omnia opera eius, & superexaltate eum in sæcula.

Fide, haud quaquam dormitante, prædita, tui cruoris oleo ardentem lampada gerens, intro admissa es in celestium gaudiorum thalamum, canens, laudate Dominum, omnia opera eius, & superexaltate eum in secula.

Ad hoc templum exultans adueniſti, nam eius videndi magno studio tenebaris, vt in eo, tamquam in proprio cursu insidens oblectareris.

Rubus ardens incombustus iam olim mirabile tui partus mysterium adūbrauit, quippe diuinitatis ignem vtero gestasti, & incombusta, intactaque Virgo permansisti; quo circa te in omne æuum commendamus.

Nutu eius, qui omnia molitur, ac gubernat, Agathonica cum Bassa, simul & Paula ad martyrij finem libentissime festinantes, profecto vna omnes voto suo sunt tandem potitæ.

O Virgo, in cælestes iam thalamos translata, quæ spiritales, minime sensibus oculorū subiectas, pulchritudines intelligis, & Dei Optimi Maximi splendore frueris, puros, quæso, te laudantes redde.

Corona gratiarum vertici tuo imposita est, Agrippina, quippe quæ & cursum consūmaueris; iam te iustorum ordines magno cū gaudio exceperunt.

Quæ conditori tuo, magna cum fiducia, cum ceteris omnibus, qui à seculo sunt beatis spiritibus affiſtis, Martyr Agrippina, impetra peccatorum condonationem ijs, qui te laudare gestiunt.

O Virgo Maria, quæ maternis vlnis eum gestas, qui vniuersum terrarum orbem continet, libera me ab hostium manibus, vt saluus, & incolumis, magnitudinem tuam valeam celebrare.

Vid: Animadu. fol. 64.

Digitized by Google

Ann. Ch. 262. 22. Iun.

DE SANCTO GREGORIO AGRIGENTINO EPISC. ET CONF.

Ex historia Translationis S. Agrippinæ.

GREGORIVS Agrigentinorum ecclesię Episcopus præerat, Impp. Valeriano, & Gallieno, quorum sæuis temporibus Romã profectus est, incertum, visendi studio sepulchra SS. Apostolorum, an negotiorum fidei caussa, quæ cum Romano Põtifice consultaret, exagitante Siciliam procellsa persecutionis. in vrbe cum esset Gregorius, B. Virginem Agrippinam persecutione Valeriani, & Gallieni, propter Iesũ Christi fidem supplicijs affectam, adlocutione solatus, ad constantiam firmauit. Agrigentum regressus, certior factus, Virgines tres ad proximum litus appulsas, è naui cum B. Martyris corpore exscendisse, quod odore suauissimo late vias afflaret; statim *Archidiacono*, & quibusdam è Clero sumptis, quos fide, castisque moribus conspicuos nosset, iter, quod ab indice didicerat, aggreditur. citisq; equis Virginem Bassam, B. Agrippinæ sororem, aliasque Virgines duas Paulam, & *Agathonicam* comperit, quæ *Martyris* Agrippinæ reliquias in Siciliam deportabant. quo audito, Gregorius mira voluptate perfunditur, humique stratus coronatam Virginem adorat, eximiæque affectu pietatis veneratur, & laudibus exornat. deinde supra S. *Martyris* corpus diuina mysteria rite perfecit, ac cœtũ illum sacrificio adstantem, Sanctissimo Christi corpore, dein diuino sermone refecit: SS. Virginibus Bassæ, Paulæ, & Agathonicę prædixit, participes Beatissimæ *Agrippinæ* sortis breui futuras, & ex agone martyrij cælestes coronas à Domino accepturas. simul perseuerantiam in tormentis à *Deo* precatus est. dictis ex euentu fides fuit. nam Virgines Bassa, Paula, & *Agathonica* tres intra mensęs martyrium in *Africa* pertulere. reliqua B. Gregorii acta ignoramus. caussas repetere graue est, ac peracerbum. quis ambigat, virtutibus insignem virum exstitisse, quem turbulenta illa tempora deposcebant? in ecclesia *Agrigentina* colitur die vigesimo secundo Iunij.

Vide Auimadu. fol. 64.

DE BEATO MARCO MONACHO.

MARCVS Monachus atrocissima Decij Cæsaris persecutione vixit. Sanctos *Martyres* Leontinos *Alphium*, Philadelphum, & *Cyrinum* comitatus, eis adfuit dum torquerentur, & à iudice interrogarentur. quorum etiam scripsit historiam, quam Crescens impius igni cremauit; sed restituit Beatus Lucianus Leontinorum Episcopus. haud plura his rescire tempora permisere; traditio tamen apud Leontinos Beatum prædicat, & colit; incertum mihi est an eadem illa persecutione sublatus sit.

Digitized by Google

VITA
S. THECLAE
Ex Actis SS. Alphij, & Sociorum.

Ann. Ch. 262. 10. Ian.

THECLA, clariſſima femina Leontina, Sanctæ Martyris 2 Iſidoræ filia, in cuius ſinu educata, chriſtianam pietatem hauſit; opum maximè dives fuit, ingentis animi, ſed minus læta corporis cauſſa; perſecutione Decij, cum Sancti Alphius, Philadelphus, & Cyrinus ad Tertullum in Siciliam miſſi ſunt, perductique Leontinos, B. Thecla ſex annos paralyſi torquebatur, deſtituta viribus vſuque membrorum; cum vero inaudiſſet, illorum precibus Hebræi 3 cuiuſdam filium à Dæmone liberatum, in ſpem ſalutis venit. itaque accitum ad ſe Alexandrum propinquum ſuum, qui Tertullo a conſilijs erat, orat, obteſtaturque vt Alphium, Philadelphum, & Cyrinum mitteret ad ſe domum. cupere ſe eos videre, & alloqui, morbique remedium expoſcere ſimul offert quantam velit pecuniæ ſummam. qua perſoluta, Alexander miſſurum ſe recepit. ergo appetente nocte, per Sophronium, & Nicomem Theclæ famulos idoneos, ac fideles, germani fratres ad ægram Dominam ducti ſunt. quibus illa conſpectis, ſalutatiſq; ſummo gaudio perfuſa eſt. mox cum, quibus excruciaretur doloribus, expoſuiſſet, eorum preces cum fide poſtulauit. Sancti adoleſcentes piam conſolati feminam ad cuſtodiam ſe retulere.

Nocte eadem, ſtatim domo egreſſis Chriſti Confeſſoribus, Theclam ſomnus conſopiuit. viſus illi per quietem prouecta 4 ætate Epiſcopus, qui exceptas cœlo, dixit, piorũ fratrum preces, miſſumque ſe ad eam ſanãdam. mox experrecta, incolumis, ſoluta morbo, deuincta beneficijs orta luce, in carcerẽ contendit ad SS. Alphium, Philadelphum, & Cyrinum, quibus pro incolumitate gratias ageret. vbi inter eos ortum modeſtiæ certamen: cum Thecla SS. Fratrum precibus ſanã eſſe ſe diceret; illi contra, ſanarunt te fides tua, & eleemoſynæ tuæ. exinde ſanctiſſima femina non deſtitit interdiu, noctuque carcerem adire, redemptis 5 pecunia cuſtodibus, vinctos 6 Chriſti Confeſſores viſere, catenas 7 exoſculari, cæſorum vulnera vngere, colligare linteis, victui neceſſaria ſubminiſtrare. neque eam vnquam ab his caritatis officijs metus abterruit quin inter perſecutionis procellas, ad firmandam pietatẽ ex adhuc infirmorum prædonum faucibus diuinitus erepta eſt.

Porrò ſæuientibus in rem chriſtianam Decio, & Valeriano, Siciliam inſulam tempeſtas perculit turbulentiſſimi temporis. quod verò illorum fulminibus altiſſima quæq; quaterentur, ac Thecla prædiues eſſet, Princeps genere, ſanguine nobilis, exemplum pietatis, ſæpe ad necem expetita eſt. quippe Tertullo Conſulari cognitum erat, chriſtianam eſſe, & chriſtianam rem iuuare. cum igitur & Thecla pietatis inire certamen arderet, & Tertullus interficere percuperet, adſeſſores tamen eius diſſuaſere, feminæ claritudinem prætendentes, & populorum 8 ſtudia, qui mirum in modum Theclam reuerebantur. haud illi quidem id præſtitere, humanitate vlla permoti, ſed quod illam Deus Eccleſiæ præſidio, ac ſolatio ſeruare ſtatuerat. & verò perſecutionis temporibus Leontinam eccleſiam Thecla præcipue ſuſtentauit, vnà cum Iuſtina pietatis administra, gloriæ ſocia. Chriſtianos in ſpeluncis deliteſcẽtes opibus aluit ſuis, ſuiſque in prædijs fouit. Sanctorum 9 Martyrum corpora auro redimere, riteque ſepelire.

Enim verò SS. Martyres XX. Milites humauit in Antiano, ſuburbano ſuo. SS. MM. Alphium, Philadelphum & Cyrinum, Epiphanemque, & Euthaliam Virginem in abdita 10 ſpelunca ædium ſuarum condidit; quæ illi, familiæque, ac reliquis chriſtianis, tempore perſecutionis pro eccleſia fuit. Pace chriſtianis reddita ab Imperatore Gallieno, opes 11 ſuas, quæ illi ingentes erant, in ædes 12 Martyrum conſtruendas contulit. SS MM. Alphio, Piladelpho, & Cyrino eccleſiam in Strobelio, quo loco eorum corpora condebantur, exſtruxit: in quam Sancti Martyres Epiphane, & Euthalia illatæ ſunt. alteram eccleſiam in ſuburbano ſuo Antiano ædificauit SS. Martt. Iſidoræ matri amitæque Neophytæ, & Militibus viginti. ad hoc in medio vrbis templum vetus, impia Deorum ſuperſtitione expurgatum, Virgini Deiparę conſecrandum curauit, omnéſque has ędes 13 ampliſſimis muneribus exornauit. Iure Beatam Theclam Leontinæ eccleſiæ matrem, & altricem eius appellent, quæ mirifice illam auxit ſtudijs, & opibus ſuis.

Digna ſane femina, cui SS. MM. Alphius, Philadelphus, & Cyrinus, ſæpenumero videndos ſe obtulerint, multaque docuerint, quæ pro tempore in rem eſſent eccleſiæ Leõtinæ; cuique mortis diem prędixerint. enimverò conſecrarat iam ad 4. Idus Decembris Beatus Neophytus Epiſcopus eccleſiam SS. Alphio, Philadelpho, & Cyrino. triduo poſt apparuere ijdem Martyres Theclę, prænonentes intra XXX. dies eam è vita migraturam: igitur cum omnia, quę illi ſupererant, in-

4 Apoſt. Andreas Theclæ viſus ſanam facit.

5 6 7 Se, ſuaque opes in ita dia pietatis impendit.

8

9

10 Mart. Honorifice ſepelit.

11 12 Multas ędes ſacras extruit.

13

De obitu ſuo prænonetur, & pie moritur.

Digitized by Google

in ædem maximam Beatæ Mariæ distribuisset. 14 in pace 14 spiritum Deo reddidit. 4. Id. 15 Ianuarij, sepultaque 15 est in læua parte templi Sanctorum Martyrum, quod ipsa cõstruxerat, eius funus vniuersa ciuitas lacrymis prosecuta est. clarissimum Theclę nomẽ diuinis honoribus prosecuti sunt grati ciues, ecclesia eius memoriæ erecta, in regione Sãctę Veneris, in qua vnà cum Sancta Iustina percoluntur in honorem Iesu Christi Domini Nostri.

Vide Animadu. fol. 65.

Ann. Ch. 262. 10. Ian.

DE SANCTA IVSTINA

IVSTINA nobilis, ac prædiues femina Leontina, sed nobilior fide, & christiana pietate, altero oculo cum esset orba, & Christi Confessores Alphium. Philadelphum, & Cyrinum in custodia viseret, Alphij manum cum fide complexa, atque exosculata, statim lumen recepit. nec minoribus illa beneficijs ecclesiam Leontinam cumulauit. nam Decij, & Valeriani persecutione religionem christianam, vel maxime fouit, neque vmquam tyrannorum metu destitit, christianos vinctos in custodijs visere, & extortes sustentare opibus suis, corpora Martyrum rite sepelire. quibus in officijs pietatis diu se exercuit, adiecitq; se sociam Beatæ Theclæ consanguineæ fuę, cum qua collatis studijs, opibusque plures ecclesias ædificauit, copioseque dotauit, atque in actis Sanctorum Alphij, & Sociorum dedisse dicitur prædia septem, & pecorum tria millia; grandia pietatis suæ præmia in cœlo adepta, diuinos honores in terra promeruit; & cum eadem B. Thecla apud Leontinos, ad 4. Idus Ianuarias ritu sollemni percolitur.

Ann. Ch. 262 24. Mart.

DE SANCTO EVERIO

CATANENS. EPISC. ET CONF.

IN Actis Sanctorum Alphii, Philadelphi & Cyrini memoratur S. Euerius Catanensium Episcopus, qui Leontinis Deorum fanum, vetere superstitione purgatum, vnà cum B. Neophyto, Leontinorum Episcopo, Sanctissimæ Dei Matri Mariæ consecrauit, ipsius meminerunt Menologia edita à Cardinali Guillelmo Sirleto, & Andrea Schotto Societatis Iesu, quamuis ibi Seuerũ, non Euerium appellent. cetera in obscuro sunt. O funestas Siciliæ clades quantum inde tenebrarum nostris rebus offusum est.

Ann. Ch. 270 16. Oct.

DE S. BASSIANO MART. SYRAC.

CVM ab Imp. Claudio, edictum aduersus christianos promulgatum, & in Siciliam perlatũ esset, Syracusis, vbi Præses ius diceret, acriter in eos sæuiri cœpertum. comprehẽsus hic à militibus Bassianus, atque ad tribunal tractus, cum christianum esse se, ac dæmonia respuere profiteretur, abirato Præside occidi iussus agonem suum in Christi confessione laudabiliter confecit. cetera ignoramus, non minore detrimẽto pietatis, quam Patriæ dolore. colitur in ecclesia Syracusana 17. Kal. Nou. ipsius mentionem cum laude factam reperies apud Raphaelem Volaterranum in Anthropologia, & Albertũ Leandrum in descriptione Siciliæ.

Ann. Ch. 278 3. Nou.

VITA S. DONATI PRESBYT.

Ex Actis SS. Alphij, & Sociorum.

IN ciuitate Leontinorum, vir quidam erat primus inter Hebræos, Synagogæ præfectus, nomine Samuel, qui iam inde ab annis 22. tetra lepra laborabat. vehementer dolebat ærumnam viri coniux Susanna, flensque ad Entropiam venit. hæc lugentem solata, atque ad spem attollens, persuasit; si vir ei fieret christianus, futurum, vt eum sanarent SS. Martyres Alphius, Philadelphus, & Cyrinus. hæc dum colloquuntur, offerunt se Samueli

M

Digitized by Google

mueli in somnis SS. Martyres, specie terribili: simul eius manu contacta, mundataque, dixere: si credis in Christum, sanus, salvusque eris. mox ire ad Theclam monent; auditurum à pia femina, quid illum facere oporteret. hic excitus Samuel, proclamat: christianus sũ. nec mora, eius vxor aduenit, ac mirata prodigium, vna cum filijs maritum ad Theclam duxit: Thecla ad speluncam SS. Alphij, Philadelphi, & Cyrini, vbi noctu tergemini Martyres egressi, Neophytum aduocantes, instruere, ac baptizare hominem iubent, ac Donatum vocare, ac paulo post creare presbyterum in vico Antiano, vbi Isidoræ, ac Neophytæ matris, & Militum viginti corpora condebantur. quo dicto suffla, addidere, in eius faciem, signoque crucis muni corpus. cum Neophytus tertium insufflasset, ille sanatus est. cum annos, tũ prope L. natus esset.

Sanus fit à ss. Alphio. Philad. & Cyrino.

Igitur baptizatus est Donatus, vxor eius Susanna, filij quinque Gregorius, Olympius, Isidorus, Eustratius, Chariton, filiæ duæ maior Aquilina, minor Christina, nepotes Eustathius, & Celetius ex fratre Beniamin: famuli, famulæque eorum, omnes 1 numero

Cum eo familia fidẽ suscipit.

1

CCLXXXIV. tum temporis Neophytus cũ Agathone Romam profectus est. Donatus autem in ædibus Theclæ mansit, eique facultates omnes suas, vt distribueret, dedit. Posteaquam redit Vrbe Roma Neophytus Episcopus, Donatum creauit presbyterum, præfecitque ecclesiæ Antianorum 11 Kalen. Nouembris, filios eius Gregorium, Olympiũ, & Isidorum Diaconos in ecclesia Leontina: Eustratium, 2 Charitonem Diaconos, Eustathium, & Celetium subdiaconos; vt cum patre in Antianis manerent. Vbi Donatus annos 17. sanctissime vitam egit. omni præfulsit virtute, præcipue verò abstinentia insignis fuit: sedenim carnis, vini, oleique vsum ab se penitus reiecit. cum vixisset annos LXVIII. in pace obdormiuit, animam in manus Dei tradens, qui eum delegit. sepultus 3 est in dextera ecclesiæ parte, intra XX. Martyres, pridie 4 Idus Nouembr. regnante Iesu Christo Domino Nostro. sed eius festus dies celebratur Leontinis idibus Nouembris & proprio officio colitur.

Vito Antianis præficitur Sacerdos.

2

3

4

Vide Animadu. fol. 66.

VITA SS. BABYLÆ, AGAPII, ET TIMOTHEI MARTYRVM

Ex Græcis Menęis.

Ann. Ch. 284. 24. Ianuarij.

BABYLAS, 1 egregius Christi Martyr, parentibus nobili genere, & virtute prognatus est, eius 2 patria Theopolis Antiochia nimirum, illustris ciuitas in Orientis regione. ibi à primis temporibus ætatis suę, vt erat bonæ indolis, salubres Christi monitiones maximi facere, seq; in sacrarum studio literarum cœpit exercere; quæ tuta, rectaq; via est in sempiternam patriam. Ille igitur adhuc natu minor, vnum Iesum suspirare, eius amplexus expetere, cetera infra lunam falsa, incerta, tum mobilia, & caduca, nihil ducere. interea diem suum obierunt genitores. ipse satis amplam hæreditatem in egenos, & pupillos, tum in viduas erogauit. Deinde vbi ex se se lutum excussit, in montẽ nescio quem, vnà cum Agapio, & Timotheo, quos discipulos adiunxerat, secedit. eo loci ita pure, sancteq; ad senectutem vsq; vitam traduxit suam, vt 3 amplissimo, quo præditus erat sacerdotio, dignum se præbuisse, illudque adeò cohonestasse videretur. Quoniã vero immanes, & sanguinarij Ethnici hostes Christianæ religionis Babylæ nomen de neglecto Deorum cultu ad magistratus deferre quæritabant, Roma, vbi id temporis manebat, cum ijs, quos memini, discipulis, in Siciliam traiecit. Hic reliquum vitæ suæ temp' exigens, qui erat ei caritatis ardor, complures suis concionibus illustrauit, traducens ad veram Dei cognitionem. sed ciuitas (quemadmodum est in sacris literis) supra mõtem exædificata, abscondi non potest: neq; ipse nimium diu latuit Siciliæ Prætorem. Quapropter Babylas vna cum duobus discipulis comprehensus, in iudicio sistitur. rogantur à Prętore, an Christi religionem deserere, contrà verò Deorum cultum amplecti velint. Prætor, vt Martyrum constantiam nouit, satellitibus mãdat, vti verberibus male in eos animaduertãt. illi tã inhumaniter in corpora flagris sæuierunt, vt exarata mẽbra omnia cruẽtarẽtur. Ad hoc, partim vt immoderatæ, qua efferebatur, iracũdiæ faceret satis, partim verò vt a Christo deterreret Siciliæ populos, p vrbẽ circumagi, iterumq; pulsari, verberariq; iussit. Ibi incredibilis Martyrũ constantia enituit, qui ad cælestia semper bona respectabant. Die verò insequẽti primũ gladio trucidari, post in ignẽ conijci iubet. Ignis autem inuictos Christi duces reueritus, ne tangere quidẽ ausus est. id quod ex christianis nõnulli cum animaduertissent, in eadẽ Siciliæ Insula sacrosancta Martyrũ corpora honorificentissime sepulturæ mandarunt.

S. Bab. M. Antiochenus

1

2

3

Roma in Siciliam traiecit.

Martyrio coronatur.

Vide Animadu. fol. 66.

MAR-

Digitized by Google

Ann.Ch. 294 15.Iunij.

MARTYRIVM SS. VITI MODESTI, ET CRESCENTIÆ

Ex M.S. Græco Cod. Monaſterij S. Saluatoris.

IMmaniſſimo 2 Diocletiano Imperat. Sanctus 3 Vitus magnam miraculorum vim in Sicilia perpetrabat. & ſi enim tenera adhuc eſſet ętate, Deum tamen magnopere timebat, larga manu aſſidue ſubleuãs paupertatẽ, & Chriſto quotidie ſupplicans, dicebat: oſtende, Domine, miſericordiam tuam mihi ſeruo tuo, & ne declines me à mandatis tuis, nec ſegreges à concilio iuſtorum, & congregatione. hęc vbi precatus eſt, Ecce vox è cœlo intonuit: exaudita eſt, Vite, oratio tua, impetrabiſque quidquid me rogaſti. his auditis, incredibile eſt quantam lætitiam animo conceperit Sanctus adoleſcens, ac mox poſitis ſplendidis veſtibus, viduas, ac pupillos iiſdem induit, ſe interim ſacco tegens. rei nouitate perculſus pater, intelligens hæc ob Chriſti amorem à filio pręſtari, vt qui à ſimulacrorum cultu abhorreret, compellebat natum, vt à Chriſti fide deſciſceret, & Idolis honorem impertiret; ſi id faceret, & ingentes opes ſe largiturum, & magnos honores collaturum erat enim nobili genere, iuxta ac diuitiis clarus, & vanæ Deorum ſuperſtitioni addictiſſimus. huic filius: Ego vero Pater, Deum alium fateor me neſcire, niſi illum, qui ex omni ęternitate eſt, tenebraſque à luce diuiſit, illum, inquam, qui cœlum, terram, ac mare cõdidit, & quidquid hoc mundi ambitu continetur; his verbis ira 4 incenſus pater, filium 4 humeris cædi flagris iuſſit, ſciſcitans ex eo, vnde iſthæc loqui didiciſſet? cui filius, poſt longam tunſionem, a Chriſto, inquit, cui ſeruio, hæc edidici. Tunc mandat pater Modeſto illius Pedagogo, ac magiſtro, admoneat puerum, obiurgetq; ne talia in poſterum audeat efferre. ſed Chriſti Martyr; hæc mea dulcedo, hæ meę diuitiæ. bonum mihi lex oris tui, ſuper millia auri, & argenti, vt eſt apud Prophetam. hæc cum ita ſe haberent, non multo poſt apparuit ei Angelus Domini, dicens; ego tibi cuſtos datus ſum, nimirum vt ad exſtremum vſq; vitæ diẽ te cuſtodiam. Quare Beatus puer abſque vllo 8 metu Deum colere, eique aſſiduis orationibus ſupplicare non deſiitebat, magno cum patris dolore, ac fletu, vt qui eſſet ei vnicus. at Vitus patrem lacrymantem aduertens, vt ægritudinem leniret, quid fles, inquit, pater,

Vitus à puericia chriſtianus plurima miracula perpetrat.

quibus me dijs ſacrificare iubes? Ille, Ioui, inquit, ac Mercurio. cui filius, numquam ego plures eſſe Deos audiui, neq; nominatim eos appellari; ſed vnum Deum in tribus perſonis coli, indiuiduam Trinitatem, Patrem, Filium, ac Spiritum Sãctum. quod ſi mihi aures velles applicare, cognoſceres, vnam ex his perſonam, filium inquam, ſuapte ſponte ſe nec obtuliſſe, nimirum vt mortalium omniũ antiquam noxam ſuo ſanguine eluеret, & è Diaboli ſeruitute in libertatem vindicaret. & Pater, audiui, inquit, hoc ipſum nomen, quod tu dicis Chriſtum, olim in Iudęa cruci ſuffixum. & Vitus, eius crucifixio ſalus peccatorum eſt, & redẽptio. Tandem hoc vnum ſcias, pater, neminem eſſe, qui me ab eo ſeiungere, ac diuellere vmquam poſſit. ſane illum Deum eſſe, multi Dæmones confeſſi ſunt; quin & cœcis viſum reſtituit. hæc, & id genus alia cum patri filius narraret, Valerianus rem per perditiſſimos homines ſubodoratus, accito illius parente, audio, inquit, tuum filium, Chriſto, qui in cruce mortem oppetijt, nomen dediſſe, Deoſque noſtros contemnere, iube igitur adoleſcẽtem ad nos ire, vt videamus ecquid verum ſit, quod dictitant. Vt vero ad Præſidẽ pro Tribunali ſedentem venit, huiuſmodi verba loqui cœpit. vera ne ſunt, puer ſuauiſſime, quæ de te differuntur, te nimirum à noſtrorum Deorum religione abhorrere? an 5 te latet Imperatorum edictum? quo iubetur varijs ſupplicijs affici, ac demum morte multari, quicũmque Chriſti cultor deprehendatur. At Beatus Vitus, afflatus aura cæleſti, nõ iam vllum metum, aut ignauiam, quod proprium teneræ ætatis eſſe ſolet, præſeferens, audacter Præſidi reſpondens, ait, verum eſt, ò Præſes, nec ſane diffiteor mutos me Deos, infanteſque minime venerari. habeo Deum, quem pie colo cæleſtium ſpirituum Regem, omniumque molitorem, qui in tribus perſonis Patre, Filio, Spiritu Sancto vnus Deus adoratur. hic genitor exclamans, ait, væ miſero mihi: obſcuratum eſt lumen oculorum meorum. iam vos, qui noſtri eſtis peramantes, aut propinqui, perditum filium vna mecum deplorate. cui filius me non eo perditum, inquit, ſed iam nunc in iuſtorum concilium ingredior. Tunc Valerianus conſtantia pueri fractus. hæc & generis nobilitas, & amicitia tibi condonare me iubent, cum alias maliſte exemplis accipere deberem, ſed hoc con-

Præſes iſti Vitum coram ſe iubet.

9

Tormenta comminatur

filium, quod in rem tuam est, cape: Diis nostris sacrifica, antequam membris dire dilaniatis, crudelem mortem oppetas. cui Martyr quid, inquit, mihi tormenta, ac necem interminaris, Valeriane? qui nec cruciatus timeo, nec mortem formido Christi mei caritatis memor? iratus Prætor humeros illius iubet verberari, quod dum præstare aggrediuntur lictores, è vestigio arefactis manibus, semianimes steterunt, aruerant enim & horum & Præsidis vsque à brachijs manus. hic vnius omnium clamor: væ nobis, qui iam manus perdidimus, tantum ne valet vnius pueri Magia? atqui eum nondum attigimus, cum ab eo potius plectimur. Tu Prætor propius sibi accito parente, magna, inquit, est filij tui vis, quippe cum eum torquere tentaremus, contra ille nos dire torquet, ac punit. At Sanctus puer subridens, quid ita temere garris, Prætor? nullius equidē superstitionis sum initiatus sacris; cui' sane rei locupletē habeo testē ipsum parentē meū. At vero meę magicæ artes, ac disciplinæ Christus est, qui bene docet cōtinenter leges suas, is mortificat, & viuificat, age vero sanitati pristinæ restituant manus vestras Dij vestri, quos me tantopere iubes venerari? Præses dixit; tu ne hoc præstare potes? ita sane, inquit, Vitus, in nomine Christi mei possum. Præses dixit; nunc verò Vite, fili mi, te quęso, ne sempiternum dedecus, atque infamiam me posteris meis relinquas, sed præbe te mihi benignum, reddens me sanum, ac beneualentem. Tunc Sanctus puer omnium manibus imprimens Sacrosanctum Christi signum, confestim eos sanauit.

In Christi nomine Præs. sanat.

id cum vidisset Prætor, Sancti Martyris parentem seducens, ito, inquit, domum, ac filiū tuum, vt sapientem decet, in bonam frugem corrige, plane vt Dijs sacrificare animum inducat; neque in posterum Christum audeat nominare, ne in summum discrimen vitam adducat suam. igitur parēs domi filium quibuslibet blanditijs, ac verborum lenocinijs peruertere studebat, ac mensam laute parās, conuocatis amicis, ac puellis eas saltare corā puero mandauit, ratus facili eum negotio pellecturum, sed hęc omnia gerebantur veluti coram homine, qui neque oculos haberet ad videndum, nec aures ad audiendum. Interim adolescens fixo in cœlum obtutu, dicebat; cor contritum, & humiliatum, Deus, nō despicies, verum aduertens pater frustra esse conatus suos, iussit denuò pretiosis lapidibus cubiculum apparari, ibique filium concludi. eo loci cum esset Sanctus Vitus, orauit, dicēs: Deus Abraham, Isaac, & Iacob, miserere mei, meque in virtute tua confirma, ne prauaricationis arguat me Draco, neue dicant gentes; vbi est Deus eius? hæc vt dixit, ecce tibi cubiculum ingenti lumine collustratur, suauique odore repletur, planè vt totam patris domum, & omnem vicinam peruaderet, fatenturque omnes nihil se vmquam huic fragantię simile sensisse. At Hylas cum per fenestram in filium inspexisset, vidit 6 septem Angelos aditantes ante puerum Sanctus, Sānctus, Sanctus, Dominus Sabbaoth, vna cum illo psallentes, ac de repente cœcus effectus,

Oranti septem Angeli videndos se offerunt 6

ingenti cum clamore, ad meum, inquit, filiū venerunt Dijui, & ego lumē oculorum amisi; interim quid faciam, ignoro. pueris igitur, ac puellis Heri calamitatem deplorantibus (iā enim vxor eius fato concesserat) vniuersa ciuitas commota est. fiuntque ad Hylam ingentes hominum concursus, qui rumor ipsū etiam Prętorem perculit, vt eò se conferret, rogaretque, qua ratione videndi facultas ei fuisset erepta? cui Hylas, vidi, inquit, coram filio meo in cubiculo versanti, Deos scintillantes, cumque eorum aspectum neutiquam ferre possem, perstricta est acies oculorum meorum. Valerianus autem dixit; vere ne Dii erant, quos vidisti? nunc vero concede in Templum Iouis, eumque venerare, & te pristinæ sanitati restituet, paret ille, ac ductantibus pueris ad Templum venit, vbi sic precatur: O summe 7 Iuppiter, si me seruaueris, 7
daturum me tibi polliceor taurum cornibus aureis insignem: sed somno grauabatur Iuppiter, ideoque non poterat preces eius audire, nec opem vllam afferre. ipse vero rursus altius inclamans; Iuppiter, inquit, præclarissime, audi quęso voces meas, meque à dolore, & tenebris hisce libera. sed is, vt qui non magis sensus haberet, quàm lapis, nec vocē mittebat, nec aure quæ dicebantur, accipiebat. tunc aduertens nihil prodesse fusas ad Ioue preces, è templo domum reuersus, accidit ad filij genua, & ab eo supplex, ac miserandum in modum rogat, sui misereretur, & ex calamitate liberaret; æquum esse, filium paterni amoris memorem. Hic filius paternis malis illacrymans visne, inquit, pater, sanus fieri? ēt ait pater, abiura, dixit Vitus, dæmonia. abiuro ait ille Iouem, & Mercurium abiurasi dixit filius. Hylas verò, qui, inquit, fieri potest, vt tantos Deos à me eiciam? At Sānctus puer probe noui, pater, quam male induruerit cor tuum. sed tamen propter eos, qui hic adstant tui misereatur Deus meus, & imposita manu super oculos eius, dixit: Domine Deus meus, qui à Tobia cœcitatem expulisti, & Iob ab vlcere liberasti, illustra oculos miseri huius, mei secundum carnem patris. Tum confestim veluti squamæ ab illius oculis ceciderunt, ac recuperata videndi facultate, magna voce conclamauit, ò felices, beatiq; Dii, quos ego pie colo, gratias vobis ago de valetudine restituta. hic placide subridens Sanctus adolescens, cum sine omni sensu sint Dij tui, qui possunt lumen oculorum aliis impertire? sed profectò Christus meus, qui illuminat omnem hominem, idem tibi lumen modo reddidit. excanduit pater, & iam tum quærebat, quibus eum cruciatibus interficeret; sed qui omnia pernouit Deus, Angelum ad Modestum, Viti pędagogum, ablegat, qui illum moneret; tolleret Vitum cum Crescentia, & ad mare properaret, velle eos in regionem iret, quam ipse indicaret. Tum senex, nescio, inquit, viam, Domine. at Angelus, equidem vos ducam. Eos igitur 8 ad mare cum adduxisset, ibique paratum nauigium cum reperisset, rogauit Sānctus Martyr Nauclerum sineret eos in nauim conscendere. cui ille: at vos quo tenditis? respondit ad eundem locū quo

Excœcat Pater à filio opem rogat.

Modestū Ang. monet, Vitū alias in terras vehat.

8

quo vos nauigatis. ea erat in Deum fiducia: pro certo enim habebat, numquam aliò nauim appulsuram, quam quo Angelus ei significauerat, & Nauclerus, vbinam est naulũ, dixit Sanctus Martyr; Christus, quẽ nos adoramus, ipse tibi mercedem amplissimam reddet. nos enim pauperes sumus, nec habemus quod tibi persoluamus. Itaque conscendunt, nauigant. tandem 9 in locum adiehuntur, quem vocant Alectorium, vbi vero in litus descenderunt, confestim ex eorum aspectu nauigium est ablatum, quippe quod Angelorum ministerio fuerat fabricatum. Verum iter 10 facientes per fluuium Silarum, eo loci sub quadam arbore constiterunt. vbi multas virtutes Sanctus Vitus edebat. nam & cœcis eò confluentibus carissimũ lumẽ, claudis gressũ reddere, lepra contaminatos emũdare, ab energumenis dæmones expellere, demum omnes, quouis morbi genere laborantes in pristinam valetudinem reuocabat, simul ad Sancti Martyris pedes aduenissent. Atque hinc factum, vt ingens ethnicorum multitudo, ad eum confluentes sacro baptismate eluti, Diis suis nuntium remitterent. in 11 eorum 11 numero fuit Diocletiani Imperatoris filius, qui cum immundo spiritu diu vexaretur, nec quidquam prodessent medicamenta, carminaue magica, exclamare solebat, frustra estis, amici, vanus est labor, à 12 nemine profecto mihi metuo, quam 12 a Vito in Lucania commorante, quicum capitales inimicitias exerceo. quique hominis in cruce suffixi amicus est. inaudijt hoc ipse Cæsar, admirans Christi famulos magno esse metui dæmonibus. igirur ex eo scitatur vbi ille 13 versaretur: in Tanagritanorum 13 finibus inquit. eò itaque Diocletianus milites emittit ad huiusce modi puerum studiose inquirẽdum, qui illuc cum peruenissent, didicissent; q; sub arbore Vitum habere, ad locum profecti inueniunt illum Deo Maximo supplicantem, cui dixerunt; Imperator te accersit, Vite, cui magno vsui futurus es, & Sanctus puer, cum egenus homuncio sim, cuinam vsui esse possum Imperatori? eius, inquiunt, filius à demone dire cruciatur. & Vitus eamus igitur ad Cæsarem. verum simulac Romam peruenere, ac de eorum aduentu certior factus est Imperator; coram se, pro tribunali sedente, Vitum sisti iubet. ille uero vt adductus est, omnes, qui circum adstabant, locumq; ipsum miro splendore, ac pulchritudine, quæ in vultu Sancti pueri emicabant, illustrauit, dicam melius repleuit gratia, qua fuerat à Deo respersus. porrò aderant cum illo Modestus, & Crescentia. Verum ratus Imperator, senem illum esse Vitum, rogat: tu ne Vitus? at is, quippe homo candidæ mentis, ac vere Modestus, subticuit. quare Sanctus puer ad Cæsarem cõuersus, quem petis, Imperator? ego sum Vitus, Christi famulus. Cæsar, ait, quæ tua vis? ecquid potes filium meum curare? cui Vitus, possum sane, inquit, Dei nostri virtute cumque adduci ad se filium iussisset, repente à dæmone male acceptus exclamauit; quid mihi tecum, ò Vite? quid opportune venisti ad me torquendum? Tunc Imperator manãtibus lacrymis, si potes, inquit, iuua me. ille vero imposita super energumenum manu, dixit, audientibus vniuersis; impure spiritus, exi à puero hoc? Christus meus, qui in Iudæa crucifixus est, hoc iubet. atque continuo exsiluit cum magna ethnicorum strage. planevt etiã ipse Diocletianus non mediocriter pertimesceret. sed bone Deus, quibus Cæsar præmiis remuneratus est Vitum, de reddita filio valetudine? hominem seducẽs, auscultà, inquit, mihi Vite, ac Dijs sacrifica, teque in Imperio honoribus, & opibus à me secundum efficiam, iam ab hoc ipso die. sin autem renuis, diris te cruciatibus afficiam. Dixit S. Vitus: tibi sint imperia, honores, diuitiæ, vt qui nihil aliud, quam caduca mediteris, Satanæ mancipium. Equidem vehementer odi regnum, quod cælesti me regno priuauerit. non admitto honorem, quod dedecoris mihi sit cõciliabulum. renuo diuitias, iacturam mihi ingentem parituras. nec profecto tantas mihi opes polliceris, quantas mihi apparat Christus, habeo enim regnum ab orbe condito mihi paratum, iustorum omnium hæreditatẽ nec mihi deest honor, quo me dignatur Deus meus, cum me tyronem militem nuper delegit ad dimicandum fortiter cum suppliciis, quæ vos inferre nobis excogitatis sunt etiam mihi præclaræ diuitiæ, nimirum Margarita Christus meus. iam igitur cæde nos, si placet crucia, torque; nam certum est nobis, velle nos propter Christum, vt pecora mactari. Tunc Diocletianus inditis catenis in carcerem detrudi iubet; prohibẽs, ne quis, aquam, ac panem afferret. itaque in tenebricoso carcere concluſi cum essent, continuò insolito splendore clarescit domus, adeo vt custodia ipsa obstupescceret. Hic exclamauit S. Martyr, Deus, in adiutorium meum intende; festina, ad nos ex hisce periculis liberandum. hæc cũ dixisset, ingenti 14 terræmotu carcer simul, & vniuersa vrbs concussa sunt, ita vt omnes ingenti terrore percussi, in magno metu, ac tremore essent. Angelus enim Christi ad Sãctos Athletas obuenerat, qui dixit, Vite, exsurge, ego enim sum Angelus à præpotenti Deo ad vos demissus. dicto citius dissolutæ sunt catenæ in morem colliquatæ ceræ. tunc gaudio elati, clamauerunt 15 Sancti Martyres; Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Hæc vt accepit custos, tremore, ac pauore percitus obriguit, & ad Cæsarem accurrens, perit, inquit, Cæsar, ciuitas vniuersa, omnes magno in discrimine versamur. Porrò Imperator, cum ex terræmotu, tum ex custodis nũtio perterritus, quid inquit, est, quod memoras? at ille, quos in carcere iussu tuo seruabã, magnus splendor illustrauit. visusque est cum his homo, homine maior: cuius aspectum nemo ferre potest. Tum iussit Imperator eos ad se continuo perduci, vt ex his rem cognosceret. eos igitur ad se adductos interrogauit quis vos exemit à catenis? quis vrbem penefunditus euertit? Christi mei virtus effecit, vt ex pedibus nostris catenæ instar ceræ colliquescerent, quam ferre tellus, cum minime posset, commota est, atque contremuit. his furg-

In Lucan. ad Silarum fluuiũ peruehit.

Filij salutẽ ab eo postulat, & exorat.

ob Christũ coniicitur in vincula & alimenta prohibentur

Digitized by Google

furore correptus Cæsar, vanos, insipientesq; appellauit. equidem, inquit, experiar, an possit Christus è manibus nostris hosce seruare. mox iubet ministros, clibanum celeriter incẽdere, & ad hunc adstitui cacabum plumbo, pice, resina plenum. Interea Sanctus puer Pedagogum suum confirmabat, esto fortis, pater, neque hilum facias Diaboli minas; ecce prope nos est cœlestis corona: igitur efferuescente, atque ebulliẽte dolio accersit eos Imperator. mox inquit, videbis, ò Vite, an possit è manibus meis vos eripere Deus vester. atque in ollam statim eos coniici mãdauit. in quam subiens Sanctus puer, munit se sacrosanctæ crucis signo: ac de repente intepuit ef ferueſcentis ollæ æstus, factusque est instar balnei. quapropter vno ore dicebant, gratias tibi agimus, Christe Deus noster. sicut enim olim tres pueros ex camino ardenti in gaudio liberasti, ita & nos hodie, Deus. mox ad Imperatorem conuersi, vbi vero nunc tuę minæ, ò Cæsar, tibi quidem etiam gratiam habemus, quod balneum 16 nobis præparasti, vtin am ita & lintea. hæc cum populus, qui aderat audiuisset, dicebat: magnus enim vero est christianorum Deus. egressi vero ex olla Sancti Martyres, ne vllam quidem maculam in corporibus præferentes, ad Cæsarem dicebant, erubesce, ò Satanæ fili, vnà cum tuo genitore: neque amplius audeas præpotentis Dei famulos vexare. Hæc cum ita essent, animo ira inflammato Cęsar emitti in eum horribilem, atque immanem leonem imperauit, qui cum esset emissus, ac crucis signo seipsum armasset, continuo ferociẽte belluam mansuefecit. quæ ad pedes Martyris abiecta, eos lingua placide lingebat. Quare exclamans Sanctus puer; Bestiæ, inquit, Christi famulos honore honestant, tu vero, impudentissime, iuxta ac stultissime quousque desines illos vexare, talia expertus. quod si Dei hunc, rerum omnium effectorem, & agnoscere velis, & in eum credere, te sat scio, admitteet, & salutem consequeris. misericors vtique est Deus noster, nec vult mortem peccatoris: cui Cæsar dixit: Tu, ac genus tuum in eum credas licebit. & Sanctus Martyr fiat, inquit, nobis, fiat, vt prædicas, vt cælesti donemur corona, ipso iudicij die. Porrò plerique hæc videntes, Christo gratias agebant, ac eius fidem amplectebantur. Tunc Cæsar, mitte, inquit, Vite, supervacanea hæc, & doce me, quæ isthæc ars sit, qua in ignem, ac feras imperiũ habes. cui Vitus, mea ars, Christi mei velle ejus, ac promissio facta ijs, quotquot in eum crediderint: dixit enim, si per ignem transieritis, flamma non exuret vos. Tunc satellites, iussit 17 Diocletianus, machinam apparari, tormenti genus sane horrendum, & ad diros cruciatus inferendos satis accommodatum, vt 20 SS. Vitum, Modestum, & Crescentiam interimeret; qua machina adducta in eam, immitti Martyres iubet. in quam ingressi cũ essent, S. Vitus dixit; ò sanguinarie, ò impie tyranne, quid quod in muliere ostentare gestis potentiam tuam? quid mulierem in hunc modum torquere? cum igitur eo tormento vehementer cruciarentur, S. Vitus in cœlum

Imp. in ardentem ollam conijcit.

16

17

edille Vito blandiũtur.

suspiciẽs, clamabat: festina, ad liberandũ nos ex hisce cruciatibus, fili Dei Iesu Christe. Tũc è vestigio tonitruis, ac fulgetris in aere excitatis, ipsaq; terra intremiscente, omnia 18 Idolorũ fana, quæ in vrbe erant, corruerunt, bonaque ethnicorum pars interemta. ceterũ Imperator fugam capessens, ac se manibus verberans, væ mihi misero, dicebat, qui ex tali puero vincor. sed Angelus Domini ipsos è machina eductos in fluuium reduxit, vbi priuersabantur. Hæc videntes Sancti Martyres, clamabant. Quis loquetur potẽtias tuas, Domine? ac B. Vitus in primis dicebat: Benedictus Domine Iesu Christe, qui non dedisti animam meam absorberi ab inimicis meis, sed liberasti eam è manibus eorum, qui me persequebantur. Nunc verò, ò Pater, accipe animas nostras, & da, vt omnes, qui Martyrii mei, ac dormitionis memoriam celebraturi sunt, ac veneraturi, quidquid vtile sibi, ac conducibile petierint, id statim impetrent; impertire peccatorum remissionem, salutemq; sempiternam. demum sit à 19 musicarum infestationibus purus is locus, in quo quiescemus, eo die, quem festum agẽt christiani, atque è vestigio ad eum vox insonuit: fiat tibi, Vite, quod deprecaris, & mox in pace conquiescere, & animæ quidem ab Angelis in manus Domini deductæ, corpora vero ab ipsis eodem loco asseruantur. Atque hoc tuum plane opus est, Deus Optime, & vnum ex tuis prodigijs. sicuti enim concordi voluntate simul omnes in multis tormentis tuum nomẽ glorioſum effecerunt, ita in vnum idemque domicilium in cœlo sunt admissi. Ceterum Florentia quædam, mulier sane pia, ac religiosa cum vadare fluuium tentaret, repente a torrentis vi abripiebatur. Ecce autem hominem per aquas ingredientem videt bona mulier, quem lacrymis, & clamore compellans si tu, inquit, Dei Angelus es, ex hoc discrimine me velis liberare, at S. Vir eius manum prehendens, ne timeas, inquit, nam hac de causſa ego ibam ad te; ego vero sum Vitus, qui cum meis magistris Modesto, & Crescẽtia sub magna illa arbore obdormio. his dictis saluam, incolumemque Florentiam citra fluminis ripam perduxit, subiecitque; quidquid petieris à Deo, in nomine meo, facile impetrabis, & confestim ab illius oculis euanuit. Porrò mulier ad arborem cursum incipiens beatissima corpora ibi condita inuenit, & cum ex ijs, quæ in fluuio viderat, S. Martyris corpus dignouisset, pia commiseratione, lacrymis cœpit irrigare, dicebatque, quã bene, sanctissime, & ornatissime puer, caduca hæc post cælestia putans; ad felicem illam patriam euolasti. tum pedes Sacrosãctos submisse deosculans, & aromatibus, vnguentisq; 20 odoratissimis, quantum in ea fuit rite cõdiens eodem 21 loci sepeliuit, ad gloriam, & honorem Christi, qui mirabilis est in Sanctis suis. Amen.

Ang. è machina exsolunt, & in Lucaniam restituit ad Silarũ.

Quę corp. SS. Viti, Modesti, & Cresc.

18

19

20

21

Vide Animadu. fol. 67.

IN

IN NOBILISSIMVM CHRISTI MARTYR. VITVM

CARMEN ARSENII

IMMATVRA morte præcisus, bene pullulans frutex iacet. sed tulerat tamen ex spinosa, & prauaque radice non modo martyrij, fideique non ficticæ, sed bonorum etiã morum fructus suauissimos, quibus Christo humanæ salutis reparatori optimo perplaceret. ac proinde magna cum fide memoriam tui hymnis cohonestamus, & continentes proclamationis. Beatissime Vite, eos tuis precationibus iuua, qui in tuas se laudes effundunt.

Sole ipso præclarior omnibus terrarum finibus Beatissime Vite, illuxisti diuinæ cognitionis lumine inter mortales illustratus. Ideo nos, qui ad tui memoriam celebrandã vndique confluximus, seruatorem nostrum laudamus.

Magnum profecto luminare in tua adolescentia visus es Vite sapientissime, & verbis, & moribus mortalium animos illustrans. quapropter inclytus etiam martyrij palma viuis virtute Christi vitam extra omnem fortunæ aleam fortunatissimam.

Nomen enim vero habes, glorioso Martyr Vite, rei factis accommodatum, vitis enim vitam immortalem, tuosque laudatores in sempiternæ vitæ sedes tua precationibus transfers, isdem Deum Optimum concilias.

Tuo perennis vitæ fons, Deus vnus natura, personis trinus, me iam peccatis mortuum & ad vitæ lumen reflectentem subleua, vimque ad tam athletam versibus ornandũ præbe.

Qui conditoris tui throno adstas, o Vite, chori Angelorum immixtus, tibi supplico vti per tuas preces euellantur a nobis praui motus animi, suppetatque oratio, vt pro dignitate te commendemus.

Rerum omnium effectrix sapientia ex teneris virguiculis te, Vite, elegit, eius obsequio te vt mancipares, multosque ad Dei cognitionem traduceres.

Substantialis Dei sapientia sapientem te contra Reges ostendit, vt sine vllo pudore Christi fidem promulgares.

Quamquam 3 puer quidem annis eras, gloriose Martyr, prudentia tamen maturum & grauem te præstitisti precationibus ac ieiuniis, candidaque mente Deum adhibe flectebas.

Editus plane es Vite integerrime, ex spinea radice frutex, atque in morum rosa suo se calyce continentis suaueolentiam fidei omnibus exhalas.

Te limis intuens oculis genitor, Vite sapientissime, ad mutis simulacris sacrificandum impellebat.

Atqui frustra tibi humeros dire cecidit pater, scilicet inanimis lapidibus sacra vt faceres.

Nec dissimulanter tamen, sed aperte omnibus prædicabas seruatorem nostrum Dei Verbum esse verum, ac Patri consubstantialem.

Angelus a præpotenti Deo ad te missus, plane pollicitus est, custodem se tibi ad vsque vitæ exitum esse destinatum, qui in malis, periculisque omnibus te seruaret incolumem.

Vbi crudelis, superbusque Prouinciæ præfectus inaudiuit seruatorem nostrum a te coli ad suum te sisti tribunal iussit, vt per sacrificia cogereris dæmones venerari.

Tu vero cum statuis omni sensu carentibus immolare sapienter recusares, insolens præfectus è vestigio te vapulare iussit, sed repente arruerunt lictorum manus.

Porrò infelix Valerianus grauissimis vexatus doloribus, valetudinem, glorioßissime Martyr precibus tuis recuperauit, quas tuum vni Deo, humanique generis restauratori pie obtulit.

Cum tuo in domicilio consuetis precationibus Deum veneraretur Vite Beatissime, inter Angelorum choreas visus es Dominum laudare, suauissimo odore spirans, ac lumine circumfusus.

Parenti tuo, quod te cælestium mentium choro immixtum, ac lumine conspicuum videre fuerit ausus, perstricta est oculorum acies, ipseque orbatus, sed Dei virtute visum recepit.

Diuerse apparens cælestis nuntius Sancti adolescentis educatori, tolle inquit, Modeste puerum inuictissimum, neque sequere, vt naufragio in terram vos traiiciam, quam vobis Dominus seruauit, vti eius obsequio vos impense dedatis.

Iam vero in latus egressi quo vos per Angelum Deus destinauit gratissimum laudationis sacrificium sempiterno Deo immolabatis, ad 4 Salernicum fluuium degentes, & interdum per alitem, veluti Thesbites Elias, alitis refectique.

Virtute Dei Optimi Maximi eiusque gratia fultus, Vite integerrime, multa prodigia perpa-

perpatrasti. quo factum est, vt multi ad illius cognitionem per lauacrum regenerationis sint pertracti, edoctique constanter Sanctissimam Triadem laudibus venerari.

Olim Cæsaris filium obsidens spurcissimus dæmon te per eius os euocabat, Vite Beatissime, quare Romam perductus illum a puero Dei adminiculo abegisti.

Verum ira succensus Diocletianus gratiã longe aliter retulit infelix, quippe te vna cũ Modesto in carcerem coniecit psallentem, Christumque superexaltantem in sæcula.

Sed in carcerem cum iam effetis detrusi, ingentique ferri pondere grauati, se per speciem obtulit seruator omnium Christus, atq; è vestigio per eius virtutem, ferrum cecidit, vobisque lumen affulsit Christum collaudantibus.

Frustra immanissimus Tyrannus in feruentem ollam ingredire iussit, nam & restinctus ignis est, & in placidum rorem commutatus. sed & leonis feritas in mansuetudinem conuersa est, idemque ad tua vestigia est prouolutus.

Posthæc destinatæ mentis homo conijci te in catastam iubet, vna cum Modesto, ac Crescentia glorioßissime Martyr. verum de repente cœlo fulminibus tonante, magnoq; terræ motu, fœda Deorum altaria euersa, dirutaque. Christo Domino tam magna prodigia perpetrante.

Cælestis mens, Dei iussu eripuit vos, & in eum vos locum transuexit; vbi antea versati estis.

Atqui menti meæ non paruam admirationem gignit custodia, excubiæque quas tuendis corporibus vestris Diuinæ 5 Aquilæ seruauere dum Florentia sepulturæ commendaret.

Porrò Vite Beatissime, iam cœlo donatus in lumine Deum intueris, precesque ad eum effundis pro ijs, qui te laudare gestiunt.

Vide Animadu. fol. 71.

Ann. Ch. 836

TRANSLATIO S. VITI MARTYRIS

Ex Laurentio Surio.

QVEMADMODVM vero & quo tempore prætiosissimi Martyris Viti corpus in Saxoniam translatum sit, & in Monasterio quod Corbeia noua dicitur, collocatum, is, qui de translatione eius inscribitur libellus, indicat, cuius Auctor quidam se præsente, ceterum omnia suis temporibus contigisse testatur. Anno 1 Dominicæ Incarnationis octingentesimo sexto, Indictione 14. Sacratissimi vero Imperatoris Ludouici anno imperij 23. Vuarinus Abbas Monasterii noui Corbeiensis, petiit a viro religioso Hildeuino, Abbate Monasterii Sancti Dionysii Pausiensis, (Auctor habet, quod est in pago Parisiaco) vt de SS. Martyrum corporibus, quæ apud ipsum illo loco asseruabantur, quippiam sibi impartiretur, ad cõfirmandam fidem gentis suæ, (puta Saxonicæ) quam nuper industria gloriosissimi Imperatoris Caroli, sub iugum Christi redegisset. Quibus Vuarini precibus libenter annuit Hildeuinus, permittente etiam pijssimo Imperatore Ludouico, cõsentiente Parisiensi Episcopo, & ceteris nobilibus viris, in ea Diœcesi commorantibus; eique beati pueri, & Martyris Christi Viti corpus in ecclesia S. Dionysii, coram innumera tam monachorum, quam canonicorum, diuersæque conditionis, & ætatis virorum, ac mulierum frequentia, post peracta, die Dominico, missarum sollemnia, 14. Kal. Aprilis, summo cum honore tradidit.

1

Vuarin. ab Hildeuino Abb. Monast. Corbeiensis reliquias impetrat.

A temporibus enim Pipini Regis Francorum vsque ad illam diem pretiosissimum Martyris Viti corpus eo in loco multis semper insigne miraculis permansérat, postquã Folradus Abbas S. Dionysii, consensu Regis profectus Romam, ex eo loco vbi conditum fuerat, in Franciam transtulit. Illud verò eo quo dictum est, ordine acceptum Vuarinus cum suis multa veneratione secum asportãs, non paucis cum comitantibus tandem Saxoniæ finibus inuexit: atque idibus Iunii in Corbeiam nouam perueniens, spem, salutemque patriæ, totiusque Saxoniæ specialem patronum, cum inæstimabili populorum tripudio illic deposuit. Quantas verò, & quot morborum curationes per eius itineris stationes viginti, clementia Saluatoris exhibuerit (quę quidem quadragenarium numerum excedunt) qui vult, potest in libello memorato legere. nobis vero iam non vacat commemorare. præsertim cum præsentia Christi miracula maiorem iis reliquijs veneratione conciliare queant, quam literæ. Ab eo vero tempore, in gestis Saxonicis legitur, sub tanti defensione aduocati, res Saxonum crescere cœperunt, quę dilatatæ, iam ipsa sua magnitudine laborant. vnde non solum in Saxonia, sed in cunctis pene Europæ finibus, eius honori permultis constructis, & consecratis

In Saxon. deportat. Excipiuntur summa celebritate Et fulgent miraculis.

Digitized by Google

cratis templis, illius fidele patrocinium imploratur ab omnibus; quantique apud Deum sit, miraculis declaratur.

S. Viti præconia

Quinos fur nominis indignos præcones etiam non despiciat. Verum suæ veneratoris seruitis inhærentes, placido à supernis vultu respiciat. par pari quodam modo referat, fautoribus suis fautor foueat. si tamen fas est magnis componere parua, celestibus terrena, manentibus transeuntia, super flumina Babylonis diutinam captiuitatem deflentium, si tamen nequaquam oblitorum delectetur cantionibus Sion iam incola, perpetuum alleluia decantans in atrijs domus domini: sciatque si vel ferrea nobis vox sit, quæ centuplices edat sonos, vel si membra omnia vertantur in linguas, haud quaquam tamen posse exprimere satis laudis studium, quo eius cupimus amantissimum venerari patrocinium. Quamquam vt vel parum aliquid dicamus, ipse nos amor, & contemplatio impellit. quod quidem sacrificium laudis, si mundo corde offeratur, Domino Deo gratum esse, mens fidelis ambigere non debet. Itaque nullus pene à mundi exordio fuit Sanctus, cuius spiritus aliquo modo non repleuerit *Sanctum hunc Martyrem Vitum*. ita vt iure credatur cunctorum consors in regno, qui cunctis propemodum meritis indissimilis visus est. Quod quidem nemo temere dictum existimet, sed reuerenter; non audacter, sed pie. quidquid enim vel dicere, vel cogitare potest homo minus est gratia prepotentis Dei, illi cooperantis. Nam nec Abelis ei deest martyrium, nec paternum, vt Isaac, holocaustum, & si non eadem deuotione, tamen consummatius immolatum. Est hic alter *Samuel* diuino alloquio adhuc puer dignus inuentus. est puer Dauid elegans, qui patri, fratribusque despectus, in Deo autem ipsum ex millibus eligente confidens, non de Gethæo, sed tartareo Goliath offensionis lapide triumphauit. Hic Daniel supra ætatem abstinentiæ deditus, seniores sapientia anteiuit. Hic Ieremias adolescentulus, ad genitorem incredulum, paternamque domum, & familiam plus satis exasperantem mandata *Dei* imperterritus locutus est. Hic egregie fortis Iudas Machabæus, Angelicis inter prælia cinctus est præsidiis.

O clarissimum Christi puerum, ante secula cum electis omnibus prædestinatum, generali cunctorum sanctitate fulgentem, specialiter, vt diximus, pene singulorum virtute, specialissime vero martyrii constantia coruscantem: qui rabidorum insaniam hostium interritus adiit, modestus sustinuit, securus irrisit. O glorioſum, ò *Sanctissimum* Dei Martyrem Vitum, fornacis igne probatum, victorem tormentorum, inter flagella, bestias, & catastam semper intrepidum, & semper inuictum, prepotentem precibus, Christi semper amore incredibili feruentem, Dei compellatione vocatum ad cœlos, & cum triumpho, Angelis comitantibus eò proficiscentem. Te nunc communiter laudamus, benedicimus, & glorificamus, Christe Deus, qui nos in odorem vnguentorum tuorum corde saucio currentes, tam bellicoso voluisti duce corrigi, tam prepotente patrono fulciri; qui non solum contra potestates aereas victorię semper vexilla præferat, verum omnes terrenæ altitudinis fasces nobis infestos, ut luce clarius constat, semper pudefaciat, quosdam quidem ad pœnitentiam, alios vero ad pœnam. Et quia in *Sanctis* tuis, perinde vt in te ipso, mirabilis appares, bone Iesu, etiam in illis glorificeris oportet, qui nunc per puerulum manum suã intra foramen aspidis, vel reguli mittentem sic per omnia triumphasti, sicut quando cũ eodem per te metipsum ex matre tricenarius, cum patre vero consempiternus, in deserto conflixisti. Atque in te potissimum claudatur oratio, clauis Dauid, qui aperis, & nemo claudit, claudis & nemo aperit: in te confidentium à seculo virtus, in te sperantium salus, pro te certantium fortitudo, afflictorum consolatio, laborantium, & oneratorum refectio, perseuerantium beatitudo, desperatorũ spes, morte affectorum requies, *Sanctus Sanctorum*, benedictus in secula seculorum. Amen.

Vide Animadu. fol. 71.

Digitized by Google

Ann. Ch. 295

VITA SANCTI NEOPHYTI EPISCOPI ET CONFESS.

Qui primum Alexander dicebatur, Ex Actis SS. Alphij, & Sociorum.

ALexander, vir clarissimus, Leontini ortus ex christiana matre 1 Neophyta, quæ martyrium pro Christi fide passa est. vxorem habuit *Epiphanem*, quam *Tertullus Siciliæ* Cõsularis reã christianæ pietatis occidit, persequẽte ecclesiam Valeriano eidem Tertullo adsessor primum is fuit, multosque christianos afflixit; ac neci dedit. sed Martyris filius, & Martyris coniux perire, haud quiuit. quippe furentem in christianos matris è cœlo preces, & vxoris Epiphanes adsiduæ cohortationes mitigarunt, Sanctorumq; Alphij, Philadelphi, & Cyrini miracula infregere; nam cum Tertullus Consularis Alphium, Philadelphum, & Cyrinum carcere retineri iussisset, interdicto victu, Alexandrum custodiæ imposuit, ne quis Christi cõfessores cibo recrearet: tum occlusis foribus, Andreas Apost. adstitit, panemq; & aquam deferens, Sanctis opem tulit. Alexander 2 vero, qui custodiæ præerat, lumen cernens in carcere, & vocem exaudiens Apostoli, vehementer timuit, ac surgere conatus, neutiquam potuit: accitis tum militibus, visa auditaque exponit: merito, dicens, hi Sancti Deum suum colunt; longe enim potẽtior est nostris: nec sine caussa factũ duco, quod Neophyta mater mea, & Isidora mater Theclæ consobrinæ meæ, multis tormentis vitã sibi eripi pro Deo isto passæ sunt. profectus inde Alexander ad Tertullum, enarrat, quæ contigerãt: at ille excandescens, abi, inquit, christianorum incantamenta, vt video, te cæpere. tu certe accepto proemio, fores reseraiti, & panem cum aqua intulisti. cui Alexander, qui potui, inquit, reserare, cum ipse anulum in manu geras? veni, & integrum 3 sigillum tuum vide.

1

2

3

Homo cõcussus miracc. credit in Iesum Christum.

Paucos post dies, Iustina femina christiana Alexandri consanguinea, quæ altero carebat oculo, simulac S. Alphius manũ admouit, lumen recepit. Alexander autem, vt Iustinam vidit oculum recepisse, præ stupore obmutuit: vt ad se rediit, cognouitq; ex ea, SS Alphii, Philadelphi, & Cyrini precibus id obtinuisse, mox in carcerem ingressus, & eorũ pedibus aduolutus, ignoscite, ait, Dei serui, quæ in vos admisi, & pro me Christum deprecamini, vt me sacro baptismate dignum efficiat. cui Sancti Confessores; fiat, quod cupis, & quidem si placitum Deo, à te suscipi baptisma, bene habet, sin minus tuo te sanguine baptizabit. Egressus ergo cũ consisteret pro foribus carceris, accersitus est à Tertullo; a quo iussus, vt focũ, & patellam, in qua SS. Alphius, Philadelphus, & Cyrinus assandi essent, deferẽda curaret, facturũ se pernegauit, asserẽs se Christũ colere, quẽ christiani adorant, quo dicto, è conspectu *Tertulli* se subduxit, & domum suam petijt, vbi mœrens animo retractabat, quæ in christianos deliquerat. vxor autem Epiphane, cum cognouit christianum esse, vehementer lætata est, inuicemque adhortantes, Tertullo sese obijcere ad tormenta constituerunt.

Hæc illis animo uoluentibus, adsunt a Tertullo missi tres, Leontinorum magistratus, Herpyon, Marullus, & Colymbion, multisque verbis dimouere Alexandrum desententia student, & ad Tertullum reducere, Imperatoris 4 benenolentiam, aliaq; id generis proponentes. Alexander, qui offendi eos nollet, priusquam Alphium, Philadelphũ, & Cyrinum in carcere conueniisset, morbo, inquit, detentus, nunc ipsum adire haud queo. posteaquam illi abscessere, Alexander vna cũ yxore *Epiphane* in custodias ad Alphium, Philadelphum, & Cyrinum sub noctem concessere; complexiq; eorum pedes, veniam, precesque obtestati sunt. Alphius, Philadelphus, & Cyrinus gratias Deo agentes, futurum prædixerunt, vt Epiphane vitã pro Christo profunderet: ad quos *Alexander*, cupio & ego tradere me *Tertullo*. at illi: tu quidem hæc tecum, Christi amore, statuisti, at Deus non ita, sed vt paratam latebram petas, quoad tibi significet, quid deinceps facere debeas, accipiesq; sacri lauacri donum: *Epiphane* autem quinto ab hinc die certamen inibit. quibus auditis *Alexander*, vehementius inardescebat in amorem Christi. *Epiphane* SS. *Alphij*, Philadelphi, & Cyrini preces exposcẽs eorum pedes deosculabatur: simul aderant *Thecla*, & Iustina, quæ vt *Alexandrũ* viderũt ouem è lupo factum, *Deo* laudem retulere, multisq; vltro, citroq; dictis, & animantes inuicem discesserũt. postero die *Alexãder* coactis omnibus facultatibus, atq; ex SS. *Alphii*, Philadelphi, & Cyrini consilio iis restitutis, quæ iniuste possidebat, reliqua Theclæ, & *Iustinæ* cõmisit pauperibus distribuẽda. seruos 5 itẽ omnes manu misit, (liberis enim carebat *Alexander*) eisq; congruentia præbuit.

4

Cum 11. MM. noctu consulta in carcere. hi iubent vt lateat.

Male parta restituit & reliquas opes suas largitur in pauperes

5

Nocte

Nocte autem appetente, adscitis famulis duobus, ex ijs, quos libertate donarat, christianos fide imbuit, vnàque cum vxore carcerem petijt, quò iam Thecla, & Iustina conuenerant, prædixeruntque Alexandro Sancti Alphius, Philadelphus, & Cyrinus fore, vt ab Episcopo quodam baptizaretur, euaderetque: 6 gubernator, & fidei cymbã regeret, complexique inter se inuicem, valedixerunt; egressus Leontino Alexander cum famulis duobus in Selenodium montem peruenit, vbi saxum Dei prouidentia nacti sunt in medio monte, paruum quoddam foramẽ habens, trium hominum capax, quod ingressi, stoream inuenerunt, in quam procumbẽs Alexander, hæc, inquit, requies mea in seculum seculi. hæc porrò storea casu ibi erat. Christiani enim tres Thallelæus, Stratonicus & Cleonicus eo loco diuersabantur, qui cum Alexandrum aduentantem vidissent, metu perculsi, in fugam se dederant, tegete relicta. eminus dein conspicati, neque illum copias secum habere animaduertentes, ibique residere vili cultu corporis, tãdem post dies tres, cum silentio propius accedant. verebantur enim ne ad ipsos comprehendendos aduenisset. at ille homines notos habens, salue, inquit, christiani fratres, simulque omnes in eo loco habitarunt. pascebantur autẽ in vicino tractu Theclę greges, alebanturque viri sex ab Hermillo pastorum magistro, Dominæ voluntate.

6 In Selenodium secedit. Saxum illi domus.

Post discessum Alexandri Leontinis, vxor eius B. Epiphane à Tertullo consulari comprehendi, ac necari pro Christo iussa, quod christianam esse se fateretur, ea cum certamen pietatis explesset excisis mammis, Deoque gratias agens animam efflauisset, admonitus à Thecla Alexander acri dolore totus vocem exuit: o Domina mea Epiphane, tu debilius membrum cum esses, Tertulli fremitum non reformidasti; ego vero, Domina, qui tibi adnumerari valeam? reliqui item, qui cum eo latebant, Thallelæus, Stratonicus, & Cleonicus, affatim luxere: cumque Epiphanes martyrio, in omnes iniectus esset ardor pro Christo moriendi, deliberant, postero die, sistere se Tertullo, parati omninò fortiter pati pro Christi nomine. porrò Alexander famulum ad Theclam, & Iustinam consanguineas suas remittit, quibus nuntiaret, statuisse cum Thallelæo, Stratonico, & Cleonico Leontinos mane reuerti, & offerre se Tertullo: hæc audiens Thecla, statim redire famulum iubet ad Alexandrum, his cum mandatis, ego fili, idonea non sum, quæ tibi consilium sugg̃eram, aut impediam aduentum tuum. atqui SS. Martyres Alphius Philadelphus, & Cyrinus, nobis audientibus latere te, & abdi iusserunt; non quod ipse non posses Tertulli tormenta sustinere, sed diuina quadam ex prouidentia id tibi impetrarunt. addentes Tertullum, post dies quinque, scisciraturum de te, & S. Epiphanem Tertulli sæuitia interfectum iri. quæ omnia ita prorsus acciderunt, insuper adiecere, vt in eo loco maneres, ad quem Deus te deduceret. in hoc igitur negotio, orãdus est Deus

B. Thecla dissuadet, vt se prodat.

& Sãctorum preces aduocandæ. Hæc à Thecla cum accepisset Alexander, fiat, inquit, Domini voluntas. &c.

Nocte proxima 7 obiiciunt se Alexandro SS. Martyres Alphius, Philadelphus, & Cyrinus, dicentes, nos quidem tibi, Deo monente, suggessimus, quæ ille nobis indicarat; quorsum Theclæ negotium facessis? en brẽui 7 finem capient Diaboli furor aduersum christianos, tu vero cõsiste in loco isto, quoad te Deus aspiciat, si quidem opera tua Domino vsui futura est. ipse porrò animam tuam suscipiet, sicut & sororis Epiphanes, sed è sociis tuis Thallelæus paucos intra dies vitam claudet, Stratonicus, & Cleonicus martyriũ pro Christo obibunt. his dictis, ex eius oculis sublati sunt. Expergefactus Alexãder Deo gloriam dedit, & quis ego sum, inquit, Domine, vt mihi Sanctos tuos ostenderis, qui te supra omnes persecutus sum? persequebatur autem orando, & deflendo singulis diebus ea, quæ in christianos admiserat, ac præsertim in SS. Martyres. paucis post diebus Thallelæus supremum diem expleuit, delatusque in Antianum Theclæ prædium, cum SS. Militibus XX conditus est. ibi tum procurrens Alexander ad sepulchrum B. Neophytes matris suæ, & Isidoræ sororis eius, matrisque Theclę, lugebat: hei mihi, Domina mater, intercede pro me, apud Christum, pro quo sanguinem fudisti, vt saluet animam meam, sicut & B. Isidora, soror tua, orat pro Thecla filia, dataque est illi gratia hospitalitatis, & eleemosynæ: sic igitur & tu supplica Domino Iesu Christo, vt consequar veniam peccatorum meorum, ac præcipue eorum, quę admisi aduersus SS. Alphium, Philadelphum, & Cyrinum, reuersique ab Antianis ad Selenodium montem, ibi commorabantur.

7 Visique SS. MM. firmant consilium.

Sed qua ratione Alexandro, rebusq; Leõtinis consuluerit Deus, operę pretium est hoc loco commemorare. Sæuiente in christianos Decio, fuit in Liparensium Insula Episcopus, nomine Agatho, vir pius, & Deum timens, & in diuinis literis apprime versatus. cum ergo illuc peruenissent impetus tempestatis, & ab impio Diomede, qui eò aduenerat, multi è christianis interfecti essent, ipse etiã Agatho nominatim ad cædem petebatur. sed is collato 8 cum ecclesiæ Liparensis primarijs consilio, christianorum quorũdam negotiatorum nauigium conscendit; tribusque adscitis comitibus, inde soluens ad 9 ostium fluminis, quod è Therreo mõte dilabitur, in Siciliam traiecit. egredienti è cymba, obuius in ipso flumine fuit Domitius vir christianus. à quo perbenigne inuitatus est Agatho, vt ad eum diuerteret. habitabat 10 autẽ in loco, quẽ Cypareffiũ vocabant, solus in specu, diuitijs abũdãs. is igitur aduenientem Episcopum excepit in speluncam, quæ ex obliquo sita erat. interrogauit autem Domitium Agatho, quid caussę esset, cur illic solus habitaret? cui Domitius, scito, inquit, Pater, sæuum hic esse contra christianos motum ab impio Tertullo, prouinciæ huius Rectore, qui nunc apud Leon-

Exagitãte Liparam Diomede, B. Agatho Episc. in Siciliam profugit.

8

9

10

Digitized by Google

tinos agit. miracula ſubiiciens, quæ SS. Alphius, Philadelphus, & Cyrinus patrarant, & quibus tormentis vitam finierant. quæ cum audiſſet B. Agatho, plane hæſit. grauem inde mœrorem ſuſcipiens, nec quidquam edit aut bibit eo die, proſtratuſque in ſolum lugebat, quod martyrium effugiſſet, nec ſe Diomedi ad certamen obtuliſſet: cum lacrymis autem orabat, Domine Ieſu Chriſte, exaudi me, & doce, hic ne conſiſtere debeã, an redire in Inſulam meam.

Inter hęc obdormiuit, videtque in ſomnis SS. Alphium, Philadelphum, & Cyrinum ſplendida veſte ornatos, qui propius accedẽtes ipſum adorarunt; ille autem attonitus, qui nam, ait, eſtis, fili, diuinum hoc ſpectaculum exhibentes? & illi, ſumus, inquiunt, quos chriſtianorũ hoſtis Valerianus ad Tertullum miſit: ſed quorum corpora mactarũt, animas lœdere non potuerunt. te vero mœrentem cernentes, venimus, vt benedictionem tuam conſequamur. opportune aduenisti, Pater, Deo te prouidentia ſua, ad nos deſtinante, oportet enim te hinc migrare, in aliquem Siciliæ locum, ibique impii Tertulli exitum expectare; ceterum in his oris multorum animæ ſalutem opera tua ſuſceptura ſunt. cõmorare in his ſpeluncis ad dies XL. dein perge quò ducet te Deus. his dictis SS. Martyres eum adorarunt, ac ſe ſe è conſpectu ſubduxere. Excitus Agatho vbi illuxit, accerſito Domitio, viſa illi aperit, Deumque collaudarunt. Poſt aliquot dies, Domitius Leontinos profectus, Theclam edocuit, veniſſe ad ſe Peregrinum quemdam Epiſcopum, cui SS. Fratres mira quædam per noctem enuntiaſſent at Dei famula, cum neceſſaria omnia parari iuſſiſſet, domus præfectum miſit, vna cum Domitio, in Cyparenſiũ, qui locus erat Theclæ, his cum mandatis: nuntia homini, quem tibi Domitius indicabit, me eius preces expoſcere, ac ſperare participem earum fore, digreſſus ille cum Domitio, & famulis tribus ad ſpeluncam cum peruenisſent, procubuerunt ad pedes Epiſcopi. quibus is viciſſim dixit: renunciate Dominæ Theclæ, benedictam ipſam eſſe, & benedictam domum eius: neque è vita exceſſuram vſque dum, quæ exoptat, perfecerit.

Viſi Martyres Epiſc. adorant & ſolantur.

Thecla certior fit de aduentu Epiſcopi.

Interea Tertulli exploratores, eiuſque ſatoris adminiſtri, illac forte prætereunt, vbi B. Agatho quadraginta iam dies delitescebat. hic vbi voces, concinentium in ſpeluncis exaudiere, accedunt propius, Epiſcopum, comiteſque tres conſpicantur. inde Leontinos aduolantes, rem enunciarunt. ſed aberat Tertullus. enimvero poſteaquam in Sanctos Scratonicum. & Cleonicum deſæuit, in gẽti cum Militum manu, in Menæum Caſtelliũ profectus erat, vbi chriſtianos aliquos è Leontinis eſſe acceperat. igitur proxima nocte viſi inſomnis Theclæ MM. Alphius, Philadelphus, & Cyrinus imperarant, vt famulũ mitteret in Cyparenſium, qui Epiſcopum educat è ſpecu, inde ad Alexandrum deducat, & vna ſint, quoad Deo videretur. idque eò imperatum, quod impii quidam Epiſcopum ad Herpyonem, quem Tertullus pro Alexandro conſiliarium adſciuerat, deferre cogitarent. His excita mulier confeſtim accerſit Hermyllum, ac perge, ait, cum altero è ſociis, & equis tribus in Cyparenſium, ibiq; inter ſpelũcas inuentum Epiſcopum, Clericoſque tres, equis impoſitos, in montem ducito, in quo Alexander latet. nec mora, obſecutus Hermyllus ad locum ſtatim peruenit, obſtupeſcente Epiſcopo mulieris fidem. & quia meminerat, quod SS. Martyres prædixerant, illinc poſt quadraginta dies migraturum. feſtinato inde digreſſi ſunt ante galli cãtum. vbi ad Alexandrum peruenere, Hermyllus, hunc, ait, ad te mittunt SS. Martyres Alphius, Philadelphus, & Cyrinus, qui te eruditat, imbuatque chriſtianæ vitæ myſteriis. Agathonem vbi intuitus eſt Alexander eius pedes exoſculatus, benedictus Deus, inquit, qui me gratię expertem manere haud paſſus eſt. Episcopus vero, ſalue, ait, fili, ſalue, ſimulque Deo gratias egit, quod in Siciliam haud quaquam fruſtra veniſſet. etudiebat autem Alexandrum Epiſcopus, & in diuinis literis inſtruebat. porrò in monte Selenodio annis duobus manſere.

Agatho Epiſc ad Alexãdrum ducitur.

Eodem tempore Tertullus in Menæi partibus anno vno. & menſibus tribus verſatus eſt, vnde Catanam rurſum profectus, chriſtianos inſectabatur. exactis duobus annis, apparuerunt SS Martyres Agathoni, & Alexandro, dicentes, abite hinc, quoniam Tertullus aduenit, ite in Crecum, 11 iuxta mare. ibi nos conſiſtere oportet ad mortem. vſque Tertulli eadem nocte, viſi ſunt etiam Theclæ; quorum illa admonitu Hermyllum cum famulis duobus, equiſque ſeptem miſit, vt eos omnes tranſueherent. ipſo in itinere conatus eſt bonorum hoſtis Diabolus in lacum eos deijcere. ſed eò cum peruenisſent, equi ſubſtitere. attonitus vero Hermyllus, aberrauimus, inquit, à uia. Deus SS. Alphij Philadelphi, & Cyrini, ades nobis, noſque deducito, iam quò deſtinaſti. ſtatim adſtantes Sancti dixerunt; ſequimini, viri; præeunteſque, ad Crecum vſque maritimum perrexerunt: viſoque, dixere: ecce Crecum; ibi manete. quo indicato, ex oculis ſublati ſunt. illuceſcente die, vir quidam Deum timens, Publius nomine ad eos propius acceſſit, & vnde nam dixit, Peregrina ſpecies Sanctorũ iſtorum? numquid & vos Tertulli metus huc adegit? cui reſpondent, certe, frater: verumtamen præbe, oramus, nobis locum. & ille latebram dedit, quam habebat in medio 12 monte, iuxta Aſſiam fluuium. eiſque neceſſaria, ſingulis diebus ſuppeditabat. 12

Porrò hic Publius templum ędificarat, valde elegans (nullumque in illis oris aliud erat) Dominæ noſtræ, laudatiſſimæ Dei genetricis, ac ſemper Virginis Mariæ, nec dum fuerat 13 conſecratum ab Epiſcopis; quod Tertulli metu, nemo venire illuc, auderet. templum B. Agatho, ac baptiſterium picturis 14 exornauit. quadraginta verò diebus elapſis, Publio mandat, vt ſacrum fontem aqua impleat, quam cum ſanctificaſſet, Alexandrum baptizauit; Neophytum 15 appellans, nomine immutato, quem Publius è 13 14 15

ſacro

sacro fonte suscepit. illum igitur vt sacro perunxit oleo, corpus, 16 & sanguinem Domini impertijt. 17 participabat autem per singulos dies. inde post dies octo, Neophytũ tondet, ac Clericis adnumerat, donato 18 lectoris munere. vbi autem quadraginta dies effluxere Diaconum 19 ordinauit. ceterum hic S. Neophytus, ex quo baptismum ab Agathone suscepit, vinum non bibit; carne etiã abstinuit, ieiunabatque singulis diebus; duos exinde dies, interdum totam ieiunus hebdomadam continuabat. igitur in eo loco mansere annum vnum, ac menses decem, 20 manicantes, & sacram 21 quotidie liturgiam peragentes. Post hæc Episcopus Alexandro dixit; volo tibi presbyteri munus dare cui ille vti iubes, Pater; cumque aduentasset dies festus natalis Domini, & sacram liturgiam peregissent, presbyterum illum designauit. diuinaque gratia operante Neophytus in alium virum mutatus est, ita vt Episcopus ipse miraretur.

Interea Tertullus ex vrbe Catana Leontinos reuertitur, tum qui Episcopum, socios que viderant in Cyparessij speluncis, id ei renuntiant. quo audito, statim Milites destinat, qui homines comprehendant. sed iter illis frustra susceptum est. enimvero vacuas, desertasque sedes inuenere. iam enim è Selenodio in Crecum concesserant. verum Tertullus, dum eis perquirendis obfirmate intendit, ducente ac fallente dæmone, cælestium 22 gladijs interemptus est; cum diuina illum ira, primoresque Leontinorum comprehendisset. de cuius exitu admonita in somnis Thecla à SS. MM. Alphio, Philadelpho, & Cyrino, Episcopum Agathonem Alexandrum, socios que per Hermyllum in vrbem aduocauit. vnàque cum Publio venientes, in ædibus Theclæ diuersati sunt. Igitur vt Theclam, atque Iustinam B. Agatho Episcopus vidit, beatæ, ait, estis, propter quas tam multa, adeoq; miranda tergemini Martyres fecere. mox orauit, vt ad eorum sedem deducerent. simul in speluncam Episcopus introiuit, suauissimum odorem percepit, lumenque vidit, sacra corpora circumfulgens. ita procidentes, eorum pedes exosculati sũt, fuderuntque abunde lacrymas. noctem 23 vero solidam duxerunt in hymnis, & sacra lectione, quem locum frequenter adiere, quoad exstructę sunt ecclesiæ.

Quadam igitur nocte, cum Neophytus, alijque peregissent in spelunca mediæ noctis 24 officium adstante B. Thecla, lux ingens corpora circumfulsit, apparuitque Andreas Apostolus, Episcopi habitum præseferens, quem circumsteterant SS. MM. Alphius, Philadelphus, & Cyrinus, ac minister vnus. ibi Neophytum 25 B. Apostolus consecrauit Episcopum Leontinorum, tergeminis Martyribus ministrantibus. Post collatum Episcopi munus, ei dixit; quandoquidem delegit te Christus, populum baptizabis, atque vt gubernator bonus reges. Romam tamen ire te oportet cum Agathone, vt gratiam ibi ab SS. Coapostolis meis percipias. inde rediens Agatho, sedem suam recipiet. sed Thecla ecclesiam extruet hjs Sanctis, quos vides, & reliquis vna passis Epiphanes & Euthaliæ: simul vero maxime venerandum templum matris Domini. his dictis, abscessere. Igitur Agatho, Neophytusque diuino oraculo moniti, profectionem parabant, sed oratione prius sua solatus christianos Agatho, simul Neophytum futurum pastorem indicauit, qui eos pasceret, ac baptizaret. se autem cũ eo Romam ad summum 26 Pontificem profecturum, vt eo vocante Episcopus rite renuntietur; quod ita haberet ecclesiastica constitutio, vt sine primam sedem obtinente sanctissimo Episcopo, & Papa, Episcopus non fiat. acclamauit his cœtus ille: virum dignissimũ esse Neophytum, qui ad id muneris deligeretur: eaque ex hora videre adstantes illi SS. Martyres, & arcana quędam hilari vultu significantes. per eos porrò dies, quidam ex Liparitanæ Insulę optimatibus, cleroque Leõtinos venere, cum illic Deo reuelante, per nossent, Episcopum suum Agathonem agere: quem docent cessasse 27 iam persecutionem aduersus christianos.

Igitur quindecim post aduentum Liparensium dies, accito Neophyto Episcopo Thecla; age, inquit, facultates omnes nostras dispiciamus, quas in ecclesiam SS. MM. collaturi sumus. simul 28 idolorum fanum, sub speluncis in medio vrbis situm. ac Tobolo vicinum consecremus nomini glorioso, ac semper laudandę Deiparę. exinde sola in speluncam ingressa, atque effusa in lacrymas ita orauit: Domine, qui SS. fratres tergeminos hunc in locum dignatus es ducere ex Vasconum regione, da vt implere promissa tibi possim. post preces, in tabulas relata sunt bona, quæ ad ecclesias ædificandas a Thecla, & Iustina conferebantur. Thecla enim suburbana decem, & octo donauit, & pecorum millia nouem; Iustina verò suburbana septem, & pecorum millia tria, atque alia plurima subscriptæ sunt tabulæ à Thecla, & Iustina, Eutropia, Victorino, alijsque permultis, traditæque B. Agathoni, quas ad Romanum Pontificem deferret, sed Neophytus pios aliquot viros selegit, quos ad sacros ordines probe aptos norat. B. Rhodippum 29 in primis fratrem B. Epiphanes, vxoris suæ. Crispum, Palumbum, Theodosivm, Philemonem, Isidorum ex vico, cui Troidia nomen, Aquilam, Andronicum, ac Notarios. Digressi simul Leontinis, sub hordei messem Romam peruenere ad XV. Kal. Aug. quos benigne omnes Papa excepit, summaque cũ lætitia. postridie ad Apostoli Petri ædem deducit, vbi coactis cleri primarijs, Theclæ tabulas legere, ipsam admirantes. tum B. Agatho multa de Neophyto, plane vt omnes acclamarint, & Episcopi sede dignissimum hominem existimarint. ità non multo post cum aduenissent sacra Pentecoste, Neophytũ ordinare voluit Pontifex. noctu autem apparuerunt ei Beatissimi Apostoli. dicentes: quid agis? nescis Neophytum ab Andrea Apostolo ordinatum esse? sed imponens 30 ei Apostolicam, & humerale, 31 quæ in sacra mystagogia super altare inuenies. postridie

15 17 — 18 Ordinat Diaconũ. 19 — 20 21 Dein Presbyterum. — Agatho, & Neophytꝰ Leontinũ reuocãtur mortuo Tertullo. — 23 — 24 — 25 — Sed Romã ire iubetur ad s. Apostol. Principes. — 26 — 27 — Coliatę opes eccles. 28 à Thecla, & Iustina. — 29 — B. Apost. Pontif. monent, Neophytum à S. And. consecratum: 30 31

die Pontifex iussa exsecutus est; Apostolica
32 & humerali traditis, viditque 32 laminam auream super caput eius, ac manum Apostoli, & literas in hunc modum; Diuina Iesu Christi gratia dignatur virum hunc a Presbytero transferre ad Episcopum. ordinauit verò Pontifex Palumbum, & Theodosium Presbyteros, Diaconos vero Rhodippum, & Crispum.

His peractis post annos ferme tres Roma
33 soluentes XI. Kal. Iulij ad S. Hippolyti 33
Et is Leontinum redit. portum deuenere, exinde Puteolos. hinc Neophytus diuinitus admonitus S. 34 Eraſmi Martyris corpus in Siciliam sustulit. Puteolis profecti, Liparam 35 Insulam intra
35 septem dies tenuere, vbi cum dies quinque constitissent, mox in Siciliam transmittunt ad Therreum fluuium 17. Kal. Augusti quo eis loco Thecla, Iustina, cœtusque christianorum occurrere. haud longe à Therreo Mar
36 tyrum 36 duorum corpora à Tertullo in puteum proiecta Neophytus Episcopus edu xit, ope SS. Alphii, Philadelphi, & Cyrini. proximo die ingenti cum lætitia Leontinorũ
37 ingressi sunt ciuitatem, euntibus 37 obuiam
Multos Leontinorũ baptizat. populis Episcopo cum cereis, & odoribus. Paucos intra dies Neophytus Episcopus, cũ diligentem hauaret operam, in augenda re christiana, homines CIↃCL. catechesi imbuit, ac baptizauit, præter mulieres, ac pueros. erant per id tempus apud Leontinos Principes viri, piique Anatolius, Strouelius, & Breus. consilio cum eis inito Neophytus Aquilam, & Andronicum, cum literis, ac
Deiparæ eidem confecerat. precibus, misit ad Beatum Euerium Catanensium Episcopum, vt Leontinos, ad ecclesias vna consecrandas, veniret: ei Neophytus Episcopus ad Cyparessium occurrit. pridie nonas Septembris. Euerium Neophytus in speluncam induxit, vbi corpora erant SS. Alphii, Philadelphi, & Cyrini, & pastophorium, 38 quod Thecla condiderat. illuc in- 38
gressi Sanctos adorarunt, ferre non valentes suauitatem odoris, & splendorem. quo Martyrum ora collucebant, deinde ad ædem Virginis Deiparæ ascenderunt, eamque consecrarunt. in qua baptizarunt viros CCCCXXX. in veste candida, quorum omnium mater fuit Thecla, cum Iustina, & Eutropia. ac peracto diuino sacrificio, receperunt Sanctissimum Corpus Domini Nostri. mox S. Euerius Episcopus Catanã rediit, erat enim grandæuus. Neophytus autem Episcopus baptizare pergebat, cum plurimi ad fidem Christi in dies conuerterentur. conficiens diuinum sacrificium, tradensque recens illuminatis.

Ceterum V. Idus Decembris. corpora Sanctorum MM. Alphij, Philadelphi, & Cyrini collocauit in thecis, quas Thecla fabricarat, intra sacram 39 mensam. postero die 40 39 40
consecrauit ecclesiam, ibique Palumbum constituit presbyterum. Chartularium 41 41
vero, & oeconomum omnium, quæ Thecla donarat, Isidorum Subdiaconum. in vico autem Antiano, in ecclesia SS. MM. Isidoræ, & Neophytę, & SS. XX. Militum, B. Donatum Presbyterum præfecit. Porrò S. Neo
phytus 42 Leontinorum Episcopus cum munus suum pie obiuisset, multosque è populo ad Christum traduxisset, dierum plenus, bonorumque operum, decessit. vixit annos XXC. sedem 43 tenuit annos XXXVII. 43
menses quinque; obiit 15. kal. Maii, quo die S. Neophyta, eius mater, obierat. conditus est in sepulchro B. Theclæ consobrinæ suæ.

Vide Animadu. fol. 72.

Ann. Ch. 294

DE SS. QVADRINGENTIS MM. SELINVNTIIS

Diocletianus, 1 & Maximian'iã inde ab imperij initijs, instigãte dæmone, ad christianã religionem penitus delendam insane conspirantes, omnes prouincias piorum cædibus impie funestarunt: sub finẽ vero imperii, furore quodam acti, maiore vi conuellere, quæ non possent, contenderunt: quippe postremis duobus annis, tantus persecutionis impetus in Siciliam grassatus est, vt christianis centuriatim interfectis, oppida pene exhaurirẽtur, agri sanguine inundarent. sedenim præter agmina, quæ alibi retulimus, CD. Martyres iuxta 2 Selinuntem fluuium, cum Iesu Christi fidem summa constantia retinerent, confessionis suę coronam, & palmas numquã interituras promeruere. Ex proximo Selinũ-
ti 3 Vrbi fluuio, Selinuntios exstitisse, 3
non dubitauerim. gratamur gentilibus nostris, vno omnibus die purpuratis, patronis Insulam commendamus.

Vide Aninadu. fol. 77

Digitized by Google

Ann. Ch. 298 13. Sept.

DE SANCTIS LXXV. MM. MENDENSIBVS

1 SAncti MM. LXXV. ex opido Mendis, prope vetus Netũ fuere. eorum cædes in Impp. Diocletiani, & Maximiani tẽpora incurrit. nam cum Lucia & Geminianus, vt eorum acta 2 memorant, in Siciliam ope cæleſtium ad oram Tauromenitarum primum delati, ad Mendas inde peruaniſſent, ſtatim concinere opidanos prædicatione, & miraculis, quibus plerique commoti, chriſtianam fidẽ amplectebantur: quod vbi cognouit Apophraſius Iudex, qui Catanæ commorabatur, rapto ſuorum agmine, iter eo maturauit, vt in Luciam, Geminianumque, & ceteros chriſtianos animaduerteret. ſedibus furorem Iudicis latebra declinantibus, comprehenſi multi fuere, quibus neq; animi fortitudo defuit, nec chriſtiana libertas. nam percunctatem Apophraſium de Luciæ, & Geminiani vita, actibuſque acriter incuſabant, clamitantes non eſſe poteſtatem penes impios, cognoſcendi de chriſtiana pietate; contra fas, chriſtianos inquiri, impieque trucidari, eaſdemque conſtantia nefarios Deos deteſtantes V. & LXX. virorum, feminarumque agmen inclytum, Apophraſii iuſſu, ſectis ferro cervicibus, ad laureas ſempiternas conuolarunt ſtatim atque ſupplicio affecti ſunt, viſus eſt Angelus, qui ſuper eorum ſacra corpora vas funderet odorum plenum. Sãctiſſimos verò Martyres Idibus 3 Septembris cæſos, ſcriptum reperio, ſed ſceleſtus Iudex Apophraſius effuſi innocentium ſanguinis maturè ſupplicium luit. dum Catanam reuerteretur, turbatus equus cum nulla ſe proderet cauſſa, ſedentem, exanimemque excuſſit, ac nuſquam inuento corpore, ab iiſdem inferorum furiis, & occiſus, & raptus creditur. documento aduerſus impietatem, & violantes ſummum Numen, cui ſit gloria in æternum.

Vide Animadu. fol. 77.

† ✠ †

1 Opidanos Lucię, & miraculorum luce colluſtrat.

2

3

Iudex cælitus plectitur.

Ann. Ch. 299 16. Sept.

CERTAMEN SS MM. LVCIÆ, ET GEMINIANI

Ex pluribus Codicibus M. SS.

1 IMPP. 2 Diocletiano, & Maximiano, in vrbe 3 Roma, illuſtris femina Lucia ſex, & triginta annos caſtis in penatibus vixerat: filius 4 illi Euprepius, parenti diſſimilis, & Deorum ſuperſtitione infectus, quem Mater trahere ad Chriſtum cupiens, propoſito 5 Diocletiani, & Maximiani edicto, & perſecutione in dies gliſcente aduerſum chriſtianos, fili, ait, ecce paratum tempus ad palmam, ecce lux ad vitam data, Dæmonum ſimulacra derelinquamus, qui perdere nos poſſunt, liberare neutiquam poſſunt; Dominum adoremus Ieſum Chriſtum, qui animam, & corpus ſeruare, ac perdere in æternum iuxta poteſt. Euprepius reſpondit, deliramenta loqueris, mater. & huc decurſum à te, vt Chriſtum illum confutearis, qui flagellis ſeruorũ more cæſus, & cũ latronibus crucifixus eſt? Lucia dixit, miſer, & ſceleſte, aduerſus Dominum, qui te fecit, obloqui audes? contingat tibi iuxta prophetæ effatum, obſcurentur oculi eorum, ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua: verum filius ſuperſtitione amens, & officiorum naturæ oblitus, ad Imperatorem Diocletianum pergit, matremque accuſat, confiteri Chriſtum, Deoſque contumelijs afficere.

Audito indice, Dioclesianus Luciam corripi, ſiſtique ad tribunal ſuum iubet, adſiſtẽti dixit, filius noſter Euprepius index, ac teſtis eſt, Chriſtum te nominaſſe; monitam voluimus, vt Diis ſacrifices, ne pereas. Lucia reſpondit, ſanè verò Euprepius, per quem vobis innotuit, me chriſtianam eſſe, filius veſter eſt: nam filius eſt tenebrarum: Ego autem credo in Dominum meum Ieſum Chriſtum, caſtitatis amatorem, cui gratias ago, qui nõ dele-

2 3 S. Lucia Romæ genita vidua 4

5

Accuſatur à filio

Digitized by Google

deleuit ancillam ſuam de vitæ libro: in illo permanens ero, neque à mandatis eius peribo. Imp. Diocletianus dixit, ab hac ſtultitia ceſſare te oportet, vt propitios habere Deos poſſis. Lucia reſpondit, ita eſt, vt aſſerui, neq; vmquam mutabo propoſitum. Quin parata ſum ad vincula, ad ignem, ad beſtias, ad quæuis tormenta, nihil extimeo. Diocletianus ad ſua libita pertrahere Luciam volens, imperat in carcerem trudi, ciboque interdicit. cũ fores illa carceris ingrederetur, contremuit 6 locus, quem mox ſuauitas odoris afflauit. proxima nocte, viſus eſt Luciæ Chriſtus Dominus, eamque alloquio ſuo recreauit,

Ad quæuis tormenta pro Chriſto ſe offert.

6

Quattuor poſt Dies, terræmotu, qui in regione eadem contigit, Deorum ſimulacra quędam proruere. Sacerdotibus 7 Luciæ maleficio, id fieri dictitantibus, exſtimulatus Imperator Diocletianus, rurſum ad tribunal ſtatui iubet, incuſatque acriter, malefica, hodie te male perdam. Lucia reſpondit, tormẽta tua nihili habeo; in Domino confido: a propoſito meo numquam remouebor. iratus Imp. Diocletianus dixit, afferte nodoſos fuſtes: extendite eam, verberate fortiter: ollam æream incendite, ſpoliate, & in illam dimittite: ibi Lucia feruefcente oleo, triduũ ſtit, ſed illæſa, nihilque ex igni ſentiens, ac ſicut lilium redolens ſuauiter enitebat, canebatque: probaſti me, Deus, igne me examinaſti, ſicut igni excoquitur argentum. tũc Diocletianus pudore ſuffuſus, in cuſtodiam retrudi Luciam iubet, ferro 8 onuſta cum eò retraheretur, ædes præterijt illuſtris viri, cui Geminiano nomen, à quo 9 multa domi ſimulacra habebantur. illac igitur Lucia pertranſeunte, viſa Geminiano, feminæ cõſtantiam admiranti, columba candida, illius ſupra caput, è cælo delabi. eique poſtquam ter in crucis formam deuolaſſet, inſediſſe. ad mirabili ſigno recluſa illi mente, cœlum ſuſpiciens, patentes aulæ cæleſtis portas, excelſumque Dei ſolium videt, ſimul inflammante animum amore Dei, Geminianus ſtatim pergit ad carcerem, introgreſſuſque, ac Luciæ pedibus prouolutus, gratiæ matrem appellat, cognitam Deo demonſtrante, quod domum ſuam cum præteriret, vidiſſet Angelum columbæ ſpecie, erectiſque in cœlum oculis, cognouiſſet, in quem credere oporteret. precatur, vt chriſtianæ fidei myſteria edoceat, & Ieſum Chriſtum, in quem ipſa crederet, manifeſtum faceret. Lucia dixit, per dies 10 tres ieiuna: Deo curæ eſt, deſtinare qui te 11 purificet, die Dominico.

Constantia ſua Geminianum trahit ad fidem.

Cœlum illi patere viſum, & delabi colũbam.

8

9

10

11

Erat in vrbe Sacerdos quidam Protaſius nomine, qui credentes in Chriſtum baptizabat. circa medium noctis, angelus, coronam manu tenens, excitauit, & exſurge, inquit, Protaſi, perge 12 ad carcerem Capitolij, & Geminianum purifica, qui toto ex corde me quærit. Euigilans B. Protaſius, auctus lætitia alacriſque contendit ad carcerem. foribuſque vltro recluſis ingreſſus, ac cæleſti fulgore locum illuminante, inſtructum Geminianum, tot rerum gratulatione baptizauit. interea Lucia, & Geminianus in cuſtodia cohortabantur inuicem ſe Tyrannorum cruciatus vt fortiter pro Chriſto tolerarẽt. Tertio poſt die Imp. Diocletianus Luciam produci rurſum imperat, cui dixit: quidnam de ſalute tua cogitaſti? Lucia reſponſum nullũ dat. Tunc Geminianus Luciam è carcere comitatus, fideque accinctus, vltrò 13 Diocletianum increpat, quod impius, cœcuſque & à dæmone incitatus in Chriſtum credentes immaniter ſupplicijs affligeret: palam affirmando, dæmonia eſſe gentium Deos, quĩ perdere poſſent, ſed liberare neminem quirent. atque ego cum tui ſimilis eſſem, & ſimulacris perdite deſeruirem, ſpiritualis matris meæ precibus illuminatus ſum, quam mihi Dominus Ieſus Chriſtus dono dedit. Imp. Diocletianus, Leonis inſtar fremens, dixit: cædite eos fuſtibus. cum cæderentur, B. Luciæ Geminianus dicebat: ne mater, expauescas, intelligant dæmonum cultores in Dei ſeruos tormenta eorum ſagittas paruulorũ eſſe, ac nihil poſſe. hæc audiens Lucia Deo gratias egit, dicens, tibi gloria, excelſe Deus, qui paruulis ſcientiam das recti conſilij. en iam ſapientes ſunt, qui imprudentes eſſe putabantur. nunc ergo auxiliare nobis, Domine Deus cœli, ac terræ, & Angelum tuum mitte, qui confirmet & dirigat nos.

13

Luciam, & Gem. mactari fuſtibus iubet Imp.

Tum motu terræ, domus magna ex parte proruit, Iudice, multiſque Gentilibus lapſu tectorum oppreſſis, Lucia, & Geminianus ſemianimes dimittuntur: diuinaque 14 virtute in Siciliam poſtea deportati, apud mõtem 15 Tauromenium depoſiti ſunt. Inde Angelo eodem duce, in Prætorium Aleſinũ venientes Eucarpion hoſpitio excepit. filia vero Eucarpionis duodeuiginti annos à dæmonio vexabatur: ſed liberata eſt, ſtatim atque Lucia, & Geminianus domum parentis ingrediuntur, inclamante dæmonio, quid incendis 16 me, Lucia Martyr Chriſti? altero die, qui dies erat Iduum Ianuarij, Aleſinio agro profecti, ad fluuium 17 Symæthũ peruenere, ſed hyemis imbribus adeo intumuerant aquæ, vt tranſmittere flumen nequirent. Deum verò Sancti Martyres precabantur: Domine, qui adſtitiſti ſeruo tuo Moyſi, vt diſrumperet mare rubrum, & populum tuum a ſeruitute Aegyptiorum eriperet, libera famulos tuos, & in locum tibi placitum deducas. ſtatim ſuper aquas tranſmiſere, amnem perinde pedibus calcantes, ac ſtratos ſuper lapides incederent. traiecto flumine, ad oppidum 18 cui nomen Mendę, peruentum eſt, qua territorium infeſtis dæmonijs refertum erat, qui Sanctorum Martyrum aduentu pulſi, adueniſſe iam eorum finem, palam lamentabantur.

14

16

17

18

Ceterum Lucia, & Geminiano Deum precantibus, audita eſt vox, eam illis deſtinatam ſedem, illic conquieſcerent. igitur diuina voce firmati, eò loci permanſere, miraq; prodigia, vt illis mos erat, patrare cœperunt. Chriſti fidem ſerere, curare ægrotos, illuminare cœcos, dæmones fugare. quibus miraculis, plures ex Gentilibus ad Chriſtum conuertebantur. Hæc & alia in proximas vrbes diuulgante fama, audiens 19 Apophraſius Iudex, atrox ănimi, ab vrbe Catana iter eo pro-

Fidem Ch. prædicant multis cũ mirac., & fructu.

19

properat, naſcentem religionem tormentis repreſſurus.illuc vt peruenit, cum Luciam,& Geminianum diu quæſitos non inueniſſet,in ceteros debacchabatur. comprehenſi multi qui fidem Chriſti ſuſceperant, interrogatiq; vna omnes voce impietatem Iudicis accuſabant, quod homo ſceleſtus chriſtianam pietatem aduerſum fas inſectaretur.acri reſpõſo commotus Apophraſius, ſatellitibus ſuis præcepit, vt omnium vitam gladio finirent, quinque 20 & ſeptuaginta cum viri, tum mulieres cæſi ſunt;diuinis honoribus fortiſſimos Martyres Deo decorante.nam ſectis eorum ceruicibus, continuò viſus eſt Angelus Domini fundẽs ſuper corpora phialam odoramentorum plenam. nec diuina vindicta in Apophraſium impium Iudicem ſera fuit.Catanam reuertentem equus, 21 quo vehebatur à dęmonio arreptus exanimem excuſſit:neque vſquam corpus eius inuentum eſt.

20 Apophraſ. LXXV. p Chr. occidi iubet.

21

Vagata per Prouinciam fama formidandi exitus Apophraſij,rerumque Luciæ,ac Geminiani,Megaſium 22 excitauit, Paſchaſii patrem Siciliæ conſularis, & Luciæ Syracuſanæ interfectoris. accenſus igitur furiis Iudex Syracuſis celeri itinere digreditur, in Luciã, & Geminianum animaduerſurus. ii vero ſæuitiam, furoremq; hominis infeſti pauentes, latebras quæſiuere.precantes effugium exaudijt Deus,& repentino hiatu montis occultauit.cum æſtus,ſitiſq; triduum delitescentes fatigaret,auxit miracula Dei fauor in Martyres.fons è ſaxo diuinitus erumpens,ſiti vexatos refecit, ſpecuſq; 23 ac fons quo noſtro manent. Verum Lucia laboribus iam, ſenioq; 24 confecta, cui quinq; & ſeptuaginta anni vitæ ſpatium fuerant, Deum vt vitæ finem poneret, hunc in modum precabatur:Domine Ieſu Chriſte,fili Dei viui, excipe ſpiritum meum in vita hac periclitante meq; ad tutam vitæ æternę ſtationem perducas.hæc cum oraſſet, ſpiritum 25 placide emiſit. ſed Geminianus metu adhuc in ſpelunca cohibitus, triduum corpori pro cuſto-

22

23

24

Lucia laborum finem à Deo exorat.

25

dia fuit,incertus quo ſepulchro cõderet,quid ve conſilij capiendum pro tempore foret. tertio poſt die,latebra digreſſus,funus matri paraturus,cædis ſuæ præmium tulit.à Megaſij milite ſtatim correptus, abſciſſoq; capite, eamdem in ſpeluncam prouoluitur,

26

Inde tranſiens chriſtiana femina 26 Maxima nomine,è territorio Plintitano,ſuauiſſimum odorem percepit, quo latè locus afflabatur,quæſitura vnde proueniret,de via declinans,& in ſpecum pertracta recentia SS. MM.corpora reperit.pieque collecta,pretioſa veſte ad funus obuoluit. ipſi 27 cœlites, augendo Martyrum decori, iuuere mulieris pietatem.nam manifeſto viſi marmora comportare,quibus Martyrum ſepulchra exſtruerentur.mox 28 ſepulchris duobus,Angelorum opera,compoſitis; SS.MM. corpora a Maxima ſeorſim cõtecta.Deiu 29 ſupra ſepulcra,templum DD.Luciæ,&Geminiano à Maxima eadem, prædiuite femina, in collis vertice ædificatum eſt,quod illud eſſe, vetus fama tradit,quod in ſummo colle dirutũ iacet,integra adhuc apſide. iuxtaq; fons, multis gradibus ſubterraneus,qui SS.MM. precibus diuinitus è ſaxo fluxit, cuius aqua multi ægroti ſanantur.contra veterem eccleſiam Rogerius Pius Comes, pulſis Sarracenis, populorum ſtudiis,tot annorũ Tyrannide nondum intermortuis in eum locum,quo Lucia ac Geminianus martyrium expleuerant,ędẽ magnificam,eorumdem nomini ſtruere cœpit.mors obſtitit,quo minus abſoluere;quæ anno ſequente optimo Principi accidit. ſed inchoatum à Rogerio templum, Tancredus Guillelmi Comitis filius perfecit,ac dote inſtruxit.Guillelmus vero Syracuſarum Epiſcopus anno Domini CIↃCIII. dedicauit, agitur dies natalis SS.MM. Luciæ,& Geminiani 16. Kal. Octobris,ad laudem Domini Noſtri Ieſu Chriſti viuentis in ſęcula ſæculorum.Amen.

27

28

29 Eccleſiam extruit ſupra corp.

Multos Poſt annos ijſdem Rogerius comes ædem incohat.

Vide Animaduerſ.fol.78.

Ann.Ch. 303 21.Febr.

DE SS. CLAVDIO, SABINO, MAXIMO, ALIISQVE LXXIX.MM.

IMPP.Diocletiano, & Maximiano,atrox in Sicilia cædes facta eſt Chriſti Confeſſorum:tanta Præſidẽtium, perſcrutantium, torquentium ſæuitia,tãto chriſtianorum ardore,vt hi turmatim pietatis cauſſa mori cuperent,illi impie trucidarẽt.præ ceteris eluxit fortitudo 1 animi SS.MM. LXXIX. qui multis,diuerſiſq;tormentis dilacerati,cum pari conſtantia ſimulacrorum cultũ repudiarent,qua Ieſũm Chriſtum confiterentur,præmium conſtantis confeſſionis,cæleſtes coronas tulere,ad 9. kalen. Martias. ex hoc cœtu,ſed extra eum numerũ tres ad exemplum præcipui commemorãtur Claudius,Sabinus 2 & Maximus.ceterorum nomina,amiſſis monumentis,intercidere.digna æternitate nomina, quæ non terreſtri, fragilique hoc noſtro, ſed aere ęterno, quo fuſum eſt cœlum, micantes inter ſtellas, inſcripta ſint.

1

2

Vide Animaduerſ. fol.82.

Digitized by Google

Ann. Ch. 303 12. Aug.

ACTA CONSVLARIA
SANCTI EVPLII
DIACONI MART.

Ex M.S. Codice Vaticano.

DIOCLETIANO 2 octies, & Maximiano septies Cō sulibus, pridie Idus Aug. in Catanensium ciuitate, cum 3 esset extra velum secretarij Euplius 4 Diaconus (qui ab 5 exploratoribus legere Euangelia, & docere christianos deprehensus ab illis tentus est, & perductus cum libro) proclamauit, dicens, christianus sum, & pro Christi nomine mori desidero. audiens hæc Caluisianus 6 Consularis dixit, ingrediatur, qui clamauit; & cum ingressus fuisset Euplius secretarium Iudicis, Euangelia portans, vnus 7 ex amicis Caluisiani, nomine Maximus, dixit, non decet 8 tales chartas eum tenere, contra regalem præceptionem. Caluisianus Consularis dixit ad Euplium, vnde hæc sunt? de domo tua exierunt? Euplius respondit, non habeo domum, hoc & Dominus meus Iesus Christus nouit: Caluisianus Consularis dixit, tu ea huc deportasti? Euplius dixit, per me ea huc deportaui, sicuti & ipse vides, inuenerunt me cum illis Caluisianus dixit, lege ea. Euplius aperiens legit, Beati, qui persecutionem patiuntur propter Iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, & alio loco, Qui vult venire post me, tollat crucem suam, & sequatur me. cum hæc, & alia legeret, Caluisianus Consularis dixit, hoc quid vult esse? Euplius dixit, lex Domini mei, quæ mihi tradita est. Caluisianus Consularis dixit, a quo? Euplius respondit, à Iesu Christo, Filio Dei viui. Caluisianus Consularis interlocutus dixit: quoniam innotuit eius confessio, interrogetur sub tormentis, tradatur tortoribus, & cum traditus esset, cœpta est secūda cognitio per quæstionem.

2 Euplius ad Prætorem adducitur
3
4
5
6
7
8

Diocletiano octies, & Maximiano septies Conss. pridie Idus Aug. Caluisianus Consularis dixit ad Euplium positum in tormentis, quæ per tuam confessionem hodie dixisti, quid dicis modo de eis? Euplius libera manu signans sibi frontem, dixit, quæ tunc dixi, & nunc ea confiteor, me esse christianum, & diuinas scripturas legere. Caluisianus dixit, quare apud te habuisti, & non tradidisti has lectiones, quas Imperatores vetuerunt? respō dit Euplius, quia christianus sum, & tradere non licebat, magisque expedit mori, quam tradere. in his vita æterna est: qui tradit, vitā æternam perdit, vt eam non perdam, vitam meam do. Caluisianus interlocutus dixit; Euplius, qui secundum edictum Principum non tradidit scripturas, sed legit populo, torquea tur Cum torqueretur, dixit Euplius, gratias tibi, Christe, me custodi, qui propter te hæc patior. dixit Caluisianus Consularis: desiste Eupli, ab insania hac: Deos adora, & liberaberis. Euplius dixit, adoro Christum, detestor Dęmonia: fac quod uis, Christianus sum. hæc diu optaui; fac quod vis, adde alia, christianus sum. postquam diu tortus esset, iussi sunt cessare carnifices, & dixit Caluisianus, miser. adora Deos, Martem 9 cole, Apollinem, & Æsculapium. dixit Euplius, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum adoro, Sanctam Trinitatem adoro, præter quā non est Deus. pereant Dij, qui non fecerunt cœlum, & terram, & quæ in eis sunt; christianus sum. Caluisianus Præfectus dixit, sacrifica, si uis liberari. Euplius dixit, sacrifico modo Christo Deo me ipsum: quid vltra faciam, non habeo. frustra conaris, christianus sum. Caluisianus præcepit, iterum torqueri acrius. cum que torqueretur, dixit Euplius, gratias tibi Christe, succurre Christe: propter te hæc patior, Christe. & dixit sæpius, & deficientibus viribus, dicebat labijs tantùm, absque voce hæc, vel alia. Caluisianus 10 intra velum, interius ingrediens sententiam dictauit: & foras egressus, afferens 11 tabellam, legit. in Eupliū 12 christianum, edicta Principū contemnentem, Deos blasphemantem, nec resipiscentem, gladio animaduerti iubeo; du cite eum. Tunc 13 appensum est ad collum eius Euangelium, cum quo apprehensus fuerat, proclamante 14 hæc præcone: Euplius 15 christianus inimicus Deorum, & Imperatorum. Euplius 16 dicebat semper lætus: gratias Christo Deo: & cum ad locum perductus esset, genuflexus 17 prolixius orauit: & iterum gratias agens, præbuit iugulum, & à carnifice decollatus est. sublatum 18 est postea corpus eius a christianis, & conditum aromatibus, sepultum est.

In tormē tis animo excelsior, proptior.
9
10
11
12
13
14
15
16
17 Perfusus lætitia moritur.
18

Signo Cr. munit se ad quæst.

✠

Vide Animadu. fol. 83.

MAR-

Digitized by Google

MARTYRIVM
S. EVPLII MARTYRIS

Ex MS. Græco Cod. Monasterij S. Saluatoris latine redditum.

DIOCLETIANO, & Maximiano imperantibus, is idololatriæ furor exarsit, vt omnes per regiones, & Insulas Idola denuo omnia erigerẽtur. hinc 2 Pentagorum quemdam in fines Prouinciæ Siculę Imperatores misere cum mandatis, vt in quos nondum animaduersum esset, omnino delerentur. Imperatorum legatus Catanam primum ve-nit: ingredienti vrbem, quod esset solemne Græcis, ciuitas obuiam processit, vt Caluisiano placuit, qui statim poni 3 in Achilleo tribunal suum iubet, eoque populum conuocari per præconem. illic vna cum consedisset aditante populo, omnesne Pentagorus dixit, *Deos* nostros colunt? cui Caluisianus, sane omnes, quos pietas tua videt. tum Pentagorus, cum populum dimitti imperasset, Caluisiano aperit; quæ ab Imperatoribus mandata perferret de cæde christianorum, traditisque 4 edictis, vt ea Caluisianus exsequeretur, ad alias ipse ciuitates digressus, Agrigentum 5 meditatus festinabat. Caluisianus igitur cum dæmonum facibus, tum literis Imperatorum inflammatus, præcipit apparitoribus ciuitatem, subiectamq; regionem diligenter perscrutentur. & si quem Christi cultorem reperiant, adducant illicò ad se, quisquis fuisset, cumulatam annonam honoresque præ ceteris consecuturum.

Imp. edicta in christianos mittunt.

Continuò adsistentium quisquam Caluisiano Præsidi dixit, Domine, 6 hospes quidam hic, cui nomen Euplus: is 7 libellum habet secum, quo multos in fraudem induit, contestans, magnum esse christianorũ Deũ. audito Caluisianus plurimum commotus, properato hominem vinctum adduci coram iubet: simul satellites ciuitatem percurrunt, repertumque 8 in cellula B. Euplum, Dei Euangelia docẽtem, aggressi, vinctum ad tribunal Præsidis ocyus trahunt. impius autem Caluisianus à dæmone actus B. Eupli 9 manus, pedesq; vinculis ad genua implicãs, tu nè inquit, es fraudator Deorum, & Imperatorũ contemptor? & quid 10 illud est, quod in manu tenebas? Euplus dixit. lex, & testamentum Domini mei Iesu Christi, quod iens cubitum, surgensque è strato identidem reuoluo. Caluisianus dixit; immola Dijs. & Euplus qui nam sunt isti Dij tui, quibus immolem? Caluisianus, Ioui, 11 inquit, Aesculapio, Dianæ, & Galino. tum Euplus dixit, vere in his cœcus es, quod Iesum Christum Dominũ nostrum ignoras, qui cœlum, & terram condidit, hominemque è luto composuit, qui christianos immortalitatis veste nos induit, venerabili, præglorioso, sanctissimo, præfulgente, & incutiente terrorem baptismate. Caluisianus dixit, nondum tormenta ingressus, tyrannice adeo loqueris? Euplus vero dixit, tormenta tua coronæ meę sunt; tibi vero tenebrę, & perditio. quibus auditis nequissimus Caluisianus, furore succensus à Diabolo parente suo. denũ palum iubet. Euplumque ex eo appendi, manus 12 item è ferro confici, ipsque carnes eius sedulo dilaniari. B. Euplus cœlum suspiciens, Domine Iesu Christe dixit, si isti lanant carnes meas, & nudum, cruẽtumque sistere ad nefarium tribunal volunt, indue me carne immortalitatis, neque tormenta, quæ parant aduersum me præualescant. tunc audita est è cœlo vox: confide Euplie, & forti animo esto. nam vera illa vestis præparata iam tibi est. exinde 13 Caluisianus Consularis dixit, quod si iam velis desistere à nugis istis tuis, agedum 14 accede, & sacrifica Dijs. ita enim non modica præmia adsequere ab inuictis Imperatoribus, erisque amicus noster. Euplus dixit, vel ex hoc agnosce teipsum, perditissime homo, & opera tua Diaboli esse, quod venerari 15 me idola præ auro, & argento suades. Caluisianus Tyrannus furore percitus, malleos ferreos confici præcepit, ipsque B. Eupli cum tibias collidi, tum maxillas contundi. Euplus dixit, fatue, & amens, quid his excrucias me tormentis? alijs, si potes, excrucia.

Euplus cõprehendi iussus

ad palum defixus, & laniatur

tibię, maxillæque eius contundũtur.

Statim autem Caluisianus Præses vinciri B. Euplum iussit, colloque eius sacrum Christi Euangelium alligari, eoque deridiculo in carcerem abire. cuius 16 fores, post Eupli ingressum obsignari annulo suo mandauit, insuper excubare milites ad custodiam. Iam dies, noctesque septem B. Euplus in carcere transegerat, cum iti confectus, sublatis in cœlum manibus, sic orabat: Dominator Iesu Christe, fili Dei, & verus Deus noster, qui nulli animantium escam negas, qui Hebræorum satiasti sitim, aquis è saxo, per Moysen famulum tuum miraculo expressis; qui Sansoni fontem in demortua maxilla, quam forte arripuerat, aperuisti, qui nos lætificas, in-

Digitized by Google

duisque pretioso baptismate; qui fluentum Iordanicum, & immortalis vitæ lauacrum, hostem conterens, scaturire præstas: Domine Iesu Christe, vel nunc iube fontem aquæ viuæ, qua satier, hic prorumpere, vt cognoscant omnes, alium præter te, Deum non esse. finita prece, sub carcerem repente fons erupit. ille vero Deo gratias agere, consubstantialemque, ac viuificam Trinitatem laudare non desistebat. simul ineffabilem Dei erga homines caritatem, summa animi iuditate celebrabat.

Fons ad eius preces in carcere erumpit.

17 Septimo exinde die, rursum impius 17 Caluisianus B. Euplum sisti vinctum ad Tribunal suum imperat. neque id segniter à satellitibus præstitum est. quibus fores carceris aperientibus, de improuiso exundans aqua visa est. quæ, vt B. Euplus quasi manu increpuit, statim inaruit. apparitores verò, cum quod gestum erat, vidissent, inuicem dicebant; magnus est huiusce viri Deus. dein B. Euplum è custodia ad Præsidem Caluisianum adducunt. qui contuitus vultum eius, vel nunc, dixit, immola Dijs nostris, priusquam gladio conficiare. at Euplus, exlex, dixit, vecors, minister Diaboli, qui in eodem throno præsides, quisnam, deserta luce dicit in tenebris graditur? Caluisianus dicto turbatus, præcipit apparitoribus, vincirent Euplum, vncisque ferreis aures eius lacerarent: cum reduceretur ad Tribunal, vniuersus populus, quasi ad celebre spectaculum, eo conuenit. nequissimus autem Caluisianus medio diei 18 sellam suam iuxta carcerem locarat. vbi cum sedisset, Sanctissimum Euplũ capite plecti iubet. sed B. Euplus Caluisianũ rogans, vt ad orandum sibi tempus concederetur, aperto sacrosancto Euangelio, mirabilia Domini Nostri Iesu Christi mysteria enuntiare cœpit. quo factum est, vt per ipsum plurimi de plebe fidem receperint. dein intentus in preces, vocem hanc è cœlo audiuit: bono, Euple, animo esto. Beatus es. veni, & cũ ijs, qui in vita complaciti mihi sunt, requiesce. qua accepta voce, gladio percussus est. pretiosas 19 eius reliquias dilecti 20 Christo monachi quidam honesto loco posuere; vbi frequentes morborum curationes eius beneficio præstantur. Beatissimus Euplus martyrium laudabili confessione consummauit. Pridie 21 Idus Augusti. Impp. implis Diocletiano, & Maximiano, regnante vero in nobis Domino Iesu Christo, cui sit gloria in secula seculorum.

18

In eum gladio animaduertitur.

honestissime condit

16 20

1

Vide Animadu. fol. 85.

MIRACVLA DVO
SANCTI EVPLII
IN VRBE NEAPOLI
Ex MS. Codice.

1 VAgabatur 1 vndique S. Euplij multis testificata miraculis liberalitas, Ioanne, 2 vrbis Neapolitanæ Consule mulier, quæ correptas elephantiasi manus mouere vix poterat, eius 3 ad ædem supplex accessit. hæc multos dies obnixe se Martyri commendans, vt faciles sibi ad Deum aditus impetraret, neque à templo vmquam discedebat, & magnam interim cõsequendæ valetudinis in spem veniebat. Tibi identidem, inquiebat, Sancte Dei, me ipsa commendo. tu quamuis indignam adiuua. quemque non pauci diuersis, qua morborum calamitatibus, qua Dæmonum oppressi, atq; afflicti tyrannide cum inuocarent, reuelari se sensernnt; eum ego misera ne frustra compellem, sed compos voti, atque vinculis his extricata referre Deo tuo gratias, per te valeã. Interea manus, quas fascijs, atque ad pectus alligatas gerebat, cum subleuare in altum cõtenderet, vt precantis mos erat, cum incredibili præsentium omnium admiratione, ac stupore, excipiebatur acerrime à Diabolo, ne id videlicet auderet. Quamobrem vniuer, si cum gemitu Sancte, inquiunt, Eupli leuita serue Dei, medice clementissime, licet absens huic tamen miserrimæ ancillæ tuæ præsens adesto. quique omnibus præstas auxilium, hanc ne desertã habeas. Et mulier acerrimis vesani spiritus agitata stimulis, inclamabat, subsidium à sancto viro exposcens; neque fas esse vociferans, reliquis omnibus incolumi valetudine ab eo templo recedentibus, se solam derelictam, ac depositam ibidem iacere. igitur nocte Dominicum diem præeunte, sensit sibi ea tempestate, qua sollemni cõuentu recitari ad matutinas horas psalmi solent, adesse Sanctum, & apprehensis eius manibus sic affari. Eia, mulier, manum exere, & Christi signum fronti imprime. excitatur illa somno, & pauore simul & lætitia cumulata, faciles manus ad cœlum sustollens; Domine, inquit, Omnipotens, magne, & mirabilis

2

3

Elephantiaca curatur.

Digitized by Google


bilis, qui es glorioſus in ſanctis tuis, faciens in cœlo, & in terra mirabilia. claro deinde die, Sacerdos eius templi ædituus mulierem eam intuitus, ſic aggreditur: hilaris, vt video, es mulier amiſſam credo valetudinem recuperaſti: & illa, quippe, Domine ini, à Domino, ac ſeruatore adiuta. Quæſita rationem facti, ita rem ordine diſtinxit, vt explicaret, apparuiſſe ſibi adoleſcentem aſpectu pulchro, tum apprendiſſe palmas, & vt elata dextra frontem ſignaret, iuſſiſſe. hic inueſtiganti curioſius viro de habitu, ac veſtitu adoleſcentis, reſpondit: laxis 4 indutum veſtimentis, & orario ad collum propenſo. His ille ſignis deprehendit, Euplium Leuitam fuiſſe, qui ex tam graui morbo laboranti feminę liberaliſſime ſuccurrerit, & poſthac, inquit, quia gratam eſſe expedit, ne deterius aliquid accidat, repudiato ſeculo curatori Deo ſtude, ſi ſapis mulier. & illa cum ſe tam eximij memorem fore beneficij, neque vlla ſe labe criminis fœdaturam recepiſſet, gratijs Deo, atque Sancto Euplio peractis valens, atque hilaris ad ſuos redijt. ceteri qui de tam graui morbo ereptam, atque integram videbāt, facere non poterant, quin ſummis Deum Optimum Maximum laudibus exciperent, & celebrarent; qui tantas res, & tam admirabiles per Sanctos ſuos efficeret.

4

Energum. liberatur.

Neque ſilentio eſt prætereundum, quod mulieri, cui nomen Faſanæ erat, ab teterrimo ſpiritu vexatæ, contigit. hęc ex Villa noua pago exorta fuerat, tranſuecta imprudens Neapolim, per eius vrbis publicas vias vltro citroque lymphata vagabatur, non ſine eorū formidine, ac pauore, qui ſpumantem eam, ſeque acerrime diuerberantem, quò Diabolus præcipitem ageret, ferri viderent. Itaque exceptam pij quidam, ac religioſi viri deducunt ad Sancti Euplij ædem. ſed videlicet obſeratis foribus, aditu intercludebantur; neque vllus ianitor. agitare illi animo de ea demittenda per tegulas, aut feneſtras. ſed deliberantes, fuit, qui de forium clauibus ſeniori Sacerdoti concreditis, edoceret. ergo introductam cœperunt cum Sacerdote, qui recens aduenerat, Deo, atq; Euplio magnopere commendare. ſed cum eius eccleſiæ cuſtos abeſſet ex vrbe, in eum tamen diem expectaretur, confecta oratione, quiſque ſe ſuā in domum recepit. Femina intra ædem ſola eſt reuinctis manibus, ac pedibus relicta. Paulo poſt ingreſſus in templum preſbyter quidam furioſæ illi cœpit vehementi oratione inſtare. hunc vero poſtrata humi, cum ad eius ſe pedes mugitu horrendo peruoluere, atrociſſime momordit, inflictoque vulnere, abire de ſuo conſpectu coegit. Alter & Sacerdos, & monachus eiuſdem viſendæ gratia, ad S. Euplij perrexit, ingreſſuſque; Faſana, inquit ſaluet te Dominus Ieſus Chriſtus. at illa toruo intuitu, ac terribili voce: Ablaue ecors: quando videre te volui, tu venire ad me noluiſti, nunc aſpicere te minime poſſum. Impie, inquit Sacerdos, obmuteſce, peſtifer; deſine iam per os plaſmatis Dei talia profari. & ſimul inſtantiſſimis precibus obſecrabat, vt qui ſuo nutu, ac voluntate moderaretur omnia, eius miſereretur, quæ per beatiſſimi Leuitæ, ac Martyris Euplij merita miſericordiam expectaret, nec dedignaretur, potentiæ ſuæ, clementiæque flumina in eam deriuare tantiſper, qui largiſſima alijs fluenta diuiſerit. poſtremo iniquum videri aiebat, triūphare de chriſtiana ancilla ſua Tyrannum, atque hoſtem communem, quam arctiſſimis oneratam vinculis iam diu affligeret: in orātem mulier facere impetum vehementiſſime conabatur, ſed furorem illum virgis, ac flagellis Sacerdos perfringebat, & inter verberandum his obſidentem ſpiritum adurgebat, exi ab ea, Satan, quia imperat tibi Chriſtus, qui de Genezarena muliere tuos collegas in porcorum gregem expulit: quique te in abyſſo miſerum relegabit. Quid plura? mēſis erat nec execrationibus vllis eijci truculenta illa furia, nec coerceri flagris, nec vinculis, nec obſecrationibus ad Deum fuſis, ſedari poſſe eius furor videbatur: cum ecce tibi de media nocte, inuenis illuſtri aſpectu, atque ore fragantiſſimis odore veſtibus, conuerſus ad mulierem, contenta, ac ſublimi voce, ſurge, inquit, Faſana, ſurge, tibi, te eſſe ſanam, dico. ſtetit illa continuo, iuuenemque eſt demiſſe venerata. clamabat interea, & obſeſſam increpabat Dæmon, cur tandem ad Eupliū veniſti? en ille abs te me diuellit, ac deiicit. At enimvero ſi tui inuadendi ſeſe dabit occaſio, ne ego, ſi te dimiſero, ſtultus ſim. Hanc audaciam ſic Sanctus retudit: obmuteſce, neque talia vnquam aude: nunc abi, Dominus Ieſus Chriſtus te in imam abyſſum relegat. mulier confeſtim ſalua facta eſt, & gratiis Deo, ac D. Euplio peractis, nonnullo et iā donario ad beneficii memoriam relicto, reliquum vitæ tempus incolumis tranſegit, magnificans Deum, ac liberatorem ſuum Chriſtum Ieſum, qui viuit, ac regnat.

Vide Animadu. fol. 86.



Digitized by Google

IN S. EVPLIVM M.

HYMNVS

S. IOSEPHI SICVLI

Ex Græco versus.

Ode 1.

TEMONE crucis, prospera nauigatione vsus, portum vitæ ingressus es, vbi iucunde degens, seda mei cordis, ò glorioſe, tumultuosam æstuationem, vt sereno animo tuam celebrem memoriam.

Tamquam lucidissima stella, virtutum fulgoribus, fideles illustrans, ò sapiens Euple, in venerando ecclesiæ firmamento apparuisti, & virtute spiritus, tenebras Dæmonum dispulisti.

Corroboratus, ò sapiens potestate diuina, Deum de Deo genitum, intrepida mente prædicasti, sponte crucis pœnam subeuntem ò glorioſe, & mortem morte destruentem.

Omne os in tuam vertatur laudem, ò diuine, quia omnes qui tuos sermones obsequenter amplectebantur, diuinis doctrinis de ore inimici rapuisti, ò generosissime Christi pugil.

Deiparæ.

VEntrem tuum, lucis baiulum, tremendo descensu Christus illuminans, ò pura Virgo tanquam sol hominibus apparuit, obscurissimus, quas Deorum multitudo obfuderat, tenebras dissoluens, & fines orbis terrarum illuminans.

Ode 2.

Deest.

Ode 3.

TAmquam agnus te ipsum tradidisti pro Christo, volens libenter immolari, qui pro te sponte pauper fieri voluit, & immolari, ò beatissime Euple.

Vt victima immaculata, fragrantissima, hostia, & oblatio perfecta, Deo oblatus es, ò beate, iucunde canens, Sanctus es, Domine.

Confirmatus Euangelicis legibus, ò diuine, inter iniquos stetisti, publice clamans, adsum, te quærentibus, eorumque impietatem redarguens

Deiparæ.

DEus in medio tui tabernaculum suum ponens, nequaquam virginitatis tuæ claustra perfregit, ò Virgo, quem perpetuo deprecare, vt omnes, qui te laudant, confirmet.

Christi leges manibus circumferens, in stadio adstitisti, clamans inimicis, sponte adsum, fortissime pugnaturus, vnde demisso alacriter collo, aciem gladii recepisti, cursu tuum perficiens.

Ode 4.

VErissime præbuisti te viuum Sanctissimæ Trinitatis templum, & Idolorum templa, ò Euple, armis fidei solo æquasti.

Diuina pulchritudine illectus, ò Euple, verbera, labores, immensaque tormenta, atque enses despexisti, & lętus certasti.

Persecutoris superbum cor, ò diuine Martyr, stratus strauisti, & ad eum, qui mortales exaltat ascendisti.

Amore Domini flagrans, ò Martyr, omnes, qui à vera aberrabant via pariter inflammasti, & ad martyrium alacriter processisti.

Deiparæ.

DEprecantur te, ò Virgo, diuites plebis tuæ, quæ genuisti Christum, Deum nostrum, qui vniuersos suis diuinis ditat illustrationibus.

Ode 5.

DIuino prorsus numine afflatus, & fortitudine munitus tamquam leo, ò optime, ad stadium confidenter accurristi, impietatem fugans.

Tristitiæ expertem vitam, tibi, pro ipso mortem acerbam subeunti, largitur Redemptor, ò glorioſe victor, & fortiter dimicanté choris Martyrum te adiungit.

Parato animo colium tuum inclinasti, & abscisso capite Christo clarius vnitus es, ò

Digitized by Google

Sancte, diuinitate fruens.

Deiparę.

VEre Angelis ſuperior es, ò mater, eadē & Virgo, quia ſuperintellectualem Angelorum creatorem peperiſti, qui Sanctos Martyres glorificat.

Ode 6.

STillans ſanguine, adſtitiſti certaminis tui præſidi, ò generoſiſſime Euple, diuina ſapientia prædite, & ab ipſo victoriæ coronas lætus accepiſti.

Conſtanter ante Tribunal, leges Domini tui vlnis tenens, ſtetiſti, ò Sancte Euple, & palam iniquos audacter redarguens.

Multitudinem tormentorum non es veritus, nec gladium horruiſti: veritatem tu ante tribunalia iudicum religioſe prędicaſti, & mendacium peremiſti.

Deiparę

OMiraculum inauditum? quomodo paris cum virum non cognoueris? quomodo vere lactas ò Virgo, eadem & mater, largitorem lactis, & omnis creaturæ altorē

Ode 7.

SAnguis tuus in terram guttatim decidens ò feliciſſime, rogum erroris exſtinxit; Eccleſiam vero Chriſti, pie te celebrantem abundantiſſime irrigauit.

Magnanima prudentia, & immobili conſilio errorem labefactaſti, patronoſque mendacij veriſſimis doctrinis, ò ſapientiſſime Euple, conuiciſti.

O Beate Euple, Chriſti Martyr, tibi paradiſi ianua aperta eſt, vidit enim diuina paſſione, & victrici corona cohoneſtatum.

Animam diuino igne perpurgatam habens, ignem extinxiſti infidelitatis, clamans benedictus es, Domine, Deus patrum noſtrorum.

Deiparę

VT fornax Perſica, ò immaculatiſſima tuum diuinum gremium figuraret, incombuſtos ſeruat iuuenes, clamantes, benedictus es, Domine Deus.

Ode 8.

AEgritudines varias curādi, & malignos ſpiritus expellendi uim habent tuæ reliquiæ, quas circumdantes, clamamus; omnia opera benedicite, laudate Dominum.

Propter te gaudet fidelis populus, quia apud Chriſtum te mediatorem poſſidet, & interceſſorem feruentiſſimum, & patronum, ò beate Leuita Euple, Sanctorum Angelorū ſodalis.

O viri congregati, haurite de ſepulchro Martyris conuenientem ægritudinum medicinam, & ex fide clamate; omnia opera benedicite, laudate Dominum.

Deiparæ

SPecioſa facta es ò Virgo immaculatiſſima, ſuper omnem Angelorum decorem. factorem enim hominum, & Angelorum peperiſti, cui concinimus; benedicite opera Domini Domino.

Ode 9.

VEre dignus inuentus, ò beatiſſime, vt videas ea, quæ diu deſideraſti, tamquam qui deſiderabilium ſummum tui deſiderij terminum, comprehenderis, rectè à deſiderio ceſſas, ò Euple Leuita digniſſime.

Manu tua, ò beate, tenens crucem, tamquā ſceptrum, purpura autem, quam ſacro ſanguine tuo tinxiſti, indutus, Chriſto Regi præbes nunc, ò Euple, Martyrum trophœum.

Hodie Catana, veneranda Metropolis, feſtum agit, quia te patronum ſuum poſſidet, celebratque vnà cum omnibus prouincijs, præfecturis, & ciuitatibus, tuum diuinum certamen, quam tuis interceſſionibus protegis.

Vere ſtella lucidiſſima fuiſti, & iuxta lucē diuinam habitans, ò Martyr, diuinæ beatitudinis participatione, Deo ſimilis effectus; & modo, ò beate, illuſtre tuum certamen celebrantes illuminans.

Deiparæ

FVlgoribus luminis tui, ò Sponſa Dei, animam meam in te illumina, iacentem in profundo perditionis ſuſcita, inimicos cor meum aſſidue tribulantes, & ad paſſiones me impellentes, confundens.

In omne æuum Omnipotenti Deo adſidens radijs reſplendens, ò victor, memor eſto celebrantium tuam illuſtrem memoriam, teque ò Sancte Martyr, Euple, tamquam miniſtrum Sacramentorum Chriſti venerantium.

HYM.

Digitized by Google

HYMNVS II.

IN S. MARTYREM EVPLIVM

Ex Græco verſus.

CHRISTI initiatus myſterijs rerum diuinarum curator nuncuparis ſapiens Euple; Diaconus, diuini ſpiritus micuiſti fulgoribus, erroremque omnem Gentilitatis perfecte obſcuraſti, & fidelium corda diuinitus illuminaſti, quare certamine inito, deuictoque ſerpente, hoſtia acceptabili oblatus es conditori tuo, ideo clamamus tibi, Chriſtum Deum precare. &c.

Celeberrime Euple, Chriſti cruce, animæ obſeptis ſenſibus aduerſarium tuum ſpontanea mente fortiter adijſti; illoque palam in fugam verſo, cum vniuerſorum Rege ſimul regnas in æternum cum illo exſultans.

Celeberrime Euple infeſti hoſtis conatus viriliter diſieciſti, ſtrenuo conflictu tuo cum illo colluctans, & Chriſto conditori tuo, vniuerſorum Regi, hoſtia munda, & acceptabilis conſecratus nunc es in æternum, Martyr exſultans.

Venerande Euple, Chriſtum adeptus adiutorẽ, materialia cõtempſiſti; corpus propter ipſum perſequenti, Martyr, in flagella tradens, pugnans ad ſanguinem vſque reſtitiſti, quapropter victoriæ te ornauit corona Dominus, & Saluator.

Certaminis pelagus bene transfretaſti, Spiritus Sãcti auris feliciter nauigans, ò beate, & tranquilliſſimo Regni Dei portui appulſus es, in quo laborum tuorum copioſa præmia recepiſti, atque orbis Domino, ſimul cũ Angelis coronatus adſtas, ò beate.

Mirandus Euplus, myſteriorum Domini miniſter cum eſſet, velut agnus innocens, & fragrantiſſima hoſtia, plane beatus, vereque diuinum effectus ſacrificium, in holocauſtum oblatus eſt. hunc igitur, Sancti Martyris ſtudioſi prædicemus, beatum ſacrum eius certamen religioſe hodie celebrantes.

Occidentis luminare, Euple, & Catanenſiũ gloria, & orbis fulgentiſſima fax, vehementer Dominum pro nobis precare, vt liberemur à tribulationibus, omnique ira, & hoſtiũ damno, atque è graui Gentium, Martyr, violentia; omnemque, tuam celebrantium memoriam, extingue, quæſumus triſtitiam, ò glorioſe.

Auguſtam tui piè celebrantes memoriam ſerua, celeberrime Euple, patriam tuam protege, defende, cuſtodi. in te enim gloriamur, teque obteſtamur, ora, quæſumus pro grege tuo, à Gentium incurſu glorioſam tui memoriam cum ſtudio celebrantes libera, celeberrime Martyr.

Inocciduum tu, Chriſte, lumen, ſapientia, & verbum, & ſcientiæ donator, gratiam mihi ad Sanctum Martyrem Euplum hymnis cantandum impertire.

Ineffabilium Dei myſteriorum miniſter effectus, ad athleticos ſudores animoſe ductus es, erroriſque ac ſeditionis inſtantem contentionem, certamenque viciſti, ò beate Euple.

Certaminibus pro Chriſto ſuſceptis, magnam cum Deo gratiam iniuiſti. nobis, tui memoriam celebrantibus, peccatorum expoſce remiſſionem.

Deum in vtero carne veſtiens, qui me paſſionibus deprauatum renouat, duplici conſtantem ſubſtantia, perfectum Deum paris, & hominem, ò caſtiſſima.

Splendeſcens, velut ſtella matutina, ex occidentalibus plagis ortus es, diuinitus radiãs, præclaris facinoribus tuis Siciliam illuſtras, omnemque idolorum caliginem obſcuraſti.

In certaminis arenam deuolaſti impioſq; nil veritus, gaudens exclamaſti, chriſtianus ſum, ac Græcorum religionis turpe, deiectũque dogma abominor.

Furiato, crudelique Proconſuli ſponte teipſum manifeſtas, palam manibus geſtans, inſtar fortiſſimi clypei, venerande, prædicationis Euangelium.

Vt Dominum, qui te glorificauit, Sanctiſſime Euple, pro nobis ores vehementer rogamus, quotquot cum deſiderio conuenientes ad ſanctam tui memoriam in hymnis, & cantibus encomia teximus.

Super te, Deipara mirum in modum lingua omnis humana, ac mẽs obſtupeſcit, qua ratione mater paris, infantemque vlnis geſtas, & Virgo nihilominus poſt partum permanſiſti, ſole clarior.

Hodie Sancti Martyris Eupli certaminis memoria exiſtit, ſplendide nos ſuis colluſtrans fulgoribus.

Carnis tuæ contumaciam rationis imperio ſubieciſti, diuina mente prædite Martyr, & mortalia ſpreuiſti.

Zelo feruentiſſimus, quæ ad fidẽ petinent, Euple, profeſſus es: in certamine vero firmiſſimus, & aduerſus tyrannos pugnaciſſimus.

Sacerdos nuncupatus es Euple, diuina ple-

Digitized by Google

plenus gratiæ, & per sanguinem holocaustum effectus es gratum pro Domino sacrificans.

Firmum te habentes præsidium, sponsa Dei rogamus, ex omni aduersitate incolumes custodi famulos tuos.

Pessimo Tyranno Caluisiano, Martyr, cũ sistereris verborum tuorum demonstrationibus, eum stultitiæ dictum, & erectandæ animi vesaniæ, vanis intendere cultibus, spõte ostendisti.

Iuuenilibus annis, perfectum senilem animum præse tulit Martyr, hostem fortiter superans, vnde & victoriæ ob fortitudinem palmam tulit, immortalem gloriam.

Intolerabiles cruciatus crudelis intentat Proconsul, & tuam in Deum constantiam frangere satagens frustra; sed confusus est, in se ipso deceptus, certaminibus inuictum cernens te.

Velut pretiosum vnguentum in Occidente existens, venerande Euple, Orientis terminos, & orbem vniuersum bono tuo odore repleuisti. quo & nos repleti spiritualiter sensibus roboramur.

Tremendum, horroremque inducens est mysterium grauiditatis tuæ Deipara Virgo, quia sine semine in vtero tuo concipiens, sine corruptione paris carni creatorem, qui terminos naturæ renouat.

Vitæ tuæ nauigationem feliciter peragis, celeberrime, sæuamque idolorum tempestatem effugisti. quare cognomento Euplus dictus es, in portu Christo quiescens.

Sacerdotij nobis & martyrij argumentũ exstitit generosus Euplus, ambobus enim optime claruit, & duplex præmium à Deo fortitus est.

Dum relegis populo sacrum Euangelium pia ex hoc Christianorum persuadetur religio; Deum enim per hoc, cunctis mundi finibus, prædicatum demonstrasti.

Multum in te gloriatur Catanensium Metropolis, quippe quæ inclytum te, Euple, ciuẽ habuit: quam ex omni barbarorum irruptione tuis precibus saluas incolumem.

Sine patre ex te Virgo castissima, procedit filius, qui etiam ex Deo patre sine matre procedit. duas enim generationes vnius Dei didicimus & colimus.

Vnanimi zelo pios mores diuini victoris, festi celebratores, cantibus ornemus Domino hymnum concinentes.

Vulneratus cum esses rerum optimarum studiose, Christi amore, eius vinificis per martyrium passionibus communicasti.

Mundi delicias nihili fecisti, optime Euple, inanimis vero statuis diuinos cultus non tribuisti, sed exclamabas conditori tuo: Benedictus Deus patrum nostrorum.

Te ipsum Deo, sapiens Martyr Euple, sacrificium offerẽs, quæ in vmbris, & figuris hostias superasti, in holocaustũ sũma rideoblat°

Primi mandati transgressione mortui, sacra Deipara, inaudita tua desponsatione pristinæ vitæ restituti sumus, cantantes.

Leuitica Sacerdotij stola mystice (vt dign° eras) indutus es, athleta Euple, hancq; martyrij sanguine variegasti. vnde Deo splendidus clamas.

Per ensem prompto animo, glorioseque mortem subiens, Euple, merito iustorum ordinibus coniunctus es, & vita nunc illa splendente donatus, Saluatori clamas.

Pium in modum, ô Sancte Euple, ad reliquiarum tuarum loculum fideles læti accurrimus, cunctique morborum sanitatem consequentes, illum amplectimur Christo canentes hymnos.

Annuæ tuæ ad Deum profectionis memoriam hodie celebrantes, Deoque laudem gratulabunde cantantes, vt ab omnibus periculis, calamitatibus, & tentationibus liberemur ora Martyr.

Te Montem Dei vmbrosum præuidit Abacuc, rubũ incombustum nouo igne Moyses, sanctificationis arcam prædixit te Virgo Sanctissima, Dauid, vt nos clamamus.

Cum primo contendentes Martyre tremendorum Dei mysteriorum, Diaconus extitisti, more leuitico, in ipso conflictu sacrificasti, iterumque coram inimicis tuis intrepidus constitisti. quapropter simul cum ipso dignam tuis laboribus coronam Euple recepisti.

Ingentis instar thesauri in Occidente, abũdantissima miraculorum exhibitione illustris Sanctissime Euple, Siculos ditasti, ideo in vnum conuenientes, indesinenter cantibus te honoramus.

Inter sublimes Angelos, admirande Martyr, sacra facis, & Martyrum congaudens chõris Deum non cessabis ijs, qui in terra degũt propitium reddere, vt ecclesia inconcussa, persistat, contra prauas hæreticorum linguas stabilisq; in fide maneat populus catholicus.

Extollamus hymnum hilariter fideli Martyris memoria profestum hodie concinentes, claræ ac viuæ dormitionis castæ Deiparæ, ad quam celebrandam puris nos mentibus præuenire digneris, misericors Saluator.

Te solam ô Deipara apud Deum propitiationem, tutelam, refugium, protectionem, subsidium christiani habemus, peccatorum malis infeliciter vndique circumdati, tibi itaque confidentes animarum, corporumque sanitatem consequamur



Digitized by Google

Ann. Ch. 303 13. Dec.

S. LVCIAE VIRGINIS MARTYRIVM

Ex MS. Græco Cod.

1 QVM glorioſæ, & inuictæque Martyris Agathę fama propter miracula, quæ ab illa edebantur per vniuerſam prouinciam promanaret; factũ eſt, vt Syracuſarum etiã incolæ ad ſacroſanctum Martyris templum, adorandi ſtudio fiagrantes confluerent. inter quos Lucia, Syracuſanæ vrbis Virgo cum primis nobiliſſima cum matre Eutychia (id erat parenti nomen) ipſo ſollemni D. Agathæ die venit. hæc ſanguinis

6 fluxu ad quadraginta annos cum laboraret, omnia ferme in medicorũ ſumptus erogauerat, nec tamen quicquam morbo lenabatur. verum cum illæ audirent ex Euangelio hæmorrhoiſſę hiſtoriam, quomodo ex attactu fimbriæ Domini, ſanitatem conſecuta; tum Sancta Lucia ad matrem conuerſa, ſi credideris, inquit, mater ijs, quæ modo recitata ſunt, credes & Agatham pro Chriſto mortem paſſam oppetiuiſſe, ac pro ſuis meritis magnam orandi libertatem in cæleſti curia adeptam. tange igitur, ſodes, cum fide illius ſepulchrum, & morbo liberabere. itaque cum Sacra peracta eſſent iam, atque omnis populus domum reuerteretur, ipſæ ad ſepulchrum accedunt, procumbenteſque in genua, ſacroſanctam Martyrem, manantibus lacrymis, deprecantur. ſed orationẽ in longum ducentibus, graui ſopore Lucia occupatur.

orans ſomno corripitur.

Ibi D. Agatham videt inter Angelicos cœtus ſtantem, ac ſplendidiſſime ornatam, quæ ad ſe diceret; Lucia ſoror, Dei Virgo, quid à me petis, quod tu ipſa datura es? certe fides tua tuę matri fuit adiumento, & iam nũc conualuit. etenim ſicuti a me vrbs Catanenſium beneficijs afficitur, ita à te ſeruabitur Ciuitas Syracuſanorum, gratia, ac virtute Domini Noſtri Ieſu Chriſti, tuæ viginitatis merito, quam intactam, integramque ſeruaſti. hæc vt exaudiuit Lucia, expergiſcitur, ac ſurgens, trepidanſque ad matrem ait. Mater cariſſima, Chriſti, eiuſque Martyris beneficio iam rite procurata es; tuaque vota iam ſunt adimpleta. nunc vero illud te rogo, ne mihi vmquam ſponſi nomen vſurpaueris, neque fragiles, caducoſque fructus ex nobis videre prægeſtias. ſed quidquid pro dote mihi es elargitura, vt mortali viro nubam, id cedo mihi ad immortalem ſponſum properanti. Chriſtus enim Deus noſter multa ſe nobis dona largiturum pollicetur. tum reſpondens mater, en inquit, Lucia filia, & meas

3 & patris 3 tui facultates integras, incolumeſq; ſeruo; quin & eas amplificaui, igitur ſi tibi cordi fuerit, vbi ego naturæ conceſſero, accipias licebit mea, patriſque tui bona omnia, ijſque vtaris arbitratu tuo. & Lucia tuã mater, conſilium non omnino Chriſto probatur, ſed ſi Chriſto de te optime merito gratiam referre volueris, huic ea offer. & quorum moriens neceſſe habes iacturam facere eadem ſaiua, & incolumis illi attribue. & ſi quid mihi daturam te recepiſti, Chriſto dones velim. Hæc locuta, Syracuſas reuertit, ibique eadem dictitabat.

D. Agatha prædicet vſi letudinem matr.

Sed cum inceptarent ipſæ facultates ſuas vendere, ac pauperibus diſtribuere, res ad eius aures peruenit, qui illam poſcebat. is magnopere ſollicitus, rogabat 4 Eutychiam, quid à Lucię fieret, & qua gratia, quæ ad ornatum pertinerent, diſtraheret. illa vero reſpondit, tua ſponſa prædium reperit, quod mille nummum quotannis ferat, id tibi emere in animo habet. his verbis homo fidem habens, concedit, ſe etiam autumans, dimidium pretij præbere velle: interim Lucia omnia vendens, ea egentibus, viduis, pupillis, hoſpitibus, demum omnibus, qui ſe diuino obſequio mancipaſſent, erogabat. rurſus cum iterum ſponſus 5 didiciſſet, Luciam inter eos, qui Chriſtum colerent, verſari, ingenti furore correptus rem ad Paſchaſium Præfectum defert, ſponſam, inquiens, Luciam nomine adamabam, ſed hæc contempto 6 Cæſarum edicto, Chriſtum colit.

Bonorum pretium, in pauperibus diſtribuit.

4

5

6

ad Tribunal ſiſtitur.

Tum Paſchaſius comprehenſam Luciam Dijs ſacrificare cogebat. Lucia dixit. purum ſacrificium Deo offerimus, cum viduas, pupillos, hoſpites inuiſimus, eoſque, qui aduerſis fortunæ caſibus afflictantur, & a ſumma rerũ omnium egeſtate: & iam 7 tertium annum eiuſmodi ſacrificia Chriſto Deo immolo, inſumęs omnia, quę poſſideo. verum cum mihi liceat in Orco ſacrificare, Deo memet hoſtiam viuentem offero, quodque illi collibitum fuerit, noſtra oblatione faciet. Paſchaſius dixit, tu haſce nugas ſtultis hominibus, tuique ſimillimis eloquere. ego quippe, qui leges Cæſarum ſeruo eiuſmodi ineptias audire non poſſum. Lucia dixit. tu ſane Cæſarũ decreta ſeruas, ſicut ego die, ac nocte meditor legem Dei mei. tu illorum iuſſa metuis; ego Dei mei mandata reuereor: quod ſi tu ijs obſiſtere, ac repugnare numquam velis, ego quomodo audeam, contra Deum meum dicere? tu illis placere ſummopere ſtudes, ego vero ferri in oculis Dei mei vehementer expeto. tu igitur quæ in rem tuã eſſe arbitraris, ea facias; ego vero curabo, quæ ſunt ex animi noſtri ſententia. Paſchaſius

7

dixit

non diuino quidem fretus præsidio; qui enim hoc faceret homo impius, & à vero Dei cultu longe abhorrens? sed sua ferocia potius, & copiarum multitudine confisus, erant enim centum fere hominum millia. Verum talis, ac tanta hominis superbia, & arrogantia, quæ ei hactenus res omnes prospere gesserat, tandem aliquando deprimi, ac conculcari debebat; maximeque consentaneum erat, vt à tam alto gloriæ fastigio ad terram vsq; præceps laberetur; cum superbis Deus resistat. etenim cum Græci Rhegio actuosis nauigijs (neque enim difficile est) transmitterent, Deo Israel præeunte, ac ducente, ille cum illustriorem fieri victoriam vehementer cuperet, & Græcorum imperium, sine vlla controuersia sibi vendicare, tot nimirum copijs pollens, potensque, id consilij aduersus Dei populum dolose, malitioseque vafer homo excogitauit. quippe ad omnia inceptanda facilis est peruersitas, omniaque fieri posse suadet, ei præsertim, qui opibus, potentiaque plurimum valet. Tribulorum 27 ingentem fieri vim mandat, & circumcirca, vbi ipse erat, proijci, adeo vt veluti tutissimum, vt opinabatur, facerent propugnaculum, arcemque munitissimam vti in ipso congressu, Græcorum equitatus, traiectis videlicet equorum pedibus, facili negotio victus caperetur. atqui non aduertit homo stultissimus Græcorum equos laminis quibusdam planis, ac solidissimis pedes habere subligatos.

Quid inter hæc mirabilium effector Deus, qui diuisit mare, & Israelitem populum fugitiuum saluum, incolumemq; seruauit, qui comprehendit sapientes in astutia sua? Græci 28 ferrum, manusque cum hostibus conserunt. (vt interim ob eorum multitudinem, reliqua in medio cursu historiæ prætermittam) in tres acies à peritissimo illo rei militaris duce distributi. sed proh rem, bone Deus, admirabilem. confestim Barbarorum exercitus in fugam conuertitur, cum nè primum quidem ferre vllo pacto nostrorum impetum potuisset. cadit quasi puluis ante Græcorum pedes, quoniam cecidit timor eorum super ipsos. iacet veluti lapis ferro, manuque fabrefactus: & qui superbia inflatus ante victoriam tropheea sibi animo fingebat, atque somniabat, vt mancipium irridetur. duo enim erant, quæ secum dimicabant, ipsa Græcorum acies, & vehementis spiritus cuiusdam flatus, qui in hostium faciem magno cum impetu irruebat, ostendens diuinæ vltionis pœnas, propter illius superbiam in hominem irrogatas. Itaque in hunc modum cum suæ ille improbitatis pœnas perspicue dedisset, exiguo suorum numero comitatus, equorumque celeritate vsus, vix Græcorum manus effugit, paruumque nauigium conscendens, magno cum dedecore, & ignominia in patriam fugitiuus reuertitur; materiem querimoniarum, ac fracti, vique exercitus reliquias suæ sibi patriæ, ac regno seipsum ferens. Quid autem inde acciderit, dicamus necesse est, cum auditores rapiat in admirationem, habeatque non parum iucunditatis, ac suauitatis oratio.

Primum omnium gratiæ immortales agebantur Deo in bellis præpotenti, laudibusque in Cælum a suis pie, sancteque efferebatur, quòd eiusmodi de Barbaris victoriam largitus fuisset. Quæ vero ad fidem, religionemque pertinent, in pristinam libertatem sunt asserta, cum antea magno in timore, ac terrore propter Tyranni immanitatem versarentur. Enituit, eluxitque veritas. Christi verò famuli, iugo barbaricæ seruitutis erepto, facti sunt compotes libertatis. simul vincti carcere mittuntur, captiui vinculis liberantur, & qui compedibus cohibentur, ijs potestas fit libere abeundi. Tum, egredere de terra tua, & de cognatione tua, sicut aliquando Patriarcha Abraham, sic & magnus Philaretus à Domino audiuit, ac periculosum pelagus traijciens, veni, inquit, in terram, quam mostrauero tibi, in qua etiam te opere maximo glorioſum efficiam: non in sortita terræ distributione, non in seminis, prolisque promissione, quam sicut stellas cæli multiplicaturum illi Deus est pollicitus, non è somniorum coniectione, atque interpretatione, totius Regni præfectura, ac rei frumentariæ summa potestate concessa, tamquam alij Ioseph, Iacobi filio, sed sanctimonia, ac iustitia, & magnorum miraculorum ostensione.

Philaretus in Calabriã cum parentibus traijcit

Qui postquam fretum transmisit, Rhegio, quod Calabro litori adiacet, vna cum parentibus pertransiens, inde 29 in Aulinas (sic enim appellant) cum ijsdem diuinitus aduentant. Aulinas inquam illas, quæ nobis, si cui alij, bonorum omnium causſa exitere. in ijs enim magnum hunc virum cognouimus: ex nobis initium, atque origo fuere, vt sanctius, perfectiusque vitæ genus adinueniremus, atque sectaremur. ibi in quodam opidulo Senopoli (ita nuncuparunt, qui primi illud tenuere) sum domicilium collocarunt. est vero regio illa optima vndequaque, & fructuum omnium fecundissima. Verum cum pater eius esset agricola, & ex sacris literis audiuisset, beatos eos appellari, qui darent magis, quam acciperent, quamquam ille multo iam ante ei rei assueuisset, ex proprijs sudoribus, ac manuum mercede victum sibi quærere decreuit; cum & in labore, opereque faciundo socium haberet filium. is autem quid multa? cum paullo post animum attendisset, & ad cogitandum applicuisset, secum ipse cœpit ante facta recensere. quomodo patria cessisset, quæ prius fuerit sibi viuendi ratio, quid in itinere, quid in mari contigerit, quaque ratione in extera regione vitam traduceret, tum rerum mutationem, & asperum, durumque vitæ genus; in primis verò reputabat ardentissimum

Qui Sarrac. profligauit.

mum monaſtici inſtituti deſiderium, quod ſe ab ineunte ætate vehementer inceſſerat, item reliqua omnia, quæ per ætatem ad vlam diem meminiſſe potuiſſet, ſingula memoria repetebat. Conſueuit enim animi mens, cum ſeſe collegerit futura, & ante acta omnia in memoriam redigere.

Tum ſecum ipſe, & cum anima ſua colloquens, (magno enim erga Deum amore æſtuabat) ac identidem ſuſpirans: Philippe inquit, (hoc erat ei nomen cum ſecula eam habitum adhuc geſtaret) quid cunctamur? quid pigritamur? ſiccine in poſterum hic dormitabimus? quæ Deus, eiuſque præcepta mandant, recognoſce: euigila iam, ſoporem excute, hinc ſecedamus, quandoquidem nos Chriſtus monet, noſtramque ſalutem in dies præſtolatur. non ſane noſter eſt mundus, nec quæ in ipſo ſunt vniuerſa, non parentum amor, non dulcis amicorum conſuetudo, non corporis illecebræ, non iuuentutis deliciæ, non ipſe ætatis flos, prætereunt, pereunt iſthæc omnia, vna tantum virtus, vt perennis, immortaliſque haberetur, à natura impetrauit. Age iam, ò vir us, quæ tui ſtudioſos immortali gloria cohoneſtas, illos ſane diuinos, omnibuſque conſpicuos reddens, te vnam amo, te expecto, tui ſolius ingenti deſiderio efferor. Vos, Monachi, beatos appello, qui vos Deo mancipaſtis, abiectis, contemptiſque mundi delicijs, ac ſordibus, vti Deo arctius coniungeremini, eiuſque regni efficeremini hæredes. en vmquam erit, cum vobiſcum vna, atque inter vos verſabor, ſuaue Chriſti iugum ſimul trahens? Quis dabit mihi pēnas. ſicut columbæ, vt cum Dauide loquar, & volabo, & requieſcam inter vos. ego inquā qui vos, veſtraque expecto, ac diſcupio, vobiſcum conquieſcam. o Pater, Verbum, vna diuinitas, ac regnum, reſpice quæſo amorē in te meum, reſpice ſuſpiria, meque mundo, caduciſque, quæ in eo ſunt, rebus tandē libera. adiunge me, o dulciſſime, tuæ, diuinarumque, quę circum te ſunt, mentium beatitudini; vtinam, quæ tam expeto, videā. vtinam tuis fruar muneribus. vtinam ſpes potiar meas, delecter gratiæ delicijs, particeps, ſociuſque efficiar ſanctorum virorum, qui iam inde vſque à mundi primordio accepti, placitique tibi fuere.

Felicitatem Monachorum, eorūq. vitæ genus inardet.

Hæc cum diceret, lacrymarum vim, inſtar fluminis, ex oculis mittebat. erat quippe diuina deſuper afflatus gratia, eiuſque mens cæleſti lumine illuſtrata. Itaque ſimul hic ſatis, ſuperque animum calefecit, intimiſq; præcordijs ignem accendit, hæc in occulto animi receſſu magno cum dolore condita gerebat. neque enim cum parentibus conſilia ſua fas erat communicare, vt in profectione ſibi ne eſſent impedimento. ſed interim ieiunijs plurimis, ac vigilijs, aliiſque corporis macerationibus ſe dedens, ſpe cæleſtium bonorum nutriebatur. puritate, ac virginitate animum exornare, temperantiam colere, ac ceteras virtutes, animique ornamenta ſibi comparare. Quæ cum ita eſſent, ac ſecum ipſe volutaret locorum deſerta, terræ cauernas, montium altitudines ſecretiores ſpeluncas, in monachorum caſtra tranſire tandem decreuerat, miro quietis, ac paratæ, ſecretæque à ſeculi rumoribus vitæ deſiderio inflammatus.

De monaſtica vita deliberat.

Sed cum tanta molientem, animoque fabricantem, parentes latere nullo pacto res pateretur, præſertim verò cum vnicus eſſet, ac vereretur, nè indignati ob occultā ſeceſſionem, diris illum deuouerent, neue abiecti, minimique animi verbum aliquod in Deum effunderent, aut indignationis, iracundiæque cauſſa filius parentibus eſſe videretur; omnem conſilij ſui rationem ijs aperiendam eſſe ſtatuit, tempuſque opportunum nactus, magna, vt decet reuerentia: Pater, inquit, tuq; Mater ſuauiſſima, iādiu vehemens cogitatio animum inceſſit meum, oſſa, atque adeo medullas ipſas penitus edens, atque conficiens, quam vobiſcum conferre iam pridem animus erat, ſed ſum maxime veritus, nè quid ægritudinis, ac doloris à me vobis oriretur, præſertim cum peregrinos hic eſſe vos ſciam, patria, domoque carentes. nunc vero ab ipſa vehementis deſiderij flamma ſtimulatus, rem amplius cælare neque volo, neque poſſum. Dum ij ſimul filij ſermonem audiere, ipſum multa alia dicere parantem confeſtim interpellant, (mirum enim quam calida ſunt in eiuſmodi rebus parentum viſcera) atque his illum, animo conſternati, magnoque timore perculſi, aggrediuntur. Ecquid, fili cariſſime, ſiniſtri aliquid, aduerſique tibi euenit? age iam quamprimum nobis aperire, nè graueris. hic verò (vt potens, vehemenſque erga Deum eſt amor) vrit me, inquit, cupido ſolitariæ vitæ, adeò vt ferre illum neutiquam poſſim. ſolidæ mihi noctes vigilantur; dieſque mihi ducuntur lucis, lætitiæque expertes, ipſa mihi vita grauis, moleſtaq. eſt, cum nihil in ea ſit, in quo me oblectet; Chriſti iugum expeto, eius crucem humeris geſtare, atque pone illum conſequi vehementer cupio.

Parētes vbi hæc audierunt, eumq; ita affectum eſſe ſedulo cognouerunt, quamuis eſſent, ceteroqui pij, ac religioſi, ijs tamen neſcio quis triſtitiæ, ac doloris ſenſus fuit, neq; enim mirum, ea ſcilicet conſuetæ hominum ſunt affectiones, genitorumq; amor clemētior, atq, indulgētior in huiuſmodi rebus eſſe ſolet, quam in alijs. Verumtamē ſimul conſtantē, firmamq. filij ſentētiam intelligunt, cum ab emicante in eo animi ardore, tum à ſuſceptis, ab ipſa ineunte ætate, pro virtute comparanda laboribus; tum maxime ab aſſidua carnis caſtigatione ſimul vidētes fieri non poſſe, vt à tenaci propoſito ille vmquam dimoueatur, ſed niſi volētes, libēteſq; abeundi faciant poteſtatē, clam illum omnino profecturum, ex quo grauiorē triſtitiam, ac mœrorē caperent: præpotentē Deum, qui ita facere ſibi videretur, glorioſum prædicantes, debitaſque illi gratias perſoluētes, ei libere abſcedendi faciunt copiam; abi, inquiunt, fili, abi iam, & bonum, proſperumq. tibi iter con-

tin-

Digitized by Google

tingat. neq. in ſacroſanctis, Deoq. acceptiſſimis precationibus noſtri vnquam te capiat obliuio. is autem in genua procumbens, pedeſque amborum amplexatus, deoſculandi, lacrymiſque irrigandi nullum modum faciebat. duo interim, eaque honeſtiſſima pręſtās, & gratias illis agebat, quod abeundi facultatem impertirent, & ab ijſdē enixe expetebat, vt eorum preces itineris comites ne denegarent. Hic parentes natū e terra erigentes, amboque pariter complectētes, valere iubēt, ac proſpera, fortunataq; omnia à ſuperis precantes, inhūc modum, magno cum fletu, ac dolore dimittunt

Adoleſcens vero, vt qui mundum, mundique omnia derelinqueret, ingenti gaudio delibutus, ac Deum optimum de huiuſcemodi rebus laudans, domo egreditur. Illud veluti dexterum quoddam præludium ſuæ ad Deum itionis vſurpare incipiens: Notam mihi fac, Domine, viam, in qua ambulem. Cōfeſtim autē vbi ad monaſteriū, 30. quod Sancti Eliæ vocant peruenit, gradus ſiſtit: illius inquam, qui in diuinarum rerum contemplatione plurimū valuit, quēq; Iuniorem hiſtoria, quæ de eo conſcripta eſt, ſolet appellare; neque inde vltra progredi volebat, ſeu, vt verius dicam, valebat, ſic decernente diuina prouidentia. futurum enim erat, vt decertatis diuinis illis, ac ſupra naturæ vim certaminibus, eidem poſtmodum monaſterio ornamentum, gloriamque non vulgarem pareret. cumq; huiuſce monaſterij Præfecto, qui ea tempeſtate Oreſtes erat, vir omnibus conſpicuus, ſui copiam faceret. ante eius pedes prouolutus, rogat ab homine aliquod precationū ſuarum ſubſidium; deinde audaciter, magnaque cum fiducia conſilia ſua omnia illi exponit, ſuumque ſolitariæ vitæ deſiderium, quamque vehementer expeteret indui habitum monaſticum. tum benedictione ei impertita, ingenti lætitia cumulatus in ceterorum fratrum numerum cooptatur, quintum ſupra vigeſimum ætatis ſuæ annum agens.

30 Ad Monaſteriū S. Eliæ Iunioris contendit.

in cœtum fratrum recipitur.

Hic pijs, religioſiſque exercitationibus ſedulam operam nauare, & cuiuſcumque miniſterij genus rite cœpit obire. Verum ſimul ille hominem videt obedientia præclare ornatum, ac patiētia, fortitudineque, ac ceteris virtutibus inſignem, ex præſentibus coniecturam faciens, de rebus venturis, fratres, cum admiratione, inquit, enimvero hic magnum ſe aliquando monachum præbebit, præſtabitque, ſi tamen ei diuina gratia ad finem vſque non deſit. nec vana fuit vaticinatio. Nam hac ratione cum ſe ſatis exercuiſſet, monaſticiſque inſtitutis rite informatus ſtatum à patribus exercitationis tempus exegiſſet, Sancto, Angelicoq; habitu illum induere cogitabat Præfectus; qui iuuenem accerſens, age, inquit, fili, iam confectum eſt tibi monaſticæ probationis tempus, iam ſpes, deſideriaque tua ſuum ſunt finem adepta. nunc vero illo te diuino monachorum ornatu tegens commilitonē, pugnæque ſocium fratrum numero hodierna luce adſcribo; tu vero, fili, quandoquidē tibi maiora ſunt certamina, grauioreſque labores ſubeundi, ſi ſub cæleſti rege merere in animo habes, probe noueris, ingentes tibi labores cōmunem omnium hoſtem paraturum, multumque tibi in curſu puluerem excitaturum. Studet enim ſi qua te ab honeſto virtutis ſtudio poſſit reuocare. Quis vero vmquam inermis, ac ſine gladio miles, haſta, ac clypeo congredi cum hoſte auſit? Sed neque Palæſtrita cum ſuo aduerſario pugnat, quin in arenam prius deſcēderit, tunicaque abiecta in medio theatro, nudus inſiſtat, puluerem ventilans, ſolūque manibus pulſans. quamuis autem anteacto iam tempore, ad comparandam virtutem, totis neruis, totiſque præcordijs incubueris, id quod gratum, acceptumque Deo fuit; is tamen hoc ſtudebat, vt præclara tua certamina, ſpiritaleſque pugnæ veluti ex tenebris ad lucem vocarentur, & ex acutiſſimis ſpinis iucundiſſimi fructus excerperentur. Verumtamen bono animo eſto; vinces ſat ſcio, de que tuis hoſtibus inſignē victoriam reportabis, ſi te fide tamen munieris, ſpe obarmaueris, caritate contexeris, ac per obedientiam, animique ſubmiſſionem, de terra ad Deum contenderis te ſubleuare.

Abbatē in admirationem rapit.

Hic vero iterum in genua procumbens, conſuetaque cum reuerentia ſalute illi impertita, omnes hoſtiū inſidias diuina aſpirante gratia, eiuſque precibus non mediocriter adiutum ſtabili, conſtantique fide ſe viciſſe, ac ſeruatum eſſe incolumem, ingenue profitebatur. Tum congregato omni monachorum cœtu, peractiſque de more ceremonijs, ſacroſancto, ac cæleſti eum habitu induit, munitque myſticis armis, ſcuto nimirum fidei, ad igneſcētia omnia aduerſarij tela retorquēda; thorace caritatis, bona omnia in ſe ſe cohibentis; galea vero ſpei, vt nequiſſimi tela omnia poſſet extinguere; demum haſta, quod verbum eſt Dei, vt ea inimiciſſimum ſibi cacodæmonem contrucidaret. atque hæc etiam ad ea, quæ videmus, ſenſuque percipimus, poſſunt adaptari. ac primum thoracem 31 quidem 31
ſticharium intelligamus. deinde quod ſupra ceruices, ac ſcapulas eſt, quodque etiam pallium 32 vocare conſueuimus, ſcutum 32
appellemus. ſed galea ſit, quod capiti imponimus, cui cucullium 33 antiqua Patrum 33
cōſuetudo nomen fecit; pro haſta denique ipſa Chriſti Domini crucis effigies nobis vſui eſſe poteſt quam in fronte fideles omnes perpetuo geſtamus, qua perinde atque ab haſtæ ictu noſter hoſtis confoditur. nec interim cingulum omittamus cū ſuo morſu, quorum alterum libidines noſtras coerceat, ne vnquam animus ab ijs ad corporis illecebras trahi ſe turpiter ſinat, præcipueque cum hoc ſit militis ſignum. alter vero quaſi clauus cum Chriſto vna nos cruci ſuffigēs, eum quidem verum Chriſti militem reddit, qui non aduerſum carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus principatus, & poteſtates, rectores tenebrarum huius

ſæculi,

Digitized by Google

ſeculi, pugnare, atq; ire contra meditetur.

Itaque Philaretum cum ipſe, tum omnis monachorum conuentus ſacro oſculo cum ſalutaſſent, admonebat, ea enixe facere curaret, quæ grata, placitaque Deo eſſent. hic vero vt deſiderij, quo iam pridem tenebatur, factus eſt compos, diuiniſque ſe veſtibus ornatum videt, ignes ignibus cumulat, & deſideria deſiderijs inflammat, prioriſque viuendi rationis oblitus, noua rerum exordia adinuenire, in poſterum excogitabat, vt qui ſedulo ſtuderet, nè vllo pacto oſcitanter, parumque accurate ſe gereret ad ea temperanda, quæ tantopere expetebat, atque ita paulatim calore poſtmodum extincto, confeſtim cæleſti gratia orbaretur. Caritatis enim ignis, deficiente paulatim vehementi piarum commentationum ſtudio, tepeſcit adeò, vt tandem aliquando exſtinguatur, caſſumque deſerat eum, qui ſe ante poſſidebat. Iam vero cum Dominum ipſum de paupertate ad diſcipulos diſſerentem audiret, neutiquam duas habere tunicas oportere eum, qui ad Euangelium ſequendum ſe accingeret, primum ſtolam abijcit, deinde alteram etiam tunicam vnica tantum contentus, quam ſufficere ſibi exiſtimabat. cumque rurſus auribus vſurparet illud Apoſtoli, quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, ac bona, nudis pedibus incedere conſtituit. ad hæc cum egregia illa, ac ſupra naturæ vim Moyſis, Eliæ, atqueadeò ipſius Chriſti ieiunia cognouiſſet, per integram hebdomadam, ſæpe etiam per duas à cibo continenter abſtinere conitebatur. Quin & magni Antonij ſilētium B. Ephraem lacrymas, rurſus Sabbæ, Theodoſijque pugnas, atque certamina, quæ clā gerere conſueuerant, omniumque deinceps Sanctorum Patrum præclara facinora, ac documenta virtutis imitari, ſumma ope contendebat. in primis vero Eliæ 34 Iunioris vitam ſuſpiciebat, eius inſiſtere veſtigijs, quoad eius fieri poſſet, ſtudens, nihilque gratius, ac iucūdius ſibi poterat euenire, quam vt res præclare ab eo geſtas audiret, hinc librum, in quo eæ continebantur, aſſidue præ manibus habebat.

Hebdomadam vnam, duaſq. à cibo abſtinet.

54

Verum enimverò hactenus ab ingenti deſiderio ſtimulati, ac ſanctis patrum iuſſis coacti dicere, ac literis mandare pro virili noſtra, alacri, libentique animo ſumus conniſi. In poſterum tamen cum immenſum mare nobis raijciēdum videamus, ac profundiſſimam rerum labem, atque voraginē, vlterius progredi metu, ac timore perculſi præpedimur. Atque hoc ipſum eſt, quod ſub initium orationis noſtræ pertimeſcebam. Verumtamen ſanctiſſimi viri precibus ſubnixi, periculo nos rurſus committere non dubitamus. Igitur cum ea ita ſe haberent, ac magnos quotidie in virtutis via progreſſus faceret, boniſque ſpiritalibus partim iam potitus eſſet, partim ſe cumulandum olim crebris ad Deum precibus effundendis ſperaret, monaſterij Præfectus hominem ad ſe acciri iubet ac blanda, lenique oratione vtens, (illum enim ob ſummam vitæ ſanctimoniam magnoperè reuerebatur) Philarete, inquit, cariſſime, (ſic enim poſt monaſticum habitum nominatus eſt) boum præfecturam ſuſcipias velim. hic vero, vt præ nimia verecundia, ac modeſtia erat, oculis in terram demiſſis, eos paullo erigens, ac ſumma cum lenitate, ac decora verecundia in ſenioris aſpectum conuertens (inerat enim in ſancti viri facie quædam ſuauitas, ac lepor, quæ eius virtutem ſatis omnibus indicabat) modeſte reſpondit; ego verò Pater venerande, cum in Dei, tuaſque manus animam tradiderim meam, qui fieri poteſt, vt in poſterum voluntatem habeam? iam enim te, poſt Deū, ſicut animæ, ſic etiam vitæ meæ curatorem ac tutorem ab initio delegi; proinde recte intelligo, ad communem omnium iudicem Deum noſtrum, illo metuendo iudicij die, te potius pro anima mea rationem, quam à te Deus poſtulabit, redditurum: quare nihil eſt, cur tibi aduerſer, Pater, quidquid enim mihi mandaueris, prompto animo ſuſcipiam; hoc vnum à te contendens, vt tuis precibus ſublēues tenuitatem meam. id quod & ipſe, & omnium Monachorum collegiū pollicitus eſt, cum hoc ſolemne ſit Cœnobitis.

Monaſt. armentis præficitur.

Illud præterea addidit magnus vir, ſcis, Pater verende, nouitium me eſſe, magnaque ex parte diſciplinarum expertem, ac niſi veſtris precationibus mihi opem afferatis nonnullum periculum ſit, nè dilanier ab eo qui tamquam leo rapit, ac rugit, facilioreq; negotio deuorer, quam animalia in campis paſcentia à potentioribus belluis. neque verò, vt probe noſti, de leui negotio, ac re parui momenti hic agitur, ſed de animæ ſalute, quæ ad præpotentis Dei imaginem eſt efformata, æterna, immortalis, interitus, materiæque omninò expers, vniuerſo mundo, & quidquid in eo eſt, longe pretiofior. at ille: ita eſt, inquit, ſed ego infinita, incomprehenſaque Dei miſericordia fretus, ſpero fore, vt ab omnibus inimici laqueis, atque inſidijs incolumis ſeruere, fili, ſi tamen ipſe etiam ſalutem tuam continenter curare numquam deſiteris. neque enim obedientiæ ſtudioſo ſatis eſt, ad virtutis perfectionem parandam, ſeniorjs ſui continua ad Deum precatio, niſi ipſe, quod in ſe eſt, afferre etiam conetur, vt hinc duplicem à Deo coronam referat. Cum enim interceſſoris vice fungatur ſenior, ad eos omni ope iuuandos, qui per obedientiam ad Deum aſcēdere vehementer expetunt, ab eo certe ratio repoſcetur, qui eam reddere quidem paratiſſimus eſſe debet, ſed haud de omnibus omnino, ſic enim eſſet liberum illis arbitrium de medio tollere, neque præmium, aut ſupplicium ei rite obtingeret, cui vel maxime debetur, quod eſt à ratione valde alienum; verum partim ego, quippè qui animarum curam ſuſceperim, partim etiam qui vitia potuerunt euitare, ac virtutem adipiſci, cum naturalem operandi facultatem Deus illis attribuerit.

Qua pietate præfecturā boum ſuſcipiat, & ob-

Vbi dicēdi finem fecit ſenior, fratreſq; om-

Digitized by Google

IN S. LVCIAM VIRG. ET MART.

HYMNVS

Ex Græco versus.

CVM diligenter Intemeratæ Virginitatis pudorem excoluisses, hilaris Deo, qui te condidit, oblata es: mortales enim nuptias, Christo nupsisti, cursuque fidei, clarissimique martyrij confecto, nunc curationum charismata obsequio tuo addictis præbes, ò Lucia.

Purpureo amictu è tuo sanguine tincto, splendide indura, cœlum fulgentissimis circumdata nitoribus habitas, non secus ac regia quædam Virgo, diuinisque splendoribus clarissima, ò Martyr Lucia.

Deiparæ.

CApax diuinæ naturæ domicilium, ò Dei genitrix, fuisti; ideo virginitatis tuæ decore illecta post te, filio tuo se se obtulit Lucia.

Tamquam sponsa pulcherrima Regis, & Dei, ò augusta Martyr Lucia, cœli regiam adepta es.

Virginitatem consecuta, in supremis cœli regionibus, à Deo, ò Lucia, ijs qui te honore, cultuque prosequuntur, criminum veniam impetra.

Virginitatis, & certationum gloria illustris, Verbo tibi à tenera Virgine cognito incorrupta desponsata es, gloriosa Lucia.

Tua duntaxat pulchritudine, vt Virgo delector; tui, ò Domine amore æstuans, ensi me mactandam, tamquam victimam offero, Lucia exclamabat.

O beata sors, ò pars à Deo data, ò femina honestissimo consilio errorem primæuæ matris exsuperans.

Gloriosa in conspectu Domini mors fuit tua, ò Martyr: potior siquidem tibi mors quam vita, vt viuentem Christum in te, Venerabilis Lucia, haberes.

Deiparæ.

RObur suum, ò Deipara, te esse, vt experta est Lucia, victrix certaminis, fortiter tulit verbera, & post te omnium Domino læta se deuouit.

Diuino igne flagrans, ignem nihili duxisti: igitur perpluis vndique in fideles sanationum diuina fluenta, affectiones damnosas exsiccans, ò victrix certamini Lucia.

Deiparæ.

OVirgo mater, vt te puram, & incorruptam purum Verbum amauit? Ex te carnem induens, totum hominem reformauit, qui Luciam miraculis illustrem reddidit.

Impiorum oculos obscurasti, mentemq; illorum superbam, & elatam, Lucia Sancta, glorioſis tuis certaminibus depressisti, & ad Deum subuecta es, in fide psallens; Benedicite, omnia opera Domini, Domino.

Deiparæ.

SVblimior cœlo visa es, quæ vel cœli conditorem Deum, purissima peperisti eum, qui humanum genus ad cœlum subleuat, & venerabilem Luciæ memoriam illustrat, cui clamamus; laudate omnia opera Dominum

MIRA-

Digitized by Google

MIRACVLA DVO SANCTAE LVCIAE

Ex antiquis M.SS. Veronensibus in Monasterio Diuæ Luciæ.

1

Raph. Bagata in antiquis monum. Episcoporum Veronensium.

AD Dei 1 Maximi gloriã Diuæque Luciæ Martyris decus, nõ reticuerim, quod meritis eiusdem sãctissimæ Virginis, mirabiliter Veronæ patratũ est. Anno Domini supra millesimum trecentesimo octauo, Decembri mense, Pax Draperius Ioannis filius Veronensis, ex Vicinia Ferrabobus, diris adeo doloribus dilacerabatur, vt mori mallet, quam in iis cruciatibus vitã trahere. nam sinistro pede, crureque vlcera putrida, vndecumque serpebant, quæ carnẽ miserandum in modum corroserant, neruosque, & ossa detexerant. itaque Draperius tabuque, & visu cunctis erat abominatus. iamque non de viri modo salute desperatum erat sed etiam de vita timebatur. vt fit in asperis rebus, consultatum est inter medicos periculoso super morbo, & quanam ratione malo occurrendum foret: deliberauere crus pedemque præcidendum esse, ne paulatim irrepente tabo, sincera corporis traherentur, sanieque putrescerent. verum Pax animo parum firmus aduersum tormenta, metuensque discrimen, medicorum consiliis aduersabatur; & malle expectare mortẽ, quã vrgere: vitãq; miserrimã viuere, quam atroci exitu fectum, vltunique occidere. intempesta nocte, quæ medicorum consultationem secuta est, nihil æque Draperium anxium habebat, quam ne igni se, ferroque committeret, vnãque corporis, animique ægritudine conficiebatur. tum noctis inter tenebras, conflictationesque, lux menti eius è cœlo affulsit, vt ad Diuam Luciam, quam summo illo studio venerabatur, preces suas conuerteret; eius ope à làniena illa, morboque ereptum iri confideret: mentem illam à Deo datam Pax complexus clarissimum Virginum decus Luciam precabatur; exaudiret clientem suũ: morbo, remedioque iuxta horribili eximeret, quæ vna posset à Deo impetrare, pro gemina Virginitatis, atque martyrij laurea. hoc solatium expetere se fido ex patrocinio piæ Virginis. redderet ope sua incolumitatẽ famulo, quæ parenti fide subueniisset, precibus adnectit vota. si fecisset, cœnobium Virginum eius olim nomini dicatum, bellorumque sæuitia temeratum, vulsumque, & deletum exstructurum, deuouet. insuper si liberos ex vxore susciperet editam primum stirpem, Deo, Luciæque cum cœtu Virginum perpetuo sacraturum. fine precum, persensit exsilire gaudio pectus, & mirifica iucunditate mentem recreari, morbi dolore mitigato. mox ecce tibi Beatissima Virgo Lucia, ore læto, decoraque forma, diuinis ineis fulgore perfuso lecto, decumbenti adest: & Pax, inquit, pax tibi erit: quod promissum a te, serua, dictoque abijt Virgo, sed obfuso aeri splendore leniter euanescente, ad exsultantis voces excita familia accurrit, admirata lumen, quod è cubiculo nondum penitus abscesserat, ex eo visu omnes in spem inducti herum saluum fore. orta luce, chirurgi rerũ nescij in ædes Draperij conuenerunt, prius consultata executuri. expediebantur cultri, ignis in foco accensus, medicamenta componebantur. sed Pax medicos à se reijciebat, ad spem in Deum erectus, Diuamque Luciam, ab illa dictitans sperare se remedium, cui voto deuinctus esset. sed existimabatur à medicis deliramenta loqui præ dolore, metuque atque comparatis omnibus cruri secando, vrendoq; Chirurgi exsecutionem vrgebant: mirum dictu, visuque. Pax alacris electo prosilit, dolore, morboque fugatis actæ Deo, Diuæque Luciæ gratiæ.

Porrò Draperius effati memor penes Prophetam, vouete, & reddite, quam primum Architectis exstruendo cœnobio, operisque conductis, extra Vrbis mœnia in locum digreditur, quo vetus ædes Diuæ Luciæ fuit. iã miraculum in proximas vrbes fama vulgauerat, diemque ædis natali faciendis fundamentis, ingens inde multitudo confluentium populorum, non modo ex Vrbe Verona, sed Mantua, Vicentia, aliisque ex oppidis, castrisque circumiacentibus. iuuit eam constructionem Thebaldus Episcopus Veronensis, qui populi studium, pietatemque augere cupiens illuc contendit, locumque inuisentibus veniã indulsit peccatorum. ceteris etiam Episcopis eo venientibus, vt idem præstarent, vltro permisit. vt perfectum est cœnobium, & Pax pro incolumitate vota vndecumque persolueret, nascitur ei filia, cui sacro fonte Luciæ nomen imponitur, quæ cum esset intra septimum ætatis annum, festo die S. Andreæ cũ Virginibus duabus Beatrice, & Catharina, à Thebaldo Episcopo, Cleroque, ac religiosis ordinibus magna populorum frequentia in cœnobium deductæ, traditæque in disciplinam Helenæ Sanctimonialis S. Ioannis Baptistæ Zemolæ, ex Dioecesi Paduana. ea cum esset è stirpe nobili Aleadorum Veronensium orta, ob uitæ, morumque sanctitatem à cognatis expetita, cum duabus alijs monialibus India, & Thomasina propinquorum precibus Paduano Antistite permittẽte

illuc

Digitized by Google

illuc venerat, quæ inſtituendis Virginibus præſideret.

Hoc vero cœnobium, quod Pax Draperius, vt ante memorauí, conſtruxerat, rurſus eue rſum eſt; qua tempeſtate Veronæ ſuburbia diruebãtur. quod anno Domini M.D.XVII. obtigiſſe traditur. tum Moniales Virgines *in* Vrbem ſe tranſtulere, eum in locum, quem nunc habent, quem locum iſdem Pax à fratribus S. Luciæ tunc hoſpitalitatem exercentibus conceſsu Thebaldi Epiſcopi, impetrauerat, quo Virgines belli tempore in tuta loca ſe reciperent.

Miraculum ſecundum.

DIgnum cognitu, quod Syracuſis in æde S. Luciæ anno Chriſti CIↃCCCLXVII. obuenit. forte incendium in ea cœptũ. auctumque contiguis alimentis, quòd nulla tum templo cuſtodia erat, quæ reprimeret; initium ex altari ortum, candela abanu quadam ſuper eo relicta, poſt preces, & vota: ſed ex paruis initijs, vt interdum fit, incendium factum eſt. igitur vbi aram ignis inuoluit, abſumpta ſacra veſte, tigniſque validior, Luciæ effigiem ex caudicibus corripit: tabulam ad vſque pectus populari fas fuit; inde ignis veluti diuina vi repulſus, in latera diſpergitur, prorumpens in editiora. ſed circum flagrante tabula, quantum dilutis coloribus capite, ac pectore occupábatur, miraculo inuiolatũ reliquit. ſanè impetu corripienti circa flammæ, vt Luciæ vulneri propinquatum, reuerentia, ac metus fuit: conſpecto ſanguine, qui pictoris arte, videbatur è collo profluere, extingui viſus. tabulæ eo ex incendio exemptę & in templi læuam dein tranſlatæ, in præſentiarum multus honos, donis ex argento, cereiſque circum pendentibus.

Ann. Ch. 303 14. Oct.

DE S. EVSTRATIO

BEatus Euſtratius, Presbyter Leontinus, S. Donati filius, cui vita functo in Antianorum vici præfecturam ſubrogatus, eum gregem piè, ſancteque gubernauit. quo munere annos XXV. perfunctus, ad Dominum migrauit, anno ferme Chriſti CCCIII. Ex Græcis Actis M.SS. Bibliothecæ Cryptæ Ferratæ, Sanctorum Alphij, Philadelphi, & Cyrini.

Ann. Ch. 303 15. Nou.

DE S. EVTYCHIO

EPISCOPO, ET CONFESS.

EVTYCHIVS Syracuſarum Epiſcopus in maximis rerum, ac temporum difficultatibus præſedit, cum atrociſſima Impp. Diocletiani, & Maximiani perſecutione vniuerſus terrarum orbis concuteretur, qua tempeſtate gregem ſuum paſtor optimus deſeruiſſe viſus nõ eſt, verum per vrbis latebras commoratus, vt cõmiſſam ſibi eccleſiam violento turbine iactatam moderaretur, & eum res poſceret, Sanctis Chriſti Confeſſoribus ope, ſolatioque, præſto eſſet. Enimvero B. Luciæ veſtigijs adhuc ſuis hærenti, quo loco Paſchaſii Conſularis iuſſu ſatelles iugulum Virginis perfoderat, & per larga effigia ſanguinis Martyr ad ſponſum ſuum Ieſum, properabat, Eutychius Epiſcopus perlatũ Chriſti Domini corpus communicauit. Incertum eſt, nec dum cõpoſitis rebus, petituſne ad cædem fuerit, an tranquillo fine quieuerit. non ambigo, multas perpeſſum fuiſſe ærumnas pro Chriſti nomine, perſecutionis procella ſuperurgente, & id circo poſt obitum, anniuerſaria memoria cultum à maioribus noſtris: nam ſactatiſſimum Eutychii Epiſcopi corpus, Syracuſis in vetere Martyris Luciæ baſilica repoſitum, ac diutius ſeruatum in muro fuit, vbi ſacræ veſtes reponebantur, læua ad Occidentem. inde Georgius Maniacus militia clarus, debellatis in Sicilia Sarracenis, captiſque Syracuſis, Conſtantinopolim, ad Imp. Michaelẽ Paphlagonẽ deportauit, vna cum ſacris corporibus B. Virginis, & Martyris Luciæ, & S. Clementis Abbatis Syracuſani, quod ibidem ſitum erat. quantum, non Syracuſæ modo, ſed tota Sicilia ereptum ſibi oppidum illum defleuere? feſtus dies S. Eutychii Epiſcopi Syracuſis agitur XVIII. kal. Decẽbris. eius meminere veteres membranæ Syracuſanæ manu exaratæ; item vetuſtæ quædã ſchedæ Cæſaris Aquauiuæ humaniſſimi viri Panormitani: Chriſtophorus Scobar in Catalogo Epiſcoporum Syracuſanorum.

D. Lucia morienti Euchariſt. præbuit.

Corp. Syrac. Conſtantinop. ſportatũ.

Digitized by Google

Ann. Ch. 304 31. Iulij.

DE SS. FANTIO ET DEODATA MM.

Ex Vita S. Fantini eorum filij.

1 Fantius & Deodata diu prolis cupidine tenentur

FANTIVS, 1 & Deodota coniuges, splendore generis, & opibus inter *Syracusanos* clari. cũ Ethnici adhuc essent, miroque liberorum desiderio, quibus diu caruerant, tenerentur, largitate in pauperes, precibusque ab Diis exposcebant suis. nocte quadam Fantius visus sibi est in somnis videre, sisti se vnà cum *Deodata* vxore ad Dei Patris iudicium, damnarique superstitionis impiæ crimine [illegible] æternos inferorum ignes; sed adsidentem [illegible]lium, Iesum Christum, coniugibus adfuisse, plagisque Patri suo obiectis, simul ijs veniam, stirpemque impetrasse; mox etiam pollicitus, parentes fidem rectam à filio suscepturos. qua Christi Domini prece, dicta iam sententia à summo iudice reuocata est. viso territus, excitusque Fantius, auditoque Deodata, mẽte conditam numinis reuerentiam tenuere, recteque factis aluere. sed somnio ex euentu fides. omen lætum parentibus fuit, natus puer, cui Fantino nomen. is, quo die 12. annũ explebat, cum in agro Syracusano venaretur ceruam forte oblatam, an diuinitus refugientem in antrum insecutus. Sanctum 2 Eremitam offendit, à quo vnà cum Leontio famulo instructus in Iesu Christi fide, ac baptizatus est.

Domum reuersus puer, quæ sibi contingerant enarratis, parentes christianæ vitæ instituta docet. ij verò, cum animo, quæ in somnis Fantius vidissent, probe commemorarẽt, fidem alacres cum familia susceperе. simul Beati parentes sua omnia, quæ haberent, in egentes erogant: ex eo christianæ religionis accusati, prehensique vnà cum filio ante Consularem fistuntur; interrogàti, qui nam essent; christianos esse, responderunt. ob id dictum, irati Consularis iussu, omnes plumbatis 3 contusi sunt. sed cum nulla vi doloris, & atrocitate ictuum egregiæ vocis constantiam mutarent, in custodias conijciuntur, vbi noctu delapsus cum luce Angelus, cibo refecit, & ad martyrium confirmauit. prædictoque Fantium, & Deodatam postridie martyrium obituros, Fantinum puerum vinculis exsolutum, foribus vltrò patefactis, liberum abire permisit, quò deduceret *Deus*. Orto die, Fantius, & Deodata ad Consularem retracti, cum eius obtemperare mandatis, ac Dijs adolere tura respuerent, decollati sunt. oblatisque pro Christi nomine ceruicibus, ad immortalitatis lauream conuolarunt.

suã omnia in pauperes erogãt.

3

Vide Animaduers. fol. 103.

Ante annum 304 20. Nou.

DE SS. AMPELO ET CAIO MM.

MESSANÆ pro Christo extrema passos Ampelum, & Caium, deque prostrato hoste trophœa sideribus intulisse, sacrorum fastorum scriptores memorant. nec plura his. inde præliorum, victoriarumque æque ignaris, ac cupidis acrior noscendi cupido; sed patefieri, nondum supremo numini visum. sacra corpora Messanæ auditum est condi in S. Francisci æde, sub Ænea tabula, & candelabro, quod item ex ære fusum, in Chori gremio, cui subiacet cauerna ingens: rem leui fama tenemus, eoque timidius dicimus. Sanè si sententiam roges meam, candide prompserim, & in alia omnia ierim. precor benignam Messanensium terram, vt quem admodum iam Placidum, socioque è sinu protulit suo; Ampelum, Caiumque reddat aliquando, quos insignibus officijs posteritas veneretur. eorũ natalis dies ad 12. kal. Decembris Romanis fastis adscriptus est. Eorumdem meminere omnia Martyrologia, Romanum, Bedæ, Vsuardi, Adonis præterea M.SS. Martyrologia ecclesiarum Siciliæ. creditur martyrio coronatos fuisse immanissima persecutione Diocletiani, & Maximiani. Ferrarius in noua Topographia ait eorum Acta esse in ecclesia Taurinensi; sed libro, quem postea edidit de Sanctis Italiæ, memorat, Acta eorum non extare. certe diu quæsita à me, nusquã inuenta sunt. Mendose apud M. Bellinũ pro Ampelo, *Ampelles* apud Bedã in Martyrologio, *Gagus*, pro *Caius*, vt habent libri omnes editi, & non editi.

DE

Digitized by Google

DE S. GREGORIO
LILYBOETANO EPISC. ET M.

Ante An. 203 5. Ian.

GREGORIVS Episcopus Lilyboetanus, incompertum mihi quo tempore, quibus Cæsaribus ecclesiam Siculam persequentibus, vitæ æternæ iter sibi ferro aperuit: non is modo Lilyboei sedem suam, sed Agrigentinum carcerē illustrauit, vt inde præclara vitæ eius, hinc mortis exempla posteris proderentur. nam comprehensus, vinctusque Agrigentum Lilyboeo perductus ad Tircanum Tyrannum, eius iussu in vincula detruditur. sanè Magno Iustiniano imperante Agrigenti carcer ostendebatur, quem Beatissimus Episcopus Lilyboei Gregorius cruciatib⁹ honestauerat suis. miramur consecratum carcerem sanguine Martyris, tunc in vsu fuisse, quippe eodem Principe, vt Leontius memorat, S. Gregorius Agrigentinorum Episcopus, impia Sabini, & Crescentini factione in eam custodiā coniectus est, in qua supplicio affectus fuerat Gregorius Episcopus Lilyboetanus. felicissimo carceris eius fato, quem Gregorij Episcopi duo patientiæ exemplis nobilitarem haud crediderim tamen, carcerem illum facinorosis omnibus communem, sed reuerentiæ Beati Gregorij Agrigentini datum, vt eodem, quo Lilyboetanus, carcere claderetur. quid vero veterem morum disciplinā in eo perquiram, quod à Sabino, & Crescentino impie factum est? sed Gregorium Lilyboetanum Episcopum, diù pœnali carcere Agrigenti inclusum, multas ærumnas perpessum esse oportuit, quibus denique habitus est cœlesti palma dignus, nam Tircano Tyranno iubente, in eodem carcere gladio transuerberatus occubuit, ac glorioſum martyrium consummauit.

Vide Animaduers. fol. 103.

PLVRES IN SICILIA MARTYRES
Incerto æuo, locoue.

ANTIQVI scriptores Martyrologiorum alios in Sicilia Confessores martyrio decoratos prodidere; nuda nomina collegimus, atque hic damus. incompertum mihi est, quo æuo qua persecutione Tyrannorum glisceute, quibus tormentis, quo genere mortis, rebusq; gestis, vita concesserē. summo omnia studio quæsita à me, labor in irritum recidit. sed multorum certus est dies, ac locus. quippe
1 Syracusis 11. kal. Iulii. *Rufinus,* 1 *& Martia martyrij purpuram virtute sua promeruere: Catanæ celebre est, certamen* 2 *SS. Stephani, Pontiani, Attali, Fabiani,* Cornelij, *Sexti, Floris, Quintiani, Mineruini, & Simpliciani.* simul omnes pridie Kal. Ianuarias cœli ciues decreti. maius Tauromenio decus ex agmine Martyrum. vbi ad 8.
3 Idus Iulias *SS. Sperus,* 3 *Cornelianus, alijque LX.* Martyrum nomen, & lauream deportauere. at quorumdam Martyrum ignota patria; *enimvero* 3. *Non. Iunij, Expergenitus,* 4 *& Chresta Martyres cōmemorā-*
4 5 *tur:* 3. *Non. Iulij Agatham,* 5 *& Triphi-*
6 *na.* item 17. kal. Iulij *Nouitus,* 6 *Candidus Cantianus, Cantianilla, Protus, Chrysogonus. Artheon, Quintianus, & Theodulus* suis Siciliam triumphis coronauere. taceamus hic toties deploratam Actorum iacturam; nostris potius Martyribus gratulemur.

O Beati ciues, quibus vitam habere obtigit, post quam perdere promeriti estis. quod olim vobis triste, & acerbum fuit pro Christo pati, nunc dulce est cōmemorare, maximeque precioſum. nam quod supra omne precium est, mortis, & contumeliarum precio contemptissimo redemistis. obita percruciatum mors cælestes fores lætis aperuit, ignominia præbuit ingressum in iustorum cœtum, in Sanctorum lętitiam sempiternam. fortissimi Athletæ nomen triumphale, quod vestro sanguine in cœlo scripsistis, ne horrete atramento, atque ære describi, nostrisq; plausibus renouari laureas à vobis in sinu immortalitatis repositas. accipite non modo a cœlo, sed à terris triumphalia ornamenta ac dona, coronam non confectam ex auro, sed è laudibus; triumphorum vestrorum purpuram, quam historia dare potest, non acu factam, sed lingua, non pictam flori-

Digitized by Google

bus, ſed affectibus gratantium animorum; nullæ in ea intextæ auro imagines, ſed Dei, veſtrumque gloria. ſtudiis vero noſtris hoc rependi oramus, exoratum patriæ numen concedite, ciuibus consortium æterni Regni.

Vide Animaduerſ. fol. 104.

Ann. Ch. 304 25. Apr. vel 2. Septembris.

DE SS. MM. CALLISTE EVODIO ET HERMOGENE

NOTKERVS in ſuo Martyrologio ad ſeptimum kál. Maij hæc habet. [*Syracuſis ciuitate Siciliæ Natiuitas SS. Euodij, Hermogenis, & Calliſtę*;] ſed Romanum Martyrologium ad eamdem diem eraſo Natiuitatis nomine eorumdem meminit: quod prudenter factum arbitror, cum natalis eorum Sanctorum in primam, aut ſecundam Septembris diem, vt mox dicemus, incurrat, aliamque eſſe cauſſam nobis incompertam oporteat eius cultus, quem illis menſe Aprili detulit eccleſia; iam celeberrimum olim fuiſſe horum SS. Martyrum certamen, & nomen indicio eſſe poteſt, quod cum plures, grauiſſimique ſcriptores ad populum verba facerent, aut ſcriberent de ſolemni nouę indictionis die, lætitiæ inde, & exuſcitandæ pietatis argumentum deſumpſerunt; nec eorum verba pigebit exſcribere: Ioannes Monachus, qui Damaſcenus eſt, ait, [*Aduenit initium anni inuitans ad celebrãdos illuſtres Calliſtem, Euodium, & Hermogenem germanos fratres athletas:*] Philippus Trauromeniorum Antiſtes, qui idem forte eſt, ac Theophanes eorumdem Præſul. [*Calliſtem*, ait, *Euodium, & Hermogenem minimè diuidamus; neque enim illos natura ſeiunxit, aut voluntas, & conſpirans animus, & martyrij æqualitas.*] Quorum ſcriptorum auctoritate horum Sanctorum feſtũ diem primo Septembris celebratum conſtat quamuis Romanum Martyrologium ſecundo Septembris reponat, niſi quis malit illis ſcriptoribus ſatis fuiſſe, ſi primæ Veſperę feſti diei in primum Septembris incurrerent. ſed cum acta horum Martyrum interierint, vix duo ſuperſunt, quæ de ijs cognoſcamus; alterum eſt Calliſtę fratrum pietatem adeo promouiſſe, vt eos in fide genuiſſe videretur [fideliter, ait S. Ioſephus Hymnographus, in ſcamma martyrij Calliſte ingreſſa es prædicans cum duobus fratribus Chriſtum Deũ noſtrum, quippe diuino amore ſuccenſa vere ſpiritualia eccleſiæ Chriſti vaſa eos perfeciſti, quare cum ipſi Martyr in cæleſtem vitam coaptata es.] quod adhuc clarius edocet Hymnus mox afferendus. alterum eſt in Græcorum Anthologio breue hoc elogium de ijs eſſe conſcriptum.

Verè optimum Calliſta finem repperit,
Diſſerta cum duobus vna fratribus. Hi Sancti 3 Martyres germani fratres, vt pote ab eadem alue geniti ſacro fonte ſpiritualiter regenerati ſunt Edicti temporibus; poſtea verò quam tamquam chriſtiani ad Præſidem adducti, & eorum nobilitas, animique præſtantia, ac magnitudo bene cognita eſt, capitis ille ſententiam in eos pronunciauit, atque ita martyrij curſu confecto ad Dominum migrarunt.]

extat etiam in hos ſanctos hymnus, 3 quem ſubnectere viſum eſt.

Vide Animaduerſ fol. 104.

PRE-

Digitized by Google

Ann. Ch. Ant. à 314

PRECATIO AD SS. MM. CALLISTEN EVODIVM, ET HERMOGENEM

Ex Græco Carmine.

PRÆCLARE, sane Christo decertauistis, amore coaliti, quasi vnus in tribus esset corporibus animus, genere fratres, fide Martyres Sanctissimi. Tu vero, qui vnus es, in sanctis vnus glorioſus, eorum precationibus nos tueare.

Operæ pretium existimo à sacris victoribus impulsum hymnos in medium affatre. quare oro te, ò sapientiæ largitor, vt Sancti Spiritus tui splendor mentem, linguamq; meam emundes, vt ea concinam, quæ iuſſ; fasque iubet. hoc abs te etiam atque etiam peto; ex te enim charismatum fontes emanant O Verbum patris, qui fontem luminis in tenebricoſos effundis, sapientiamque impertiris indoctis, imperitisque, quæ tua bonitas est, solus in Sanctis requieſcens.

Tota pulchra es, ò Martyr 4 Callista, quapropter concupiuit Rex speciem tuam. tu quippe perinde ac propria, yeraque mater germanis fratribus pietatis nutricem te præstitisti, & vrgens eos ad certamen Hermogenem, Euodumque, 5 tamquam dona 6 gratissima, Domino obtulisti, quibuscum vna immortalia præmia sortiris, quæ nobis se daturum recepit is, qui solus requieſcit in sanctis suis.

Vide Animaduerſ. fol. 104.

VITA SS. CALOGERI GREGORII AC DEMETRII

AVCTORE OCTAVIO CAIETANO Societatis Iesu.

GREGIVS Christi ascetа Calogerus, & ascetarum in Sicilia pater, Chalcedone natus est, vrbe Asiæ, in aduerso Byzantij litore: in Siciliam venit commoto 2 oriente atrocissimis Imperatorum edictis aduersum Christi fidem. tum vero, cum maxime in ora Chalcedonēsi persecutio desæuiret, cœtus quidam virorum pietatem excolentium in Siciliam profugere. horum dux, cœptique consilij auctor S. Gregorius fuit, generosus Christi athleta, eiusque administer diuinus Calogerus, ac magnus Demetrius ecclesiæ Chalcedonensis Diaconus, alijque sanctimonia insignes viri: hi vna omnes gentilem superstitionem detestantes, carissima patria, fortunisque omnibus amore Christi derelictis, in alienas terras sua sponte commigrarunt. haud illi quidem cruciatuum metu, sed Dei potius instinctu, vt Sanctissimæ Trinitatis numen semotis regionibus promulgarent; quin ante discessum è patria fortitudinis periculum fecerant aduersus idolorum cultum fortiter decertantes. opere maximo dolemus, ceterorum intercidisse nomina, qui sanctitatis elogio clari cum Calogero, Gregorio, & Demetrio ad nos venere. Hi ergo, quibus me-

Digitized by Google

Lilyb. Ch. fidem præ dicant.

merito cœlum, & mare fuerunt, summa vsi tranquillitate, Lilybœum in Siciliam appulere.

Hic vero cum fidenter vnius, triniquè Dei cultum docere populos aggressi essent, statim declinare è loco, & quærere latebras necesse ijs fuit haud ambigimus propter easdem temporum difficultates, id factū, quòd eadem Tyrannorum persecutio in Sicilia valescebat. In eo secessu aliquandiu exercuere se, pietatis palaestram excolentes. sed Gregorius populorum studiosissimus, vt videtur eorum salutis desiderio in vrbes retractus,

3 martyrio 3 coronatus, pro Christo calicem bibere meruit. Cum eo Demetrium crediderim eadem pro fide toleraſſe sed Calogerus fuga lapsus ad plurimorum salutem diuinitus seruatus est. nam compositis ecclesiæ rebus, christianorum se ducem, & antesignanum præbens, simulacrorum impietatē, hostisque tartarei vires prædicatione sua profligauit, ac diuina quadam felicitate plurimos Christo, sibique conciliauit, qua monitionibus, qua fidei lumine illustrans, eruditosque ad laudandum Deum. Quod ab eo confectum est non doctrinæ modo, & eloquentiæ vi, sed 4 miraculorum, quorum gratiam à Deo acceperat. etenim morbos omnes animorum, atque corporum iuxta procurabat, vt perinde medicus cœlo delapsus ab omnibus haberetur. in Dæmones eam adeptus est vim, vt vndique procul abigeret.

Calogerus igitur cum diu publicis populorum commodis inseruisset, priuatis studijs, sibique vacare desiderans, vrbes hominumque conuentus fugit. erat in Sicilia Cranius 5 mons perhorridus, & accolis tunc formidatus ob immanes Dæmonum terrores, quibus mortales à monte arcebantur. in huius montis spelūcam, in edito sitam, Calogerus se abstrusit, magno Siciliæ bono. nam simul in antrum magnanimus eremi cultor, penetrauit, immundorum spirituum acies virtute Crucis, ac precibus inde exegit, suisque è sedibus in profunda inferorum deturbauit. exinde aduersus Dæmonum terriculamenta Calogerus rupes fuit inconcussa. non ille pertimuit eorum insidias, nec vanos strepitus, nec verbera; quin timeri ab illis sanctitate sua meruit adeo, vt tartareæ cohortes, quarum habitationem vir Sanctissimus dissiparat. ad Calogeri nomen contremiscerent. In eo igitur antro, quod neque adire, neque antea videre sine formidine quisquam poterat, domicilium fixit suum, quin Sanctum reddidit, & in augustum templum commutauit. illic ingenti vi lacrymarum incultam illam, sterilemque solitudinem excoluit, & suspirijs ex imo petitis vberrimos laborum suorum fructus tulit. nam eum in montem exercendæ causſa pietatis ad Calogerum vndique concurrebant, & in eius se disciplinā tradebant. itaque cubilia, in quibus antea inferni dracones habitabant, horti Christi Domini extitere. breui enim domicilium illud ascetis refertum est, qui dies, noctesque in Dei laudibus, sanctisque operibus exercebantur.

3 Calog. pace reddita Ch. fidem propagat.

Ant. in ecclesiā Dei vertit.

Eos Calogerus, optimus vitæ magister virtutum omnium exemplis anteibat. ad cæ leſtem philosophiam comparandam præcipua illi præsidia fuere ieiunium, & contemplatio. tantoque odio se persequebatur, vt Elias aduersus impiam feminam Iezabelem existimaretur, & vero pet singularem temperantiam, continensque precationis studium, ita perdormuit turbulentos animi, prauosq; carnis motus, vt Dei virtute nihil ab ijs afficeretur, atque omnium animi, carnisque molestiarum expers, cælesti quadam puritate donatus videretur. in id studii diligenter intendens, animum ita perpurgauit, vt consuetudine Dei, quemadmodum olim Moisen accepimus, familiariter vteretur. comparasse sibi visus est mansuetudinem Dauidis, Iobique in aduersis patientiam, ac fortitudinem. adsiduis autem se laboribus exercēs, & pietatem colens in Dei laudibus, hymnisque angelicam vitam in terris traducebat. Ex hoc vitæ fastigio, miraculorum fulgore solis instar enitescebat. omnibus ad illum cōfluentibus præsentem opem afferre; prauas animi perturbationes medicari, ægris morborum curationes benigne elargiri, Dæmones fugare ex obsessis corporibus, aliaque in dies admiranda facinora patrare, à quibus Thaumaturgus dictus est.

Calog. miris virtutibus facem præfert.

Iam vero Sanctissimus senex annis, ærūnisque fractus, cursuque laudabiliter consumato, ad concupitæ felicitatis terminum peruenit: Deum, cuius amore æstuabat, videre concupiscens, & coronam adipisci diuturna patientia comparatam, quod & meritus, & consecutus est, Pater in omnem æternitatem memorandus, cumulatisque meritis vndique felicissimus. inter adstantium discipulorum manus, quorum lacrymas consolabatur, continenter in morte cantitans, benedicite filii, & laudate Deum, beatissimum spiritum Christo reddidit, à quo fortissimus athleta capite suo diadema decoris accepturus æternum floret. spelunca vero, quam domicilium habuit in monte Cranio, templum Diuo Calogero dicatum est, vbi vna cum Gregorio, ac Demetrio ritu Martyrum anniuersatio cultis, invocatisque, fluenta curationum abunde præbebat. sanè omnium simul memoria penes maiores nostros vsque peruigilat: enimvero cum Sicilia à Sarracenis diuexaretur, templum S. Calogeri adhuc manebat, adiunctumque Monasterium cœtu monachorum refertum, vbi SS. Calogeri, Gregorij, ac Demetrij festus dies sollenni pompa peragebatur. ad sepulchra curati ægroti, pulsi Dæmones, beneficiaque omnibus præstabantur, qui templum cum fiducia adirent, & venerandam memoriam percolerent.

Honorib. MM. cult. cum Gregorio, ac Demetrio.

Sed quæ hactenus scripsi ex duobus hymnis a Sergio monacho olim in S. Calogeri laudationem decantatis anno circiter, vt arbitror, septuagesimo supra octingesimum, & nuper à me repertis, desumpta sunt. cum autem alia incerto auctore Acta de S. Calogero non parum diuersa circumferatur, diuque recepta apud Siculos fuerint, eorum

Alia S. Calog. & Soc. Acta

sum-

ſummam hic adnectere me debere ſentio, ne omninò reiecisse videar, quæ a probatiſſimis viris probata hactenus fuerunt, neque certæ falſitatis argui omninò poſſunt, ſi ſaltem ſentias duos fuiſſe Calogeros, qui Siciliã ſuis præclaris facinoribus illuſtrarint.

Calogerus ergo in ijs Actis Conſtantinopolitanus dicitur ſacris literis imbutus, multarum virtutum, & abſtinentiæ in primis ſpecimen dediſſe, 6 & imperante Nerone Ro
6 mam ad B. Petrum veniſſe; ab eo monachi 7 habitum indutus in ſolitudinem, cui nomen Homiloromo, ſeceſſit: vbi totus in ieiunio corporis afflictationibus, precibuſque Deo fundendis aſſidue verſabatur herbarum radicibus tantum & aqua vitam ſuſtentans. illic ab Angelo monitus eſt, vt ad Petrum Apoſtolum regrederetur: ſocios illi itineris
8 dedit Petrus Philippum, 8 Eunophrium, & Archileonem, & volente Deo in Siciliam omnes deſtinauit ad expellendos inde Dæmonum phalanges. Digreſſi Roma Inſulam Liparam tenuere; hinc in Siciliam Calogero relicto, Philippus ciuitatem Agyram, Eunophrius, & Archileõ Suteræ ſolitudinem ac Paternionem petiuere. Calogerus verò
9 grauis annis cum apud Liparitanos 9 ſubſtitiſſet, Dæmonibus ex Inſula fugatis eos ad chriſtianam fidem traduxit. ſed rurſum à Deo admonitus, ne profectionem in Siciliam diutius protraheret, ac in montem Gẽ-
10 mariarum 10 tenderet, vt Dæmones, qui illuc ſe ſe receperant, tamquam a ſuis latibulis extruderet eijceretq;: eodem quo monitus eſt die in opidum Saccam monti proximum peruenit; ciues vero omnes intra hebdomadam ad Chriſtum vi miraculorum conuertit, ac baptiſmate ſalutari abluit. tum conſcendit in montem, atque ex eius cauernis ſigno Crucis Dæmones exterritos, & pa-
11 uentes abegit. quinque 11 & triginta annos in eius montis ſpelunca, in qua altare condiderat, vt Deo incruentum ſacrificium noſtræ legis offerret, ſanctiſſime degit, ipſique iam graui ſenectute confecto, Dei beneficio, accedens cerua victum ſuppeditabat. ſed forte accidit, vt Arcarius, quem primum omnium Saccenſium Calogerus baptizarat, in venatu ceruam ſagitta confoderet; illa verò ſaucia ad ſui Calogeri pedes accurrit ſtatim, ibique ex vulnere mortua eſt. defleuit bonus ſenex vitæ ſuæ adminiſtram, inſequentem venatorem, cum ſpeluncæ ſe ſe intulit, acriter increpans. illum facinoris pœnituit, & culpam deprecabatur, quare non veniam modo Calogerus piiſſimus dedit, ſed in ca-
12 uernas montis eum deducens ſedium 12 ſaxearum, quę inibi erant, vim edocuit, & quæ cuique ægritudini depellendæ Dei beneficio apta eſſet. in aliam deinde cauernam in qua altus eſt puteus, pertracto aquarum vim indicauit, iuſſitque, vt balnea ibi conſtrueret. uixit Calogerus poſt cernæ necem dies quadraginta. Arcarius autem, cum ſanctiſſimũ ſenem conueniret, mortuum in ſpelunca reperit flexo ante altare genu, eumque ibi mæ-
13 ſtus honorifice ſepeliuit. 13 hęc eſt illorum Actorum ſumma.

Iam quod de patria Calogeri dicitur haud multum diſcrepat ab ijs, quæ è Sergio retulimus; nam Chalcedon Vrbs eſt ad Boſporũ Thracium vix mille paſſibus à Byzantio diſtans; & facile etiam fuit Conſtantinopolitanum dici, quem inde ad nos ueniſſe fama prædicabat. Difficilius verò illud eſt, quod ad S. Calogeri ætatem ſpectat; Acta enim & eorum fidem ſecutus Fazellus rerum Siculam ſcriptor diligentiſſimus, [a] imo etiam fama apud pleroſque nunc vigens, eum ad S. Petri Apoſtolorum Principis tempora referunt; Sergij tamen antiqui ſcriptoris ſilentium in hac re, vnde non exiguam Calogero laudem, quod maximè volebat, potuiſſet cõparare, ſuadere omninò videtur, ut in poſteriora illum tempora retrahamus, & in ea fere, quibus Diocletiani, & Maximiani perſecutio moriente deſeruens fugam Calogero, & ſocijs ſuadere potuit. ſed illa in his actis probare nequeo. Calogerum ab Apoſtolo Petro in Siciliam ire iuſſum in Liparitana Inſula, veluti immemorem ſubſtitiſſe, quouſque iterato vrgeretur imperio; quo item die profectus eſſet è Lipari, eodem Saccam appuliſſe, ducentis nimirum, & 40. paſſuum millibus, eoque amplius, diſtantem; ceruæ etiam Calogerum alentis miraculum conſictum videtur, cum neque ceruas Sicilia habeat, neque ſi Saccam, vt narrant, ad fidem ille traduxiſſet, piæ fidelium eleemoſynæ Magiſtro defuiſſent, vt ad miracula confugiendum eſſet; nec demum, vt alia præteream, adducor, vt credam balnea Calogeri iuſſu fuiſſe conſtructa; etenim video Saccam ab ijs balneis Thermas olim fuiſſe nuncupatam à [b] Pomponio, & Plinio [c] qui ſub Claudio, & Veſpaſiano floruerunt, & in Diodoro [d] legam inter præclara opera, quæ Dædalus Minois iram fugiens in Sicilia Cocali Regis ope effecit. *[Speleum in agro Selinuntiorũ adornaſſe, in quo vaporem à ſubterraneo iſthic igne exaſtuante dextre excepit, vt tenero ſenſim calore ſudor eliceretur, & cum voluptate quadam inibi verſantium corpora paullatim ſine vllaferuoris moleſtia curarentur:]* exiſtimauerim tamen non parũ his balneis profuiſſe Calogerum, tùm dæmonum ex iis antris expulſione, tùm ob religionem, pietatemque fidelium facta non nunquam miraculorum acceſſione.

Cum ergo his, alijſque indicijs ſuſpecta reddantur ea Calogeri acta, prudentiſſime Sacra Rituum Congregatio, pleraque ex iis recidiſſe videtur; cum enim anno 1598. Simon Aragonius Siculus, & S. R. E. Cardinalis à Clemente VIII. Pontifice Maximo exoraſſet, vt in Siciliæ Regno, miſſa, & officium S. Calogeri recitari ſolemni ritu poſſent, eãque ob cauſſam eiuſdem vita in trẽs lectiones de more referenda eſſet, ex iiſdem actis ab Andrea Argumento Saccenſi tunc ſolum oblatis, (latebant enim Sergij hymni, quos nunc primum edo) ea deſumpſit, quæ maioris probabilitatis ſpeciem præ ſe ferrent, reliqua vero ſilentio inuoluit; addidit vero in ſecunda lectione ea verba, *[Hic Sanctus vir ille protinus exiſtimatur, de quo mira Sanctus*

a *lib. 6. 1. dec. c. 3.*

b *lib. 2. de ſitu orbis cap. 7.*
c *lib. 3. c. 8*
d *lib 4.*

Digitized by Google

tus Gregorius scriptis mandauit, &c. Iatq; historiam illam ex . dialogorum libro refert de solitario Liparâ habitante, qui Theodorici Regis animam à Ioanne Papa, & Symmacho Patricio, quos peremerat, ad inferos præcipitem agi viderat: sed hoc iudicium, quod sacra Congregatio retulit quidem, & incertum relinquens sua noluit auctoritate sancire, protulerat paullò ante, sed ferè subdubitans Maurolycus Abbas Messanensis vir apprimè doctus, tùm in suo Martyrologio, tùm in rerum Sicanicarum cõpendio. hæc tñ opinatio non aptè congruit cum ijs, quæ Sergius de Calogero scripsit, senex enim ille Liparitanus sexto Christi sæculo vixit; at Calogeri ætatẽ, quamquam certo non exprimat Sergius, subindicat tamen referendam in ea tempora, cum et huiciſmus, & idololatria tũ in oriente, vnde per eam occasionem discessit, tùm in Sicilia vigeret; quam ob rem si Sergii dictis standum sit, Diocletiani imperio posteriorem Calogerum non faciam & tradit Baptista Alouisianus Eremitã, qui Theodorici Regis animam in Vulcani ignem deiectam vidit, fuisse Sanctum Launonem ex familia Eremitarum S. Augustini; cuius rei fides apud ipsum sit.

Multis admirandisque laudibus Sergius Monachus in suis hymnis hos præclaros viros celebrat, atque, vt quæ sparsim ab eo dicuntur, in vnum colligamus. Calogerum seorsim ab aliis appellat, *Verum Christi Asceta, magnanimum Eremi cultorem, Dei virum ac Sanctum, verum Dei amicum, pientissimum Patrem, Sanctissimum, sapientem, magnum, diuinissimum, admirandum, patrem beatissimum, in omnem æternitatem memorandum, vndequaque felicissimum.* præterea eumdem Calogerum simul ac Gregoriũ & Demetrium vocat *Ascetas sapientes, patronos Sanctissimos, diuinæ ecclesiæ luminaria, Sanctorum ornamenta, inuictissimos Martyres.* alibi Gregorium vocat *Archiepiscopum sanctitate conspicuum, futurorum præscium, populorum studiosissimum.* Demetrium verò, *admirabilem, & magnum ecclesiæ Diaconum* compellat; ex quibus cognoscet lector non modo Sergii pietatem, sed quanto in honore Calogerum, Gregoriũ, ac Demetrium nostri maiores habuerint, quantaque religione coluerint; nec pium eorum affectum in sanctissimis viris celebrandis imitari pigeat.

Iam corpora Sanctorum Calogeri, Gregorij, ac Demetrij asseruantur in Monasterio S. Philippi Fragalensis Ordinis S. Basilij iuxta opidum S. Marci; eorum dies festus agitur ad 14. kal. Iulias, & ex decreto Clementis VIII. in Sicilia ritu duplici S. Calogeri eodem die celebratur officium ad Dei Maximi gloriam, qui regnat in sæcula.

MEMORIA

Ann. Ch. 313

SS. CALOGERI GREGORII, ET DEMETRII IN CRANIO SICILIAE

Carmen Sergij.

PIENTISSIME Calogere, singulari temperantia, continentique precationis studio turbulentos animi motus ita domuisti, vt Dei virtute nihil ab iis afficereris. Sancti Spiritus receptaculum visus, à quo adeptus es, vt tartareos spiritus vndique fugares & in vita, & post mortem cælestium numero adscriptus.

Sanctissime Pater Calogere, Patriarchæ Abraham verus imitator, procurabas quotquot vndique ad te confugerent. ad hęc Iobi in aduersis fortitudinem tibi comparasti, ac Dauidis mansuetudinem æmulatus es, Angelicam vitam in terris traducens, ad concupitæ felicitatis terminũ peruenisti, nos Deo commendaturus.

Sancte Pater Calogere, tu eius, quæ vera vita est, desiderio inflammatus, in speluncã te abstruxisti, minime quidem hostis insidias eiusque verbera, ac vanos strepitus pertimescens. quippe sacrosanctæ orationis vi armatus facile cõculcasti, magnanimus eremi cultor. ex quo fit, vt & veneremur te, beatumq; prædicemus.

Illustra animum, mentemque meam Salvator optime, ad Calogerum pietatis cultorem laudibus cohonestandum, tu inquam, Christe, qui lux es, nesciens occasum, vt eius meritis errata omnia mihi digneris condonare.

O rem admiratione dignam, quomodo rerum omnium molitorem tuo vtero gestasti? quomodo infantem tuis vlnis fouisti orbis vniuersi effectorem? sanè quidem tuus ineffabilis partus mentem omnem, cogita-

tio-

Digitized by Google

tionemque timore percellis, ò puriſſima, ò integerrima Dei genitrix. proin eam deprecare, vt ſe noſtri miſereat.

Calogerum, fideles, concordi animo laudibus cohoneſtamus, vnàque ſimul Demetrium, ac Gregorium, numen aſſidue nobis propitium conciliantes.

O ſapiens, diuineque Calogere, corporũ, animorumque medicus, quotquot ad tuum templum cum fiducia confugiunt, noſtras etiam prauas animi perturbationes iam nunc medicare, acceptis laudibus, quibus tui te ſerui exornant.

Tu relicta Chalcedone patria exoſus deteſtandam impiæ gentis religionem, in Siciliam applicuiſti, eò loci cum Gregorio, cui de cœlo datum futura longe prouidere, orthodoxum vnius, trinique Dei cultum docuiſti.

Quæ Dei verbum ſupra omnem intelligendi rationem peperiſti, qui ratione ſibi viſum eſt, qui ex eodem Deo genitus eſt; O neſciens thalamum Domina, ne deſinas orare, vt vniuerſus terrarum Orbis, ab omnibus malis liberetur.

Torrente lacrymarum tuarum incultæ ſolitudinis ſterilitatem excoluiſti, & ſuſpiriis ex imo petitis tuorum laborum fructus vberrimos retuliſti. atque hinc miraculorum ſplendore inſtar ſolis terrarum orbem illuſtraſti, Calogere Pater. Neque interim tamen Chriſtum Deum orare prætermittas, vt ſalutem animæ noſtræ adipiſcamur.

Honoratus es, vt verus Dei amicus, nimiſque tuus confortatus eſt principatus qua precibus, qua ieiunijs hoſticas fraudes eluſiſti, ò Calogere, miraculorum patrator, proinde Deum nobis reconcilia.

Quænam vnquam mater dicta eſt Virgo? quænam Virgo dicta eſt mater? enim vero *Dei* genitrix, omnia mira ſunt, quæ de te dicuntur, ideo magna cum fide te magnã prædicamus.

Excute, anima, inertiæ ſoporem, & accende præclaram pœnitentię facem, magnaque cum lætitia egredere ex vitæ huius caligine ad occurſum immortalis ſponſi, dic verò: ſuſcipe me, ò Verbum patris, neque me repellas, ſi tuæ vnquam genitricis preces tibi acceptæ fuerunt.

Ad antrum feſtinemus, fratres, vt admiranda facinora videamus, quò ſimul penetrauit Sanctus vir, Dæmonum acies exegit, omnibuſque eò confluentibus morborum curationes benigna manu elargitus eſt.

In omnem terram exiuit ſonus tuus, Calogere admirande; fluxa enim caducaque dereliquiſti, ac ſublata ſuper humeros cruce ſerpentem teterrimum, malorum omnium originem, ſubegiſti. quare te hymnis honoramus.

Fluenta curationum nobis abunde præbe, vos ò vndequaque laudabilis Gregori, diuiniſſime Calogere, admirabiliſque Demetri, Martyres inuictiſſimi, noſtrique apud Deum patroni Sanctiſſimi.

Portus, Deipara, famulorumque tuorum tutela, Virgo ſimul, & mater puriſſima, ad te ego etiam ſupplex accurro; opitulare mihi, Domina, meque libera anguſtijs.

Conſcenſo iam contemplatiuæ, actuoſæque vitæ faſtigio, pater beatiſſime, miraculorum fulgoribus inſtar ſolis in Sicilia perſpicue eniteſcis. quo circa hodie præclariſſimam tuam commemorationem celebrantes, magna cum fide te laudamus, diuine Calogere.

Chalcedone ab impij erroris ſectatoribus perſecutione excitata iam hierarcha 3 Gregorius, conuocatis iis, qui ſanctæ Trinitatis cultui ſe mancipaſſent, inſcenſa naui in Inſulam profecti ſunt.

Cum eſſet hieraccha Gregorius ſanctitate conſpicuus, Demetrium magnum Eccleſiæ Diaconum, pleroſque alios Sanctimonia inſignes viros ſecum accipiens, in quibus noſter Calogerus, ſecundo curſu nauigarunt.

Nequaquam vero pœnas, cruciatuſque (abſit hoc vt dicamus) fugientes; verum, vt Sanctiſſimæ Trinitatis vim, virtutemque omnibus promulgarent, cum igitur Lilyboeum tenuiſſent, fuga abſcondere ſe neceſſe ijs fuit, propter prædicationem.

Intacta Virgo, præſidium, gloriaque eorum, qui te laudibus efferunt, ſerua quæſo, qui fide pleni tuam opem implorant, & à cunctis neceſſitatibus libera, quæ Deum in carne, quæ eius fuit voluntas, edidiſti.

Rupes erat inconcuſſa magnus aſceta Calogerus, immundos ſpiritus è ſuis ſedibus oratione, & crucis virtute in profunda inferorum deturbauit.

Noſtris etiam temporibus ſole ipſo illuſtrior omnibus fidelibus Sanctus vir eluceſcit; eius in templo ſanitatum ſcaturigo omnibus qui cum fiducia illo confugiunt, eiuſq; diem feſtum colunt.

Recordare, ò beatiſſime Pater Calogere, fidelium omnium, tuiſque precationibus, qui venerandam tui memoriam celebrant, adiuua, & à damnis, ira, minis, obſidione hoſtium libera.

Reſpice noſtras tuorum famulorum miſerias, anguſtiaſque, ò vna inter omnes optima *Dei*para Virgo, & feſtina filium tuum exorare, vt à iugo Iſmaeliticæ nos ſeruitutis vindicet in libertatem.

Edomitis per temperantiam prauis carnis tuæ motibus, magnanime Pater, tamquam aduerſus Iezabelem diuini vatis Eliæ zelo præditus, errore animum fortiter liberaſti.

Vates Dauid, Chriſti Domini pater, olim cecinit: ecce elongaui fugiens: quem recte ipſe quoque imitatus, ad Inſulam appuliſti.

Annue noſtris precationibus, qui glorioſam tuam agimus commemorationem, reſpice quæſo miſerias, calamitateſque noſtras diuine pater, & preces apud eum effun-

Digitized by Google

de, qui vnus misericors est, vt ab hostium nos malis tueatur indemnes.

O Laudatissima Domina Virgo, quæ Deum, vt sibi visum est, progenuisti, precibus ab eodem contende, vt nobis, qui te hymnis cohonestamus, peccatorum remissionem impertiat.

Calogeri hodierna luce diuinam memoriam cantibus celebrantes, Christum etiam laudemus, qui miraculorum gratia sanctum virum donauit ad morbos omnes rite curandos.

Fluenta nobis sanitatum quotidie præbetis, Sacerdos Gregori, & Demetri, celebratissimi, fortissimique Christi Martyres, & vobiscum vnà Christi amantissimus Calogerus, qui morbo laborantibus præsentem opem affert, simul etiam vobiscum vnà pro suo ouili Deo supplicat.

Qua ratione te miser ego, contemptusq; laudauerim, te inquam beatissime Calogere? Verum ne dedignere laudes, quas tuus tibi famulus continenter decanto.

Humeris gestans Christi crucem pro virga, impiorum errorem confudisti. cuius etiam virtute fugas Dæmonum cateruas, Pater in omnem æternitatem memorande.

Nos qui Sanctam, hilaremque tuam festiuitatem fideliter colimus, Christumque rite commendamus, vna omnes voce clamamus: Benedictus es, Domine, qui tanta gloria sanctos auctas tuos.

Qui solus ex Virgine, vt probe nosti, prognatus es, Seruator, ratione ineffabili, eiusdem precibus acceptissimis, qui ad te magna cum fiducia accurrunt, incolumes serua.

Sanè quam probe imitatus es Patriarchã Abraham, Sancte Pater, cum carissimam patriam dereliquisti, & in Sicilienſi antro tuum domicilium figens, Deum Optimum laudas, & benedicis.

Omnes conciliasti in amicitiam tuam Beatissime Dei vir, monitionibus, & fidei lumine illustrans, erudiensque ad psallendum. Omnia opera benedicite, & laudate Dominum.

In patientia tua, Calogere, mercedem tibi comparasti. in manus enim Dei tradidisti spiritum, continenter illud cantitans: benedicite, & laudate *Deum*.

Vaticinia Prophetarum Dei simul, & hominis Mater, adimpleta sunt. tu enim vero Mons es, Thronusque, ac porta semper clausa, in quam ingressus, egressusque est solus Deus noster.

Tu virtute Omnipotentis Dei hostis tartarei vires afflixisti. sapientissime Pater accipiens capite tuo diadema decoris. ex quo in pace requiescis,

Respice, Domine, de cœlo, & vide humilitatem nostram seruorum tuorum; hostium deprime supercilium, ac largire nobis pacem precibus Sancti tui.

Impetra quæso inuictam fortitudinem tuo laudatori ad elidendas prauas animi libidines; tum omnibus qui fiducia pleni celebrant templum tuum, tum vero Regibus orthodoxis.

O suauitas, ac dulcedo ijs omnibus semper expetenda, qui te adorant Trinitas incomprehensa, Pater, Verbum, & Spiritus Sancte, quæ coleris in vnitate Deitatis, nos omnes seruare digneris.

O illustrem hunc solem, ò diem festum, commemorationemque Sanctissimi viri præclaram, ad fidelium mentes illustrandas. Agite, Christiani cœtus, festis cantibus, hilarique animo hunc diem celebremus, omnesque vnà voces ad eum mittamus, qui assiduis precationibus nobis Saluatorem reconciliat.

Calogerum, Demetrium, ac Gregorium concordi voce fideles in cœlum tollamus, vt pote qui nobis Deum deprecentur.

Nemo quisquam alius 3 ex Sanctis Patribus æque Deo gratus acceptus fuit, ac tu; assiduis te laboribus exercens.

Precibus B. Calogeri Deus, pastorem, gregemque suum serua incolumem.

Tuum, ò Sacrosancta Virgo, mysterium ne cælestis quidem mens, ne dicam mortalis ac terrena comprehendere vnquam possit. vt enim ineffabile est, ita incomprehensum. tuo enim vtero concludi voluit, qui nullis potest finibus capi.

Certamina sapientum monachorum, ac Christi militum labores, vt par est, exornantes Gregorii, inquam, Calogeri, ac Demetrij, voces ad vsque cœlum tollamus; velit nos Deus ex omnibus malis eorum precationibus seruare.

Insignem planè à Deo pacem adepti estis Patres generosissimi, malorum, calamitatúq; fluctus emensi iam, Viri sanctissimi, milites fortissimi, eorumque qui vos laudant, apud Deum deprecatores.

Legitime decertastis sapientes quidem, at vero à Deo redditi longe sapientiores, ac veluti bonorum omnium conceptacula mundo apparuistis, diuina ecclesiæ luminaria, Martyres, ac Sanctorum ornamenta.

O sola mundi Regina, sola Dei genitrix, sola hominum salus, Beatorum Martyrum meritis vndique nos defende.

Hodie Monachorum cœtus libenti animo coacti sunt, hodie sacro pastori laudes, hymnosq; persoluunt. lætatur Sanctorum popul', tremunt tartareæ phalanges, dissipata iam eorum habitatione. nos etiam ad cœlũ vsque eleuati sumus, ac proinde collaudantes clamamus; Gloria in excelsis Deo.

Tamquam verus Christi asceta, Beatissime Pater, coronatus es; oculum enim animæ ita perpurgasti, vt Deum cuius amore æstuabas, merueris videre, quemadmodum vidisse olim accepimus, ab illo quidem miraculorũ gratiam accepisti, quibus in tui cognitionẽ venimus tui laudatores.

Agite iam fideles vniuersi, qui eiusdem festum celebraturi conuenistis, intueamur magni Calogeri miracula: antrum enim reddidit Sanctum, Dæmonibus procul indè exterminatis, & in Sacrosanctum Christi templum commutauit, vbi

Digitized by Google

vbi malis omnibus ii liberantur, quicunque eius celebrant festiuitatem.

Plane dignus fuisti, Pater Calogere, charismatum Spiritus Sancti. impendis autem fidelibus, qui tuam memoriam colunt, pacem, ac misericordiam, nosque ab omni periculo saluos, indemnesque seruatos ad lumen occasus ignarum perduc pretiosissimis tuis meritis, pater vndequaque felicissime.

DE S. CALOGERO

Carmen Sergij Chronistæ.

SAcrosanctæ Crucis virtute serpentem interemisti, idolorumque errorem extirpasti. Calogere Sanctissime, ac in Siciliam profectus miraculis coruscasti. ora pro nobis, qui pie, studioseque te celebramus.

Iis, qui cum fide ad tuam speluncam accurrunt, multarum curationum gratia fruentes & sudoris miraculum liquido cognoscentes Deo gratias agunt immortales, Sancte Calogere. Interim me indignum tuis gratis, acceptisque precationibus redde condignum; qui te merito laudem; te enim præstas patronum, adiutorem, beneficiorumque promum ijs qui flagranti animo te colere censuerunt.

Ab oriente in Siciliam appulisti Diuine Pater, vt à multis maioribus accepimus vna cum Gregorio tuo Archierarcha Sancte Calogere, detestans nimiam idolorum superstitionem. sed ille meruit pro Christo calicem bibere. tu vero in antro habuisti intercede pro filijs, qui tui memoriam colunt.

Profecto fluenta sanitatum in nos quotidie effunditis, ô Diuinissimi Patres Gregori Hierarcha, ac Demetri, celeberrimi, inuictissimique Martyres Christi. populorum studiosissimus, cuius administer erat Calogerus, ægrotantibus præsentem opem affert.

INVENTIO
SANCTAE TROPHIMÆ
VIRG. ET MARTYRIS.

Ex M.SS. Codicibus Eccl. Panormitanæ.

Ann. Ch. 314
5. Nou.

COmpellitis 1 nos, carissimi fratres, Sanctissimæ 2 Trophimes miracula, quæ per eam Dominus edidit, ornatius perstringere, qui vix possumus in communibus etiá argumentis mutire. Quare vestram opem imploro, eam desidero. Deum vos, ac Dominum Iesum Christum pro nobis deprecamini, ianuam vt nostri cordis aperiat, ad miracula Sanctæ Virginis exprimenda, qui vilis asselli linguam soluit in humanas voces. Et verò sic statuo, vestra me deprecatione impetraturum, quod pro mea 3 imperitia plane diffido. Aeolicis 3 igitur è finibus, vt inscripta ipsius tumulo 4 carmina demonstrant, aduecta Trophima, 5 litus Reginnarum, Angelo 6 duce, tenuit. quæ cum, 7 ignaris omnibus, & incuriosis, ad prædicti litoris oram in suo tumulo delitesceret, tandem aliquando cum ad fluuium mulier quædam, diuino sanè consilio, lauatũ veniisset, cœpit super Sanctissimæ Trophimæ tumulum fortiter tundere interim linum: cum 8 vero, tametsi sonitum è cauo saxo resultantem audiret, ab opere non desisteret, eius extemplo manus exaruere. indoluit illa vehementer, eumque à loci accolis rogaretur, ecquid tantopere doleret? nisi vestros mihi Presbyteros, inquit, huc aduocaueritis, nullum omninò à me responsum feretis. cumque illis quærentibus, ait. vereor ne qui mihi arefecit manus, & linguam exscindat, euellatque.

quo prodigio eius sepulcrum 8 in lito. deprehensũ.

Plerique illis temporibus eo loci commorabantur Presbyteri 9 Parthenopenses, & Amalphitani; multæ enim ibi (quod ex iis, quæ nunc pene dirutæ visuntur, coniectare liceat) sacræ ædes positæ à Christi Sacerdotibus celebrantur. Conuocatis ergo Presbyteris, referre mulier ordine cœpit quæcũ-

Digitized by Google

que acciderant. Audito Sacerdotes miraculo attoniti, properant ad litus omnes, vbi tumulus erat Beatissimæ Martyris. Cumque diu tentarent, si qua latens tumulo thesaurus pateret, simulque viri ne, an mulieris inibi reliquiæ seruarentur, certo cognoscerent; conuersi ad tumuli caput, cœlata 10 reperiunt huiusmodi carmina.

E carmin. tumulo incisis D. M. cognita

10

Qui tumuli caussas ingressus discere quæris;

11 Martyris 11 hic Trophimes intactæ Virginis artus.

12 Et Pia membra cubant; quæ 12 dum præcepta profani

Temporis, & mundi polluta altaria vitat

13 Sicanios 13 fugiens deuota puella parentes.

14 Aequoris 14 in medio naturæ sorte quieuit.

15 Membra 15 dedit Reginnicolis, animāque Tonanti.

Hinc Christi inter odoriferas depascitur aulas.

Hæc Sacerdotes carmina cum legissent, & quæ lateret in tumulo pretiosa margarita pernossent, maturo cursu ad Amalphitanū Episcopum contendunt, vt qui diu delituerat thesaurus, cunctis iam fidelibus euulgaretur. Tum verò Pontifex eccl. siam 16 gubernab at Amalphitanā Petrus, qui cum ab ijsdem Sacerdotibus de tanto miraculo cognouisset, maximo in Sanctam Martyrem amore succensus, Diacono, ac Primicerio suo ceteriſque Presbyteris aduocatis, quæ de Sācta Trophime inaudierat, enarrauit; Tum habitu Pontificio augustior, clero, frequentissimoque populo stipatus, Minoram properat, vbi Virginum decus, & ornamentum quiescebat. Excipiunt sacrum onus, turba prospectante, gratias Domino immortales agētes, diuinisque laudibus omnia complentes; dumque suppositis humeris eò deferre Sanctum corpus, conantur, vbi nunc eius basilica visitur, nihil omninò per integrum diem procedunt. Tandem hoc init consilium Episcopus, intactas adduci, pulcherrimasq; vitulas iubet: subeunt illæ onus, perniciſſimoq; cursu corpus ad destinatum locum asportāt. Hic dum fidelis populus, accensos manu cereos tenens, hymnos Deo canit: mulier, cuius exaruisse manus diximus, ad sacrum feretrum accedens, sanctumque corpus auidius attrectans, sic repente conualuit, vt nunquā id incommodi passam diceres. Interea dum Episcopi iussu canitur, accensæque in Christianorum manibus nitent faces, locum designat Petrus, vbi thesaurus reponatur: Sacerdotesque nudatis pedibus, arreptisque ligonibus, certatim fodiunt, cumato tandem aliquantulum in loco Sanctæ Virginis corpus pretiosis conditum aromatibus, cum eō, in quo inuenta fuerat, loculo condiderunt, vbi mirum est, quanta Deus, & quam multa in honorem sui, suæque Virginis Trophimæ nominis edat miracula. Nunc ergo quis ambigat, quamuis incertum sit, quo tempore, quid Trophime passa sit, quo tyranno, Sanctam in cœlo degere, Sanctos inter, beatissimosq; Spiritus; cum ipsius magnitudinis, atque eximiæ sanctitatis non obscura signa Deus per tot, ac tanta miracula demonstraret?

16

Templum constituitur, in quo conditum corpus.

Minoram delatanec sine miraculis.

TRANSLATIO, ET MIRACVLA
SANCTAE TROPHIMAE
VIRG. ET MART. SICVLAE.

17 IBET, 17 fratres carissimi, de Sanctissimæ Virginis, & Martyris Trophimæ translatione, ac miraculis breuiter, annuente Domino, nonnulla perstringere. iam enim de ipsius corporis inuentione satis est cunctis fidelibus peruulgatum. Valde enim absurdum esse videtur, si fidelium aures eius non personent laudibus, per quam plurima Deus, atque admiranda facere non desinit. Merito igitur eam nos laudare oportet, quæ sanctitatis merito potentissima, opem imploranti negat nemini. Quis enim ægrotantium, animoque male valentium, ad eius basilicam pie accedens, non illico recipit sanitatem?

Nimirum hoc Sanctis Martyribus diuinitus datur, vt qui eorum tumulos fidenti, pioque adierint animo, non solum curentur exterius, sed interius etiam ab omni peccati labe mundentur.

Igitur, vt hinc narrationem exordiamur, quo tempore, Sicardo, 18 Beneuentano Principi eximio, tota 19 pene obtemperabat Ausonia, non leuis exstitit Amalphitanos inter, & Salernitanos dissensio. Verum ex Amalphitanis maiores natu, Sicardi moderatissimi, prudentissimi, fortissimique Principis fama commoti, ei se, relicto natali solo sponte subiecerunt; qui cum plurimis ab eo donis cumularentur, ciues suos, populares q; missis clam epistolis, qua poterant arte, cohortabantur, monebantque, propria & ipsi reliquerent, & ad ea loca quantocyus festinarent.

18
19

Digitized by Google

narent. Cohortationibus hi monitisque non assentiebantur, itaque tale illis reddidisse responsum dicuntur. Vobis aurum sit, & argentum; nobis autem nisi Lucaniæ finitima prædia, iure iurando interposito, distribuantur, numquam erit vestris persuasionibus vt acquiescamus. Accipitur conditio; pactoque clam conueniunt. Interea Tyrrheni 20 maris insulas,& vniuersa Ausoniæ loca lustrabat gloriosus Princeps, Sanctorum corpora conquirens; & quotquot inuenire poterat, Beneuentum debito cum honore, cultuque asportabat. Quod cum accepissent Amalphitani natu maiores, priusquam ea regio à Longobardis vastaretur, Beatæ Christi Martyris Trophimæ corpus inde ereptum, Principi tradidere. Sed melius ex his, quę dicam res tota constabit.

D. Troph. corpus Amalphiam Minora, trãsfertur.

Minorę ciuitatis excidium cum immineret, populusque Minorensis a Longobardis maxime timeret, ne propria patrona priuaretur, aduocato Amalphitanorum Episcopo Petro Secundo, frequentique collecta populorum multitudine, conscensis nauigiis pergunt, vbi sacrum Virginis corpus delitescebat.

Diruto igitur altari, sub quo Christi Martyr posita erat, præire his verbis cœpit Episcopus: Laudate Dominum in Sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Ad hæc alternatim clerus; surgite Sancti de mansionibus vestris; proficiscimini in viam præparatam; sanctificate locum; plebem benedicite: & nos famulos vestros in fide custodite. Interea sarculis fodere populus cœpit in eo loco, vbi composita Beata Martyr iacebat. Dumque alacres, plique instant operi iam diu desideratam, quam inquirebant, Christi Martyrem illibatam, integramque inueniunt, sub tribus cameris miro opere constructis, in eodem, in quo olim fuerat, sepulchro tumulatam. Ipse autem loculus super pumices positus erat nitidissimos. tres in eo affabre factæ ampullæ. vna in qua miri odoris oleum continebatur, ad caput Virginis posita: ad dextrum altera: tertia denique ad sinistrum pedem. In quo quis non videt, Sanctissimæ Trinitatis gloriam prædicari? simulque comprobari. Psalmistæ testimonium dicentis, dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ, præ consortibus tuis? quæ sanè verba Psalmista Sancto Spiritu afflatus ita protulit, vt in quemlibet animum quadrent, qui sectetur iustitiam, iniquitatem auersetur. Tanta igitur inde odoris est late diffusa suauitas, vt non ii solum, qui aderant, sed & qui in nauigiis ad litus remanserant, persentirẽt constanterque assererent, nunquam se tanta captos odoris suauitate.

Accurrunt ergo & nautæ, nauigiis non longe ab litore relictis. Hic tum Petrum Episcopum cum Archidiacono, ceterisque Presbyteris videre erat, Sanctam Martyrem simul in tenuissima sindone gestantes. sed cũ tumultu, ac vociferatione omnia personarẽt ac pro basilicæ vestibulo tantisper necessariò sisteretur: particulas è Sacratissimo corpore pro se quisque euellere furtim contendebat. Sed ex artubus Virginis (res profecto mirabilis, cunctisque, cum id fieret, perspecta fidelibus) dum ita diuellerentur, sanguis, proinde quasi cum viua Trophima carnificis gladio percuteretur, effluebat. Concurritur vndique, reique miraculum obstupescunt. Defertur ad nauem corpus; inde Amalphiam summo cum honore transfertur; vbi in Sanctissimæ Virginis Dei genitricis Mariæ templo perhonorifice collocatur, anno Domini ↻CCCXXXVII. Sed octo iam exactis diebus, res accidit admiratione dignissima. Nocte intempesta Episcopus, per ecstasim vidit Trophimam rubro tectam pallio, magnoque stipatam Virginum comitatu tunc illa manum in Petrum intendens, interminansque; quid tu, inquit, temere ausus es, Episcope, meum tumulum violare? cunctisque detegere corpusculum meum? At etiã meos diripi, diuellique artus passus es; nempe nihil me reperitus. Te igitur proxime moriturum denuntio, eruendumque è sepulchro corpus tuum, & a canibus discerpendum, deuorandumque; contra atque ceteris Præsulibus factum est, qui propriis in tumulis immoti requieru nt.

Tum excitatus Episcopus, nocturnumque visum secum ipse recogitare, ac retractare tremebundus cœpit: mox exstrui sibi in ipso pariete sepulchrum iubet, tribus quasi supra terram cubitis, aquilonem versus, in æde Sãcti Ioannis Baptistæ. Parato sepulchro tum graui Episcopus febre corripitur, vt è viuis tertio die excesserit, cælesti prius pane refectus, salutatoque grege. Post hæc impendente iam non multo post huic regioni à barbaris vastatione, datum est, vt supra dicebamus de paucorum consilio, Beneuentano Principi S. Trophimæ corpus, Beneuentumque translatum. Depopulatur ergo barbarus Amalphiam, ac Minoram, nulla ibi cædes tamẽ nihil funditur sanguinis. Dumque hac, illacq; discurrunt secreta ædium, templorumque adyta rimantes, si quid forte thesauri in tã opulentis vrbibus inuenirent, in tumulum incidunt Episcopi, in quo reconditum esse argentum, aurumque sperantes, illum diruũt sed Episcopi cadauere conspecto, fœtido, ac pene iam absumto, retrocesere omnes, (ò admirabile, atque horrendum sane Dei iudicium) tumuloque ita relicto, abiere. Peracto excidio, euersisque ciuitatis mœnibus; dum ciues ibi adhuc nonnulli commorantur ecce tibi canes ore rabido, rapido cursu ad Episcopi cadauer aduolant, è tumulo abstrahunt, discerpunt, deuorant. quod ipsum fuerat videlicet S. Virgo vaticinata.

Iam vero populus Amalphitanus, euersa ciuitate; vastatis agris ita, vt nihil iam per annum, atque amplius, nisi fruteta, atque virgulta succreuerint, cum Salernitanis tandẽ per mutua connubia conuenerat, cum Beneuento profectus Princeps ad venationem, fixo in prædio Abellanensi tentorio, dum aucupio dat operam, à suis 21 multis concis-

Mirum, a preſſo M tyris cor recens ſan guis ema nat.

Epiſc, qui id fieri pet ſ. ẽ, virgo per quiẽ ẽ obiurgat, ſeuereque vindicat.

Corpus D. Troph. Beneuentum deportatur.

21

Digitized by Google

sus plagis, lacerimitur, vitamque cum regno finit: vir sanè splendidus, & in omnes liberalis, ac munificus præsertim in Amalphitanos fortitudine, ac viribus pollens, in conquirendis Sanctorum corporibus diligentissimus, statura ad dignitatem apta, animo ceteris in rebus excelso, sed ad venerea satis procliui, quem turpibus corruptus, voluptatibus sæpè inquinauit. vbi de Principis morte compertum est, Amalphitani milites, cũ populo Minorensi conuenientes, notũ Principem rogant, Trophimæ Virginis corpus, vt sibi reddatur. Annuit Princeps, imperatq; Beneuentũ vti legatos mittant, si forte id ab electo venerabili Vrso impetrẽt. Ad id negotij mittuntur ciues Minorenses duo Constantinus, & Sergius Sacerdotes, qui primo lenius, mox acrius cum Vrso agentes, tumquam se Principi obtemperaturos pronuntiant, missi Trophimæ Virginis corpus restituatur. Ad hæc ille ingemuit, suspiriumque alte petens, ô venerabiles, inquit, Domini Sacerdotes, item sanè postulatis perdifficilem, Trophimam à nobis repetentes, quæ inter Sanctorum recondita loculos, vbi & corpus B. Apostoli Bartholomæi situm est, vna ipsa noctu, quasi fax accensa, splendescit. quoniam vero iniquum est, propria vos patrona priuari, neque illam omninò damus, neque negamus: neque adeò tenemus. nouum illis genus orationis admirantibus respondit Electus; Sanctum Virginis corpus ita vos habere, nobis volentibus, liceat, vt & nos tanto munere nõ omninò fraudemur. tanta enim per eam Deus operatur miracula, quanta per neminẽ ex his, quorum hic apud nos habemus sanctissima corpora. Hæc vbi respoderat Electus, quod promiserat præstat; adiicitq; alia dona, legatosque dimittit.

Beneuẽto reportati in vrbem Minoram

Accepto Legati thesauro, Salernum primo adueniunt vesperi. Hic clerus, populusque lætantes B. Virginem excipiunt, quam auide expectabant. Per eam noctem Salerni constitere legati; Salernitani deinde, quoniam ad eos Sanctissima Virgo diuertisset, ædem illi construxere ad mœnia ciuitatis eodem in loco, vbi noctem illam fuisset diuersata; quem hodieque S. Trophimæ vicum appellant. Vbi autem illuxit III. Idus Iulii, legatos iam abituros clerus, populusque Salernitanus honorificentissime ad litus vsque longo ordine prosequitur. Eo tria iam nauigia a Reginnis, eademque Minora venerant. conuenerat Amalphitanus clerus, Parthenopensis quoque, & Minorensis: qui pretiosum Virginis corpus perhonorifice, lætissimeque excipientes in medio nauigio deposuerunt, exsultantes, canentesque; O quam gloriosũ est regnum, in quo cum Christo gaudent omnes Sancti: amicti stolis albis, sequũtur agnũ quocumque ierit. Pergite iam Sancti Dei, ad loca vobis placita, ac destinata Ita, altiore iam sole, breui Minoram perueniunt: vbi Amalphitanus Antistes cum suo, Minorensi, & Parthenopensi clero, aliisque quamplurimis, sacrum corpus excepere, laudantes Deũ, ac dicentes; Benedictus Dominus, Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionẽ plebis suæ. Laudate Dominum in Sanctis eius. Hosanna Benedictus, qui venit in nomine Domini. Festiuis ergo vocibus dum circumsonant omnia, fericisque tecta vestibus sternitur, & oliuarum ramis, Episcopus, cum Archidiacono, & Primicerio suo, aliisque compluribus ex clero, populoque, nobilibus Parthenopensibus, Amalphitanisque humeros sacro feretulo supponentes, procedentesque in eo tandem loco posuerunt Virginis optatissimæ corpus, vbi primam sibi ipsa sedem delegerat; cantu, verbisque huiusmodi lætitiam animi exprimentes, Deumque ac Virginem laudantes; exsultabunt Sancti in gloria; lætabuntur in cubilibus suis, Cantate Domino canticum nouum. Laus eius in Ecclesia Sanctorum. Corpora Sanctorum in pace sepulta sunt; & viuent nomina eorum in sæculum sæculi.

Cetérum de B. Trophimæ miraculis non nihil differre operæ pretium duco. Atque vt hinc exordiar, Maurus quidam Presbyter nocte quadam epilepsia correptus, ita est lacerandi vsu deditus, vt per annos tres, & menses octo nutu duntaxat, aut scriptura responset, & animi sensa expromere. Is vbi Virginis corpus aspexit, manusque & pedes osculatus est, dissoluto repente linguæ vinculo, distincta, claraque voce palam eloquutus, cum Zachæria dicebat, Benedictus Dominus Deus Israel. Nec minorem expertus est puer ille benignitatem, qui ad nonum iam annum ita ab ortu claudus peruenerat, vt reperé esset opus; cum neque surgere, ac stare, nec ambulare posset. Delatus autem à parentibus ad sacrum Virginis tumulum, eam subito sanitatem est consecutus, vt domum, suis insistẽs pedibus, regressus sit, Deum laudans, Trophimæ sanctitatis, suæque sanitatis auctorem. Atque hęc, aliaque præterea multa miracula, eodem ipso die edita, nos ipsi perspeximus. Nec minora sanè sunt, quæ sequuntur.

Ope Diuæ Mart. Troph. Presb. Maurus à Epilepsia liberatur

Post excidium Amalphiæ, ac B. Trophimę corpus inde sublatum, Presbyter quidam, sacræ ipsius ædis custos, de ablato corpore vehementer dolens, huc, illucque mœstus, lacrymansque vagabatur, eratque propterea ad suum munus obeundum piger. Is ergo cum templum aliquando summo mane ingrederetur, Sanctam Virginem conspicatur, turibulum manu tenentem, incensisq; odoribus suam ædem late complentem. Tum illa ad Presbyterum; Quid tu certis horis Domino Deo laudes in meum honorem non persoluis? Cui Presbyter. quæ tandem es tu, inquit Domina mea, cuius ex ore melle dulciora fluunt verba? Trophima Virgo sum, ait illa, quæ meam hanc ædem tueor, perpetua cultrix. Hic Presbyter, qui possum ingressus hoc templum, laudes persoluere Deo debitas, tibique, ô Virgo, cum te hinc sublata, tanto locus hic ornamento careat, & inhonoratus sit? Ad quem Virgo, ne tu me hinc putes essé sublatam: namque vbi pristinus exstat tumulus meus, ibi & sanguis est, quem Christi caussa profudi in medio mari. Quare hic me spiritu adesse statuas, tametsi corpore non sum. Atque hunc in locum inspice sæpius.

Presbytero Amalphit. Diua apparet, & ad cultum sui hortatur.

Digitized by Google

pius. vbi quondam fuimus. His dictis euanuit Virgo, lumenque, quo circumfusa se se videndam obtulerat; obstupete ad hæc Presbytero, & ad rei nouitatem attonito.

Constant. Presb. desperata salute, per quietem visa sanat.

Sed & illud Presbytero contigit admirandum: Constantino huic erat nomen: qui cũ patruum suum Petrum nomine, prope Beati Erasmi Martyris ædem, sepulturæ mandasset, peractis exequijs, B. Trophimæ templũ ingreditur, preces vt inibi ad *D*eum funderet: cumque pro suis criminibus Dominum deprecaretur attentius, ita eum repentinus languor inuasit, vt vix efferre pedem è limine potuerit: vrebatur ille vehementi febris ardore, vt certum ipsius parentes interitũ expectarent. neque vero vlla poterat medicorum ope releuari malum. Statuunt ergo filiũ deferre Neapolim, si qua forte ibi optatam recipere sanitatem daretur. Nauem conscẽdunt, Amalphiamque appulsi, in B. Mariæ semper Virginis æde quieuere tantisper, dũ à villicis suis, quotquot erant ad valetudinẽ necessaria, portarentur. Interea mulier quædam, quæ ad ægrotum inuisendum accesserat post multam, (de more feminarum scilicet) orationem, potionem ei quamdam, varijs ex herbis confectam, dat non reluctanti. qua ille hausta, repente obdormiuit. At ecce per quietem duas coram se videt puellas adstantes, quæ quasi ad inuisendum aduenerant. earum porrò species Lunam, Solemque eundo re vincebat. ceterum ex his altera virides, florentesque immanibus calamos gestabat; altera vero puniceum in collo velum. Adsunt ergo: blandoque ægrotum sermone salutantes; Saluet te Dominus Iesus Christus, inquiunt. Saluete & vos, ait ille. sed quæ tandem estis, aut vnde huc accedistis? legatæ sumus? respondent, à B. Trophima, quę te, quod in eius ædem, iustis tuo patruo persolutis, pollutus ingredi ausus fueris; merito punijt; sed morti non tradidit te. a Domino siquidem tibi iam sanitatem exorauit, & ecce sanus es, sed caue iam, nequid huiusmodi committere audeas. Tum calamos ad caput lectuli vnum, alterum ad pedes, figentes strauerunt puniceum velum; arcuatisq; calamis, ac salutato Constantino, sese ex oculis subduxere. Experrectus Presbyter, parentibus, cœptum vt iter perficeretur, hortantibus, se plane conualuisse nuntiat B. Virginis Trophimæ interceſſione; propterea gratias immortali *D*eo immortales agendas. Gratijs ergo communiter salutis auctori peractis, regrediuntur; accensisque facibus piaque pompa ad eiusdem Virginis Trophimæ templum veniunt, vota Diuæ soluentes, cuius opera filius pristinæ fuisset sanitati restitutus.

Theodondam mulierem acerbissimis cruciatibus liberat.

Trophimæ quoque ope Theodonanda conualuit. hæc in matrimonium collocata viro, cui nomen Maurus, tam acerbis est cruciatibus correpta, vt iam iam animam exhalatura videretur. neque vero grauem, diuturnumque morbum leuare medici poterant. Sa lernum tandem adductam Ioterus intuitus, præstantissimus illius ætatis Archiater, quasi morbo detentam insanabili primo respuit: tum parentum actus precibus, vt ab illis cognouit, quartum iam esse mensem, quo filia cruciatibus torqueretur, plurimos ad medicam artem pertinentes libros versare cœpit, morbi saltem nomen expiscaturus. Quo non comperto, pronuntiat, neque morbum sibi, neque adeo remedium patere vllum. Theodonandam aut vna Dei misericordia sanandam, aut iusto ipsius iudicio puniendam. Hæc illi postquam mœstissimis animis accepere, inde profecti Reginnas, seu Minoram contendunt, vt ibi filiam (sic enim ex Archiatri verbis sibi persuaserant) iam iam morituram lacrymis, iustisque prosequerentur. Sed subit animos cogitatio, quam mutuo explicantes statuunt, filiam ad B. Virginis Trophimæ basilicam deducere, vnde non longe aberat ipsorum prædiolum. Adductam ad Virginis tumulum, semiuiuam apprehendẽs monacha quædam Agatha nomine, ante aram collocauit; oransque, cum parentibus tres ipsos dies rei exitum expectabant. Tandem quasi pertæsi parentes beneficij moram, filiã Agathæ committentes abeunt. Cum autem Agatha somno se ante aram dedisset, egressa pedetentim puella, sola flumen petebat: cum ecce tibi puellam conspicit forma præstantissimam: quæ cum eam ter ferula cecidisset; quid tu, ait, ausa es è templo sola egredi; reuertere iam; & caue tibi numquam desine. Trepidans repente puella Agatham cõuenit, docet omnia. gaudet illa vehementer Trophimam sese puellæ videndam dedisse. cum ecce pauimentum animaduertit suauissimi odoris oleo sudare; eòque cum precibus instaret ardentissime, Trophima Virgo adest; eoque oleo iubet, inungi puellæ corpus. Peructa illa conualuit extemplo, Deique misericordiam agnouit incolumis.

Q. MA-

Digitized by Google

Q. MARIVS CORRADVS DE S. TROPHIMA

MINORA Ciuitas est in promontorio Mineruæ, ad mare inter Salernum, & Surrentum sita. hęc magna, & antiqua religione corpus Trophimæ colit Sanctissimæ Virginis, quod ad ea litora quodam tempore de Sicilia esse allatum, homines illi in suis ostendunt monumentis literarum. id collocatum est in summo Vrbis templo, quod est Minorensiũ Pontificum sedes, eamque de nomine Virginis, ædem Trophimianã vocant. non dico illi sacra; & rem diuinam fieri, sed quidquid illa in ciuitate est rei diuinæ, & sacrorum, id pene omne in templo, atque ara Diuæ illius fieri solere. Diem illi festum agunt semel nonis Nouembris, cum diuino consilio corpus diuinaque opera cognosci ab accolis primũ cœpit, antea per multas hominum ætates ignoratum ab omnibus. Iterum tertio Idus Quinctilis, cum id amissum à Beneuentanis longo interuallo recoperunt. concurritur ad illa sacra, dieſque festos ad salutandum corpus ex remotissimis etiam vrbibus, totaq; res multitudine vndique infinita, & summa religione hominum frequentatur. Magnæ vrbes olim Amalphia, & Beneuentum summa contentione de Trophimæ Virginis corpore decertarunt. denique tamen, cum à Beneuentanis receptum, ad Minoram, vnde ereptum fuerat, reportaretur, Salerno iter factum est. Hic ad vesperam, infinita manus hominum, qui sequebantur, sibi quiescendum putauit. postridie mane ad Minoram, quæ duodecim millibus passuum Salerno abest, cum corpore multis vndique nauigijs cõparatis venerunt. Salernitani autem, quorum Trophima noctis vnius hospitio vsa esse videretur, vt posteritati etiam tantæ rei memoria testata esset, ędem Virgini in loco, vbi nocte illa corpus fuit, constituxere. Maximi quidam motus illius de corpore fuerũt, maxima eiusdem postea apud vrbes omnes, æternaque religio mansit. Quæritis fortasse quorsum hęc tam longe repetita spectet oratio? Dicam, si me attente audietis; atque ita dicam, vt vos malim audire velle, quibus rebus adductæ tot præclaræ vrbes, qua fide, quibus visis, aut ostensis, quibus ante cognitis Trophimæ parentibus, qua patria, quo sanguine, qua vita, qua morte publice perspecta, & cognita tantum illi cultum præstitere. ac de ostentis quidem plurima commemorare possem, quæ sunt post inuẽtum, corpus consecuta. ceteris autem de rebus vehementer sũ miratus apud multos, nihil esse cognitum, nisi Trophimam Virginem puellam de Sicilia, ac de parentum manu fugientem, ne sacra fabulosis veterum Dijs faceret, in mari esse mortuam, & Minorę sepultam, res hæc octo versibus in sepulchro latine, ac satis belle factis, expressa est. nec amplius aliquid Sanctissima de Virgine cognosci vnquam potuit, perquisiui enim, qui parentes ipsius esse dicerentur, qua in vrbe Siciliæ res tam nefaria accidisset, qua hominum ætate, quibus Tyrannis religionem oppugnantibus, qua saltem familia nata, quod vitæ genus ante egerit. in mari autem quo genere mortis perierit: vtrum enim obitu, nece, an maris, & laborum incommodo perierit: à quibus tandem sit ei honos habitus sepulchri; nihil est omninò, vnde cognoscatur. vnum illud est memoriæ traditum. muliercula vestes, & pensa lini torta ad ripam fluminis lauabat, ea madefacta cum ad saxum allideret, ex ipso loco, & vicina rupe sonitus audiri cœptus est, qui mulierem commouere posset, perficere tamen illa pergit, quod instituerat, nec sonitum valde miratur. statim igitur ei manus torpuit, vtque ad ictum erat iam elata, retroque inflexa, mansit immobilis. re ad vicinos, ad sacrorum præfectos, ad Amalphitanorum Pontificem delata, omniumq; animis ad quærendum permotis, cognitum est antiquissimis literis, ostento quod iam dixi, & pluribus deinde insecutis, Trophimæ corpus latere sub saxo, quod à muliere tundebatur. cognoscitis, quam paruo momento, paruisque rerum initijs, quanta religio coorta, & regionem omnem, vltra montis Mineruæ fines, peruagata est? Ac de Trophima quidem non est quod suspicemur, ex publica religione, & Maximorum Pontificum legibus, & auctoritate, nomen ei tantum, & pietatis cultum accessisse. nihil prorsus iure Pontificio actum, illius de diuinis honoribus, nihil de diuinitate cogitatum. hominum sola religio effecit, vt pluribus in vrbibus Mineruæ montis, numen illius coleretur, & Minorę templum, res diuina, & sacra, & qui antea non fuerat Pontificatus, in templo illius constitueretur. Ignoratio verò tanta est rerũ ceterarum, quas ante iam dixi; vt vnà tantũ, eaque non satis firma suspitione res nitatur. Narrat enim, grauissima ijs in locis auctoritate senex, Ioannes Gallus, se puero, ante sexaginta annos, venisse ad eam vrbem de Sicilia, qui vitam Trophimæ subtiliter a principio descriptam haberet, eumque in librum adiunxerit, quæ Minorę post inuca-

nentum corpus acciderant. is illa ipſa in vrbe Siciliæ natum ſe memorabat, vnde metu paternę impietatis Trophima quondam fugiſſet. vrbis nomen Pactam dicebat. Eſt hic Pontifex religione ſumma, & mecum ſingulari neceſſitudine iunctus Ioannes Auguſtinus Campanilis, homo integerrimus, cuius in domo, in mea illius triennij procella temporum, vnà æſtate, ſuauiſſime ſum verſatus. hominem igitur modeſtiſſimum ex illa Pauli IV. Pontificis Maximi diſciplina, & illa bonitate naturæ, ſtatim conuenio, eique ignorationis tantæ religionem obiicio, cum ſit præſertim, vnde res omnes cognoſcere, & nomen Virginis Trophimæ illuſtrius reddere poſſimus. ſic denique ex illo ſermone conuenit inter nos, vt ipſe mihi de Sicilia curet ea quæ deſunt; ego vero, vt allata ad nos erunt, (ſi mihi per fortunas liceret) voto quodam teneri me putem, omnia cultu latinæ orationis illuſtrare. Hæc tamen apud nos, non amiciſſimi hominis gratiæ, quam Trophimæ ipſius memorię dare volui.

Ann. Ch. 314 23. Sept.

VITA S. SOPHIAE V. ET M.

Ex M. S. Codice Eccl. Sortinenſis.

Soph. ex illuſtriſſima prosapia nata

BEATA Sophia ex illuſtri Proſapia Imperatoris Cōſtātinopolitani fuit; vt orbata eſt matre in quadam turri diligēter cuſtodiebatur, ne vnquā oculis quiſquā hominum eam videret. qua tempeſtate pater eius acriter chriſtianos perſequebatur. Sed peruaſit ad Virginem domi clauſam fama, Timotheum, cuius celebe erat in vrbe nomē permagna de Chriſto prædicare. quibus auditis inflammata Sophia, nutricem orat, cui à patre in cuſtodiam data erat, ſi mereri gratiam alumnæ tuæ cupis, Timotheum Chriſtianum voca huc ad me. ardeo enim ſacra baptiſmatis aqua lauari. Nutrix dixit, in mētem filia tibi non venit, quibus furens pater tormētis chriſtianos in dies torquet? ad quā Sophia, ſi tormenta expaueſcis, mihique etiam formidanda comminaris, quid facies quæſo magnum pro ſalute animi tui? ſane ego ſcriptum inaudio, nō timendos eſſe q̄ occidūt corpus, nec poſſunt animam occidere: cōuicta nutrix Sāctum Timotheum occulte adit, & Sophia Virgo, ait, te vocat, Pater, audire ex te expetit, inſtruique de Chriſtianæ fidei rebus. eo nuntio Timotheus magno gaudio perfuſus ad Virginem contendit, quam ſalutaris doctrinæ præceptis imbutā, ſacro baptiſmate abluit, ſumptæq; fidei munimentum, data Sophiæ à Timotheo imago Chriſti è cruce pendentis matrem Virginem inter, & B. Ioannem.

Timotheſi chriſta. clā in ædes inuit.

Nocte quadam læta Sophia coram Chriſto crucifixo has preces fundebat: Domine, qui latroni in patibulo dixiſti, hodie mecum eris in paradiſo, enuntia mihi ancillæ tuæ, nū delegeris me, vt pro nomine tuo pati, vt mori p̄ te merear. interim oboriūtur lacrymæ, & ſōnus inter lacrymas oculos merſit. ſecundum quietem Ieſum Chriſtum videt, auditq; ita colloquentem; tu mecum vnà vis eſſe, & ego tecum ſimul ero; dataque arrha, deſpōdeo te mihi. cum hoc dicto, annulum ex auro effulgentem tradit, & accipe, inquit, quod expetiuiſti: ex eo iam non hominis, ſed Chriſti ſponſa vocaberis. experrecta Virgo, atq; exſurgens ingenti lætitia cumulata annulum apud ſe comperit, quo Chriſtus in ſomnis donauerat. ex continenti nutricem accerſēs, en Dominus meus, ait, annulo ſuo pactam me ſibi voluit, & perinde ſponſam me decorauit. ſimul oſtendebat annulum, coniugij cæleſtis indicem, ac vinculum, quod vis nulla rumpat, neque mors ſoluat. ex eo nutrix fidentior, ſimul quòd alumnam ſuam vnice diligebat, libentius ad eam firmandam Sanctum Timotheum ducebat.

Sed quamuis hæc cautim, & quam occulte fierent, domi tamen plures infidelium ſtudia chriſtianæ Virginis aduerterūt. Igitur ad patrem deferunt; filiam ſpretis immortalib' Dijs crucifixum hominem à Iudæis adorare, & pro Deo habere. Pater, audita obiiciens, incuſat, quod Chriſtum coleret, Deos aſpernaretur. filia reſpondit: ego Pater, neutiquā adoro ſimulacra vana, ſed vnum Deum viuum ac verum, & filium eius Ieſum Chriſtum puram hoſtiam, & integram. hæc vbi pater audiuit, taurinis neruis filiam verberari iubet: dehinc in cuſtodiam claudit. quo in loco Deus ancillæ ſuæ viſus eſt, quàm multo cum numero Angelorum, & exſurge ait filia & confirmare; quia ego tecum vna ſum, & liberabo te a cruciatibus tuis. & illa, gratias tibi ago Domine, qui me dignatus es viſere & adlocutione tua conſolari. illud peto ab te, vt animam meam tibi concreditam à me ad exceſſum vſque vitæ commendatam habeas, ac Deus, neque te ſolam tueat, & iuuem ſed omnes, qui tuum nomen inuocauerint, a

Coercetur a patre nouicis dein carcere.

Digitized by Google

Eius cum Cr collo-quia à cu-stodib⁹au-diuntur.

quouis animæ, corporisue periculo liberatũ iri confidant. hæc vt dixit audiri, viderique desiit. sed vltro, citroque sermones clara vo ce habebantur, vt custodes carceris exaudirent. ergo christianę fidei amore succensi, ocyus ad Sophiam ingrediuntur. & vrceum 3 plenum aquæ deferentes, baptizari se velle, flagranter orabant. illa vrceum manu capiẽs baptizauit eos in nomine Patris, & filii, & Spiritus Sancti. subinde custodes iam Chri- 4 stiani, patefacto carceris ostio, abeundi potestatem Virgini fecere.

Eadem nocte Sophia nauem conscendit, 5 ventisque flantibus in Insulam Siciliam prouecta est. egressa naui, in vrbem Panta- 6 licam peruenit. illic forte offendit quẽdam hominem claudum medio viæ stipem per *D*eos corrogantem. cui illa, noli Deos dicere, sed dæmoniũ. eique elargita Zonam suam auream in nomine Iesu Christi, sanum illum fecit, qui lætitia exsiliens, clamitabat: venite, & Deam videte, quæ miraculo me sanauit: & ex clamore res vrbe percrebuit; plerique ad Virginem ægrotos adducebant, omnesque ad incolumitatem redibant. hæc vbi 7 Martialis ciuitatis gubernator audiuit, Sophiam conquirit, quæ salutem fuga quærens 8 in specum peruadit, cui nomen a Deorum cultu fuit. introeũtem forte videre pastores duo, interrogatiq; à Præside Martiali de muliere, alter scire se iure iurando pernegauit, alter digitum intendens latebram demonstrauit. sed iniuriam Virginis suæ non tulit impunitam Deus. decidens è cœlo ignis scelestum indicem statim absumpsit. ceterum præses arreptam per capillos Sophiam in vrbem retraxit. ibi quænam, & vnde esset, interrogat. Virgo Beata respondit; christiana sum, & vnica filia Principis viri ex familia Imperatoris Constantinopolitani, nomen vero mihi Sophia. quod Martialis audiens, ad eius pedes accidit, suæ temeritatis veniam precatus: mox insignibus officiis cultam, additis, qui Virginem comitarentur, quo par erat honore, ad 9 parentem remisit.

Claudum sanat.

Sophiam, cum audisset pater, vehementer obiurgauit, quod tamquam meretrix nullo comitatu Siciliam circumierit. hoc respondit illa, ob id feci, Pater, quod tu veritatem ignorares, summæque legis præstãtiã. percuntatur Pater, ecquid est summa veritas? filia respondit; summa veritas est, christianã confiteri fidem, diuinamque redemptionem intelligere. Ego te, Pater dixit, igni cremandam iussero, in eo probabitur fides tua; statimque super craticulam posita, succensis ignibus, filia à patre torreri iussa. sed eo in tormento Virgo Beata psallebat: Domine Deus, qui tres adolescentes ex ardenti fornace liberasti, libera me famulam tuam, & ignis vim restingue, ne me excruciet, vt te solum Deum pernoscant omnes, & alium præter te Deum non esse. hæc ea orante, statim euanescere ignem vident, & Virginem Domini flammis illæsam mansisse. permoti miraculo multi Byzantiorum crediderunt in Iesum Christum, & baptizati sunt. Pater atrocior decollari filiam iubet, quæ cum ad locũ, vbi plectenda erat, peruenisset, hunc in modum precata est, Domine Deus meus, qui liberasti me de flamma ignis, exaudi preces ancillæ tuæ, & concede, vt quisquis memoriã passionis meæ fecerit, nullum animi, corporisque in lethale discrimen incurrat, sed ab omni pestis exitio, & tempestatis incolumẽ serua. Quando verò oportuerit hinc excedere, Angelus pacis obuiam veniat, & gratia tua cum eo sit semper, quo dicto vox è cœlo redita: Beata es Sophia, quæ in *D*eum credidisti, proque eius amore decertasti: iam nomen tuum in libro vitæ conscriptum est, sed memoria tui æterna erit; pro quibus autem rogasti me, feram opem, & vniuersum per orbẽ nomen tuum celebrabitur. Tunc Beata Sophia ceruicem suam protendens, detruncata est; loco autem sanguinis niueo lacte manarunt excisæ colli venæ. aduenientes verò ægroti solo contactu virginei cadaueris sanabantur. Quæ miracula secum animo reputans Pater, simul emollitus caritate filiæ, in lacrymas, questusque prorupit, dulcissimæ filiæ nomen ingeminans, lugensque quod acerbissimos perpeti cruciatus animum obfirmasset: dum mortuam parens lamentatur, cælestis ei species filiæ viuentis oblata est, & inter choros Angelorum collucentis, quam ita loquentem audire videbatur. Gaude 11 pater filiæque gratulare, nam magna est apud *D*eũ merces mea, & omne vltra precium. has vero lacrymas & lamentationem ad te verte. peccata tua dole, eorumque te pœniteat, vt baptismate deleantur. oratione, visuque filiæ Pater ad Deum statim conuersus, & baptismatis fonte ablutus est. struxitque Ecclesiã Sophiæ Virgini, & Martyri, in qua promerita eius, ac preces florent, & multa per eam miracula patrantur, præcipueque abigẽda procul peste. *P*assa est B. Sophia (sub annum 12 Domini CCIII.) regnante Domino nostro Iesu Christo qui est benedictus in secula.

Inassari su per cratic. pater iubet

10 Secta ceruice lac virgini profluxit.

11 Patri Sophia videndam se offert cum comitatu Angelorũ Is baptizatur.

12

Agitur dies eius festus apud Sortinenses 9. Kal. Octobris, qui patronam oppidi Sophiam colunt. Oppidum autem nõ longe est à specu, vbi Sophia delituit. quæ causa Oppidanorum cultus in Sanctam Sophiam. sanc Pauli III priuilegio Romæ rescripto Anno Domini M.C.XXXVIII. V. Idus Martij Sortinensibus, eorum rogatu supplicationum dies permissus est. vtque imago S. Sophię ad augendam populi pietatem per oppidum duceretur.

Vide Animaduers. fol. 111.

✣ (·) ✣

PAS-

Digitized by Google

Ann. Ch. 308 22. Maij.

DE SS. XXXIV. MART. PANORMITANIS.

Ex Actis Sanctę Nymphæ Virginis.

PANORMITANI Martyres quattuor & triginta ex christianorum agmine feliciter electi, quod ex centurijs duabus constitit. sanè omnes cum Mamilianum Episcopũ audirent de Christi mysterijs differentem, simul à militibus ex officio comprehensi sunt. à quibus conscissi verberibus, spoliatique vestibus, rapiuntur ad tribunal maiore exultatione reorum, quam alacritate trahentium. interrogati ab Aureliano Præfecto, quinam essent, Deorum ne cultores an Christi? haud veriti circumstantes lictores, fasceſque, ac secures, vna respondere, christiani sumus. Aurelianus minis eos adortus, nolite, ait, in hac vesania perstare, ni tormenta experiundi libido vos tenet. illi nihil exterriti; minus tuas, inquiunt, perinde ac Deos aspernamur. Præfectus vt videt obiectu suppliciorum reuocare non posse, equuleo distendi imperat, cædique quamdiu vel nouissimum spiritum, vel studium christianę religionis effundant. neque his velut ictibus precioſi adamantes Christi quicquam comminuũtur. concurrerat ad spectaculum vis ingens populorum, qui tot innocentium carnificinam cum insectatione Præsidis miserabantur. is eo motu perpulsus equuleo depositos in custodiam includit. sed trepidans ne totius agminis imperata cæde, atrox ciuitatis odium ferret, ad terrorem ceterorum paucos occidi iubet. certamen in delectu morientium fuit; multo promptiores erant, vt vitam pro Christo relinquerent, quam vt relinquerentur. 4. & 30. amputatis ceruicibus interfecti, quorum constanti exemplo firmati magis ad supplicium, qui reliqui fuere, quã ad defectionem tracti. & mira vis decoro sanguini inerat accendendis mẽtibus ad palmam. triumphi diem, locumque sepulturæ ignoramus. Vtinam ditem hunc thesaurum, quem concha aurea, sinu tuo recondis, plus æquo auãra iam proderes. Festum eorum diem celebrat Ecclesia Panormitana 11. kalend. Iunij.

Ann. Ch. 309 16. Iunij.

DE S. MAMILIANO EPISCOPO, AC MARTYRE.

Ex Actis S. Nymphæ Virginis.

MAMILIANVS egregijs animi, corporisque dotibus, ac nobili genere clarus sub initia Constãtini Magni agebat Panormi Episcopus, rem christianam pro temporibus occulte propagãs. in primis Nympham Christo peperit, Aureliani Siciliæ Præfecti filiam. vnde acrioribus in eum stimulis actus parens hominem corripi, sibique exhiberi imperat. simul minis, ac conuicijs adortum, vt interritum videt, libereque Idolorum vanitatem coarguentẽ, in equuleum tolli, cædique acerbius iubet, lætantem quod diu cupitis epulis frueretur. inde in custodiam detruditur, vbi multos ad Christum traductos baptizauit. è carcere in feruens oleum immissus, Diuina ope liber exiliuit. Angelus enim Domini adstitisse visus, ignem restinxit exinde rursum coniicitur in carcerem, & interdicitur alimentis. sed ab Angelo refectus, eumque apertis vltro foribus cum Nympha, & Golbodeo, eiusdem consilij socijs ducem secutus, ad litus peruenit.

Ibi nauim tempestiue adpulsam nacti, Romam vt BB. Apostolorum sepulchra venerarentur, cursum tenuere. eam nauigationem Episcopus miraculo insigniuit: modico siquidem vino, quod sacrificij causſa secum attulerat, viros ferme XXX. vinum defeciſſe quiritantes, ita refecit, nihil vt iã plures dies prę vini copia desiderarent. Ergo ad Aegilium Insulam deuectus paululum illic restitit, capiente illum loco ad quietem peropportuno. sed instantem vitæ exitum ab Angelo edoctus, Romam Apostolorum monumenta visurus properauit: primoque in nauim ingressu tumidum pelagus mo-

Digitized by Google

mento compeſcens, ad Romani portus Pharum exinde peruectus eſt. hic autem noctu ab Angelo monitus, ſpecum adijt contra Suanam ſitum, quo Proculus, & Euſtotius ipſius Epiſcopi Sectatores Panormo profugi ſeſe à perſecutionis tempeſtate receperāt

Igitur poſt lætos, beatoſque congreſſus, multis vtrinque commemoratis, Nympha & Golbodeo comitibus, Romam ad uota perſoluenda feſtinat. confecta tandem re ad Proculum, & Euſtotium regreſſus, quod vitæ reliquum fuit, in ea ſpelunca tranſegit diuinis rebus intentus, mortemque iam iam imminentem paratus expectans, haud multo tempore interiecto, per noctem oranti apparuit Angelus, & qua hora mortem obiturus eſſet admonuit: igitur diſcipulos adhortatus, extremum vt diem ob oculos cauti, fideique conſtantiam retinerent, & continuam in pugna cum hoſte vigilantiam; perutilibus tandem mœrentes, lugenteſq; ſolatus alloquijs Chriſtum ſuum, quem prædicarat, atque vnice dilexerat, viſurus migrauit. ſtatim atque Mamilianus dulciter emiſit ſpiritum, B. Nympha, ceterique laudes, cantuſque Angelorum audiere; ſimulque cum eis ad auroram vſque concinentes, magiſtri cariſſimi corpus ſub idem tempus eodem in loco condidere; cum lacrymis', hymniſque ad Dei gloriam, qui regnat in æternum.

Ann. Ch. 309 8. Decembris.

DE SS. PROCVLO, ET EVSTOTIO MART. PANORMITANIS

Ex Actis S. Nymphæ Virg.

PROCVLVS, & Euſtotius Panormitani diſcipuli fuere B. Mamiliani Epiſcopi, pro Chriſti fide, patria extorres profugerunt, quam ob cauſſam Martyres appellari in tabella perlegi, quæ cum Romæ agerem in æde S. Mariæ Montis cœli ad aram pendebat. ſanè metu perſecutionis, Conſtantini Magni initijs, Panormo in Italiam profugi in latebris egere, haud longe Suana, vrbe in ora maritima Senarum ſi mea me non fallit coniectura, aut non longe è Portu Romano vt acta præ ſe ferunt; eodem non multo poſt Mamilianus Epiſcopus, Golbodeus, & Nympha Virgo Angeli monitu conuenere. ſimul omnibus in diuinas commentationes intentis, iucūdiſſimus conuictus, ſed breuis fuit. Primus Mamilianus ad Deum è uita migrauit, dein Proculus, & Euſtotius ſex intra menſes extincti, ibidem à B. Nympha iuxta S. Mamilianum ſiti ſunt. fortunati ambo, qui declinando aciem, non amiſere palmam, quam alij extrema audendo comparauere. eorum corpora, aut aliqua corporum pars, quemadmodum BB. Martyrum Mamiliani Epiſcopi, Nymphæ Virginis & Golbodei, in Eccleſia S. Mariæ Montis cœli Romæ aſſeruantur. Vidi ipſe, & ingenti gaudio exoſculatus ſum.

Ann. Ch. 319 8. Dec.

DE S. GOLBODEO MAR.

Ex Actis S. Nymphæ Virginis.

GOlbodeus Confeſſor Panormitanus, Mamiliani Epiſcopi diſcipulus, & Nymphæ Aureliani Siciliæ Præfecti filiæ Magiſter, ac ſalutis auctor fuit. Cum enim Prætorium adiret, Chriſtianis in quæſtione confirmandis, ore, habituque permodeſto, proſpectantem è fenestra Nympham ad amorē noſtræ religionis inflammauit. igitur in eius ædes per noctem inductus, Virginem edocuit chriſtianæ fidei rationem; quam vehementer expetiuerat. quamobrem infenſo Aureliano comprehenſus, ſupplicia, quæ ad terrorem proponebātur, nihili faciens, & Ieſum Chriſtum confitens, iuſſu Præſidis equuleo torquetur, hinc detruſus eſt in cuſtodiam. vbi viſus Angelus refouit, eiuſque ope patefactis vltro foribus cum Mamiliano, ac Nympha ereptus, Romam adijt, vt SS. Apoſtolorum ſepulchra viſeret. inde in Beatā ſolitudinem perrexit iiſdem comitantibus. illic in meditatione rerum cæleſtium, ad Chriſti laureas breui migrauit. pie demortui funus, Beata Nympha

Digitized by Google

pha curauit, & iuxta Sanctum Mamilianum in eadem crypta sepeliuit. Consequentibus temporibus inde trãslatos crediderim: nam partem eorum corporum Romæ coli in æde Sanctæ Mariæ Montis Cœli, satis certum est, partem verò Suanæ.

Ann. Ch. 310 12. Nou.

PASSIO SANCTAE NYMPHAE VIRGINIS, ET MART.

IN Sicilia 3 Insula, ciuitate Panormo, fuit quidam vir 3 nobilis, Aurelianus nomine, prudens, & eloquens, cui Romanæ 5 vrbis Principes Præfectoriam 6 concesserant dignitatẽ: hoc ei in mandatis iubentes, vt omnes sine audientia perimeret, qui ceruicem suam Idolis flectere recusassent. hic habebat vnicam filiam, ornatam moribus, facie speciosam, nomine Nympham, quam 7 volens ab infantia custodire, in secreto sui Palatij cubiculo collocauerat, duabus ancillis ad eius obsequium delegatis. erat autem in eadem ciuitate Episcopus vocabulo Mamilianus, sapientia plenus, vultu modestus, moribus decoratus, qui cum ob persecutionis sæuitiam, prædicare publice non auderet, secreto quos poterat ad fidem conuertebat. Factum est autem die quodam, vt duò 8 ex discipulis eius versus Præfecti curiam pergerent, si forte aliquos suæ fidei homines agonizantes cernerent, quorum corroborati exemplo discerent sæua pœnarum genera non timere. & dum palatio propinquassent, intuens Nympha per cancellos triclinij, vidit eos pariter venientes, & mirata compositionem gressus eorum, vocauit vnam de ancillis suis, & dixit ei: qui putas isti sunt tanta grauitate compositi? quæ respondit: puto, Domina, quod Christiani sint, illius Dei famuli, qui de cœlo descendens per vterum Virginis in mundum venit, & multa fecit mirabilia: tantæque humilitatis dicitur extitisse, vt etiam discipulorum lauaret pedes, & pro salute mundi, crucis subiret patibulum; & tandem mortis victor ad cœlum creditur ascendisse. Nympha dixit: & quare hæc omnia sciens mihi ea nõ referabas? illa respondit: quia cum stupenda sint, non poteram de omnibus reddere rationem, & Nympha dixit: quidquid tuę cognitioni deest, per hos scire poterimus. cum igitur sol occubuerit, admitte viros, vt tam præclara my terra indagemus. Quod cum 9 secreto illa fecisset, introducti sunt viri in cubiculum, vbi cum suis ancillis Virgo gloriola manebat, & postquam salutauerunt se mutuo, fecit eos Nympha coram se residere & alloquens eos, ait: obsecro, veri Dei famuli, vt omnem seriem fidei christianæ mihi per ordinem narretis; nam quasi furtiue suscepit auris mea, quæ de eadem mihi suggesta sunt. at illi cognoscentes desiderium eius cœperunt euangelicæ doctrinę referre historiam, & notas ei facere vias vitæ. Tunc Nympha semen verbi Domini, quasi bona terra, suscipiens, armariolo sui pectoris, omnia recondebat, & dum de ijs mutuo loquerentur, suggessit Virgo clam ancillæ suæ, vt afferret aquam, & peluim, ac linteamen, quatenus ad exemplum 10 Dominicum lauarentur pedes sanctorum, quod vbi factum est, procidit Virgo ad vestigia eorum, dicens: deprecor 11 vos, famuli Christi, vt lauentur pedes vestri; per manus ancillæ vestræ, qui responderunt cum lacrymis: aperiat Dominus oculos cordis tui, vt fructificet in te doctrina nostra. postquam vero lauit pedes eorum, fecit parari mensam, vt eis ministraret carnalia, qui sibi spiritualia ministrassent, deinde ait eis: expiete in me, amici Dei, quidquid expedit ad salutem animæ meæ. qui responderunt, sine, indicemus hæc magistro nostro, Mamiliano Episcopo, & ipse veniens dabit tibi Sacramentum Baptismatis, & indues Dominum Iesum Christum. Nympha respondit: hoc vnus ex vobis poterit exequi, alter vero nobiscum remaneat, vt confirmet per illum Deus, quod operatus est in nobis. At illi, eligẽ, inquiunt, ex nobis vnũ; alius enim properãs negotium prouocabit. Virgo respondit: æque verumque deligo, tãtum impleatur desiderium meum. tunc vnus 12 ex eis Golbodeus nomine, concite perrexit ad B. Mamillianum, & notum fecit ei quidquid acciderat, qui gaudio repletus, orauit Dominum, dicens: Domine Deus, qui de lapidibus suscitasti filios Abrahę & confortasti cor ancillæ tuæ Iudith, ad exstinguendũ hostem populi tui, confirma cor huius Virginis, & in sui propositi deuotione corrobora, saltem quousque ad eam valeam peruenire. transacto itaque die, qui sibi pro desiderio prolixior videbatur, cum iam terram tenebræ obduxissent, exiens Episcopus de latibulo, ac concite pergens, quasi furtim palatium

3 4 Nymphæ Præfectivrbis filia. 5 6 7 8 9 10 Humilitatem exemplo Christi exercet. 11 12

Digitized by Google

Ab Episc. baptizatur.

latium ingreditur, & in Virginis cubiculum introducitur. quo illa viso pedibus eius aduoluitur, dicens: bene veniſti, diu deſiderate, mediee animarum, exhibe animæ ancillæ tuæ medicinam ſalutis æternæ. ille ait: ſalus æterna hæc eſt, vt credas vnum Deum in Trinitate, & baptizeris. at illa dixit: credo, Domine, adiuua deuotionem famulæ tuæ. tunc Episcopus catechizauit eam, eiuſque
13 famulas, & baptizauit 13 in nomine Domini. mox refulſit lumen in cubiculo, & ecce
14 apparuit 14 Angelus coronam roſarum, ac liliorum ferens in manibus, quam impoſuit capiti Nymphæ, dicens: hæc tibi mittit ſpõſus tuus candidus, & rubicundus, vt Virginitatem conſerues, & vſque ad effuſionem ſanguinis in cõfeſſione ſui nominis perſeueres.
15 Poſtquam 15 ergo baptizatę ſunt, ſedens Episcopus docebat eas, quæ ſunt præcepta vitæ, aperienſque os ſuum, dixit: ecce, filiæ, baptizatæ eſtis, exuentes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouũ, qui renouatur in agnitione, iuxta imaginem creatoris ſui. imago creatoris non habet copulam nuptiarum, ibi ſexus aufertur diuerſitas: veterem hominem exuimur, & induimur nouum. ibi in Chriſtum renaſcimur Virginẽ qui & natus eſt ex Virgine, & renatus per Virginem, ſeruate ergo virginitatem, cum qua natæ, & renatæ eſtis, vt quaſi ſponſæ Chriſti, in templum eius adducamini, ſecundum vocem Prophetæ dicentis: adducentur regi Virgines in lætitia, & exultatione, adducentur in templum regis. Ad hæc Nympha reſpõdit: apparet manifeſte, quod exhortaris nos ſeruare virginitatem, in quo videris præceptis Dei obuiare dicentis, quod heri ex ore diſcipuli tui audiuimus: creſcite, & multiplicamini, & replete terram. Episcopus ait: quod dixit Dominus; creſcite, & multiplicamini, hoc in principio mundi dictum eſt: neceſſe enim erat prius plantare ſiluam & creſcere, vt eſſet, quod deinceps poſſet excidi: ſimulque conſiderate vim verbi, *& replete terram.* nuptię terram implent, virginitas paradiſum. nec hoc dico, vt nubere peccatum ſit, cum Apoſtolus dicat: non peccat Virgo, ſi nubat, ſed ad honeſtatem, & quietem corporis prouoco. quæ enim nubunt, vt idem ait, tribulationem carnis habebunt, quæ ſunt tribulationes carnis? dominium mariti, ſollicitudo filiorum, cura domus, cruciatus concubinæ, tumor ventris, pondus concepti fœtus, quo efficitur mulier ægra, & pallida; ita vt anima eius ſalubres cibos reſpuat, noxijs delectetur. aliquando periclitatur in partu, aliquando gignit filiũ, aliqua parte corporis debilem, vel fatuum, & qui factus adultus, eſſe ſibi moleſtus incipiat. Nos ignari, putabamus nuptias ſolam carnis habere lætitiam, habent autem tribulationem. Præterea tempus breue eſt: Dominus prope. etiam ſi nongentis viueremus annis, vt antiqui homines, tamen breue putãdum eſſet, quod habebit aliquando finem, & eſſe deſinet. quod autem breuis ſit lætitia nuptiarum, cum contraſtimus matrimonia, quæ mors cito diſſoluit. hinc idem ait: qui

De Virginit bono. Episc. diſputat.

habent vxores, tamquam non habentes ſint, & qui gaudent tamquam non gaudentes, & qui vtuntur hoc mundo, tamquam non vtãtur. præterit enim figura huius mundi. volo autem vos ſine ſollicitudine eſſe de ijs, quæ ſunt mundi, quæ cum mundo ſunt tranſitura; nam mulier nupta, & Virgo, cum non immineat ei ſollicitudo maxima, expedite cogitat quæ ſunt Domini; vt ſit ſancta corpore, & ſpiritu. nonnullæ namque ſunt Virgines carne, & non ſpiritu: quarum corpus integrum eſt; anima vero corrupta. ſed illa virginitas hoſtia Chriſti eſt, cuius nec carnẽ libido, nec mentem maculat cogitatio. è cõtrario quæ nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro. Præterea oportet vos cauere ſuperbiam, odium, auaritiam, & reliqua vitia, & imitari virtutes, quia ſola virginitas non ſufficit ad ſalutem. oportet vos cauere nimietatem cibi, & potus, atque quietis, ſuperfluitatem veſtium, & alias mundi delicias. difficile eſt enim verſari inter delicias, & deliciarum vitijs non teneri. Nympha reſpondit: numquid non omnia ad vſũ hominis creata ſunt? Episcopus ait; vere ad vſum hominis, vt vtatur eis ad neceſſitatem tantum, non ad voluptatem. cito expletur naturæ neceſſitas, frigus, & fames ſimplici veſtitu, & cibo poteſt expelli. vnde & Apoſtolus: habentes inquit, victum, & veſtitum, his contenti ſimus, deliciæ enim, & epularũ veritas, fomenta ſunt auaritiæ, ac libidinis. Tunc vna ex ancillis proloquens, ait: audi, Pater Sancte, licebit nobis deinceps purpuriſſo vti, aliiſque rebus, quibus ſolet informari ſpecioſitas, vel facies colorari? Mamilianus Episcopus reſpondit; nequaquam; iniuria enim creatoris eſt, velle transformare figmẽtum, quod ille ad ſuam fecit imaginem, & ſupra naturalem colorem, colores peregrinos inducere. ſed neque carnis curam feceritis in deſideriis veſtris, nec muliercularum ſuperſtitiones ſectabimini, nec maleficia, nec obſeruabitis dies, vel horas, quas alii in ſuis ſolent operibus obſeruare. cumque de iis ſermo prolixior haberetur, aurora apparuit. tũc inferens Episcopus ait: tempus eſt, vt redeã ad hoſpitium meum, vos autem perſeuerate in his, quæ didiciſtis, & tradita ſunt vobis. quoniam qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Interea nonnullos de familia patris, tam viros, quam mulieres, Nympha docens conuertebat. & ſuadebat eis de regno Dei, mittebatque eos ad magiſtrum ſuum, vt baptizarentur ab eo. ſicque factum eſt, vt creſceret numerus chriſtianorum valde in illa ciuitate. factum 16 eſt poſt dies aliquot, 16
vt Aurelianus mitteret armigerum ſuum ad filiam ſuam, quatenus exiret de interiore cubiculo ad veſtibulum Palatii. erat enim cupiens videre eam. quod cum ei armiger nuntiaſſet, illa reſpondens, ait; ò fili cariſſime quanto meliorem poſſes habere dominum, ſi patrem meum velles deſerere, & illi Domino adhærere. at ille ait: quis eſt de quo loqueris? Nympha reſpondit; creator omnium rerum viſibilium. at ille, inquit, quomodo poſſem eum videre? Nympha reſpondit; per

Sola non ſufficit ad ſalutem.

Sacra-

Sacramentum regenerationis.armiger ait:& quis mihi conferet hoc Sacramentum? Nympha respondit: venerabilis Mamilianus Episcopus. ille vero ait, & ego vbi hunc inueniã? at illa assumens vnam de puellis suis,misit cũ eo,vbi latebat Episcopus.Qui grates Christo de Virginis sollicitudine referens,baptizauit eum. interea Aurelianus multiplicibus negotiis occupatus,oblitus fuerat filiam visitare, cum autem recordatus propositi sui, intrasset palatium, inuenit filiam suam instruentẽ præfatum armigerum,& quosdam alios fideles, de nomine Iesu Christi:& stupefactus exclamauit, dicens: quid est,quod audio, filia? numquid insana effecta es? Nympha respondit: verba vitæ sunt, quæ Christus veniens in mundum edocuit. Aurelianus ait, quis est Christus? dicit ei Nympha: filius Dei viui, qui natus de Virgine,redemit humanum genus.Aurelianus ait:quomodo consequens est vt alios redemerit,qui interemptus est à Iudæis.Nympha respondit:si velies in eum credere, approbares verum esse, quod loquor. Præfectus ait: quomodo tam verbosa facta es, quæ hactenus vt elinguis fuisti? quis est, qui te docuit? Nympha respondit: sapientia quæ aperit os mutum, & linguas infantium facit disertas. Tunc viri iniqui accedentes, suggesserunt Præfecto, & sic locuti sunt :Mamilianus, quem vestris auribus sæpe detulimus, mentem filiæ vestræ, & multorum aliorum alienauit, & nisi cito eum tuleris, deteriora his faciet. Tunc Aurelianus iussit diligenter claudi cubiculum,ne quis cum Nympha posset habere colloquium, & ira magna præcepit,vt Mamilianus,& omnes complices eius tenerentur. Euntes ergo milites, quibus fuerat imperatum, inuenerunt Episcopum in suo hospitio populum exhortantem: mox arripientes eos per capillos,& pugnis contundentes,& alapis cædentes,eiecere eos de latibulo,&coram se impellentes,ad Præfecti Palatium deduxerunt. quos intuens Aurelianus ait; & hi omnes christiani sunt? respondentes 17 ex officio,dixerunt,& multo plures, quam isti:sed ij simul suis maleficiis incumbebant.Tunc Aurelianus iussit Episcopum ab aliis separari;& suis cum tribunalibus sisti, cui & dixit: tu es ille,qui suades hominibus, à Deorum cultu recedere, & vanis superstitionibus implicari? Mamilianus respondit: ego suadeo eis, ab Idolis manu factis recedere,&Omnipotentis Dei cultui adhærere,Præfectus ait:sufficiebat tibi alios decepisse, cur & mihi meam filiam abstulisti? Episcopus ait: vt esset eius,qui creauit eam, & mater,& filia,& soror, & sponsa.Aurelianus dixit impossibilia sunt,quæ loqueris, aures nostræ fastidiunt hęc audire. Mamilianus respondit: non sine caussa dictum est;carnalis homo non percipit ea,quæ Dei sunt. Præfectus dixit : recede à prauitate viarum tuarum, & filiam meam in incolumitatem pristini sensus reforma; alioquin dolorem nostri animi,& Deorũ iniuriam vindicabimus. Episcopus ait; via veritatis est × quam elegi, quamque filiam tuam docui, ab ea nullatenꝰ recedemus. tunc Aurelianus hunc amoueri iussit, & eius discipulos suis obtutibus præsentari,quos interrogans, ait: cultores Deorum estis,an eius qui dicitur Christus? at illi: cultores,inquiunt, Christi sumus. Præfectus ait;nolite in hac insania perdurare, si diuersa non cupitis experiri tormenta. Sancti vero responderunt, & te, & minas tuas pro nihilo reputamus. iratus ad hæc Præfectus,carnificibus ait: leuate 18 Mamilianum vna cum his in equuleo, & verberibus eos diutissime cædite. cumque immaniter cæderẽtur, concursus factus est populorum clamantium & dicentium; magna iniquitas,affligere homines innocentes. Præfectus autem fecit eos deponi de equuleo, & custodiæ mancipari, præcipiens quæstionariis, vt quosdam ex eis occiderent,ne cunctorum examinatio multũ sibi fieret onerosa. sicque factum est, vt triginta 19 quattuor ex eis capite punirẽtur. quorum nece residui magis corroborati, quã terrici,idem pati pro Christi nomine exoptabant. sequenti die Aurelianus Nympham sibi intra palatium exhiberi fecit, & nunc ei blanditias, nunc minas proponit. sed Sancta Virgo nec blanditijs decipi, nec minis poterat deterreri. videns itaque Præfectus immobilem eius animum, iussit eam iterum in custodiam recipi, præcipiens 20 de diuersis partibus speciosas Virgines congregari; quæ cum adductę fuissent, contulit eis ornamenta præcipua, & dona multa, rogans eas, intrare ad Nympham, si forte possent, ipsius animum immutare. intrantes autem proponebant Nymphæ delicias temporales, gloriam nuptiarum, fructum filiorum,in quibus etiam viuat homo post mortem, & omnia, quibus solent amatores huius seculi delectari. At vero Nympha spiritu diuino repleta, quidquid de contemptu mundi, de nuptiarũ molestijs à S.Mamiliano acceperat, per ordinem referens,ita sibi omnes Virgines cõmuniuit, vt nõ solum baptizari deposcerẽt, sed etiam cum ea pati, pariter exoptarent, quod cum Præfecto nuntiatum fuisset, fecit eas dehonestatas,atque exutas, eijci de Palatio,& Nympham in tenebroso carcere claudi, vbi Mamilianus, & eius clerici seruabantur. venientes autem ad eos Virgines,sequẽti nocte, baptismatis grãtiam per manum Episcopi perceperunt. Postero vero die, putans ei pater terrorem incutere fecit eam sibi ad ostium carceris adduci, & in cõspectu eius omnia tormentorum genera exhiberi, & proloquens ait; omnia hæc tormenta experieris, si æquis consilijs refutaueris adhibere consensum. Nympha respondit; vano labore cõsumeris: fac quod facturus es; nihil enim me separare poterit à caritate Dei. tunc indignatus Præfectus carnificibus ait: ipsam & peruersorem eius in feruentis olei mittite dolium, vt par pœna puniat, quos par connectit iniquitas, & eadem tormenta sentiant, eadem perfidia copulati, & his dictis abscessit; quasi refugiens filiæ cernere cruciatum. carnifices autem exsequẽtes eius imperium, cum nox aduenisset, omnia parauerũt: & exuẽtes vtrumque, miserũt 21 eos in dolium feruẽtis liquoris. quod cum fieret ora-

Mamil.Episc.à militibus comprehendi iubet Præfectus.

17

à Patre reprehenditur.

18 Equleo.& verberibꝰ, in ipsum; & disc. furit.

19

20

Multas Virgin. ad Deum cõuertit.

Mittitur in dolium olei feruẽtis cũ Mamiliano.

21

orauerunt Sancti dicentes: Domine, qui astitisti tribus pueris in camino, adesto nunc nobis, & noli deserere præsumentes de te: & ecce apparens Angelus Domini super eos, ignem extinxit, & ministris terrorem magnum incussit. Sancti autem exierunt de olla, vncti potius, quam adusti, confitentes Domino, ac dicentes: transiuimus per ignē, & aquam, & induxisti nos in refrigerium. regressi autem carnifices ad præfectum, cuncta quæ gesta fuerant, retulerunt. qui exprobauit eos; mittensque alios carnifices, ait illis: ite & eos in carcerem mittite: vbi tamdiu sine refectione sint, donec mihi mortui nuntientur. euntes autem carnifices, fecerunt, vt eis fuerat imperatum, & cum post aliquot dies B. Nympha esuriret, auxilium Domini frequentibus cœpit orationibus, vnà cum Sancto Episcopo, & Golbodeo eius discipulo, postulare. Angelus autem Domini apparens, refecit eos, & ait illis: quia persequuntur 22 vos in ciuitate ista, mandatum attēdentes Dominicum. fugite in aliam. Sancti autem dixerunt: si hinc exire vos oportet, instrue qualiter Romam pergere debeamus. 23 desiderio enim desideramus Apostolorum memorias visitare. Angelus ait: sequimini ergo me, & ego implebo desiderium vestrum. surgentes autem sequebantur eum, & peruenerunt ad ianuam carceris, quæ vltro aperta est eis, & exeuntes peruenerunt ad litus maris, & ecce nauis transiens coram illis, & innuerunt naucleris, vt applicarent ad litus, quod & fecerunt, & exposuere eis desiderium suum, quomodo Romam videre desiderarent & susceperunt eos, & cum 24 longa maris spatia nauigassent, cœperunt nautæ loqui de prandio, tristati quod vinum eis omninò defecisset. quod B. Mamilianus intelligens, ait: nolite tristari fratres: est nobis parum vini in vasculo, & potens est Deus augere illud. confortati nautæ ad verbum eius, cœperunt comedere. erant autem viri numero quasi XXIX. & auxit vinum ad verbum S. Mamiliani, qui auxerat oleum ad verbum Elisei, ita vt non deficeret nautis per plures dies, donec Romam venerunt. & cum peruenissent 25 ad montem Gilium, & vidissent Sancti locum aptum, in quo possent, sine seculari tumultu, contemplationi vacare, elegerunt solitudinem: ibique remanserunt die, noctuque Domino seruientes, & cum salutaribus studijs iugiter inhærerent, apparuit eis Angelus dicens: parati estote, Dominus iubet ex hac luce migrare, vt sit requies laboribus vestris. illi autem prostrati ad orationem dixerunt: fiat voluntas tua, Domine. Verumtamen prius optaremus, Sanctorum Apostolorum limina visitare, iterum apparuit Angelus Beatæ Nymphæ, dicens: desideria cordis vestri Dominus exaudiuit, concedens vobis vitæ spatium, donec fiat vobis sicut petistis. descendite ergo ad mare, & inuenietis nauiculam Romam euntem, cumque B. Nympha hoc socijs retulisset, alacres facti descenderunt ad mare, & inuenerunt nauiculam secus litus. accedentes itaque salutauerunt nautas, atque dixerunt: quo nauigaturi estis, fratres? qui respondentes, Romam. & ait eis Sanctus Mamilianus: suscipite nos vobiscum, & recompensetur vobis a Domino: qui responderunt, nequaquam, nisi naulum dederitis. B. Nympha respondit: nō est nobis argentum, vel aurum, hoc & Dominus noster Iesus Christus nouit, qui potest vobis retribuere mercedem, pro seruis suis. ad hæc verba, nauta faciem suam auertit, nolens Sāctos in naui leuare. qui reuersi sūt ad cacumen montis orantes, & dicentes: Domine, qui dignatus es prædicere nobis obitū nostrum, dignare insinuare, quomodo Romam valeamus adire. interea tempestas valida orta est, ita vt nauicula, quæ leuare illos noluerat, videretur periclitari, & cum expectarent naufragium, quod iam desperassent, recordatus vnus eorum ait proximo suo. forte quia viros illos exaudire noluimus. ideo nos inueniunt mala ista. & vouentes vota Domino, conabantur reducere nauim ad montem, vbi Sanctos dimiserant. quò cum tandem peruenissent, occurrentibus Sanctis, locuti sunt: peccauimus, nolentes compati vobis, idcirco impediti fumus: precamur itaque vos, vt oretis pro nobis, si forte placetur Deus, & ingressi nauigate nobiscum. cumque interissent in nauim, facta est magna trā quillitas: & nauigantes, peruenerunt 26 ad Pharum Romani portus, & permanserunt ibi nocte illa, & ecce Angelus Domini apparuit Sācto Mamiliano in somnis, dicens: exite de naui diluculo, & pergite 27 ad locum situm iuxta Buccinam, quē multitudo paganorum inhabitat. vbi videbitis altam Pinum, & sub ea Cryptam pulchre constructam, in qua 28 Proculus, & Eustotius commorantur. Sanctus autem Mamilianus audiens de discipulis suis qui persecutionem metuentes secessérant, glorificauit Dominum. mane igitur facto, valedicentes nautis, arripuerunt 29 iter eis a Domino præmonstratum, & cum 30 peruenissent ad Cryptam, ingressi sunt, & receperunt Sanctos. quos in 31 pacis osculo salutantes, pariter permanserunt. & postquam sua gesta inuicem sibi narrauerunt, sumentes cibum, collaudabant Dominum. Posthæc B. Mamilianus discipulis suis ait: nostri propositi est Romam petere, & Apostolorum memorias adorare: nunc igitur præparate nobis hic locum, vt redeuntes maneamus vobiscum, & his dictis, assumens B. Nymphā, & Golbodeum, recto itinere Romam venerunt. cum autem vrbem intrarent, ecce leprosus quidam iacebat in itinere, à transeuntibus alimoniam postulans. hunc aspiciens B. Nympha, compassa est ei, & assumens panem, quem habebat in pera, porrexit ei, & cum sibi panem ad os applicuisset, sanus factus est, & currens diuulgauit omnibus, quomodo receperat sanitatem. quærentes autē Sanctos, cum eos reperire non possent, obseruabant portas ciuitatis. Porro Sancti transeūtes, per medium illorum ibant, & tamen videri non poterant. Reuersi autem ad Proculum, & Eustotium, morabantur pariter in prædicta Crypta Domino seruientes. post aliquantum temporis, præscius S. Mamilianus

Extincto igne liberantur ab Angelo.

Vini miraculum.

25 In monte Gilio cōtēplationi sē dant.

Nautæ cū seruos Dei repulissēt tempestate iactantur.

Nympha leprosum sanat.

nus obitum ſuum, conuocauit B. Nymphã, alioſque fratres, & ait eis: audite, filij patrẽ veſtrum, & præparate vos ad ſepulturã eius. tempus enim reſolutionis meæ inſtat, quo
32 terra 32 mei corporis terræ reddatur, & pulvis pulueri commendetur. vos autem ſtate firmi in fide, pugnate aduerſus inſidias inimici, vt die vocationis veſtræ parati inueniamini. Porro Sancti hæc audientes flebant
Mors Mamiliani. quaſi qui patrem, & paſtorem amitterẽt. & cum iterum eos B. Mamilianus ſalutaribus commoneret alloquijs, & in manus Domini ſuam animam commendaret, emiſit ſpiritum. At illi iuxta traditionem Eccleſiaſticam, eius celebrantes exſequias, & hymnos
33 33 Domino decantantes, ſepelierunt 34
34 eum in eodem loco. Poſt cuius obitum Pro-
35 culus, 35 Euſtorius, & Golbodeus, infra ſex menſes, ſimiliter migrauerũt, & à B. Nym
Euſtorij, & Golbodei mors. pha ibidem ſepulti ſunt. Poſt hæc vixit Beatã Nympha vndecim mẽſib', & diebus quatuor infra quod omne ſpatium, piis inſiſtẽs operibus, cunctos ad ſe venientes de fide catholica, & die mortis, ac timore ſupremi iudicii commonens, incredulos conuertebat, credentes autem in via Domini roborabat, & cum per ipſius doctrinam, idolorum cultura pene videretur abolita, quidam pagani zelo Diabolico concitati, irruerunt in ipſam, volentes eam perimere, & Cryptã mãſionis eius euertere: eadem hora, terræmotus factus eſt magnus, ita vt omnis illa regio concuti videretur. quod pagani cernentes, territi ſunt, & credentes in Chriſtum, S. Virginem reuerebantur. cum autem iam vellet eam ſponſus in ſuum cubiculum introducere, & eius nuptias celebrare, languore tacta eſt, vt vocationis ſuæ diem ſollicitus exſpectaret. itaq; exhortatis omnibus, quos Chriſto lucrata fuerat, in magna iucunditate migrauit 36 ad Dominum, menſis Nouemb. die duodecimo. Chriſtiani verò plorantes, valde triſtes, ſepelierunt corpus eius, iuxta corpora aliorum Sanctorum. vbi Eccleſiam
37 conſtruxerunt ad honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, viuentis in ſecula ſeculorum. Amen.

Vide Animaduerſ. fol. 115.

&D. Nymphę.

36 Templum cõſtruitur, ſuper eius ſepulcro.

37

MIRACVLVM SANCTAE NYMPHAE

Ex Actis in Vaticana Bibliotheca.

1 SVB idem 1 tempus ruſticus quidam meſſoribus panem ferens, ſolis æſtus impatiens, ſubumbras arborum procubuerat. vbi eum corripuit ma
Diabo. fugatur. lo ſuo ſomnus, forte coluber per os ingreſſus in viſcera delabitur. ſimul expergefecit hominem labor, cui nullum leuamentum fuit ad veſperam vſque. poſtea quam ſerò domum rediit, cubitumque poſt cœnam diſceſſit, vt ei quies eſſet à lecto, sõnoq; obdormiſcentẽ vexare ſerpẽs cœpit, & acriter torquere. excitus opẽ expoſcit, proclamãs: iuuate me, ignotis acerbitatibus dilaniatus emorior. adcurrit ad vóces familia, adſidetque mœrens, & in lacrymas effuſa, æque ignara exitii, atque remedii. nouiſſimũ miſeri caſum audientes, qui Romanum portum habitabant, virique, ac mulieres domũ eius confluxere. rogitantibus verò, quid mali miſero illi accidiſſet, nemo erat, qui promeret, eodẽ ignorante, qui atrociter conflictabatur. vnde difficillimum, ac deſperatũ morbo remedium, niſi afferret Deus. ita æger ſolidam noctem in eo cruciatu perſtitit. lucẽ prima plerique ex iis, qui domum conuenerant, admirabilium rerum memores, quæ à SS. MM. patrabantur, hominem iam feſſum ac morti propriorem cohortantes ad eorũ ſepulchra detulere; ante quę vbi depoſitus eſt, virum dicta ſtatim colubri figura Diabolus egrediens, incolumem virum reliquit; omnibus qui præſentes aderant inſpectantibus. qui Dominum collaudabant, & merita SS. MM., maxime verò B. Nymphæ attollebant, qui ope ſua hominem ab interitu vindicaſſent.

Sed is, poſtcaquam ſanus factus eſt, ſpretis vitæ blandimentis eodem in loco permã ſit. vbi Deo, Sanctiſque Martyribus, quorũ corpora ibidem conquieſcebant, quibuſque beneficio obſtrictus erat, ad finem vſq; vitæ deſeruiuit. ceterum nihil æque famulantes templo fatigabat, quam dulcium aquarum inopia, neque aliud, quam à precibus auxilium ſperabatur, & Martyrum promeritis. igitur in ſpem inſiſtentes, Deum orabant: poſſe Martyres impetrare aquas hominibus qui Deo ſanguinem obtuliſſent. vt precibus finis fuit, fons aquæ dulcis ad caput ſepulchri B. Nymphæ prorupit. tum omnes Martyrum victorias, & munificentiam, præcipueque Virginis Nymphæ celebrauere, per quos adeo mirabilia patrarat Deus, ad gloriam nominis ſui, cui eſt imperium in ſæcula.

Fons erũpit.

Vide Animaduerſ. fol. 125.

Digitized by Google

TRANSLATIO CAPITIS S. NYMPHAE VIRG., ET MART.

CLEMENTE Octauo Pontifice Maximo, Philippo Secundo Hiſpaniarũ, & Siciliæ Rége, Prorége Didaco de Guzman, Comite Oliuaris Sanctiſſimum Diuæ Virginis, ac Martyris Nymphæ caput Panormum tranſlatum eſt. ſeruabatur id Romæ in æde Sanctę Mariæ Mõtis Cœli, cum pijſſima fęmina Maria Pimẽtella, Proregis vxor, Panormitanis popularem reddere, vrbique patronam addere cupiens, Panormum ferendum curauit, vrbęque, quam in primis caram habebat, tanto voluit ditare theſauro.

Ea res Ludouico Secundo de Torres Mõtis Regalis Archiepiſcopo, qui tum forte Romæ degebat, demandata, facile à Pontifice impetratur. ſacras inde reliquias accepit Pactenſis Epiſcopus Gilbertus Isfar Corẽglies Panormũ, Senatu Panormitano poſtulante, delaturus. Is, ardentibus aſſiduo circa ſacrum depoſitum cereis, Neapolim primum, inde Thermas Siciliæ ciuitatem inuectum tantiſper in æde maxima depoſuit, dum omnia Panormus adornaret, quæ ad id decere videbantur.

Adſtabant interea ad cæleſtem theſaurum nobiles, religioſique viri complures, quos ad id muneris Senatus delectos miſerat. Igitur vbi dies adfuit, accepto, qua par erat veneratione, capite, atque in nauem impoſito Pactenſis Epiſcopus freqẽti ſtipatus nobilium, ac religioſorum hominum agmine Panormum contendit. Sed quam læta Diua patriam repeteret, id argumento fuit; vento ſiquidem, qui iam reflarat aduerſus, ad Vrbis proſpectum, in ſecundum repente mutato V. Idus Septembris A. M. D. XCIII. Panormum appulit nauis; exceptæque reliquiæ ſunt ſumma frequentis populi veneratione, ac triumpho.

Vide Animaduerſ. fol. 126.

Ann. Ch. 312 4. Febr.

DE BEATO RHODIPPO EPISCOPO

Ex Actis SS. Alphij, & Sociorum.

RHODIPPVS, 1 Epiſcopus Leontinus, & Confeſſor, familia clarus, ſed pietate Chriſtiana clarior. Sanctæ Epiphanes Martyris Germanus frater fuit. Romam Profectus cum Beato Neophyto Leontinorum Epiſcopo, Diaconus à Romano Pontifice ordinatus eſt. inde in Siciliam Leontinos reuerſus, ab eodem Neophyto Epiſcopo Sacerdos conſecratur. deinde cum plures per annos, magnis virtutibus, id munus obiuiſſet, in demortui Neophyti Epiſcopi locum, Eccleſiæ Leontinæ præpoſitus eſt, quam in perſecutionum turbinibus, cum pie, ſanęteque adminiſtraſſet, per annos XVII. dierum plenus, bonorumque operum, in pace obdormiſcens, ad æterna præmia conuolauit.

DE BEA-

Digitized by Google

Ann. Ch. 312 5. Ianuar.

DE B. EVPREXIA ET B. THEOGNIA

Ex Actis Translationis S. Agrippinæ

Patria Euprexiæ.

EVPREXIA, femina nobilis Menensis, parentibus christianis, ac Deũ timẽtibus nata est. pietatem cum lacte matris accepit, & constantis vitæ institutis à pueritia coluit, tanto Dei cæ[illegible]nore, & ope Altissimi profecta est, vt à semitis eius numquam deerrasse crederetur nec pietati denegatæ a natura opes. copiosa erat Euprexiæ res familiaris, seruorum, ancillarumque familiæ, possessiones multæ animantium greges. sed ditior christianæ feminæ census, magnæ virtutes fuere: fidei studium, misericordia in egentes, patientia in aduersis rebus, eximia in Deum religio. nam christiano viro, cum quo annos VIII vixerat, suscepta vnica filia, amisso: statim Iesu Christo se iunxit. diuitias vero suas in officia pietatis, & subsidia christianæ religionis impendit, quam persecutio Tyrannorum affligebat. igitur Sanctorum necessitatibus de fortunis suis communicans christianos in carceribus aluit, vinctos libertate donauit. multa illa Martyrum corpora pecunia ex igne redempta honeste sepeliuit. quid? benigna caritas, opes eius omnium commodis destinarat, nullo religionum discrimine. nam viduas, & pupillos non christianorum modo, sed Ethnicorum sustentabat.

Pietas.

Verum cum Euprexia pietate, ac vitæ officijs Deo perplaceret, necesse fuit, vt fides eius aduersis probaretur. agebat Theognia, hoc erat filiæ nomen, annos XIV. sed ægro ex paralysi corpore, per quinquennium cõflictabatur, adeoque intabuerat, vt nec manum mouere, nec pedem, nec reclinare in latus, sine adsitentium adminiculis posset. auctor vero tantæ calamitatis Dæmon, qui inuidia in parentem, illigatam malo Virginem miserandum in modum tenebat, permittẽte Deo, matrẽ in ægra filia vexabat, vt non modo matris, sed puellæ virtus palam fieret. mœrens de filiæ ægritudine mater, quid nam reliquit intentatum? multa in medicos profudit; plures ad Martyres ægrotam filiam detulit. sed humana ope procurari morbus non poterat, diuina non dum permittebatur. attamen Euprexia erigebat se ad spem, fidens auxilium sibi filiæque a Deo affuturum. sanè digna erat, quæ tot miseros pietate sua leuauerat, vt ab ea miseria leuaretur. nec diu suorum misericors Deus obliuiscitur.

Fides inter aduersa.

Postquam Euprexiæ preces, & eleemosynæ ad Deum, vt quondam Cornelii Centurionis peruenere, solarium matris, & filiæ salus maxima numinis beneuolentia, mirisq; modis adproperatum est. tum enim imperantibus Valeriano, & Gallieno, martyrium vrbe Roma pertulerat B. Virgo Agrippina. eius corpus Bassa soror diuinitatis instinctu consensa naui in Siciliam aduehit, ex Agrigentino litore, quò appulerat, duce itineris Angelo, Menas pergebat in Euprexiæ penates, quibus cælestis thesaurus destinabatur, vt inde notesceret, quãtum illa à Deo, & Agrippina diligeretur. statim atq; audiuit Euprexia obuiam progressa, Martyrem salutauit, adorauitq; salutem filiæ exposcens. hic B. Bassa illustre sanctitati eius testimonium dedit; nam cum nomine suo Euprexiam inuisã, ignotamq; sibi, ac Deo dilectam cõpellasset; firmauit scire se Spiritũ Sãctũ in Euprexia manere. dein lacrymantem pro incolumitate Theogniæ solata, matrem, ac filiam dixit, nõ modo corporum, sed animarum à Deo salutẽ inde cõsecutas esse. exinde in Euprexiæ domũ vnà cõtendũt, & B.M. Agrippinæ corpus in penetrali cella deponunt.

Corpus S. Agripp. domum eius Roma delatum.

Nulla miraculo mora Theogniæ lectum, domumq; lux circumfulxit, & iucũdissimus somnus, quem antea ex morbo capere non poterat, consopiuit in somnis venerãdam Virginem præ se sublime stantem, & collucentem cernere, & audire visa est alloquẽtẽ: filia, & soror mea, Theognia, sanct te Dominus Iesus Christus, spõsus meus, simul prehẽsa manu dextera erexit, duxitq; in ædiculã, vbi sacrum Martyris corpus locatum erat: illic asserens perpetuo requieturã, quo miserat Deus. euigilãs Theognia, somnoque & morbo exsolutam vidit se stantem corpore integro, ante fulgentem Agrippinæ loculũ, Virgineſq; tres Bassam, Paulam, Agathonicamq; ac matrem Euprexiam prope adsidentes. Mater incolumi filia, pauentior, an lætior, vt audiuit visa narrãtem, in lætitiam grateſq; ac Dei laudes effunditur. multos exinde post annos, reddita pace Ecclesiæ à magno Cõstantino, Euprexia B. Agrippinæ ædem satis amplam, & elegãtem construxit, corpusq; S. Martyris in ea cõdidit. simul opibus in pauperes distributis, vel in templum ab se structum collatis, reliquum vitæ tẽpus Sancto habitu velata, vnà cum Theognia, in eodem templo transegere, Deo seruientes, & S. M Agrippinæ in quo ministerio, Sãctisq; pietatis officiis, cum annos XL. mater, & filia vixissent, more Sanctarum mulierum, Deum confitentes ad Dominum commigrauere.

Plena dierum quieuit in Domino.

Digitized by Google

DEPOSITIO CORPORVM

Ann.Ch. 331 28. Iunij.

SS. MM. PAPPIANI ET LVCIANI

Ex Græcorum Menæis.

QVAM admirabilis Deus in Sanctis suis, liceat nũc mihi exclamare, qui in animo habeo tẽrificũ, mirumque prodigium edisserere. sanè 2 vero Diuus Bartholomæus Apostolus cum in varijs orbis terrarum prouincijs Domini Nostri Iesu Christi nomen mortalibus promulgasset, in magna Orientis Armenia cruci affigitur. eius corpus Christiani in 3 arca lapidea inclusum in 4 Vrbani ciuitate depo nunt. sed ea theca cum assiduis curationum ac sanitatum miraculis scateret, ingentes ad eam fiebant populorum concursus, qui morbis, quibuscum conflictarentur, statim leuabantur. Hæc videntes Diaboli satellites, incredibili odio, ac furore in sacram tumbam elati, statuunt Sanctum Apostoli corpus, vnà 5 cum quattuor alijs Sanctorum Martyrum capsulis, in mare per summam impietatem proiicere. atque id diuino factum consilio arbitror, nimirum, vt ea maria, quę illa percurrerẽt, sancta, religiosaque fierent; ac regiones, quibus à numine distribuendæ essent venerandæ reliquiæ, donis cælestibus cumularentur, atque inprimis Deus ipse in Sanctis suis mirabilis prædicaretur, vt sacris literis proditum est. Etenim 6 vbi Ponticũ sinum nauigauit Apostolus, atque Hellespõti angustias cucurrit, ad Aegæum, Adriaticumque mare delatus est. relinquensque illustrem, omnibusque conspicuam Siculorum Insulam, comitatus iam à Sanctis Martyribus Pappiano, Luciano, Gregorio, & Acacio, qui alijs in capsulis condebantur, in Insulam Liparim venit. Pro mira Dei facta? nam quis vnquam est, qui ea rite possit referre, ne dicam laudibus ornare? Sãcti Martyres, vbi Apostolum sociauerũt, confestim quam sibi quisque sedem delegerat, ad eãdem tenẽdam reuerterunt. Si quidem Pappianus 7 Mylas 8 Siciliæ opidum, Lucianus 9 Messanam, Gregorius 10 Colemnam Calabriæ vrbem, Acacius 11 vero in Ascalos, nomen opidi est, profecti sunt. Verum 12 Agathoni, qui per 13 id tempus Liparensem Episcopatum gerebat, Bartholomæus Apostolus se prodidit: ibi Episcopus prodigium admiratus, cum ad litus festinaret, exclamãs; vnde, inquit, tibi, ò Liparis, tantæ opes, ac diuitiæ? enimvero summo te honore cohonestauit Deus Optimus Maximus accipe iam Sacrosanctum Apostolum, eiq; gratulare aduentum. hæc dixit Episcopus aliaq; in S. Apostoli, suæq; Insulæ laudes. quoniam verò in insigni loco celeberrimum exædificandum erat Bartholomæo templum, vbi venerandæ illius reliquiæ conquiescerẽt, euenit, vt cõplures thecam pertrahere connitentes, ne mouere quidem loco possent. Tum per quietem diuinitus admonitus Agatho, iubet adduci par iuuencarum, ijsque arcam tenui fune alligari, quæ facili negotio, quo Apostolus ire destinarat, eumdem aduexerunt. ecce autem ante actis nouum miraculum additur, quod incredibile fortasse ijs videbitur, qui diuinorum sunt mysteriorum ignari. Etenim 15 paruula Insula, quæ Vulcanus appellatur, in qua fons noctu, atque interdiu ebulliens, simulac propinquum aduentum Apostoli sensit, celeriter instar fulminis, septem stadia longe excurrit. atque id sanè miraculum hodieq; perseuerat, quod nulla vnquã secula videre. Postquam verò sumptuosissimum templum D. Bartholomæo est ab Episcopo excitatũ, eo loci ditissimum thesaurũ, beatas, inquam, reliquias vna cũ theca, quã aduectæ sũt, deposuit. quis verò referat miracula, quæ ibidem quotidie patrãtur? multis 16 post annis, nouissimis temporibus; Teophilo Imp. cum opidum, vbi cõdebatur S. Apostolus, ab Agarenis propter nostra flagitia, captum fuisset, Insulaq; omnis vasta desertaq; iaceret; Princeps 17 opidi, cui nomen est Beneuẽto, cognitis quę per Apostolum gerebãtur, miraculis, è magna in Sãctũ virum pietate permotus; ab vrbe Amalphi Nautas aliquot pretio cõduxit, irent Liparim, Sanctasq; reliquias caperẽt, ac reueherent. Princeps igitur cum Episcopo, clero, magnaq; populi frequẽtia cum non longe abesset Sacrosancta theca, obuiam processerũt, eamq; Beneuẽtum attulerunt, in sacro loco deponentes. vbi multis ægris sanitatẽ Sanctus Apostolus restituens, gloriam suam omnibus conspicuam fecit. Ad gloriam Dei Nostri Optimi Maximi.

S. Bartholom. corp. in mare, proiectũ, & cum eo alij mm.

Templum ædificatũ.

Agarenis Liparam vastantib' Beneuẽtũ transfertur

Vide Animaduerſ. fol. 134.

DE B.

Digitized by Google

Ann. Ch. 331 6. Iunij.

DE B. CHARITONE
PRESBYTERO

BEATVS Chariton, Leontinus Presbyter, Sancti Donati filius, quincto loco natus, Diaconus in Ecclesia Antianorum, iuxta Leontinos, cum Donato patre fuit, cui demortuo Eustratius filius in Ecclesiæ illius præfecturam succeſſit, Eustratio germanus frater Chariton ſuffectus eſt. quam is tenuit XXX. annos pie, ſancteque obijt, nonagenario maior, Christi ferme anno CCCXXXIII. Ex Græcis Actis MSS. Bibliothecæ Cryptæ Ferratæ, Sanctorum Alphij, Philadelphi, & Cyrini.

✣.O.✣

Ann. Ch. 336 24. Iulij.

VITA
S. FANTINI
Ex Vetuſto M. S. Syracuſano.

SYRACVSIS 2 natus eſt Fantinus. Fantio, 3 ac Deodata nobilibus, atque in re familiari copioſis parentibus. hi tametſi Idolorum erant implicati cultu, tamen in pauperes natura erant propenſi, & de ſuo ſubleuabāt multos. quod eo etiam liberalius præſtabāt ac libentius, quòd ea ratione in ſpem venie bant, impetraturos ſe à Diis ſuis liberos, quibus carebant. ſed Dij eis nulli quidem, verus autem Deus, qui neminem vult perire, & lucem veritatis omnibus impertit, neque infrugiferam eleemoſynarum eſſe ſementem ſinit, liberales precantibus aures dedit, & hoc inter dormiendum vtriq; visū iniecit. Videbantur ſibi ante tribunal Dei tamquam indicto die ſiſti, & Idololatriæ nomine accuſatos, ad extrema ſupplicia damnari. in magna trepidatione, nec opinatus adfuit patronus miſeris, Ieſus Chriſtus, cuius erat habitus talis, toto corpore plagis, ac vulneribus diſtinguebatur, vnde ſanguis, atque horror quidem nullus, ſplendor plurimus eminebat. is in conſpectu Iudicis ſtans hunc in modum orat. Hi, quas, tu pœnas in eos cogitas, meriti quidem ſunt, Pater, ſed eas primum mihi, tum eleemoſynis eorum condonato, precorque abſte, vt vitam iis, ac liberos concedas, & ad ſuperſtites reos conuerſus, vobis, inquit, filius olim, quem expetitis, naſcetur, qui 12. annum cum attigerit, fidem in me, patrēq; meum concipiet. tum hanc vos edocebit, & ad martyrium viam aperiet. ipſius autem monitis, multi in veritatis viam traducentur. Poſtea Fantio, ac Deodatæ poteſtas eſt abeundi facta, & naſcituro filio, nomen vt Fantino imponant, eique ab anno 12. verbo obſequentes ſint, imperatum. à ſomnis euigilantes, mutuo viſa cum narraſſent, lætitiam ſimul cum ſpe capiunt. Tempore ſuſceptus eſt filius, & vt iuſſum, nomen huic indunt Fantino. In exortu, atq; aduocatione duo fuerunt digna, quæ miremur. Vnum, quod infantis, à parte læua, pectus notatū eſt crucis ſigno, non ſubtenui, ac paruo, ſed alte impreſſo, & pro corpuſculi portione, in ternorum digitorum latitudinem lōgius producto, color eius ſanguineo erat ſimilis. Alterum quod in recentiſſima ætatula, ſæpe de lectulo ſurgebat, & repens perſpondam demittebat ſe humi, ſicque recubabat. eius rei cauſſam cum ſciſcitarentur, militare inquit, Chriſto volo. in quo quidem illud eſt plenum admirationis, puerum hunc cum Ieſu Chriſti nomen appellabat eius nominis memoriam feciſſe, quod ab alio dictum ipſe antea numquam excepiſſet. Inter hæc Fantino duodecimus appetiit ætatis annus. atque cum ea tempeſtate venandi ſtudioſus, vno cum comite, feras inſectaretur; nactus eſt ceruum proceritate mira, atque ardua, tum nouo etiam miraculo ſpectabilem, Huic multæ inter cornua cruces exſtabant: humana autem vox eius ex ore prodiit, qua ſe vt ſequeretur, hortabatur, & tempus, inquit, eſt, vt & capiaris, & capias; veneris, ac rurſus te alius venetur. Ergo poſtquam per agrum Syracuſanum ad duo paſſuum millia præeuntem ceruum proſecuti, propter quandam ſe ſpecum vident. Itaque cum deſcendiſſent de equis offenderunt in ſpecu hominem ſenem, atq; eremi-

Patria

Parentes pietate in paup. filiū à Deo habent.

Naſcitur infans ſigno crucis notatus.

Etvocatur ſigno ad rabiliad fidem Ch.

Digitized by Google

èremitam. huic præterita nocte nuntiauerat Ieſus Chriſtus, venturum ad ſe craſtina luce, adoleſcentem nobiliſſimum Fantinũ, eum rectam fidem edoceret, de qua ſua diuinitate, atque humanitate inſtrueret; fore enim, vt huius opera non pauci ſalutem conſequantur. At poſtera quidem lux Fatinum eremitæ in cõſpectum tulit, quem ſibi ad pedes accidentem, cum ſubleuaſſet, parentum illi de ſuis natalibus viſionem recitat, crucis ſignum impreſſum in pectore manifeſtat. & ſuper hæc, magnas enim verò, inquit, Fantine, gratias debes inſtauratori generis humani Chriſto, qui antequã ſacro baptiſmatis flumine ad vitam tranſmittereris, Sanctiſſimæ te crucis ſigillo notauit. hic nudato pectore adoleſcens, cum accepta à Chriſto Domino ſigna patefeciſſet, arrepta rurſus occaſione, in multam noctem ſenex dixit plura de ſeruatoris noſtri cum in eius vita, tum poſt obitum etiã confectis myſterijs. ac quidem noctis tenebras diſpulit admirabilis crux circumfuſa lumine, & in propinquo in cœlo viſa. Hoc autem veluti nuptio lucis à Deo accepto Fantinus, atque eius comes 4 Leontius abluci ſacro fonte chriſtiani facti ſunt. & cũ noctis reliquum ſacris inter ſe colloquijs, atque ad Deum obſecrationibus tranſegiſſent, orto iam ſole ad vrbem redeunt. cum vero Patri Fantinus occurriſſet, ſalutatione eum excepit, qua Ieſu Chriſti mentionem faceret. At nouum verborum genus pater demiratus, quamobrem ſe ea ſalute donaret, ab filio quæſiuit. Ille Spiritus Sancti luce repletus, cum ſuſceptæ paulo ante fidei principia, atque arcana explicaſſet, ſimulq; in memoriam patri priſtina viſa reuocaſſet, eò patrem adduxit, vt Chriſto per baptiſmum libentiſſime manus daret. Vterque autem poſtea Deodatam de ſuſcepta religione docuerunt, & dominos chriſtianos vniuerſa imitata familia eſt, præter contumacem vnum, qui ab teterrimo Dæmone in obſtinationis ſupplicium arreptus, ſe ſe in flumen præcipitem dedit. Chriſtiani hi cum ſunt facti, dictorum etiam Chriſti, niſi quis renuntiauerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus, eſſe memores, atque etiam obſequentes cœperunt. Itaque diuenditis, quæ poſſidebant omnibus, magnam ex agris, & fortunis ſuis pecuniam conflant, quam egentium ſubſidio, ac victui largiter in dies erogabant. eas ob res defertur eorum nomen ad Proconſulem, is in conſpectum adductos interrogat, cuius eſſent religionis, ac ſectæ. Chriſtianos eſſe, & Chriſtum ſe crucifixum colere, reſpondent ob id iuſſu Proconſulis, vehementiſſime 5 plumbatis vapulant, tum in vincula, ac cuſtodias conijciuntur. Ecce autem cum nox omnia opacaſſet, Angelus Domini deuolat in carcerem, & poſtquam luce locum illuminauit, appoſitis cibarijs, refici cuſtoditos, ac confortari iubet. à menſa prædicit Fantium quidem, ac Deodatam mortem pro fide poſtridie eſſe obituros; Fantinum ad alia reſeruari: quamobrem excederet ex eo loco, atque in alias ſe partes reciperet. Tum arreptas catenas Fantinus facillime perfregit, quippe quas inſtar ceræ molliſſimas virtus diuina fecerat. Hæ in præſentem 6 vſque diem Syracuſana in Eccleſia demõ 6 ſtrantur. deinde patefactas ſua ſponte fores cum offenderet, ſenſim cum comite Angelo egreditur, vſque ad portas Vrbis, quas ſigno crucis impreſſo referat, atque aditum ſibi facit. Interea illuxit, & producti illi duo, cum recuſarent Proconſuli obedire, & tura Diis adolere, capita iis præciſa ſunt. Fantinus Meſſanam appulit, & exceptus hoſpitio mulieris cuiuſdam, filium ei captum oculis, luce iterum donauit, quem inter dormiendum nigerrima hominis ſpecies violenter exoculauerat. id cauſſæ fuit, quod Ieſu Chriſto nomen familia vniuerſa daret. ea res famam Fantini Meſſana, quæ etiam tum Idolis ſeruiebat, diſſeminauit. conquiritur ergo à magiſtratu Mamertino, pœnam ſuę fidei daturus. ſed ille diuino monitu, conſcenſa per noctem nauicula, quam quam ſine remigio, ac velo, tamen curſum freto Rhegium verſus, cæleſti ductu, tenebat. neque cũm eum armata triremis inſequeretur, conſequi vnquam potuit, quam obiecto ſigno crucis impediuerat. Vt eſt Rhegium deductus, in Matronæ ſe cuiuſdã domum ab foro ſubduxit, & frigidam ſibi ad potandum daram, vinum merum facit: matrem autem familias vicinam rei miraculo & procidentem ad pedes chriſtianam facit. inde longius ſeceſſit, & tertio poſt die opidum, 7 cui Tauriano nomen, ingreditur, ſeque Balſamio, locupleti homini, in ſeruitutem locat. ſed cupido deſpectus ſui, ac vilitatis pro Deo cõtra accidit. eo enim notior vniuerſis, & carior habebatur. Erat Fantinus ingenio docilis, ſermone non inelegans, caſtitate ſumma, atque honeſtate morum præditus iuuenior abſtinẽtiæque amantiſſimus. Verum propter gentilium metum, fidem arcano pectoris cõcreditam abſcondebat. Itaque 8 paſcendis iumentis, amandatur ab domino ſuo turi, quod ille alacriter quidem, fideliterque præſtabat. Mouſis mẽmor, greges deducẽtis, & apoſtolici eius, dicti, ſerui ſubditi eſtote Dominis veſtris, in omni timore. Aeſtas ſumma eſſe cœperat, quo tempore frumenta in areis congregantur ad triturã. id occaſioni ſibi datum, exiſtimauit Fantinus, ad ſubleuandos egenos. ergo partem iumentorum locat, ad terendum frumẽtũ, pretium triturę tribuit in pauperes. Mos Fãtino is frequens erat, inter terendam areã, preces poſt iumenta corde, atque ore profundere, Deumque laudare: deinde ſolutũ terendi cura, & paſcentibus iumentis, cœlũ genuflexo ſuſpicere, cæleſtiaque aſſidue meditari. interim Dæmone inſtigante, nũtius Balſamio perfertur, male a Fantino iumenta tractari, paſcuorum loco commodari terendis ariſtis. id auaritia fieri, & ſpe lucri, quod ſibi aſſeruaret. Balſamius, quod de probo adoleſcente credere nollet, experiri maluit, quàm audire, & ſimul in agrum per-

Dum baptizatur cæleſti luce, circumfũditur. 3

Propterea verberantur, & in vincula conijciuntur 5

Fantinus ad alia ſeruaturi non ſine miraculo educitur.

Aquam in vinum vertit Rhegii.

7 Tauriani progreditur

8 Paſcendis iumentis.

Digitized by Google

perrexit, quid rerum fieret odoraturus. Fefelliſſetque Fantinum, niſi famulo ſuo pro tempore Deus accurriſſet. Nam accedentem ad ſe Fantinus herum cum proſpexit, procidit in genua, & factum ſuum Chriſto cui laborabat, commendauit: inter orandũ occupatur ſomno, & Balſamio propius accedenti cum iumenta in aream circumirent atque ariſtas contererent, tamen in vberibus paſcuis eſſe, atque pratum omninò viride, atque herbidum viſa ſunt depaſcere. quamobrem excitatum Fantinum, de ſedulitate ſua laudat, confortatque vt commiſſa fidei, ac curæ ſuæ iumenta bene curet. Inde in vrbem lætior redit. ſed in incœpto ſuo cum perduraret Fantinus, rurſum certior ea de re fama Balſamio per quoſdam nuntiatur, cui quamquam principio nullas aures præbebat, & deferentes auerſabatur. tamen facere non potuit, quo minus non nihil tandem auditis inclinaret. Itaque perrexit quæſitum, eo animo, vt ſi vera offenderet, quæ illi accuſarent, Fantinum in vincula coniectum affligeret: ſi vero ſecus, eos omnes inuidiæ, ac mendacij conuictos ab familia ſua reijceret, cum infamia, ſeruum innocentem honore, ac mercede maiore donaret. Aduentum heri, & cogitationes Fantinus, quamquam abſens, diuino tamẽ ſpiritu, prouidit, & vt iræ concederet, fugæ ſubſidium cœpit in Siluam. cumque 9 ad Metaurum peruenisſet, neque haberet, qua ratione flumen traijceret, ſubſtitit, oculos huc, illuc circumferens, ac veſtigans aditũ. Interea videt iratum dominum appropinquare, tunc ille Deum, ne ſe ea hora deſereret, etiam atque etiam exorauit. & perfecta oratione, virga aquas percutiens, Metaure, inquit, in Chriſti nomine paulum de tuo curſu ſiſte, hoc præcepto, aquæ duas in partes diſceſſerunt, & viam in vlteriorem ripam Fantino fecerunt: eo tranſuecto, rurſum coierunt. Hæc omnia cum vidit Balſamius, illico iracundiam depoſuit, & humi ſtratus Fantinum ex aduerſa ripa precari extenſis manibus cœpit: ne ſe in tenebris ignorantię deſertum vellet; ſcire ſe famulũ veri Dei eſſe eum, cupere eiuſdem Dei obſequio, ac ſeruitio addici, qui tantam ſuis poteſtatem largitur: ſeque veniam ab ipſo petere, & vice verſa famulum eius velle eſſe, ac dici, eiuſque præceptis obtemperare. his eſt vehementer lætatus Fantinus, & heri promptitudine cognita, Chriſti Ieſu legem ei prædicat, conuerſumque in fide inſtruit. non multo poſt patris familias exẽplum vxor Mathildis, eorumque liberi, totaque eſt domus conſecuta. ea autem exinde Balſamij vita fuit, vt eam ciuitatem ad veram fidem traduxerit; ipſum vero multis miraculis Deus ornauit. Fantinus Balſamio ſegnior non fuit, nam congregata cõcione, ſæpe populum de diuinis rebus docebat, pauperes, egenteſque comparata ope ſuſtentabat adeò vt breuiſſimo tempore Idolorum fana, lucoſque deſtrueret; Eccleſias vero *Deo*, eiuſque vero filio Ieſu Chriſto ædificaret. Hæc dum facit in annũ

Falsò accuſatus à Deo defenditur cœleſti prodigio.

Dñs, & Ciuitas conuertuntur ad fidem

etatis tertium, ac trigeſimum ingreditur, poſtremo 10 die menſis Iulij, populum vocari iubet ad concionem, cumque vehementiſſime de diuini rebus peroraret, prædixit die Dominico proxime ex hac vita ſe eſſe abiturum, cum Sacerdos rem ſacram perfeciſſet. paulo poſt corripitur febri, & illuceſcente prędicto ab ſe die, iuſſit intra chorum templi in feretro ſe collocari. peracto ſacro, manibus in cœlum ſublatis, cum Chriſtum Ieſum ab ſe corporeis oculis cerni teſtaretur, atque ſubinde integraret, in manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum, animam Deo reſtituit, tam expers doloris in morte, quam fuit criminis, ac turpitudinis in uita. eius cadauer tãta luce, ac ſplendore luſtratum eſt, vt per duas horas ne cerni quidem ab vllo poſſit, odor autem, triginta integros dies, Eccleſiam ſuauiſſimus perfudit: & ex ſepulchro cœpit oleum redundare quoddam tantæ virtutis, vt cum omni morborum generi, tum vniuerſis etiam animæ tentationibus occurreret, Porrò nonnulla Fantini miracula recenſebo. Theodorus quidam ciuis Taurianenſis, cuius ædes templo erant Fãtini contiguę, allegatus à Prætecto Prætorii eſt, vt ſummam pecuniæ fiſci nomine cogeret. is coactam conſignauit, accepta Syngrapha. moritur nõ multis poſt diebus Præfectus, & ſucceſſor accerſitum Syracuſas, vbi tum agebat, Theodorum perſolutæ pecuniæ ſymbolam repoſcit. qui qua illam in parte repoſuiſſet, cum in memoriam ei nõ rediret, in carcerem coniicitur. cumque in Taurianum, quo in opido S. Fantini corpus eo tempore condebatur, immiſſi ſerui opera conquiſitam diligenter nuſquam reperiſſet, innixus meritis Fantini Deum in tot anguſtijs, atque iniurijs orabat. Ac nocte quadam ei apparuit miles in equo ſedens, qui quæreret ex ſe, cur mœrore diſſolueretur? cui cũ cauſsã expoſuiſſet, en ego, inquit, miles quantum tua cauſſa ſpatij confecerim, ſudor equi declarat, tibi vero ſum in Taurianenſi opido, domo proximus, atque coniunctus, accipe tibi tuam ſyngrapham, & vale. Hic expergefactus Theodorus, cum videret intra manus ſyngrapham ſuam, gaudio exſiliuit, & actis *Deo* gratijs Præfecto tradidit, atque omni eſt periculo ſolutus.

10

Obitum ſuum prędicit.

Cadauer luce, & odore cæleſti perfunditur.

Mirac. recepta ſchedulę.

Taurianenſium Eccleſiæ Archidiaconus prædicti Theodori filius, cùm occuparetur acerba ſcabie, quæ corpus inſtar lepræ maculis immanibus operuerat, deferriſe iuſſit in ædem S. Fantini. ea in æde, præter Fantini reliquias, SS. etiam Pontificum Georgij, & Ioannis corpora tumulis decentibus aſſeruabantur. Orauit aliquandiu æger, & cœperat feſſus dormire, neque tamen omninò ſopore premebatur, cum videre ſibi viſus eſt *Sanctiſſimum* Fantinum de ſepulchro prodeuntem, adire ad illorum Sanctorum tumulos, atque his verbis excitare quieſcentes: conſerui, exurgite, & venite: quid iſte exoret, videamus. Hi Pontificijs induti veſtibus prodeunt; hinc atque hinc me-

Archidiac. à lepra mundatur

medium faciunt Fantinum, ſimul ad Archidiaconum adeunt. Tunc præcipit ei Fantinus, vt exterius, interiuſque veſtimentũ, quo operitur, exuat. ille quamquam pudebat, præſtitit. Iterum ei præcipitur, pellem eijciat, qui dicto obſequens, cœpit perſtricando niti, ſi quomodo poſſet corium deponere. eo autem momento exutum ſcabie ſe, atque integra valetudine confirmatum ſenſit. iterum mandat Fantinus, vt veſtimentum recipiat. illi verò ad tumulos redeunt. His viſis euigilat Archidiaconus, & quæ viderat, vera fuiſſe cognoſcit.

Med. morbo oculorum curatur.

Dauid natione Syrus, arte medicus, oculorum morbo adeo vehementi laborabat, vt neque collyria iuuarent, & proſpectus in dies ita deficeret, ſanguis etiam per genas ſenſim defluoret. Hic cum de S. Fantini liberalitate acciperet multa, in ſpem bonam venit: perrexit ad eius templum, & oculos aqua lauit, quæ de tumulo manabat. id illi iaciem omninò redintegrauit. Puella infans, duorũ annorum, nobilis viri filia, noctu cum dormiret, arripiebatur de latere matris ab Dæmone, & nudo ſolo cubiculi deponebatur. ſenſit verſutiam hoſtilem pater, & delatam filiam ad Sancti viri ædem, cum hoc voto comitatur: Sancte ſerue Dei, hinc non exibo, niſi filiam ſanaueris. Prima noctis vigilia, cũ in oratione perſeueraret, ecce ſuperuenit Diabolus, & fores templi cum ſtrepitu, atq; ira compulſat, & puellæ interminatur; quæ metu deterrita ſe ſe in gremio patris abſcõdebat. miſſi ad portam pueri duo neminẽ offenderunt. quamobrem obfirmato oſtio, regreſſi ſunt. multa nocte, vniuerſi cum dormirent, ſtrepitus iterum fit ingens, & minæ; ſed illi cum facile intelligerent, intercluſum eſſe aditum Diabolo ad templum, ſpei pleni orabant. altera nocte, ſerius aliquãto adfuit iterum Diabolus, ſine ſtrepitu, in formã nigerrimi canis; tũ tertio pene ſub aurorã. tertio die puella tam diris terriculamentis liberata eſt; id quod ſignis manifeſtiſſimis declarauit, quæ XX. annum cum attigiſſet, incluſa monaſterio S. Fantini, religioſam vitam traduxit: ei Gregoriæ nomen fuit. *cetera in libro manuſcripto deſiderantur.*

Puella à Diab. terriculamẽtis liberatur.

Vide Animaduerſ. fol. 136.

Ann. Ch. 336

PETRI EPISCOPI

NARRATIO

DE VITA S. FANTINI

Tob. 12.

MYSTERIVM regis, vti ſcriptum legimus, abſcondere bonum eſt: opera autẽ Dei reuelare, & cõfiteri, honorificum. Regis quippe myſterium non cuſtodire, vti reuera periculoſum, ſic etiam pernicioſum eſt. ceterum Dei opera reticere, incredibile eſt, quantum animo periculum creet. Nos igitur in diuinis rebus vti ſilẽtio male metuentes, imminẽſq; ſeruo illi periculum ſuſpectum habentes, qui Domini ſui talentum terra occultauit, cui dictum eſt: ſerue male, & piger oportuit te committere pecuniam meam nummularijs: ſacram, animiſq; perutilem narrationem, haud obſcure quidem, ſed apertiſſime circumſonantem, quæque ad nos vſque peruenit, non fuit cõſilium occultare ſilentio, ſed vero eam potius per orationem in vulgus indicare, litterarumque monumentis tradere: ac veluti menſæ apponere, vt audiuimus, & cognouimus, & patres noſtri narrauerunt nobis ne eſſet occultata filijs eorum, vt in ſacris litteris didicimus) ſed ad nepotes vſq; tantarum rerum cognitio propagaretur. neue bona obliterarẽtur, aut obliuionis obſcurata profundo (id quod etiam numine afflatus quidam egregie iuxta ac præclariſſime dixit) intercluderẽt. Turpe nimirum eſt, vitas quidem impiorum hominum memoriæ proditas eſſe; contra vero eorum quos veros Chriſti ſeruos nouimus, virtutes ſilentio contegi. Ita ſacro oraculo monente, aperi os tuum verbo Dei, & nos etiam, præterquam quod fas erat, auſi, ſordidumq; & inutile os noſtrum referantes, ſic ad narrationem aggredimur. Memoria iuſtorum cum laudibus, quæ fuit ſapientiſſimi Salomonis ſententia: benedictio Domini ſuper caput iuſti. ad ipſius enim laudes, populi geſtient. igitur cũ anniuerſaria ſancti viri memoria populo huic lætitiæ fit argumentum, age iam, & nos pro viribus, haud certe laudationum legem ſecuti, per verborum amplificationem, ſed debitum veritati ſoluentes, pedeſtri quadam, & minime compta oratione, hominis facinora exponamus, id ipſum

Matth. 25.

Pſ. 77.

Prou. 10.

Pſ. 10.

Digitized by Google

ipſum pro laude ponentes, teſtimonium videlicet rerum ab ipſo geſtarum, ad legentium atque audientium vtilitatem. nimirum hæc prudentibus vera lætitia; quam vtique capiunt, dum iuſtorum vſurpatur memoria, inde ſpiritale quoddam gaudium, inde bonorum æmulationem, imitationemque colligentes, ex iis, quæ rite audiunt incitati. Igitur celeberrimus hic Dei ſeruus diuino quodam conſilio Fantinus eſt appellatus. decebat quippe eum, qui prius quam in matris vtero formaretur, Deo cognitus fuerat, vt diuinus Hieremias ait, illuſtri aliquo nomine nuncupari, vt vel ex ipſa certe appellatione perſpectum omnibus foret, diuinæ 3 lucis participem eſſe, piiſſimum hunc virum, moribuſque nominis ſui vim, ſignificatumque referre. Namque is diuinitus nomen ſortitus, Balſamio quidem neſcio cui ſeruiebat, tum forte Rempublicam gerenti. ſed propter ingenii præclaram indolem, vel potius ob inſpiratam illi ab rerum omnium præſcio Deo diuini luminis illuſtrationem, ad firmitatem quamdam ſummumque diſciplinæ amorem peruenit. (nouit enim Dominus celebres reddere ſuos. quos autem prædeſtinauit, inquit Apoſtolus, hos & vocauit conformes imaginis filii ſui) erat autem clandeſtinus, at verus Chriſti cultor mandata Domini ſeruans, nihilque ab iis vnquam declinans, abſtinens ab omni opere malo, ieiuniis, precibuſque indefinenter inſiſtens, purum ſe à mundi delicijs, integrumque conſeruans, interdiu, noctuque cum Deo per preces colloquens, omninò ad monaſticam normam vitam traducens. Porrò ſicuti de Moſe diuinas literas accepimus docentes, dum oues paſceret Iethro ſoceri ſui, in ſolitudine Madian, dignum effectum, qui Deum ipſum per ignem in rubo apparentem conſpiceret, diuinaque vſum conſuetudine, formidanda ſcilicet ediciſſe miracula: ita plane, & huic contigit. cum enim illi à Domino creditum eſſet equorum armentum ad paſcendum, cum iis ipſe degebat in montibus, ac ſolitarijs locis. ita conuictum hominum fugiens, ſolitudinem potius, & quietem elegit; inde vti minime diſtractus, in diuinas ſeſe precationes liberius effunderet. Igitur equas agens, eas nunc è paſcuis educebat ad paſcua, nunc ex aquis ad aquas, & herbeſcentes campos, vt pulchras, pingues, lectas ſuo ipſius hero exhiberet. itaque hoc munere fideliter, reuerenterque fungebatur, diuinum Apoſtolum audiens docentem: ſerui, obedite Dominis veſtris carnalibus cum timore, & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto: non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate: ſeruientes non modo bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis: ſicut Domino, & non hominibus. ſcientes quoniam vnuſquiſque quodcumque fecerit bonum hoc recipiet à Domino, ſiue ſeruus, ſiue liber, ſiue glorioſus. In his igitur Beatus vir ita ſe gerens, ſimulque puritate, ac temperantia præditus, atque in precationibus, abſtinentiaque perſiſtens, aliis etiam à Deo muneribus eſt inſignitus. ad tanta enim, quæ diuinitus homini fuerant congeſta bona, illud item accedebat, quod & in pauperes egregie animatus, & valde miſericors erat, ſecundum illam Domini vocem; eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. Nimirum is miſericordia, vel maxime commouebatur aduerſus egentes, quibus cum benigne facere ſtatutum haberet, idque veto, quippe ſeruus, haud facile poſſet, commiſeratione victus, cum aliud nihil ſuppeteret, quod illis erogaret, meſſis tempore, pauperum, mendicorumque manipulos cum ijs, quas paſcebat, equis triturabat: idque adeo noctu, ne ſcilicet herum deſerere, aut excitare turbam videretur. neque enim per noctes vana quadam ſpe ductus, nefarijs operibus, actionibuſque diſtinebatur, ſicut in Iſaia ſcriptum eſt, qui in nocte, inquit, ſpes mala, ſed contra potius boni in Deum operis ſpe mentem ſuſtentante, nocte in egeſtate laborantium auxilium impendebat. Sed interea dum iſthæc vir ſanctus exercet, bonorum hoſtis Dæmon pauperes quiete priuare, beatumque hominem à propoſito, ac bene agendi ſtudio auocare ſtudens, eum maleuolorum hominum calumniis ſubiicit. qui ipſius dominum adeuntes, Fantinum inſimulant, quaſi vero equas affligeret, dum in amicorum, & conſanguineorum 4 gratiam per noctes earum opera vtitur ad triturandum. Quæ cum ille accepiſſet, furore inflammatus exſurgit; an ita res habeat, inſpecturus abit. ſed iam illuc appropinquantem herum ſuum, vbi Beatus Fantinus, ſpiritu docente, perſenſit, manu flagelloque equas diuerberat ſuper manipulos: tum vero hos quaſi virentem herbam in agro vidiſſes: illæ autem tamquam ſuper herbam quieſcentes accubabant.

At ipſe humi recubans dormiebat. igitur herus cum adueniſſet, eumque dormientem, equas vero ſuper herbam cubantes vidiſſet, Beatum virum compellans; quid, inquit, equæ tuæ Fantine, quid rerum exercent? hic ille quaſi è ſomno per herum excitus, conſurgens, ecce, ait, vt vides, here, ſuper herbam interquieſcunt. quibus auditis, oculiſque ipſis perſpecta re, inde homine relicto, concedit. ceterum Sanctus, diuinuſque vir abeiuſmodi opere, quippe bono, neutiquam deſtitit, ſed id vſque diligenter exercuit. Rurſus igitur Sycophantæ illi, quibus ho-

Fantini nomen illuſt.

Hier. 1.

3

ad Rom. 8.

Exod. 3.

ad Epheſ. 6

in pauperes pius.

Luc. 6.

Calũuias patitur.

4

Eas Deus diſſipat.

Digitized by Google

nestum odio, obtrectatio contra curæ erat; ad ipsius herum Balsamium accedentes, quid ita, inquiunt, famulum tuum pateris, equas atterere in alienis laboribus? ecce enim eius opera factum est iam, vt & specie turpes, & corpore tenues sint, plane vt inutiles iam nunc sint in posterum ad opus. id ergo cum ille sane quam moleste ferret; si lubet, adijciunt improbi, certo rem cognoscere, iam, & vide. adhæc surgens, conscenso statim equo abit, quæ dicta iam ab ijs fuerunt, planè perspecturus, an dictis veritas concineret, sed Fantinus opus iam confecerat, atque vbi herum iam iam aduentantem sensit, consueto equo proficiscitur equas agens, vti proximum flumen, cui nomen Metaurus transmitterent. qui ex alto monte præceps defluit, & decursu velox, & ipso aquarum strepitu terribilis fremit. eius quippe dilabentes aquæ eo aliquando, præsertim vero hyeme, feruntur impetu, vt retineri vix possint. Porrò Metaurus appellatus est, vt puto, non modo, quia *Meteoros*, hoc est sublimis ex alto ruit è saxosis, ac præruptis locis, verum etiam quia metauras, idest vnà cum aura violenti flatus de monte, vnde ipsius aquæ defluunt, impellitur: fluxionemque ex ipso discessu, quasi irritatus efficit vehementiorem, sæpiusque sine pluuia exundat, atque impetu ruit validissimo, plane vt ipsum traijcere haud facile queas. vel certe quia multa in illum confluunt flumina, ex quibus ingens aquæ vis. ac proinde Metaurum dixerit quispiam, quasi Metaphris, hoc est, vt ita dixerim, confluxiones. omnes enim fluuiorum in ipsum influentium aquas excipiens, rursusque in mare distribuens, vnus ipse Metaurus appellatur, nisi certe & alia quædam sit super hoc nomine coniectura. Etenim Taurus quidam exstitit vrbis fundator, qui ipsius amore captus, eam pro suo nomine Taurianem indigitauit, haud certe ignobilem, imo verò quam illustrissimam: cuius reliquiæ, insigniaque ad nostram vsque tempestatem manent, hinc inde ex vtraque ipsorum fluminum parte exstantia, veteremque splendorem, atque ipsius magnificentiam ostendentia: tametsi nunc inhabitabilis, & inculta est altera pars, propter eas, quas multis iam annis locus ille passus est, euersiones. Quoniam igitur mediam Tauri vrbem flumen interfluit, proin iam tum Metaurus est dictus, idemque in præsenti retinet nomen. Igitur hunc fluuium cum equis, vt dictum est, traijcere dum cupit Fantinus, eas vt consuetum in locum reduceret; eum valde tum per totam crepidinem redundantem videns, cognoscensque haud facile se posse illum transmittere; ad hæc herum suum pone insequentem conspicatus, precationis armis accinctus, quasi magnus ille Moses, mentis, vt puto, auribus diuinam illam vocem accipiens, quid clamas ad me? equum agebat leniter, virgamque manu excendens, eaque fluminis aquam percutiens, quasi illud animatum esset, fare, inquit, Metaure: Fantinus enim Dei seruus transit. stetere hinc, atque inde aquæ. ita vir Sanctus quasi per aridam humum, cum equis traiecit. Ceterum herus, tamquam Pharao, dum à tergo hominem persequitur, miraculum hoc omni digniam admiratione contutus, magna vocis contentione post illum exclamauit, ac mei miserere, inquit, serue Dei altissimi: neque ad te venire iubeto. neque enim ipsius cor, vt olim Pharaonis obduruerat; tametsi insequebatur: verum nouæ, atque insuitatæ rei metu perculsus, repente è vestigio ad Dei cognitionem accessit. Porrò autem Fantinus, vbi etiam preces pro illo fuderat, effecit, vt is quasi per aridam, sicco pede transiret; interim proprium in locum redeuntibus: hic miraculo conspecto, Balsamius obstupefactus, atque horrore correptus, ad sancti viri pedes accidit, veniam ab eo petens, illacrymansque, nunc demum, inquit, vere te Dei seruum esse cognoui. iam nunc igitur tu mihi Dominus eris, tu herus. Atque illud etiam, quod in hoc miraculo contigit, considerandum est. Etenim per virgam, quæ ab sancto viro gestabatur, haud simplicem quidem, sed pelliceis loris constrictam, (siquidem huiusmodi lora gestare, qui equos pascunt consueuere, hæc autem taureas appellant) miraculum editum est maximum. Namque per virgam quidem Mosis, per flagellum vero pelliceum Eliæ, & Elisæi miraculo simile fuit, quod à sancto viro patratum est facinus. vt enim ij, virga quidem alter Erythræum mare, alter ouina pelle Iordanem fluuium percutientes, siccis traiecere vestigijs; haud secus vir iste plane admirabilis. Neque verò id mirum, & horum siquidem virtutes Beatus expresserat, eoque paribus etiam donis affectus est. Neque enim ei quidquam nocuit seruitutis nomen, vt qui Deo mente ipsa seruiret, in eoque collocatum haberet animi desiderium, quem etiam imitaretur. quippe ille, (quæ summa ipsius benignitas est, ac misericordia) serui formam nostra causa susceptit, seque ipse ad nostram omnium salutem ad mortem vsque demisit. Nimirum eum, qui recte viuere statutum habeat, nihil impedit, tametsi seruitutis iugo pressum circumagi aliquando contigerit. ita Iosephus cum in seruitutem venditus, caste tamen, pieque vitam traduxisset,

Exod. 14.

Flumen Fant obediens viâ dedit traijcienti.

Viso miraculo Herus cõuertitur ad Deum.

Fant confertur cũ Moſe Elia & Elisæo.

Humana seruitus diuinam nõ impedit.

totius

totius Aegypti Princeps conſtitutus eſt, Regni gloriam conſecutus atque ſortitus. ita & Oneſimus ille (ſcientes alloquor) qui certe is fuit, vt vel ipſius Apoſtoli teſtimonio comprobari meruerit, quaſi aptiſſimum pietatis inſtrumentum, ad obſequium paratiſſimus; imo etiam liber, & genere ipſo nobilis. Hos namque pluris æſtimat in gloria Deus ille, qui quæ ſtulta ſunt mundi, & ignobilia, & contemptibilia, & ea, quæ non ſunt, elegit: eaque in Regno ſuo cæleſti nobilitat. non enim eſt perſonarum acceptio apud Deum. Si quidem in Chriſto Ieſu non eſt, inquit diuinus Apoſtolus, Gentilis, & Iudæus, circumciſio, & præputium, barbarus, Scytha, ſeruus, liber, neque mas, & femina, ſed omnia, & in omnibus Chriſtus. etenim cuiuſque opus in horribili illo die planum fiet. atque vniuſquiſque propriam mercedem accipiet, non ſecundum dignitatem, nobilitatemque Seculi huius, ſed vero pro vt quiſque laborauerit. habita videlicet ratione obſeruationis mandatorum Dei, quemadmodum ea confecerit. Tum verò non diuites, non ſanguinis claritate præſtantes, ſed iuſti fulgebunt, ſicut Sol, in Regno patris ſui, qui habet aures audiendi audiat, dicit Dominus. Ceterum hæc vita eſt, hoc inſtitutum, hæc ſupra hominum cogitationem miracula, cæleſteſque conatus percelebris, ac ter beati viri Fantini: his virtutum laboribus fortiter, conſtanterque inſtitit, celſoque animo contra obſiſtentem hoſtem dimicauit: ac de manu Domini præmium accepit: Euge, ſerue bone, & fidelis, loquentem Dominum audi, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui, ingredere iam, atque in cœlo cum cœleſtibus mentibus vna choros ducito, digna laboribus præmia conſecutus. ac prius quidem rationis expertes paſcebas animantes, nunc autem paſcito Domini populum, Iam vero de hominis vita, quam in corpore vixit, perorata hactenus narratio eſt. hinc iam ad maiora ipſius miracula conuertamus orationem? Egregius hic pietatis armiger, ac tolerantiæ adamas, hac natus 6 eſt patria. quamuis enim ſeruili ſit conditione prognatus, at certe noſter eſt. Vnde maiore etiam hominem amore proſequimur, menteque complectimur, quippe noſtrum, domeſticumque decus, & ornamentum. vt enim arbores fructuoſæ, quos enutrierunt fructus, natiuo ſolo, quaſi in cœnam apponunt. ita & is noſtro è ſolo exiſtens, atque ad ſupremum gloriæ faſtigium in miraculis edēdis euectus, & quaſi floreſcens palma, aut cedrus, quæ in Libano eſt, auctus, ei, quæ ipſum, & protulerat, & aluerat, terræ mercedem retulit pietatis, fructum ſui, ad æmulationem, imitationemque vitæ ſuæ volentes excitans: Qui nam autem beati huius, ac celeberrimi viri exitus, aut qualis vitæ terminus fuerit, haud ſatis liquet. neque enim auditu percepimus, niſi quod ſacræ ipſius corporis reliquiæ, cum apud nos aſſeruentur, morbis, languoribuſque omnibus remedio ſunt, plurimoſque paſſim reuocant ad ſanitatem. proinde quaſi operum admirabilium fons propoſitæ, aut diuerſarum ægritudinum medicinæ. non enim vti Moſis, ſic & Beati huius viri ſepulchrum, incertum eſt. verum illius manifeſta quidem mors, tumulus vero occultus hominibus eſt. in hoc ſanctiſſimo viro contra accidit; pretioſa namque de Dauidis ſententia, facta in conſpectu Domini ipſius mors, nos etiā num latuit. at vero illuſtris iam, & clara ſepultura eſt, quæ in ipſius templo ad hanc vſque ætatem, quaſi ingis quidam medicamentorum fons ſalutares ijs emanat aquas, qui fide tecti, & deſiderio ardentes accurrunt.

Vnde obſtupefacti quidam magnitudine rerum, quas ſupra naturæ vim, & ordinem poſt mortis quietem is edit, in eam venere ſententiam, hunc Martyrum loco dignum effectum. ad ea ſiquidem miracula reſpicientes non leuem quandam arbitrantur fuiſſe beati huius, ac celeberrimi viri actionem, pro collata ipſi gratia, ad tot, tantaque opera patranda. niſi enim is, aiunt, per certamen obierit diem, quomodo talibus, ac tam admirandis operibus diuinitus nobilitatus eſt? haud ſane recte, vt arbitror, ſentientes. quod enim virtutis opus in Moſe prius inuenimus, quam Deum in rubo vidiſſet? quod in Eliſæo, ante frequentem ad Eliam acceſſum? quando duplicem ab eo ſpiritum cum accepiſſet; miranda illa edidit miracula. quod vero certamen ſubierat tum, cum etiam poſt obitum, ipſius oſſium ſolo contactu, qui mortuus fuerat, in vitam repente eſt reuocatus? Nam & beatum ipſum, ac cœli curſorem Eliam, qui nec dum obijt, quas confeciſſe pugnas ante nouimus, quam tot, tantaque patraret miracula? nihil aliud profecto præceſſerat, quam certa in Deum fides, egregiaque aduerſus proximos, egenteſque miſericordia. (cuius certe rei diuinæ literæ teſtes ſunt.) quamquam, & alia quædam ijs ineſſe ſpeciatim perſpiciuntur, & Moſi quidem manſuetudo, vt & Dauidi; ſimplicitas autem Eliſæo, iuxta ac Iacob: Eliæ vero zelus. patietur quippe oratio illum tametſi indigentem, pietate certe, atque intima cum Deo familiaritate eximium, ac primum fuiſſe. quæ certe omnia virtutum faſtigia, non minus argumenta ſunt profuſi ſanguinis, quam certæ, vt dictum eſt, inſeparabilis, atque ignitæ fidei, per quam & tanta conficere virtutis opera potuere. id enim indicat Domini ſermo in Euangelijs dicentis: amen dico vobis, ſi habueritis fidem, ſicut granum ſinapis, dicetis mōti huic, tranſi hinc, illuc & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis. id quod nimirum & in

Ad Cher. 1
Ad Rom. 2
Ad Eph. 6.
Ad Coloſ. 3.
1 Cor. X.
Ad Coloſ. 3.
Ad Cher. 3.
Matt. 13.
Luc. 8.
Matth. 25.

Mirac. clareſcunt eius Reliq.

Pſ. 115.

6 Fallitur ſcriptor ſe genotasin s. Fant. vitam nu. 2.

Digitized by Google

beato hoc viro videre est. quomodo etiam Abrahã patriarcha, iustus ex vna fide reputatus est: sic enim scribitur; credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Hieremias item vnus inter Prophetas ad misericordiam ciendam aptissimus, & prius
Gen.15. Deo cognitus erat, quã formaretur, & ante-
Ad Rom.4. quam ex vtero prodiret in lucem, sanctitate donatus, magnam in gentes regesq; potentiam consecutus. Nam caprarium quidem Amos, sed prophetiæ munere donatum, volẽtes prætermittemus: vt & Dauidem prophetam item, ac regem, quo de nunc singillatim dicere non licet. quæ enim exponi de eo possent, norunt ij, quos sacrarum litterarum mysteria non latent. quomodo eum Dominus à pascendis ouibus euocarit ad
Ps.77. pascendum Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam. sed operæ pretium est, & illud intelligere, nempe non donorum laborumue multitudinem, sed minime dubiam sinceri animi fidem acceptam habere
Luc.21. Deum. etenim ea, cuius in Euangelijs mentio est, vidua minutis assibus duobus cæleste
Matt.25. regnum coemit. at quinque virgines post sudores, susceptosque ad virginitatem custodiendam labores plurimos, propterea quod nulla alieni mali cõmiseratione, aut humanitate tangerentur, ex illo deturbatæ sunt. Namque huiuscemodi perturbationes ferinum arguunt, impiumque animum. ita & Ioannes Baptista infideles, ingratosque Iudæos, quod nulla in alios misericordia
Luc.3. mouerentur, viperis comparat: hortaturque fructus faciant pœnitentia dignos. de duabus item tunicis dent indigenti; idemq; de cibis, vti faciãt præcipit. Quid autem latronem, quamuis e cruce penderet, cæli heredem momento temporis fecit, nisi vera, qua eadem ipsa hora collustratus est, Dei cognitio, minimeque hæsitans fides, & probum, sincerumque propositum? igitur non volentis, neque currẽtis sed miserentis Dei:
Ad Rom.9. *Exod.33.* miserebor enim, inquit, cuius misereor, & misericordiã prestabo, cui miserebor. Quod si præter diuinas illas actiones, virtutesque, & in auditorum efficaciam miraculorum, athleticaq; certamina, sanctus vir, prostrato hoste, proprioque effuso sanguine, mortem oppetens, Martyris corona cinctus fuerit, id vero minime mirum cuipiam videatur. fuit sane seruus, haud inficiamur; quomodo autem sese martyrio libenter non dederit, vocante ipsum Deo, cum talis, tantusq; in virtutibus exstiterit, ac sublimitate miraculorum inhærente sibi Sancti Spiritus virtute, & gratia corroboratus? quare si hæc ita se habent, vti dictum est, duplex hinc nobis venit exsultationis gloria, quippe duplex est athletæ nostri corona. Præterea noster est, ex nobis enim ortum trahit. quoniam vero & aliorum miraculorũ, quæ Beatus vir post depositionem tabernaculi, atque ad cæli sedes ascensum edidit, mentionem fecimus: age producamus, & alia quædã ab ipso patrata, vti per hæc, & ea quoque, quæ antememorauimus, vera esse confirmet oratio. non enim aniles fabulas secuti ista hæc dicimus, scribimusque, sed nonnullorum ex iis oculati testes sumus, ac ministri. quæ vero ista sint, accipe. purgatio leprosorum, paralyticorum restitutio, vexatorum à Dæmonibus sanitas, ægrotantium curationes, visus cæcis redditus, status claudis erectus. sed & mortuorum suscitationem, si quis adijceret, haud quidem à recto aberraret. Ad hoc in somnis visa, locutionesque, rerum conducibilium admonitiones præceptionesque, & calamitatum solutiones. in marinis periculis apparuisse periclitantibus, qui ipsum nominatim inuocarent, opemque illis præstitisse: atque à periculis erutos à variis, vt diximus, calamitatibus liberasse. sed illud miraculorum eius initium.

Miraculorum initiũ syngraphæ pditę inuocatio.

Theodorus quidam vrbanis dignitatibus illustris, cum aurum ab eo, qui tum rerum potiebatur, mutuum petiisset, accepissetq; eo pro libidine vsus est. inde autem non multo exacto tempore repetenti aurũ principi persoluit debitor, accepta insuper syngrapha, quod nomina iàm expedisset. Rursus autem non multo post, Princeps siue oblitus, siue de industria agens, aurum exposcebat, negans redditum sibi à Theodoro: syngraphamque postulabat, qua pateret, num illud recepisset. Hic repẽte Theodorus ad sua ipsius scripta currit, cautionẽ exquirens Principis. vbi multa perscrutatus est, rimatusq;, inuenire illam haud quaquã potuit. tum lacrimis, luctuque conficere se, gemensque, ac grauissime suspirans Deo supplicare cœpit: vellet ipsum ab ea calamitate vindicare, sanctique viri nomen inuocãs, ait: ades hic misero mihi, Sancte Dei Fantine, meq; hoc periculo, ac necessitudine circumuẽtum libera. Inde vbi superuenit nox, somnusque in hominem irrepsit, videt in somnis Fantinum ad se se accedẽtem, equitis habitum prẽseferentẽ, sudoreque perfusum ipsius equum, quasi post longum iter, cursumq; vehementissimum eò tandem aduenisset. qui sic moestum alloquitur: cedo mihi, quid habes? quidue tanto Domine, mœrore tabescis? cui ille, animi crucior, inquit, quoniam, quod minime interuerti, aurum à me exigitur. maleque metuo ne cum familia mea, vniuersa, pro auri ratione diuendar. hic pauitantem excipiẽs Fantinus, nouit, ait, optimè Deus, huc me tua causa tot passuum millia emensum aduenisse. Et ecce enim equus meus, vt vides, multo sudore manat. Nam quis tandem es tu, Domine? subiecit ille. vicinus ego tuus sum, respondit Fantinus, Taurianæ vrbis accola. nam quod scriptum inquirebas, in isto est tomo, ad finem chartæ. quibus dictis, abscessit. Pro rem admirandam. rogatus quippe, quis esset, nomen celauit, ex loco dumtaxat proprium templum manifestans, vbi pretiosæ eius reliquiæ asseruantur. Igitur consurgens Theodorus, chartamq; à sancto viro per quietem indicatam inuestigans, quam inquirebat, syngraphum in calce conscriptam inuenit. ita profectus, eamque apud Iudicem proferens, impune abiit, Deum inde rite dilaudans, diuinum enim hominem, quẽ inuocauerat,

uerat, eum ipſum eſſe agnouit, qui iam apparuerat, ipſumq; periculo explicarat. Quare iam tum ſancti viri memoriam quotānis recolebat, oleum abunde ſuppeditans ad fouenda templi lumina: ac ſane quam comiter, liberaliterq; 7 tractans eos, qui apud ipſum eo die conuiuio excipiebantur. tanta nimirum erat ipſius in ſanctum hominem fides, & amor; tam ardens, & immutabile, quo aduerſus illum tenebatur, deſiderium.

7

8 Leproſus ſanatur.

Porro Nicetas 8 huius hominis filius, à quo, & hæc accepimus, Archidiaconus dum eſſet noſtræ S. Eccleſiæ, aliud nobis dignum vtique, quod literis mandetur, miraculum commemorauit. Sic autem ille aiebat, adoleſcens cum eſſem, grauem in morbum forte incidi, plane vt corpus mihi præ fera ſcabie totum ſcateret vlceribus. igitur ſic affectum domeſtici equo impoſitum me ad sānctum virum adduxere. noctu autem aliquando video ſecundum quietem ſtantem ſanctum, comiteſq; viros duos Epiſcopali habitu auguſtos, quos ille nominatim compellabat, hunc quidem Georgium, illum vero Ioannem. Porro hi ſancti Epiſcopi munus obierant in loco Sāctæ, & Catholicæ Eccleſiæ, non ſine pietatis eximiæ teſtimonio: quorum etiam in S. Fantini æde reliquiæ ſeruantur. hos ego quaſi e propriis tumulis, egreſſos videbam Sācto adhærere. is igitur ad me ſurge iam, inquit, tum ego celeritigio conſurgens in pedes ſteti. rurſus ille exuere, ait, inde dum iuſſa pauidus exſequor, alterumque induſium exuor, alterum vero corpori adhæreſcens relinquo. repetit ille: exuere; quod præſtare cum erubeſcerem, acerbius locutus; exuere, inquit. igitur eo expoliatus induſio, nudus cōſtiti, totus vlceribus horridus. ſed ille cum mihi rurſus, vt exuerē imperaret; quid mihi ſic aſpere loqueris? inquam. at idem illo repetente, tum ego propriis manibus corporis mei pelle apprehenſa, illam ipſam conabar detrahere. quam vbi manibus extendi, totam inde quaſi veſtem exui, in terramque proieci. Tum ſanctus ecce, inquit, conualuiſti, induere iam veſtibus tuis, tuaſque ſedes repete. adhuc eo loquente excitus cognoui me depulſo morbo plane valentem. cum enim repente purgatus ſurrexiſſem, ad ædes meas abii, immortales Deo gratias agens.

Peierās p S. Fantinū punitur à Deo.

Cum nummos tres à neſcio quo mutuos accepiſſet quidam, cuius nomen facinoris horrore commotus, volens præteribo, aliquo autem tempore præterlapſo, debitum à creditore repeteretur; pernegabat ipſe, nihil omnino ſe ab eo accepiſſe, dictitans. ille vero negantem ipſum, debitumq; reddere minus valentem, neq; adeo volentem, vbi animaduertit: hic tu mihi, inquit, ſi iure iurando S. Fantinum teſtem feceris, debere te mihi omnino nihil, à controuerſia deſiſto: nihil iam tibi de hoc moleſtus ero. Igitur cum ad ædem Diui vterq; cōceſſiſſent: iurauit infelix, per ſancti viri ſepulchrum, nihil ſe illi debere, inde abſcedentes ad ſua quiſq; exiere. paucis vero poſt diebus, operę pretium fuit, eum, qui peierarat proprium quoddam ipſius negotium expediturum proficiſci. Profectus igitur, confecta re, redire voluit. ceterum in medio itinere cum eſſet, parumque de via publica deflexiſſet, & ex equo deſiliens, illum alligaſſet arbori (cuius truncus cum radice etiā num exſtat facinoris argumentum) ſtetit mutus, ac veluti mente captus, multoq; horreus vlcere, huc, atque illuc circumſpectans. igitur incondita demum emiſſa voce, Sanctique Fantini nomen inuocans, quaſi ab eo excruciaretur, illiſus in arborem, cōcidit ſuper eam, ſubitoq; animam efflauit miſer, exemplum factus peieraturis.

Aeger pedibus cōualeſcit.

Alius quidā ex optimatibus ciuitatis, pedibus æger, vehementiq; dolore confectus, neque iam perferre valēs cruciatus vim, ad ſanctum accedit, eademque ipſa nocte, dum vna cum aliis, qui cum ipſo erant, dormit; videt in ſomnis ex eius pueris quidam, pedes ipſius loris quibuſdam adſtrictos vſque ad crura. hærere hic puer, ac ſecum ipſe cogitare. quid tandem hoc eſſet, quiſue heri ſui pedes circumligaſſet. hæc dum ſecum ipſe volutat, virum quemdam cōſpicatur terribilem, aſpectuque venerabilem, iuxta dominum ſuum adſtantem, quem & puer quidam comitabatur, ad quem is, qui apparuerat, quis, inquit, iſte eſt, qui hic cubat? cui ille hominis nomen ſubiiciens, talis eſt ait; ſed pedibus laborat. inde in ſubſellio quodam cum ſederet is, qui iam ſe videndum obtulerat, auguſtus vir, ſolue, inquit, ipſius pedes. extempio ille vtraq; manu ex hominis pedibus eximere lora aggreditur. cumque alterum expediſſet, ſolue, & alterum, ait ſanctus. paret puer. Tum ſanctus dimitte hominem, iam abire licet. Atque his dictis, euanuit. igitur cum ſtatim ille mane ſurrexiſſet, valens, gaudenſq; abiit in domum ſuam. ceterum iſthæc nobis eius familiaris narrauit.

Puella quædam, tenella admodum ætate, alterum propemodum agēs annum, cum matre dum noctu dormit, aliquādo perculſa, mediaſque in ædes excuſſa eſt. excita parens, puellamq; in cubili nō inueniens (neq; enim quidquam ſenſerat, quemadmodum ea è ſuo ipſius ſinu ſublata eſſet, id videlicet agente Dœmone) feſtina exſilit, mediiſque, vti dictum eſt, in ædibus ſedentem, luminibuſq; captam videt. ambigebat porro, quid hoc eſſet. ſed nihil quidquā eius pater moratus, prehēſam filiam ad ſanctum deduxit. igitur prima nocte, dum in æde Diui dormirent puellæ pater, auuſque, ingentem inforibus templi ſtrepitum ſentiunt, quaſi impellentis alicuius, aut illas irrumpentis. Hic genitor timore percitus, puellamque complexus cum ea accubuit. auus autem animo confidentior, abiit inſpecturus, ecquis nam oſtium impelleret. quod cum reſeraſſet, ac neminem conſpexiſſet, rurſus occluſo reuertit, ſuoque in lecto recubuit. extemplo autem collidi iterum mutuo concurſu fores coepere. agnouit ille Dęmonem eſſe, quem Sanctus templi aditu prohiberet; ita nihil iam id penſi habuit. ceterū proxima nocte, templi fores commotæ. Tum ab ancillis

Puella diaboli xat one liberatur.

quæ

quæ in templum aduenerant, profunda nocte, viſus Dæmon, quaſi prægrandis canis, extra ianuam ſtans. inde tertia nocte, poſt auroram, die iam illuceſcente, apertis repẽte oculis puella, ſuum patrem agnouit. eam igitur valentem lætus accipiens pater, domũ repetit, laudes Deo gratus perſoluens. Porrò autem puella hæc cum adoleuiſſet, Deiq; gratia, vitæ inſtituto, virginitate non minus, atque ætate profeciſſet, trigeſimum fere annum agens, digna iudicata eſt, quæ ſacrarũ Virginum, in ſancti ipſius monaſterio, Antiſtita crearetur. nomen autem illi Gregoria.

Med. oculorum ſanitatem impetrat.

Dauid quidam, ſcientia medicus, genere Syrus, religione chriſtianus, cum acri aliquãdo laboraret oculorum dolore, vt ne parietem quidem præ nimia corporis ſpiſſitate, ac craſſitudine videre poſſet; vehemẽter dolore cruciabatur, cumque ea, qua pollebat arte, multa expertus eſſet, ſanare certe ſe ipſe non potuit. Quare cum præ diuturna, laborioſaque ægritudine oculis ſe plane priuandum præſentiret, iter maturat ad ſanctũ. deſcendenſque ad ſepulchrum, quod infra poſitum erat. quo in loco prius precioſæ, ac venerabiles ſancti viri reliquiæ ſeruatæ dicebantur, paululum inuenit aquæ, è foramine quodam effluentis. (quippe humidus eſt locus.) eam igitur vt accepit, laudeſque referens numini, diſceſſit. ei ſcilicet haud abſimilis, qui in Siloe cum lauiſſet, cœcitate pulſa, recepto gauiſus eſt lumine.

Eunuchus quidam, presbyteri dignitate clarus, hæc nobis ad ſe ipſe commemorans, cum nondum ex ephœbis, inquit, exceſſiſsẽ, grauiſſimum aliquando in morbum cecidi, qui me ſex ipſos menſes diuexauit. igitur ad S. Fantini ædem a conſanguineis adductus, dies ibi non paucos manſi. morbi autem grauitate preſſus, ſancto viro ſupplicabam, me vti reſpiceret, ac miſereretur. itaque rogabã Deo cũ primis, cariſſime ſancte vir, qui multos miſertus es, atque ſeruaſti, tute nunc & me famulum tuum miſertus, benigne ſeruato. inde nocte quadam, videre mihi videor ſecundum quietem ſanctum virum, ſpeciem figuramque pulcherrimi adoleſcentuli præ ſe gerentem, præcinctum, chlamyde, calceatumque. porrò anteibat illum puer quidam, accẽſam facem manu geſtans. is vbi è ſepulchro aſcenderat, feſtinus ad altare ingreditur, fuſiſque precibus, acceſſit ad me. mox puero facem præferenti, quis, inquit, iſte eſt? cui ille, æger eſt, Domine. At ſanctus nihil illi, ait, mali eſt. dumque hæc loquitur, fragrans mihi tus præbet: additque, ſurge iã ſanus es: tum ad ianuam abijt, quæ occidentem ſpectat. Hic ego ſomno excitus, odoratuſque, ſenſi è manu mea fragrantiſſimum afflari odorem. Ilatimque conſurgens meas ad ædes, reſtituta ſanitate, conceſſi, Deum laudans.

Infirmus vires recipit.

Alius quidam toto corpore diſſolutus, ac ſindone ſublatus à quattuor, ac ne in ſuo quidem lecto paululum ſeſe alio conuertere ſe ipſo valens, adductus tandem à domeſti[illegible]s in S. Fantini porticu conſtitutus eſt. quẽ & nos miſere laborantem conſpeximus. is intra paucos dies, recepta ſanitate, domum propriis pedibus regreſſus, Deo gratias egit. inde autem & nos hominem vidimus operantem: ab eoque modum edocti, quo ſanitatem obtinuiſſet, Deo laudes obtulimus, Dauidicum illud vſurpantes: mirabilis *Deus* in ſanctis ſuis.

S. Fantinũ irridens cæditur, deprecans cõualeſcit

Sed illuſtre quoque illud in illuſtri viro miraculum. namque Andreas quidã, eximia quidem in vrbe dignitate florens, ſed elato ſuperboque animo tumens, eò peruenit audaciæ, vt & S. Fantini præclara, quæ paſſim diuulgabantur miracula, paruipendẽs, illud etiam temere garriret; quis tandem iſte Fãtinus eſt? quippe illum & famulum ſcimus, atque adeo æquarum paſtorem. Enimvero & ipſe, ſi lubet, parem mihi poſſum breui colligere ſanctitatis famam. ſic inſaniebat miſer, in ſe non minus, atque in cœlum: declarabatque his verbis, minime magnam fuiſſe gloriam Fantino diuinitus datam. Igitur venatum egreſſus aliquando, iuſtas dedit impiæ temeritatis pœnas. ſi quidem ex equo forte præcipitans, contracto miſerum femore, vehementer afflictabatur. ſed afflicto graviter corpore, redijt ad ſanitatem mens. tetigit namque animum deſpecta ab ſe S. Fãtini memoria. atque hanc reputabat vnam tantæ calamitatis cauſſam. Errorem igitur, impietatemque cœpit pœnitendo corrigere, ac ſuam acerbius infidelitatem accuſare. inde ad B. virum preces infimas effundere, etiam, atq; etiam rogare, ſibi benignus parceret, contritoque femori mederetur. adfuit repẽte expectatum auxilium, quidquid erat doloris, morbique leuatum, depulſumq;. ergo ille vbi conualuit, meritas Deo laudes gratus perſoluebat. Fantinumque pro viribus efferens, vere, aiebat, egregia huius viri ſanctitas, incredibilis virtus, neque vero gratus animus in poſterum quidquam deferbuit. Namque iam tum ſancti viri memoriã ſumma deinceps quotannis religione, ac fide colebat. præclarum eo die, lætumque cõuiuium apparans, ingentemque cum familiaribus lætitiam agitans.

Diab. liberatur puella.

Puella quædam impubes, atque ætate tenerior, cum ab impuro cacodæmone diuexaretur, ad ſanctum virum à matre deducta eſt, monaſterijque Antiſtitę tradita. quæ cũ ſancti viri opem, auxiliumque imploraret, vnà cum vniuerſo ſororum cętu, vti malo Dæmone miſera liberaretur, candide quidẽ puellam commiſerabatur. igitur vbi preces effuderat, accepto de extincta ſancti viri lãpade oleo, puellam perungentes, breui ſanã, incolumemque accepere. Ceterum ea monaſticum induta habitum, cœnobio ſeſe addixit, monaſticam in eo vitam cum ceteris degens, puritate, ac virginitate laudabilem: atque in S. Fantini obſequio ſedula noctu, diuque perſiſtens.

Alius item nequiſſimo ſpiritu correptus Sancti ædem ingreſſus, paucoſque in ea die commoratus, mox ſanitatem cõſecutus, domum abiit, iuſtum perſoluens debitum gratiarum.

Theoctiſtum quemdam appellabant, Eu-

nu-

Digitized by Google

nachum hominem, ac monachum. is mihi narrauit, adiſſe ſe aliquando S. Fantinum, precatumque, domum repetiiſſe. nocte autem appetente, vbi accubuerat, dormieratq; viſum ſibi in Sancti templo ſe verſari, atq; vnà cum ſororibus canere conſueta laudes. inde verò iis concinentibus, adoleſcens quidam, ait, æqualis meus aditit, nigris, criſpiſque capillis prorſus eximia ſpecie. is baculũ manu tenens Antiſtitę adſtabat, cõcinebatque cum illis innixus baculo, in quo inſcriptum erat; exſurge, Domine, adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum. tum in ſubſellio quodam cum ſediſſet, canebat. cui

10 Antiſtita, nobis, inquit, id à patre noſtro Domine, traditum non eſt. atqui ego reſpõdit adoleſcẽs, & id probe noui; verum apud me ita aſſolet. nam vnde es? ait Antiſtita: ad quam ille, protenſa ad templum dextera: hinc ego ſum, atque hæc ædes mea eſt. igitur conſurgens ad dexteram abijt tẽpli partem, orientem verſus. tum illa, ergo ne abis, Domine? abeo iam, inquit, quandoquidem ad miniſterium dimiſſus ſum, quod obiturus iam pergo: mox autem rediens, vobiſcũ vnà morabor. tum Antiſtita: propitium nobis, Domine, tuis precibus Deum reddito. igitur ille conuerſus, ſignoq; venerandæ crucis illis obſignatis, eam in partem abiit, quæ orientem ſpectat. Hic ego, inquit Theoctiſtus, qui ſpectator fueram experrectus, maximopere miratus ſum, Deumque laudaui. Quæ cum ego à monacho illo accepiſſem, annotaui.

Viſus inter ſacras Virgin. Deum laudare.

Appetente aliquando S. Fãtini feſto die, ſanctoque maioris hebdomadis inſtãte ſabbato, cum Aſcetriarum Præfecta angeretur animo vehementer, quod nec ad templi lumina, neque ad ſororum vſum, olei quidpiã eſſet in cœnobio: ecce tibi ſub horam diei ſextam, vir neſcio quis vas affert, oleo plenum, ſextariorum fere duodecim. quod cum obtuliſſet, ſanctiſſimus, inquit vrbis Epiſcopus, hoc ad S. Fantinum oleum mittit. cum enim in mari periclitaretur, in eoque adhuc fluctuans, cum in conſpectum Sancti veniſſet eum precatus, præſentem opem ſenſit, atq; ex marinis fluctibus euaſit. ea re oleum hoc miſit. Igitur oleum accepit Antiſtita, immortales Deo gratias egit, effecitque, conſueto vti niteret eccleſia decore, ſororumque neceſſitati ſatis prouiſum foret in Sancto, ac feſto Chriſti reuiniſcentis die. Hæc nos vbi perſpeximus, accepimuſque, Deum laudauimus inexplicabili prouidentia vniuerſa moderantem.

Epiſ. naufragi liberatio.

Puella vero prope quadrima, cum à parentibus aliquando ad S. Fantini ædem adducta eſſet, introductaque 11 ad aram à patre, vbi ſancti viri tumulus erat. acceptam Antiſtita educauit in cœnobio, ſacraſque literas edocuit, ac monaſticum inſtitutum, ſororibuſque adiunxit. cumque aliquod tempus in cœnobio egiſſet, morbo implicita eſt qui & vitæ poſtremus fuit. Natam igitur parentes accipientes, vt ipſi debita in infirmitate præſtarent officia, (neque enim à cœnobio longe aberant) ei miniſtrabant. Cum

11

Cõſolatur morientẽ.

autem ea iam iam eſſet obitura, ad matrem hilari vultu conuerſa, mater, inquit, Ecce S. Fantinum: nam vbi, ò filia, S. Fantinus eſt? ait parens; cui puella: en vbi ſtat. ecquid illũ non vides? ſtatimq; animam exhalauit. igitur allatas ipſius reliquias in cœnobium, ſepulturæ mandarunt. his nos ab eius parentibus acceptis, diuinum numen extulimus.

Moribũdę vitam producit.

Acerbius deſæuiens morbi vis mulierem quamdam ſic afflictauerat, vt iam iam animam exhalatura videretur. Eam ergo familiares ad ædem S. Fantini ſanitatem exoraturi, deducunt. ſed minime tamen tum febris deceſſit. immo vero ſic omnes exhauſerat corporis vires, vt & omnis pene ſenſũ vſus deperditus videretur. nam neque cibi quidquam capeſſere, neque aquam deguſtare omninò poterat: ſed & auditus illi, aſpectuſque nullus: omnino cadaver potius dixiſſes, niſi pertenuis dumtaxat ei ſpiritus ſuperfuiſſet. ita ſepulturæ mox mandanda videbatur. Verumenim vero naturæ conditor inſtauratorque Deus, inuſitato quodam modo Fantini ſui virtutem explicauit. Cum enim ægram, afflictamque mulierem, ne ibi potius moreretur, domum lugentes familiare reportaſſent, Ecce tibi repente valẽs, incoluniſque exſilit, ad venerabilem S. Fantini ædem ięta feſtinat, gratias, quam poteſt maximas, agit optimè de ſe merito: atque ad ſacrum ipſius tumulum anathema ſuſpẽdit, grati animi monumentum.

Ara Reliq. eius mira luce fulget

Cum aliquando ſacrarum Virginum Antiſtita, vnaque ipſius cœtus, templum diluculo eſſent ingreſſę, conſuetam Deo hymnodiam perſoluturæ eaque peracta iam eſſet, atque omnes, Chriſte eleiſon, vt in abſolutione matutina aſſolet, enuntiaſſent, de repente viſa ex altari quaſi lampas ignea, paruaque, quæ paulatim creſcens, vt nobis relatum eſt, totum altare luce cõplauit. vbi maxime venerabiles aſſeruantur S. Fantini reliquiæ. Id vbi monachæ conſpexere, timore concuſſæ, plane obmutuere, nihil omninò canere, atque adeo loqui præ ingenti ſtupore valentes, inde vbi lux euanuit, multo, ſuauiq; odore quaſi vnguenti plurimi tota ædes repleta eſt. extemplo igitur erupere è templo monachæ, pauore non minus, atque ingenti affectæ lætitia: ijs quippe timorẽ ac ſtuporem iniecerat admirabile ſpectaculum.

Templum eius cœlicũ honorant.

Neque porrò abſimile fuit, quod viro cuidam accidit, nomine Salomoni, quem id cõmemorantem audiuimus. cum enim is aliquando, vt aiebat, cum amico quodam de monte, deſcenderet; veſperaque appetente, de via declinantes, ad S. Fantini templum in montis deſcenſu poſitum acceſſiſſent, iucundam inibi quietem capturi (hanc autem ædem S. Fantino exſtruxerant indigenæ, vbi illum, equas dum paſceret, egiſſe fama erat: ibique etiam Sancti aream eſſe aiunt, vnde locum illum S. Fantini aream hodieque appellant) igitur ij, quos ante diximus, templũ hoc ad quietem ingreſſi, vident aperte intempeſta nocte peruiſum, viros quoſdam plures albis amictos veſtibus, equis inſidentes;

Digitized by Google

tes;ex eiſque deſcendentes templum ingreſſos.mox ædem conſpiciunt larga omnem luce compleri,claraque illos voce cãtantes. Porrò equi foris ſtantes hinniebant. Ego vero,inquit Salomon,ea perterritus cum aſpectarem,ſtupefactus obmutui. tum ad proximum comitem,qui dormiebat, audin', inquam?ſurge iam,& miraculum vide : ſed cũ ille graui adhuc ſomno preſſus iaceret,iterũ manu percutiens hominem aio; eia, miſer, conſurge tandem,ac myſterium intuere. igitur trium circiter horarum exacto ſpatio, cantuque alijs,qui albati apparuerant, viris peracto,templum vndique clauſum video, nullamque accenſam lampadam, viſos denique homines euanuiſſe.Hic ego,quam terribilis inquam eſt locus iſte? nõ eſt hic aliud niſi domus Dei.inde conſurgens illico conterritus abſceſſi, Deum laudans. hæc nobis ille cum lacrymis enarrabat,timorem,vt arbitror,iuxta ac gaudium miraculi memoria faciente.Nos autem vbi hæc accepimus,tẽpus, diemque accurate perquiſiuimus,itaq; plane comperimus, vt ille docuerat.

Gen. 18.

Nam id, quod parum abfuit, quin me, præteriret, quaſi coronidem adijciam narrationi; quod ſcilicet huius vrbis indigenæ propemodum omnes in ore habent,atque à maioribus acceptum,tamquam hæreditatem quãdam per manus nepotibus tradunt. id autem eſt huiuſmodi. quo tempore, aduerſus chriſtianos, tamquam immanes belluæ, fremebant impij Sarraceni, erupere ex Africa aliquando magno cum exercitu omnia depopulaturi chriſtianorum loca,ac deuaſtaturi, prædamque ipſo die facturi ſpoliorum,ac populorum,qui dies feſtus agebatur *S.* Fantino,quo frequens de more conueniebat populi multitudo, publicis conuentibus, magnaque celebritate exornans ſancti viri memoriam,quæ quarto, & vigeſimo recolitur Iulij die.Forte igitur in vrbẽ hanc nauis impiorum illorum quædam appulit,apparuitque contra *S* Fantini templũ vbi de repente commouetur turbine pelagus,magnaque excitata tempeſtas. tum nauis nimborum,vndarumque impulſa vi, atque ad ſcopulos appulſa,ſubito afflicta,diſſolutaque eſt.ceterum ex ijs,qui in ea erant, hoſtibus,alij in imo gurgite periere, alij ab iis,qui eò concurrerant,chriſtianis comprehenſi ſunt.quibus & illud memorabant; ſe cum eo nau applicuiſſent, virum quemdã in ſcopulo conſpexiſſe, ætate iuniorem accenſam facem manu geſtantem, iuxtaque purpuratam quandam mulierem adſtantẽ, cuius nutu, quam manu tenebat facem, cũ ille in nauim conterminans iaculatus eſſet, omnes repente combuſtos. Hæc vbi à Sarracenis audiuere,qui ad feſtum diem agitãdum confluxerant,diuinum numen pſalmis, hymniſque,& ſpiritalibus canticis extulere, qui ſe præter opinionem ſeruaſſet per Sancti Fantini patrocinium.maximo igitur gaudio,lætitiaque triumphantes,feſtum diem confecere,qui vero capti fuerant Sarraceni, ex eo quod ipſis acciderat, edocti magna eſſe,ac ſalutaria chriſtianorum myſteria, fide illuſtrati,ſacroq; abluti baptiſmate,Chriſto nomina dedere. neque iam ſuas repetere ſedes voluere. ſed quid ego ſingula ſancti viri miracula commemorem, numeremque?quippe narrantem me tempus deficiat: multa namque, ac magna, & inuſitata Sanctus, ac Feliciſſimus Chriſti ſeruus Fantinus edidit: quæ quia prope innumerabilia ſunt, narrari,aut literis mandari neutiquam poſſunt.hæc autem de multis pauca ſcribimus, hinc vti conſtet,quam libere, familiariterq; cum Deo ageret, propter vitæ puritatem.

Suos defẽdit, hoſtes percutit'.

Quæ verò mihi quamlibet humili, tenuique homini ex Dei gratia, benignitateque ac S.Fantini deprecatione contigere, ſilentio inuoluere.prorſus iniquum duco.Quare quæ tandem ea fuerint, aut quomodo contigerint,paucis explicabo.quo tempore Leo hæreticus tertio iam anno imperabat,mandatum mihi, atque alijs quibuſdam Siculis ab eo,qui id 12 temporis in *S*icilia rei bellicæ ducem agebat,vti ad Imperatorem legati adiremus de quibuſdam ad Prouinciã ſpectantibus capitibus corrigendis. ita nauigium nacti Byzantium profecturi,conſcẽdimus:ſoluẽteſque è Sicilia,opportuno perflante vento,ad mare Adriaticum venimus, vbi contra nos excitatus eſt ventus turbulentus, qui vocatur Enroclydon, vt in Actis *S*S.Apoſtolorum ſcriptum eſt,quæ certe appellatio vera eſt. late ſiquidem hic ventus, violenterque ſpirans magnam, vt arbitror, quæque vix ſuſtineri queat,toto mari tempeſtatem excitat, Eurinamque, vel Euręos, late; clydon tempeſtatem, fluctuationemq; ſignificat. igitur cũ tumeret pelagus, vndæque vento impellente, nunc attollerentur, atque ad montes ipſos aſcenderent, nunc in ſola,campoſque deſcenderent: Nautæ cõtraxere nauigii vela, gubernaculoque intro portato,nauigium permiſere pelago iactandum, tantã igitur dum nos tempeſtate vexamur, treſque adeo dies, totidemq; noctes periclitamur,& cum aſperis illis fluctibus vnà ad ipſum modo cœlum attollimur, modo ad ima prope tartara detrudimur,non mediocri ſane moleſtia, animiq; mœrore afflictabamur:iam enim ablata erat ſpes omnis ſalutis noſtræ.vt enim apud Ionam legimus,cum nauis periclitaretur,timuerũt nautæ,& clamauerunt ad *D*eum ſuum,ita & nobis prope idem accidit. qui enim nauigio vehebantur, Deum quiſque inuocabant, *S*ãctos item,quos norant,atque adeò ad S.Aemylianũ,vt 13 nauigantibus mos eſt.Nos autem vnà cum Deo,noſtram quoque Dominam, *S*anctamque Dei parentem,ac reliquos Diuos, Sanctum itidem Fantinum, quippe noſtrum,implorabamus.hæc dum agimus,preceſque cum lacrymis effundimus cubare me nautæ credidere.ita gubernator cui Elias nomen, exclamans ad me : ſurge, inquit,Domine,ac precare, nobiſque à Deo præſenti periculo depulſo,ſalutem exora. His ego auditis, maiore nimirum timore perculſus ſum.in me ipſe mentem, animũq; conuertens, quippe ad hæc me haud ſatis idoneum,nec quidquam poſſe cognoram.

12 Tẽpeſtatẽ depellit.

Act.c.27.

Ion.1.

13

Verum

Verum à ſpe tamen in Deum haudquaquã decedimus, ac tametſi vitijs nos contaminatos agnoſcebamus, haud certe quidquam deſtitimus à ſupplicando, ita benignum, ac miſericordem Deum exorabamus, noſtri miſereretur, ac per Sanctorum ſuorum deprecationem. ex ea cunctos neceſſitate explicaret, multa feſſos inedia, grauiterque afflictatos. Iam tertio poſtridie, qui mecum erat Diaconus (de quo in vltimo capite) cum paululum cubuiſſet, videt in quiete Sanctũ, eodem plane habitu, figuraque, qua mortalibus apparere conſueuerat, celeriter ad aquas accurrentem, generoſo inſidentem equo, tum nauigij ad proram aſtantem, flagello, quod dextera geſtabat, ter vndas percutere. extemplo igitur excitatus Diaconus nobis omnibus viſa narrauit. nos autem vbi hæc accepimus, obſtupefacti, Deum laudauimus, voceſque gratiarum emittere exſultantes cœpimus, ciboque ſumpto vires recreauimus: & quidquid reliquum erat pauoris, omne depulimus. igitur eo ipſo die, mare pulſa tempeſtate ſedatum eſt; ſummaque procellam excepit tranquillitas. inde curſũ belle flante vento, confecimus, Deo gratias, laudeſque perſoluentes, qui nos per S. Fantini patrocinium, auxiliumque de triſti leto liberaſſet.

Iam vero vnum dumtaxat Sancti viri miraculum, ſi memorauero, finem narrandi faciam. Etenim, vt poſtremum ſit, certe memoria dignum cenſeo. id autem Conſtantinopoli contigit. cum enim ad Imperatorẽ nos, itemque alij legati eſſemus, & Conſtantinopolim appulſi, conuiuioque ab Imperatore excepti, apud eum comediſſemus; inuidi quidam, liuidique, Imperatoris animo in nos concitato, res noſtras perdere adnitebantur, in primis verò meas, nempe quia cauſſæ auctor eſſem. exſilium igitur, ac triſte ſupplicium, quantum ſane nondum expectabamus, in nos moliebantur. Equidem hic ego triſtari vehementer, Deoque ſupplicare cœpi, illam à noſtris capitibus calamitatem depelleret, ne publicæ nos ignominiæ, atque infamiæ in alieno ſolo exponeremur, vnde infideles hoſtes gaudio exſultarent.

Propitiſi reddit Imperat. ſuo encomiaſti.

his ego precibus vbi dies aliquot inſtiti, mœſtitiaque, & curis confectus (ſiquidem in acie nouaculæ poſitus eram) Deum pro viribus exoraueram, ad S. etiam Fantinum preces conuerti, mihique vt in ea cauſſa præſto eſſet, ſupplicabam, ac me à grauiſſima, qua circumuentus iam eram, calamitate vindicaret. Eum igitur ſic ex intimo animi ſenſu, deprecabar. Sancte, Deoque cariſſime Fantine, ſi quid ego te noui, vere ſanctum eſſe, exhibe mihi iam virtutem tuam, teque mortalibus auxilio eſſe poſſe, cognouero. Inde ea nocte, ei qui mecum erat, Diacono viſum obiectum eſt huiuſmodi. In aula degere ſibi videbatur, ſedentemque 14 Imperatorem 14
videre in ea, quæ dicitur Magnaura, irato, ac ſane quam turbato vultu, meque illi adſtantem, eumque mihi acerbe interminantem, dicentemque, quæ mihi dediſti, iam accipe: nihil omnino tibi debeo. mox vbi hæc dixerat, argenteos quoſdam è ſinu proieciſſe. ea dum Imperator ageret, virum quemdam Diaconus aſpicit, ſenem, glorioſi neſcio cuius ex noſtratibus habitum præſeferentem, qui cum ad eum acceſſiſſet; abi, inquit, omnem ex animo metum, ac mœrorẽ euacua, abſtine modo: equidem ego pro te Imperatorem alloquar, tuaque curabo. atq; his dictis, euanuiſse. ibi expergefactus Diaconus, illuceſcente iam die, me conuenit, sõniumque exponit. Inde ego bonam in ſpem adductus ad aulam hilaris, alacriſque contendi, paulatim, ac latenter abſumi ſentiens ex animo mœrorem. Statim igitur vnà cum comitibus ab Imperatore accerſitus, multiſque ab eo donatus muneribus, auro, veſtibuſque, dimiſſi ab eo ſumus, ingenti cum gaudio; Deum laudantes, qui ſpem in ipſo collocantes, conſeruat incolumes. cui omnis gloria, honor, & adoratio Patri, Filio, & Spiritui Sancto, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Vide Animaduerſ. fol. 138.

✠(†)✠

HYMNVS
IN S. FANTINVM

Ex M. S. Græco Codice Monaſterij Sancti Philippi Fragalatis.

SPlendidiſſimo virtutum lumine diuinitus corde, & animo illuſtratus, prauarum libidinum tenebras diſſipaſti, vir admirande; ac perenni miraculorum gratia ditatus, letales morbos, Fantine, curas. quare tuam Sanctam commemorationem celebrantes, tuum ſepulchrum pie veneramur, vnanimique voce conclamamus: impetra à Chriſto Domino peccatorum noſtrorum condonationem.

Digitized by Google

Beate Fantine, quem diuina gratia afflauit, lucem in terris præbuisti, sole ipso clariorem; virtutum splendoribus, ac miraculorum radiis vniuersos terrarum fines illustrans, dissoluensque densissimam malorum caliginem. quocirca memoriam tui percolimus, tuarumque reliquiarum tumulum amplectimur.

Beatissime Fantine, diuinitus illustrate, cœcis visum, claudis gressum, languidis sanitatem restituisti: multos à fera maris tempestate incolumes seruasti. magnum domui tuæ splendorem attulisti: noua prodigia in terra patrauisti, precare quæso Deum, vt nos te cohonestantes iuuet.

Fantine, vndequaque beatissime, ac sapientissime, cœlesti cœtui immixtus, ac sorte felicidre ineffabiliter Deo adhærens, gaudio, gloriaque incomprehensa auctus, memineris tuere: serua tuis precationibus ab omni nos miseria, & calamitate.

Sancti Spiritus lumine cum præluceas, Fantine, cordis mei tenebras aspelle; mentem, animumque meum, per tuas preces, luce perfundens, vti clarissimam commemorationem tuam dignis hodie laudibus in cœlum feram.

Diuinus te, Fantine, amor à puero succedit, quo duce, prauas corporis voluptates perfecte domuisti, teque redemptori tuo vas mundissimum obtulisti.

Cum diuinis te præceptis dicto audiente præbueris, merito miraculorum gratia a præpotente Deo donatus es, ad procurandos difficiles hominum morbos, & ab obsessis corporibus Dæmones expellendos. ac proinde te beatum prædicamus, ac tui memoriam fideliter celebramus.

Instar magni solis, virtutum splendoribus auctus, ex occidente nobis ortus es. nimirum vti nos omnes tuo lumine illustrares qui cum fide tuam memoriam veneramur.

Insigni commiseratione permotus eius, qui te, beate vir, inuocabat; nihil cunctatus es innocentiam ostendere. nam per quietem perspicuè, & dilucide syngrapham homini ostendisti.

Lucidam immortalitatis vestem indutus iam, ei qui graui cum morbo conflictabatur, præclare te videndum obtulisti, iubens omnem morbi saniem veluti saccum exuere.

Omnem tartarei hostis fastum, ac superbiam fortiter deposuisti, abijciens, demittensque te ipsum a summa virtutum tuarum celsitudine.

Quod mentis tuæ acies diuino lumine esset illustrata, iam diu cœco, diuina virtute, videndi vsum restituisti.

Ad sanandos hominum morbos, prauosque spiritus effugandos sacrosancta reliquiarum tuarum tumba, Fantine, omnibus posita est.

Hominem diuturno morbo tabescentem, quæ tua fuit commiseratio, ture accepto, pristinæ incolumitati reddidisti.

Commiseratione mirum quantum excelluisti, Fantine. cumque inter homines quasi Angelus à materiæ fœce alienus vitam egeris, misericordiam à Deo maxime misericorde hausisti. à quo etiam curationum gratia, veluti quibusdam radiis, munificentissime ditatus es.

Haud obscure ei te ostendisti, qui diuinã tuam gratiam periurio conspurcauit. iubes ex hominum cœtu scelestum de repente rapi, ac tolli, quo nimirum facto arrogantium hominum fœdissimam pertinaciam reprimeres.

Hominem pedum vsu destitutum, graui morbo laborantem, & multis, quibus cruciabatur doloribus, leuas; & ad recte incedendum, valetudinem reddis, ea qua à Spiritu Sancto, beatissime Fantine, gratia donatus es.

Cum rebus à te præclare gestis, Deum Optimum Maximum honore honestauisses, ab eodem multa miraculorum vi cohonestatus es; quæ ex tuis reliquijs quotidie dimanant.

Vir paralysi detentus ad tuas reliquias cum accessisset, ea liberatus est. quibus etiã vehementer attritus, misericordiam nactus est, qui sacrilego ore in tua dona per blasphemiam fuerat inuectus.

Despondetur Christo puella, ex qua immundum spiritum eiecceras, hominique per visum apparés, admirãda mysteria detexisti

Moysis mansuetudinem, Eliæ zelum, Dauidis simplicitatem, atque innocentiam, Fãtine, imitatus, gratiam ad curandos hominum morbos cœlitus adeptus es.

In templo, quod tibi positum est, in noctem lux ingens ijs visa, qui Deo laudes decantabant; qua te dilucide agnouerunt.

Radijs vndequaque circumfusus Agarenis apparens, eos immani excitata tempestate in mare præcipites demersisti, cum tamen regenerationis filios saluos, incolumesque ab eodem periculo liberaueris, Thaumaturge Fantine.

Populum Dei Optimi Maximi cultorem, à marinis fluctibus mirifice seruauisti, sub specie Angelica visus, & mare tẽpestate inuietũ celeriter trãquillans, Fantine, prodigiorum auctor, ac Iesu Christi famule.

Prauis animi motibus iactatos, omnimodisque tentationibus, quasi fluctibus, misere diuexatos, diuina virtute ad salutis portum quotidie adducis.

Sanctissime, ac magna cum fiducia, gloriose Fantine, tuam hodie sacrosanctam memoriam celebramus, tuo sepulchro circumfusi, quæque ab eo promanant sanitates, pie haurientes.

Domine Iesu, qui famulum tuum omnibus admirabilem reddidisti, eius quæso precibus mirifica in me Christe misericordias tuas, integramque peccatorum da nobis condonationem.

Cuiusuis morbi curationes effundis, difficilesque animarum ægritudines sedas, ac moderaris, patrans mira prodigia, teque animarum, ac corporum, præbens medicum peritissimum.

Ma-

Digitized by Google

Magnus animæ tuæ decor, mira domus pulchritudo,& ſpecies, vbi conditum tuum corpus venerandum languidos ad ſalutem reuocat,illuſtrat tenebris obductos, putreſcentia vlcera ſanat,pellit dolores, morbos curat.

Iam ſancto prophetarum,Apoſtolorumque,ac Martyrum cœtu adiunctus es in cœlo,qui ſacros eorum in terra mores imitatus pugnans fortiter, diuiniſque iuſſis te dicto audientem præbens. ac proinde, Fantine, te egregijs titulis Deus Optimus Maximus inſigniuit.

Sepulchrum vitalem redolet odorem, ac memoria, vt ſol terræ illuceſcit,piorumque animas mirifice illuſtrat. quam rite percolentes,oramus te,ò Fantine, vt à conditore noſtro peccatorum veniam digneris impetrare.

Ann.Ch. 312 8. Iunij.

DE S. SEVERINO EPISCOPO

CHriſtiana religione, vnà cum Conſtantini Magni principatu, coronatum Martyribus caput attollente, B.Seuerinus Epiſcopus eccleſiam Catanenſem regebat. præter memoriam nominis, ætatisque,quo vixit, cætera longe potiora, ne poſteris memorarentur, tempora obliterarunt.illam vero Agrippinianis actis poſteritas rependat. quippe tradunt,S.Seuerinum Agrippinæ Martyris ædem Menis ſacrauiſſe,Euprexiæ rogatu, nobilis feminæ Meneninæ, quæ ſuis opibus extruxerat: eaque in æde, eiuſdem Virginis, ac Martyris corpus ad 6. Idus Iunias ſolemni ritu depoſuiſſe.

Ann.Ch. 398 13. Apr.

VITA S. VRSI RAVENNATVM EPISCOPI

AVCTORE

OCTAVIO CAIETANO SOCIETATIS IESV

1 VRSVS Rauennæ Epiſcopus, in Sicilia natus ex familia nobili.& opulenta,B.Baſſiano Syracuſano per affinitatem connexus fuit. ſanè iſte ſumpta Chriſti fide; vt Ethnici patris iram declinaret, à Deo monitus eſt: effugeret Rauennam ad Vrſum affinem ſuum.conijciet fortaſſe aliquis,ex coniunctione Syracuſani ſanguinis, Vrsũ Syracuſis vrbe Siciliæ ortum. ſed in occulto eſt cauſſa,tempuſque, quibus ex inſula profectus Rauennam Italiæ vrbem acceſſerit. Vbi ſacerdotio ampliſſimo auctus, 3 Rauennatem eccleſiam ſuſcepit regendam, morte deceſſoris Liberij vacuam, eique deſponſam prælato ceteris ob egregias dotes. nam pio, excelſoque animo iuxta fuit, maximeque inflammato ad augendam Chriſti religionem. animo ſimile corpus, caſtiſſimum, & ab omni labe procul. ſed nihil æque celebre Vrſi nomen, atque præclara eius facinora poſteris fecere. enimvero primus amplum Deo templum conſtruere Rauennæ cœpit, vt gregem Chriſti, ac ſuum, qui ſparſis in tugurijs adhuc vagabatur, in vnum ouile paſtor vigilantiſſimus cogeret, ac tuto ſeptum videret.

2 Vrſus Siculus.

3 Rauennæ Epiſc.creatur.

Iam verò magnæ opes, quæ ceteris per ignauiam, luxumque dedecori ſunt, magnæ gloriæ Vrſo fuere; diuitias enim, quas à parentibus ſuis in Sicilia copioſe acceperat, in Dei Maximi domos ornandas, earumque decora contulit. Opus eximiæ artis, & magnitudinis Rauennæ aggreſſus, quod altitudinem mentis ſuæ, & accenſa in religionem ſtudia teſtificaretur, quippe templum maximum, ac pulcherrimum à fundamentis ædificauit, futuriſque vrbis paſtoribus,

Rauennæ Baſilicam exſtruxit pecunia ſua.

Digitized by Google

populoq; certam reliquit ſedem ſacri Pontificatus, atq; religionis, Vrſianum templũ, indito a conditore vocabulo, poſteritas appellauit. quod ſitũ eſt in regione Hercularia a coloſſo Herculis dicta, qui iuxta ædem B. Agnetis præ foro ſpectabatur, atque illud ad noſtram vſque memoriam manſit. quam quam vt ægritudinis venuſtatem corporũ, ita templi pulchritudinem tempora extinxère. at enim Vrſus flagrans ſtudio ſacrorũ, & ingens animi, templum quadruplici ordine columnarum præclaro è marmore Græco ſtatuit. teſtudinem de muſiuo pinxit. nec parietes modo emblemate vermiculato diſtinxit, hominumque. 4 & animantium cruſtis, ſed precioſis etiam lapidibus, gemmiſq; circumtexit: gemmis ipſis mutam per ambitionem exſultantibus, quod à vanitate hominum in Dei cultum pietate Vrſi translatæ eſſent. Rauennatium vero populus, quaſi corpus, quod vno regeretur animo, ſtudia pij paſtoris æmulabatur; & in conſtruenda Chriſti domo laborem ſua ſpõte ſuſcipiẽs, lætitiam, & gratulationem præferebat, Deũque laudabat, quod Sacerdotis ſui precibus Rauennatium publicam rem proſperaret.

4

Dedicauit idibus Aprilis, die Reſurrect. Domini.

Sane vero templum Vrſi opibus perfectum, Idibus Aprilis dedicatum eſt; quibus natalis Chriſti Domini ad vitam reſurgentis eo anno celebrabatur, qui fuit ab eius ex ortu CCCLXXXIV. à die dedicationis, Baſilicæ nomen fuit *Anaſtaſis*: iiſdem ſtudiis Vrſus Sanctorum honores, ac præſertim indigenarum cultum procurauit. nam ſatis cõſtat iam inde ab eius temporibus Diuos Siculos Rauennatibus magno in honore habitos, Sanctiſſimiſque Virginibus Agathæ, & Luciæ templum Rauennæ dicatum fuiſſe tunc etiam feſtus dies, ſollemniſq; agi cœptus eſt Sancti Euplii Martyris Catanenſis, ſed Vrſus viginti annos Eccleſiæ cum præfuiſſet, ad beatam vitam meritis ſuis tranſlatus eſt, anno Chriſti CCCXCVIII. Impp. Arcadio, & Honorio. Miti ægritudine, mitiore obitu deceſſit, iiſdem Idibus Aprilis, eoque ipſo die Sanctiſſimæ Reſurrectionis Ieſu Chriſti, quo die Vrſus XIII. ante annos illuſtre templum ſacrauerat. hunc honorem eius eximiæ pietati dediſſe Deus videtur, vt eo die è vita excedenti cœli templa patefecerit, quo ille è morte excitatum dedicatione magnifici templi percoluiſſet.

In Vrſiana ede conditus.

Extinctus Vrſus omnium ordinum lacrymis ſua in æde ſitus eſt, ante aram, ſub marmore porphyretico, vnde ſuperiorem in arã conſequentibus temporibus importatum fuiſſe fama eſt. corpore fuit decoro, tenſa, pulchraque facie, modice nudo capilli vertice. morum integer, excelſus animi. eius imago de muſiuo picta in teſtudine templi D. Apollinaris in Claſſe conſpicitur. domum Rauennæ Vrſus habuit iuxta 5 foſſam amnis, qui de Organaria, id loco nomẽ eſt, emanabat, ſub Priſcorum ponte qui miræ olim magnitudinis fuit, & magnificis 6 ædibus habitabatur. idem Vrſus vrbem Rauennam multis ædificiis auxit. ampliſſimum 7 in Sicilia patrimonium Chriſto, & Eccleſiæ 8 ſuæ tradidit, nulla euictus cognatorum affectione. ſane publica magnificentia chriſtianum Principem, virtutibus, quæ ſolidior in Pontifice laus, ſummum Sacerdotii faſtigiũ exæquauit. æternam vtroque famam apud poſteros, & cæleſtes honores adeptus eſt.

5 6 7 8

Vide Animaduerſ. fol. 140.

VITA S. BASSIANI LAVDENSIS EPISCOPI

AVCTORE OCTAVIO CAIETANO SOCIETATIS IESV

Ann. Ch. 418 19. Ian.

S. Baſſianus Syrac. 3 4 A pat. Ro. miſſæa ſtudiorum cauſſa.

BASSIANVS 2 Imp. Conſtantino Magno, Syracuſis è familia nobiliſſima ortus eſt, patre 3 Sergio, vrbis præfecto. XII. 4 natus annos ſedẽ ac magiſtram eloquentiæ Romam à parente miſſus eſt, vt pueritiam honeſtis artibus excoleret. vbi cum liberales diſciplinas acrius, vltra quam ætati conceſsũ hauriret, audita religionis chriſtianæ myſteria, Baſſiani pectus alte penetrarunt. ergo inania ſimul, ac falſa Numinum reputans, incenſum, & flagrantem Chriſti amore animum ad diuinam eius philoſophiam trãſtulit.

Digitized by Google

5 tulit. sed metuens ne consilia 5 mentis de cultа famuli introspicerent, quibus pater in custodiam dederat, anxius animi quærebat, cui sensus abditos tuto committeret. id autem Deo curæ fuit, qui Bassianum militiæ suæ destinarat. igitur Gordianum Presbyterum, magnæ virum sanctitatis, secundū quietem ter monet, adolescentem Bassianū quæreret. simul aperit eius consilia, & quas animo versaret curas. ille solito maturius exsurgens, per vrbis domos quærendo inuestigat tandem, paternoque affectu complexum in ædes suas perducit. hic statim aperit, quæ per quietem manifesta fecerat de illo Deus. quibus auditis, Bassianus Deo gratias agit, qui pium hominum affectum perire non sinit, illumque ex animo quærentibus veritatis viam docet. ad senis pedes exinde prouolutus, flagrantissimè postulat, edoceret Christi fidem, neque vltra mysteriorum, quæ diu multumque cupiuerat, ignarum esse pateretur.

Dum christanæ disciplinæ præceptis Bassianus instrueretur, per arctum, angustumq; iter ingredi statuit ad vitam, diuinæque sapientiæ institutum. nam Christo mancipare se satagens, primum omnium, abstinentiam cibi sectatus, animum expians, carnem edomabat. tertia parte soliti canonis vitam sustentans, reliquas duas in egentes erogabat. in ceteris vero virtutibus adeo profecit, vt Gordianum, quem præceptorem ante coluerat, post modum æmulum, atque imitatorem haberet. exacto anno, cum Bassianus militiæ suę rudimenta Gordiano probasset, baptismatis gratiam veluti donatiuum ad maiora certamina suscepit, ornante cœlo Christi militiæ solemnia. enimvero dum sacro fonte lauaretur, pulcherrimus adolescēs magna cum luce delapsus adstitit, vestemque candida Bassianum induit. qui iuuenem reueritus, cum percunctaretur, quis esset, quāque ob caussam, eam sedem adijsset: respondit ille, iam pridem cælitus missum esse se, vt sanctum eius animi propositum prosperaret, & quæque noxia abigeret ab eo procul. quo munere expleto, adolescens ab omnium oculis dilapsus est. eius abscessu, per mediam ferme horam, ea odoris suauitate ædes afflata est, vt qui illic adsistentes essēt, deposita hac mole terræ, cum cęlestibus degere viderentur.

Baptismū suscipi nanti adsistit Ang & veste cādida induit.

Interea Bassiani comites, famuliue ignari rerum, præter vnum natu grandiorem, quem suorum ille secretorum participem adsciuerat, nouam sanctioris vitæ rationem ab eo initam admirabantur. ergo inuicem sciscitantur: quidnam Bassianus adeo parce ac duriter vitam ageret, pernoctansque præter morem vigilijs corpus attereret? famulus vero arcanorum domini conscius, dictitabat, accidisse Bassiano in literarum studia abdito, quod ceteris sapientiæ amatoribus vsuuenit, qui philosophiæ dediti, superuacaneis voluptatibus reiectis, quod naturæ consentaneum est, paucis contenti viuunt. verū cum veniret in mentem famulis, quod Bassianus adhuc puer cruces, quas numquam vi derat digito describebat in puluere, cumosque segitis ad earum instar componebat, non destitere curiosius perscrutari, donec compertum est, christianum esse, & baptismate ablutum. ipse Bassianus, quod familiā maxime occultauerat, prodidit. nam cum nocturnis defatigatum excubijs, interdiu sōnus complexus esset, audiunt per quietem Sanctissimæ Trinitatis nomen inuocantem, precantemque, vt ad felicitatem dirigeret, Deum diligentibus promissam, cui vox è cælo reddita: Gaude, fidelissime Christi miles Bassiane; precationem tuam admisit Deus, & iam parata tibi sedes in cœlo est. quod vt intellectum est seruis, ad parentem detulere filium christianum esse: quo nuntio Sergius, qui sceleratos adhuc Deos colebat, sęuo dolore amens, profectionem in vrbem parat: vt filium qua blande, quaue aspere à susceptа Christi fide reuocaret.

Christian. se ipse prodit, audit in somnis S. Trinitatem appellare.

Per famul. delata res ad patrem

Sed impios parentis conatus eluśit Deus primis fere galliciniis basilicā B. Io. Apostoli Bassianus adierat. illic dum in preces demore intendit, patronum ædis videt venerandа canicie decorum, auditque ita loquētem: scito, adolescens, vrbem quam citissime tibi vertendam esse, & Rauennam 6 fido cum comite abeundum. nam pater tuus insidias saluti tuæ struit, & à recta, vel inuitum retrahere te molitur. me verò Deus destinauit huc ad te, cui suorum salus curæ est. fuge hinc, ne præuertat te pater, ne veterator hostis effugium tibi præcludat. mox cum adolescentem salutasset Apostolus abscessit. Bassianus humi fusus, fundere preces flagrantius, Deoque gratias agere, cuius ope impēdenti periculo præriperetur. vbi finem orandi fecit, accersito famulo, quem fides, & caritas ei copulauerat, Apostoli iussa narrat. nec mora ijs exsequendis fuit. cōtinuo quidquid facultatum reliquum erat, in pauperes elargitur, & imperatam fugam capit. caducas res omnes onera, & impedimenta ratus quibus abiectis expeditior esset ad pietatis cursum, postero die, digressus Roma, comitante famulo, Rauennam ire pergit. verum iter illud cælestium monitu cœptum, miris prodigijs comprobatum est. nam 7 cum vrbe Rauenna XV. passuum millibus Bassianus procul esset, forte ceruam cum duobus hinnulis videt, quam venatores circumegerant, vt nullum pateret effugium. simul pio in feras etiam affectu permotus, periculo exemit, nec cerua destitit certare officijs cū Bassiano. nam iussa venire ad se in nomine Domini, statim paruit: exutaq; feritate, nullo agitantis metu propius accessit, ille veluti multo ante sibi suetam demulcet manu. cerua vero pedes eius lingere, ac deosculari visa, perinde ac liberatorem suum nosset. Interea venatores Bassianum circumstant, prædā expostulaturi. paullulum attonito similes stetere, & natura pauidas animantes, ac feras ignoto viatori adsidere cicures, & mansuefactas stupebant. cum vnus audientior ceteris, quid stamus, ait, stupidi? neque abripimus ab homine isto laboris nostri pretium? quo dicto, è Bassiani manibus abstrahere

6

Fugam illam miraculis illustrat Deus 7

Digitized by Google

here ceruam adortus est.ad quem ille:non ego,inquit, sed imperat tibi Deus, ne aude hanc pecudem vexare. sed venator insano furore percitus, *Dei* seruum arrogãter propellit. quo facinore læsum numen audaciã eius vlciscitur.statim homo sceleſtus à Dæmone arripitur, vexatusque excœcatur, ac ceteris spectantibus agere animam videbatur. quo reliqui metu, sanctissimi viri Bassiani pedibus aduoluti, veniam cum lacrymis exposcentes,ne par supplicium luerent, precabantur. tum Bassianus abire comites procul iubet.mox quo ille loco moribundus humi prouoluebatur, vna cum famulo in genua accidens, has ad Deum preces fudit: rerum omnium conditor Deus,& hominum generis pijssime reparator, qui de morientium ruina doles, sed de viuentium salute lætaris, te oro, vt ignoscas huic misero quidquid aduersus sanctum nomen tuum temere commisit. dein apprehensa iacentis dextera, Dæmon,inquit, qui cælesti de sede superbientem trusit in ima precipitem,ipse tibi hoc imperat:imagine,ac similitudine sui relicta, abi preceps in tartarum. probe nosti, æterno te illic igni excruciandum fore.non dum finierat preces, cum felicitatis humanæ hostis hominem breui possessum,ac morte tenus concussum confusus tristisque deseruit. porrò corpus vti exanime, luminibus etiam tum orbatum,atque immotum iacebat.sed Bassianus signo crucis cœcitate ab eo depulsa, perinde vinculis solutum,exsilire hominem iubet,vocatisque socijs incolumem restituit.qui miraculo perterrefacti, Deo præpotẽti,qui in sancto suo mirabilis videri voluisset,ac venerabili Bassiano gratias agentes, in sedes suas concessere.vbi ad Dei honorem,eiusque serui Bassiani,quæ acciderant, vniuersis læti, stupentesque narrabant. cerua interim adhuc opperiens, quid illi mandaretur à sancto viro, latibula cum catulis suis repetere iussa est. Bassianus iter suum exsecutus, in Classem 8 Rauennæ opidum peruenit, & in Sancti Apollinaris æde delituit,vt à tumultu secretus Christo viueret, Deoq; liberius vacaret. sed in nobilissimo illo otio magnos in ẽndi virtute progressus fecit,fama late celebrãte

Bass.homi nem à Dæmone liberat,& à cæcitate.

8 in Classe delitescit, Deo vacaturus.

Sanctitatẽ eius fama celebrat

Per id tempus afferuntur ad Rauennatiũ Præsidem codicilli ab Imperatore Valentiniano cum mandatis, vt Bithynius Rauennæ iudex postulatus maiestatis,capite puniretur.iamque vinctus, quo loco plectendus erat,tenebatur;cũm vitæ amore has ex animo preces dedit.Bassiane 9 Dei serue, fer opem:per Deum,à quo gratiam inijsti,mihi præsens esto. neque illum frustrata est fides sua.itaque intendente ictum spiculatore, securis longe è manibus resilit. Præses carnificis dolo factum ratus,alterum substituit: haud tentata res diuerso exitu. ferrum bis valide molienti,bis excidit. vnde terror in Præsidem,& commiseratio in reum populi fauor,& studia.ergo Bithynius a Præside sol ui iussus,& in custodiam coniectus est: dum super eo Augustus consulitur. re cognita Princeps,absolui clementia sua hominem iubet,bonaque innoxio restitui, quæ Fiscus inuaserat: ille vero relictis seculi negotijs Deo vitam plane deuouit,à quo rursum acceperat.Bassianus egregiam seruati viri gloriam tulit.sub idem tempus,cleroque,ac populo cogente, Bassianus omnes per gradus ecclesiasticos ad sacerdotij dignitatem promotus est.nec multo post minister eius,bonus Christi Olympionices, vitæ cursu religiose expleto,labore breuissimo æterna prẽmia adeptus est. iam septimum diem depositus erat,cum Bassiano 10 pie sacrificium pro eo offerenti, adsistente Bithynio, vox cælitus delata est:gaudiis, cœtuque iustorũ fruitur,pro cuius salute sollicitus oras.quod enim percepit fide,opere fecit, vbi vero Dei vir incruentam hostiam immolauit,rem Bithynio lætus exponit.isque vocem audiuisse se,gratulans asserebat.sed delitescentem virum vltra non tulit virtus,sacrasque ad insulas extulit, cælitum etiam oraculis annitentibus.

Initiatur Sacerdos

Famu eius pie, sancte que obit. 10

Exstincto Laudensi Episcopo, supplicationes pro successore à clero, populoque in triduum decretę sunt; vt eis notesceret, quem vacuæ Deus ecclesiæ prẽsidere vellet. Et insignis cõstitit ex eorum pietate beneuolentia summi numinis. nam Clementem 11 eiusdem ecclesiæ Presbyterum his verbis per quietem commonefecit: Bassianum scitote vobis præficiendum, gemmis cælestibus insignitum;qui suorum iam metu vacans,pro aliorum delictis orare non desinit: multosque Rauennatium, apud quos cœlo militat, honestis moribus informandos curat.proinde Episcopum deligerent, quem delegisset *Deus*. Clemens diuino lætus oraculo,primores Cleri,populique, qui religione præstarent, accitos docet Dei monita, quemque pastorem numen exposcat. commoti simul omnium animi instinctu quodã diuinitatis;& flagrantibus studijs Bassianum Episcopum clamauere. statim delecti duo, qui vitæ exemplo,& facundia pollerent,precesque omnium ad sanctissimum virum perferrent: Dei monitus aperirent, enixeque orantes inducerent: simul iter ingressi, postero die Bassianum conuenere. ab eo facta loquendi potestate,legationis summam graiter exponunt. haud magnum certamen fuit. vicit legatio,concedente Bassiano. neque enim illi fas abnuere. enimvero nocte, quæ præterierat,Deus omnia præmonuerat proxumo die viros 11 duos Laude adfuturos: beneuole exciperet,& prouinciam,quã precarentur,accipere ne recusaret. ita velle se,ac iubere.ergo Bassianus Laudenses legatos ita affatus est:hunc in finem cõdidit hominem Deus,vt mandatis sui conditoris obsequeretur. sed ille, hostis fraude retractus, aberrauit ab itinere sapientiæ, & à iustitiæ lege.itaque se, posterosque perdidit, & infinitis affixit malis. grande mortalibus documentum,ne à recta deflectant, Deique imperia detrectent. Necquis cælestium placitis temere ausit aduersari:igitur honoris ambitum respuentes, quamquam inuiti, laboris onus pro fratribus subeamus. hæc est enim

Mitti ad eum legati vt exorent

11

12

Honorem aspernans onus subit

Domi-

Digitized by Google

Domini voluntas; & obmiti, nefas. his dictis, legatos de via feſſos in hoſpitium inducit, & curare corpora hortatur. ſed voti compotes, lætanteſque breuis quies tenuit. intempeſta nocte Laudem reuertuntur, optatiſſimum nuntium Clero, populoque perferẽtes

Ceterum Baſſianus quo prouinciam ſpiritu ſuſceperit, quoue inſtinctu caritatis, illuſtre miraculum in ipſo vrbis ingreſſu patefecit. nam cum à populo Laudenſi magno cum gaudio exciperetur, vir quidam nobilis obuiam ijt, quẽ dira ex paralyſi, vocis vſus iam diu defecerat. Baſſianus hominem complexus humaniter, atque exoſculatus: attactu liberauit a paralyſi, oſculo vocem reſtituit, conuenientibus deinde Epiſcopis prouincialibus, Epiſcopus 13 conſecratus eſt. in pontificatu, quod eſt in honore difficillimum, modeſtiam mire tenuit. quin eo demiſſior animo, quo dignitatis gradu excelſior fuit. menſa eius peregrinis & egentibus præcipue reficiendis inſtruebatur. ipſe miniſtrare, ac ſeruire diſcumbentibus. cumq; hoſpites exciperet laute, & liberaliter, parco ipſe victu, caſtigando corpori, vitam agebat; adeoque pertenui, prope vt naturę terminos excedere videretur. nec poteſtatem ſibi vnquam vini fecit, ſuccine vllius, qui mẽtem grauat, præterquam dominico die, vel præcipuis Sanctorum Natalitijs. concinẽter paſcebat animum ſacra lectione, & meditationibus rerum diuinarum. Quo paratu virtutum ad hæreſes confodiendas ſtrenuus inſurrexit, & Sancto Ambroſio ſe collegam adhibuit, acremque propugnatorem aduerſum hæreticos, eccleſiæ perduelles. itaque primo anno, quo ſedem iniit, concilio 14 interfuit, quod Damaſo P.R. Impp. Gratiano, Valentiniano, & Theodoſio aduerſus Palladium, & Secundianum Arrianæ hæreſis defenſores, Aquileiæ coactum eſt. quibus omnium Epiſcoporum conſenſione dãnatis, concilio ſubſcripſit. anno proximo in vrbem venit, Romano concilio adfuturus, quod S. Damaſi iuſſu ad eccleſiam ſtabilien dam celebratum eſt. exinde paucos poſt annos, Siricius Papa damnato Romæ Iouiniano impuriſſimo hæretico, literas ad Eccleſiam Mediolanenſem ſcripſit, quibus Synodum Epiſcoporũ cogi iubebatur ad eiuſdem Iouiniani, noui Epicuri, portenta cõuellenda, vt ea in vrbe draco peſtilens occideretur, cuius è latibulis nuper prodierat. adfuit in eo conuentu Baſſianus, qui S. Ambroſio duce habitus eſt, damnatoque Iouiniano, eiuſque ſectatoribus, Ambroſius, & 15 Baſſianus literas 15 ad Siricium Papam dedere, eorum indices ſtudij, in tuenda Eccleſiæ fide.

Sanè verò Baſſianus pietate præcellenti fuit. eius propagandæ ſtudio, Oratorium 16 Sanctorum Apoſtolorum in ſuburbijs ad Orientem ædificauit: perfectoque opere, ſumptibus ſuis, Mediolanum adiit, corãq; Sanctum Ambroſium precatus eſt, vt ad dedicandam ædem Laudem veniret. ſimulque ad 17 Felicem Epiſcopum Comenſem literas daret, quibus ad ſolemnia dedicationis inuitaretur. magna ædis nobilitas, quam Sanctiſſimi tres Epiſcopi Ambroſius, Felix, & Baſſianus dedicauere: illum ſanè diem grande miraculum inſigniuit. nam dũ perageretur ædis dedicatio, Dæmon, qui puellam forte vexabat, ferociter vociferabatur: quorſum, Dei ſerui, prælium adeo iniquum aduerſum me iniiſtis. nec pudet depugnare tres aduerſus vnum. haud compotes, exuiſſe me viribus, & nocendi potentia, à mea me domo arcetis. ſimul cõminabatur, exire è puella ſi compellerent, validiore duorũ, aut plurium comitatu, ſedem aliam occupaturum. hæc ſuperbe locutus, conticuit. tũ Sanctiſſimi Epiſcopi procumbentes humi diuinam opem certantibus ſtudiis orabant, vt Dæmone fugato iis, qui adſtarent, Dei potentia clareſceret. in preces inſtantibus, cum diu puellam Dæmon diſcerpſiſſet, tandem victus, ac turpiter expulſus eſt. ſed illi, finita prece, parentibus incolumem Virginem reddidere, cohortantes, vt Deo ſalutis auctori, gratias agere nunquam deſinerent. conſecratione ædis rite perpetrata, vnanimes Sacerdotes cum gratiarum actione ad menſam accubuere. illic nõ tam corpus, quam mentem reficiebant; diuinis de rebus, ſacriſque ſcripturis conſultantes. poſtero die cum iterum ſimul ieiunia ſoluiſſẽt, ſuas quiſque in ſedes regreſſi ſunt.

Haud multos poſt annos eadem ædes Sãctorum Apoſtolorum nobiliore miraculo inclaruit. meſſis tempore, dum quidam puer meteatium inter manipulos inambularet, morſu ſerpentis interiit. miſere exſtinctum in eccleſiam ſanctorum Apoſtolorum comportant: vbi tum Baſſianus Deo laudes de more concinebat. ſed pſallentis conſtantiã, piumque animi affectum clamor, lacrymæq; infelicium parentũ peruicere. igitur omnib egredi ex æde iuſſis, proiectus humi Sacerdos, defunctum iuxta puerum, lacrymis a, Deo vitam eius orabat. cum repente viſum exanimati pueri, corpus ter concutere ſe: tũ exſurgente è precibus viro ſanctiſſimo, vna puer exſurgit rediuiuus; ac perinde nullũ fuiſſet malum perpeſſus, primum vocare matrem cœpit. quo parentes audito, ceterique, qui pro foribus adſtabant, moram præ gaudio non ferentes, in ædem irrumpunt, Dei virtutem, quam per Sacerdotem ſuum patefeciſſet, admirantes, atque extollentes. tum Baſſianus multitudinem, quæ conuenerat, ſalutaribus monitis inſtruens hortatur, vt Deo bonorum omnium largitori deſeruire ſtudeant, eiuſque mandatis obſequi, cuius nutu puer ad vitam rediiſſet. abſceſſere læti parentes, populuſque Deum laudantes, & Epiſcopi ſanctitatem prædicantes.

Per ea tempora grauiſſimo Italiæ vulnere Sanctus Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus deceſſit. ægrotanti adſedit Baſſianus amicorum proximus, vt ſtudiorum vitæ ad tuendam rem chriſtianam particeps, arcanorum in morte conſcius. Ambroſius enim corpore ægro decumbens, ac Deum orans aduentantem Ieſum Chriſtum, ſibique arriden-

Hom. paralyticum & mutum ſanat.

Contrahæret. acriter decertat vna cum S. Ambroſ.

Eoque die Dæmonẽ à puella fugans;

Extinctũ puerum precibus ad vitam reuocat.

S. Ambroſ. ægrotanti adſidet.

Digitized by Google

ridentem cum videret, vnà cum eo oranti Baſſiano indicauit, is animo volutans, quæ ab eo didiciſſet, Ambroſij vitæ finem, cum lacrymis ad ſuos verſus imminentem prædixit. euentus certuſque, ac perfuneſtus iuxta fuit, eccleſiæ in primis Mediolanenſi. Ambroſio igitur demortuo Baſſianus iuſta perſoluit, eiuſque corpus ſepulchro compoſuit? Sanctiſſimum collegam veteri coniunctum amicitia diu inlacrymatus, quo cum ſtrenue aduerſus hæreticos decertauerat. verum Baſſianus vſque adeo Ambroſium vita functum coluit, vt Laudem reuerſus, virtutes eius, moreſque ſanctos celebrare nunquam deſtiterit: ſemper in ore, in corde ſemper habuerit: neque ei ſomnus Ambroſium eripuit. ſæpe poſt piam lectionem, preceſſe, vbi feſſum ſomnus oppreſſerat, audiebatur cum Ambroſio veluti ſuperſtite, ac præſente colloqui, eiuſque aſpectu iucundiſſimo frui. Laude etiam Mediolanum adiit Ambroſii ſepulchrum veneraturus, opemque inuocaturus. tum verò vrbem ingreſſus, quendam hominem vidit libram doloſe ſuſpendentē, & in altera lance paruulum æthiopem, ad ſuos conuerſus, num ne aſpicerent ſpectrum illud, percunctatur; cum pernegarent, eos Baſſianus hortatur, ſecum vna Deum precentur, vt idem, quod ſibi viſum erat, ceteris videndum præberet. oblatis precibus, eadem, permittēte numine, quæ Baſſiano ſpecies, Clementi Presbytero, & Elbonio Diacono oblata eſt. tum Baſſianus accerſitum ad ſe libripendem interrogat; vt quid iniquo pōdere emptorem dolo malo falleret? illo impudenter negante, enarrat ſanctiſſimus pater, quod ad ipſius ſalutem Deus oſtendiſſet. ſtatim homo, poſtquam ea audiuit, ad genua S. Sacerdotis aduolutus, gemenſque noxiam confitetur. Baſſianus autē ad medendos animos peritus, eius flagitijs medicinam probe fecit; præcipiens, vt quantum pecuniarum cumulauerat, retētis, quas neceſſitas exigebat, in pauperes mature largiretur. qua monitione ad frugem correctus, ceteris ſuæ rationem ſalutis prædicare non deſtitit: quos vitę etiam exemplo à prauitatibus animi reuocabat. itaque qui primum, vt arbor infructuoſa, fuerat igni deſtinatus; poſtmodum beneficio Baſſiani dignos pœnitentię fructus conditori ſuo afferre cœpit.

Dæm videt aſſiſtētem impobo homini, quē euocat ad pœnitent.

Ceterum Baſſianus vitæ curriculo laudabiliter ad metam vſque decurſo, cum inſtātem ſibi mortem à Deo accepiſſet, religioſis viris è clero adſtantibus prænuntiauit. ſeptem poſt dies, quibus finis ſui præſcius fuerat, mitem in morbum incidit, ſuoſque carilſimi parentis orbitatem deflentes hūc in modum admonuit. ex exitu meo, filij, ne turbemini, neue lugete. equidem ſub Principe optimo militaui, à quo grande militiæ meæ præmium, & vltra meritum, acceptu rum me certe noui. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: ipſe reſtituet hæreditatem meam mihi. prouideo Dominū in conſpectu meo, qui à dextris eſt mihi, ne commouear. quem ſemper in ore, ſemper in oculis habui, nunc ad dexteram habitum me ſcio. nullo hoſtis auſu commotū iri pertimeſco. nec vos præſenti ope deſtituendos fore formidetis, quia meam in tutelam ſuſcepi. quin a Domino impetraui, vt cuſtodia ipſe ſua vos circumdet, ne corrumpat blandimentis ſuis mundus, incautoſque cū amatoribus ſuis perdat. cum mortalitatem exuero, cadauer meum in Baſilica SS. Apoſtolorum condi volo. quos dum vixi, ſemper colui patronos, eorum extrema in vita patrocinium flagrantiſſime expeto. verum ſanctiſſima Baſſiani anima, vndecimo die poſteaquam ſibi mortem prædixerat, in cœlū exſultantibus Angelis translata eſt, corpus in Oratorium Sanctorum Apoſtolorum, q̄ à fundamentis ipſe conſtruxerat, honeſtiſſimo funere conditum eſt. Eccleſiam Laudenſem rexit annos 36. dies vndeviginti. mortem obijt Honorio XII. Theodoſio VIII. Coſſ. 16. Kal. Februar. anno Chriſti Domini 418. ſed fama rerum æternitati ſuperſtes viuit. ad ſepulchrum, interuentu eius, plurima poſt mortem miracula perpetrata ſunt. duo hic operepretium eſt commemorare.

Mortem ſuam, & ſuis prędicit.

placide quieſcit

Mirac. poſt mortem clarus.

Poſt exceſſum Beatiſſimi Sacerdotis Baſſiani, forte accidit, vt quidam boues duos amitteret, quorum ope ſuam, ſuorumque vitam ſuſtentabat. Basſiani gratia factum id videbatur. cum enim eius dies natalis ageretur, paſcentes boues reliquerat, vt ad Baſilicam pergeret, ſacraſque reliquias pie veneraretur. interim fur vbi conſpexit errātes boues, nullo ad cuſtodiam bubulco, inſtinctore ſceleris Dæmone eos è paſcuis abducit. agricola autem, perfecta prece, ad locum reuertitur, in quo boues relicti fuerant, neque eos, tota regione peragrata, quouis indice inueſtigare potuit. cumq; hominem amiſſio ſui cenſus vehementer angeret, feſtinus ad Sancti Baſſiani ſepulchrum regreditur. ibi noctem genuflexus inſomnem trāſegit; boues, veluti Baſſiano commendatos expoſtulans. his vocibus cum inſtaret, fur mutatis longo itinere ſedibus, periculum effugiſſe ratus, ſecurus ad fores Eccleſiæ peruenit. diuertenſque in proximas ædes, boues quos impune conſecutum ſe credebat, illic deponit; dictitans, in foro comparaſſe. deinde cum paullulum quieuiſſet, ad eamdem Baſilicam reuertit. ſed ingredi connitens, diuina virtute à liminibus repellitur. mox, vt inſanæ mentis, horribilem in modū pro foribus prouolui cœpit; palamque clamitare: en boues domi, en boues. commiſerabantur hominis ſortem circumſtantes, eiuſque verba mirabantur. ſed agricola, qui inter ceteros ad clamorem procumbentis adcurrerat; audita furis voce, preces, quas cum fide ad Baſſianum dederat, validas intellexit, ab eoque impetraſſe ſe, quod poſtulauerat. inſuper latrocinium palam factum, & diuinitus vindicatum. ergo per ſilentium in ædes contendit, vbi boues occultari præſenſerat; inuentos ad boule ſuum agit. Inde ad Eccleſiam remeans, perpetratum facinus narrat, vniuerſo populo Dei virtutem, lau-

Digitized by Google

laudesque Bassiani celebrante. fur verò pœnitentia veniam meruit; ingressionemque Ecclesiæ, à qua propulsatus primum scelere suo fuerat, patere sibi sensit: vbi Deo, & Beato Bassiano, dum vixit, cum virtute seruiuit. idemque ad meliorem frugem iam conuersus, non sine gemitu narrare solebat, qua nocte boues abstraxerat, aues teterrima specie sceleris sui præscias sibi visas circumuolitasse, & oculorum suorum aciē obturbasse. neque abscessisse à se, donec ad fores Diuæ Virginis Turrificæ ire vltra repellerentur, & nequitiæ primum suasores, conscientiæ dein carnifices expertum fuisse.

Neque illud omiserim, quod tradit Equilinus, consequentibus temporibus accidisse. enim verò cum Mediolanēses ferro, ignique laudem vastassent, Sancti Bassiani corpus loco moueri nunquam potuit. quin ad sepulchrum eius accedentes, ausi facinus, velut exanimati concidebant. ergo illic relictum, metu compellēte. verum vt Imperator Fridericus Laudem, quo nunc loco est, instauranit, Beati Bassiani corpus eo translatum est, vbi multis in dies miraculis claresçit, ad Dei gloriam, qui viuit in sęcula.

Vide Animaduers. fol. 141.

Ann. Ch. 383 11. Octo.

DE SS. GERASINA, ADRIANO, AVREA, BABILLA, IVLIANA, VICTORIA, MARTYRIBVS.

GERASINA, eiusque filij quinque Adrianus puer, Virgineſque Babilla, Iulia, Victoria, & Aurea, ex Insula Sicilia exstitere. cum in Britānia commorarētur, magna eorū felicitate, adlectæ sunt in Virginum legiones duas XICIO. habentes, Vrsula duce, ac matre castrorum, Dionoci filia, Cornubię in Britannia Regis. nam cum Fl. Maximus imperium in Britannia per scelus inuasisset, simul ad opprimendum Gratianum Augustum in Gallias traiecit. hic Armoricis pro Imperatore stantibus sæue pulsis legiones Britannorum duas imposuit, munimentum Britānię aduersus Gallos, si belli moles à Gratiano ingrueret. ad propagandam sobolem, consilio Connani inter Britannos nobilissimi in Castris Maximi militantis, accersitæ ex Britannia ad coniugium pari numero Virgines- inter quas Vrsula, Princeps agminis, Connano expetebatur. Igitur electissimæ Virginum turmæ nauigiis impositæ in Gallias ad oram Armoricorum deuehebantur, vt Gentilibus illic suis matrimonio copularentur. sed aduersa tempestas in Germanicū litus ad Rhenum impulit. vbi glorioſa palęstra Virginibus pro pudore fuit, quem ne perderent, vitam multo felicius, quam si seruassent, amisere. forte incursabant mare illud Picti, Hunnique Melga, & Gauno Archipiratis, quos aduersus Maximum Tyrannum Imp. Gratianus acciuerat. ij refertas Virginum naues aggressi, vbi Britannas animaduertere, rebellium sanguinem, primum amore vecordes, & in Venerem ardescentes, iniuriam moliuntur. sed Virginibus pudicitiam pertinacissime retinentibus, & flagitiū perhorrentibus, vbi Barbari vident libidinem explere non posse, sanguine rabiem explent, corporibus in litore contrucidatis. fortissimæ, ac beatissimæ Bellatrices. nulla vmquam Britannicarum legionum maiore gloria fuit, nullæ vmquam victoriæ in tota Germania clariores: neque vmquam Oceanus nobiliore sāguine purpuratum se vidit. Ceterum S. Gerasinę Siculæ Martyris ex nobilissimo Vrsulæ comitatu, caput Assisij seruatur, in cœnobio fratrum Minorum S. Frāciſci. illuc S. Bonauenturam illud è Colonia detulisse fama est.

Vide Animaduers. fol. 143.

Gerasin. sicula ex egione S. Vrsulę

Eius caput Assisii seruatur à s. Bonauēt. è colon. delatum.

Digitized by Google

Ann.Ch. 400 3. Ianua.

DE B. LVCIANO EPISCOPO

Ex Actis SS. Alphij, & Sociorum.

1 LVCIANVS, 1 vir apprime pius, ac Deum timens Leontinę ecclesię Episcopus ex Archidiacono consecratus est. Crescenti Episcopo minister, Dei prouisu delectus, vt eius 2 ausis contra iret. sed enim Crescens 3 inito Episcopatu, intrante in eum Diabolo, SS. Martyrum corpora, antiquo ecclesiæ more, intra altare deposita, clam defodere, atque extra ecclesiam proijcere conatus est, verū à tam nefario scelere Lucianus tum Archidiaconus oratione, operaque deterruit sua, Crescentem ita allocutus: post mortem cōdi in altari dignos esse, qui Christo in vita placuere, multaque pro eo perpessi, sanguinem profudere. habitare illic Deum, Sanctique Spiritus gratiam splendere, quæ Sanctos custodiat. quippe sensisse se odorem ex eo loco spirantem, noctuque lucem vidisse, quæ corpora collustret. proin haud pugnādum cum sanctis, & cum Deo esse. Nec multo post Crescenti 4 Diuino iudicio misere sublato suffectus, in ecclesiasticam disciplinam intendens, quæcumque homo impius pessumdederat, magna cura restituit.

Pro reliqu. ss, certat.

4 Cresc. Ep. sufficitur

Eo regente ecclesiam Leontinam, sæua aduersus vrbem fames, ex eaque lues grassata est; adeo vt CLX. vno die morerentur. quod Episcopus iusta Dei vltione factū ratus, Crescentis impietatem vindicantis, populum vniuersum in ædem SS. MM. Alphij, Philadelphi, & Cyrini conuocatum, æmulatione Niniuitarum cohortatus est ad propitiandum numen: indicto, 5 vt septem per dies ieiunarent omnes viri, feminæque ac pueri, simul Deum precarentur, & SS. Martyres, vt eius morbi lues procul abigeretur. pietati, precibusque Sancti Episcopi pondus fuit. enimvero post septem dies, eadem in æde noctu pernigilantibus Episcopo, cleroque, & populo, visi sunt SS. Martyres Alphius, Philadelphus, & Cyrinus, & cum 6 eis grandæuus vir, Apostolico habitu indutus, qui cœtum omnem sic allocutus est. Christiani fratres, pax vobis esto. en SS. Martyres videtis, quos Crescens vir impius, hinc extrudere conatus est. propterea hanc plagam influxit Deus, quòd permiseritis. sed Christo Domino Martyres supplicarunt, cuius clementia precibus collectur. mox iterum pace dicta, Apostolus, Martyresque ex omnium oculis euanuere: populo Deum laudante, & in lætitiam effuso. proximo die Dominico illucescente, Lucianus Episcopus sacrificium Deo obtulit, pestisque coercita est. porrò B. Lucianus, cum per annos 27. Episcopatum pie, sancteque gubernasset, in pace spiritum Deo reddidit. corpus eius iuxta fores basilicæ conditum fuit.

5 Eius precibus passis coercetur

6 plenus meritis Deo spir. reddit

Vide Animaduers. fol. 144.

Ann̄. Ch. 500 16. Febr.

DE S. EVLALIO SYRACVSANO

Ex Vita S. 1 Fulgentij.

1 BEATVS Fulgentius Aegyptiorum monachorum vitas admirabiles legens, institutionum simul, atque collationum spiritali meditatione succensus, memoratas terras nauigio petere statuit: duabus videlicet ex caussis, vt vel ibi depositō nomine Abbatis, sub regula viueret in humilitate, vel districtioris abstinētię legibus subderetur. Et quia desiderium suum impediri poterat publicatum, quærit primitus occasionem proficiscendi Carthaginem. Dehinc veniens ad ipsius mœnia ciuitatis, vno tantum fratre, cui nomē fuit Redemptus, socio peregrinationis electo, nauem conscendit, Alexandriam petiturus, nullos forte sumptus peregrinationi tantæ necessarios secum ferens, sed in Deo, qui diues est, spem suā firmiter ponēs, suauiter canebat cum Dauid: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit. ventis itaq; flatu prospero consequentibus Syracusanū contigit feliciter portum: Deiq; summi prouidētia ductus est ad hanc ciuitatem, vbi tunc Ecclesiam 2 Catholicam B. Papa 3 Eulalius gubernabat vir eximiæ sanctitatis, admirabilis 4 hospitalitatis, perfectissimæ caritatis: in cuius corde thesaurus sapientiæ spiritalis abscōditus, multos talentorū Dominicorum negotiatione ditabat. virtute enim discretionis super omnia decoratus, monachorum professionē singulariter diligebat.

2 3

4

ha-

Digitized by Google

habens etiam ipſe monaſterium proprium, cui ſemper adhærebat, quoties ab Eccleſiaſticis actibus vocabat.

Ad hunc ergo B. Fulgentius veniens, inter alios peregrinos hoſpitalitatis officio libenter excipitur: neque tamen diu latere permittitur; Mox enim ſicut moris eſt in cõuiuio Sacerdotum dum de diuinis rebus ortus eſt ſermo, virum ſingularis ſcientiæ locutio ſua continuo prodidit. Intellexit Epiſcopus, ex ornatu ſermonis, & reſponſionum moderatione, ſub monaſtico habitu magnum latere doctorem. diſtulit tamen eumdem vel quis eſſet, cuue aduenisſet, conuiuis præſentibus inter epulas quærere. Poſt prandium vero cum meridianis horis domi ſuæ deambularet Epiſcopus, per feneſtram reſpiciens obſeruantem ſe ſicut ceteros Beatum Fulgentium vidit: quem continuo peculiariter vocans, de inſtitutionibus ait, & collationibus loqui cœperas, dum pranderemus 6 affer mihi obſecro, codicem, ſi portas. ille ſine mora iuſſis obediens, codicem detulit: in quo quid contineretur, verbis proprijs iuſſus exponit. admiratur Sanctus Eulalius ſcientiam iuuenis, & tali hoſpite delectatus, cur ex Africa venerit, diligenter inquirit. Ille metuens arrogantiæ notam, ſi deſiderium ſuum fateretur, incurrere: parentes, inquit, meos requiro, quos in illis partibus viuere peregrinos audiui. vere enim parentes ſuos requirebat, quorum ſuauiſſimos mores imitari cupiebat. Intellexit Epiſcopus reſponſum non manifeſtum, totiuſque itineris eius, per alterum fratrem, qui fuit ſimplex, inueſtigat cauſſas. Ibi tunc Beatus Fulgentius ſalubriter proditus veritatem ſimpliciter confitetur: iturum ſe ad vltimam Thebaidæ regionis eremum dicit, vt illic, ſicut lectio monebat, mundo mortuus veniret, vbi maior abſtinentium numerus aſſumptioni ſuæ nullum gigneret impedimentum; ſed forte potius præberet exemplum. recte facis, reſpondit Epiſcopus, cupiens meliora ſectari; ſed ſcis quoniam Deo ſine fide impoſſibile eſt placere. Terras 7 ad quas pergere concupiſcis à communione Beati Petri perfida diſſenſio ſeparauit. Omnes illi monachi, quorum prædicatur mirabilis abſtinentia, non habebunt tecum altaris Sacramenta communia. Quid ergo proderit affligere ieiunijs corpus, vbi ſolatiis ſpiritalibus indigebit anima, quæ multo melior eſt corpore? reuertere fili, ne vitæ melioris intuitu periculum rectæ fidei patiaris.

Ego enim quondam iuuenis, antequam ad me pontificalis honoris gratia perueniret indignum, diu cogitaui ſanctiſſimę huius profeſſionis in illius prouinciæ monaſteriis adimplere propoſitum. ſed hæc cauſſa me prohibuit aſſumpta perficere. conſenſit Beatus Fulgentius monentis patris conſilio ſalutari, ſuæque intentionis feruore depoſito, ſuadetur ibi apud Syracuſas paucis menſibus degere Sancto Eulalio præbente victum, & hoſpitium congruum. ſed quia bonæ mentis indoles numquam vacat, caritatis opera ſemper exercens, in ipſo paruiſſimi hoſpitij quod acceperat habitaculo, cœpit hoſpitalitatem multis ſuperuenientibus exhibere peregrinus, & alterius indigens ſolatio, conſolandos ſuſcipere peregrinos. Miratur Sanctus Eulalius affluentem ſancti animi libertatem, magnoque gaudio ſaginatur, dum per manum Beati Fulgentii, cui victum quotidianum nihil habenti miniſtrabat, alimenta miniſtrari non habentibus videt. Et ſi fas eſt dicere comparatione minorum creſcere maiores ſolere, quamuis eſſet Sanctus Eulalius in pauperibus gubernandis omninò perfectus, opera tamen B. Fulgentij conſiderans, de die in diem plus miſericors efficiebatur, & largus.

Peracto itaque præſentis hyemis tempore, cura vehemens Beatum Fulgentium commouet, Epiſcopum quendam Ruſinianum nomine; qui perſecutionis 8 violentiam fugiendo declinans, ex Byzaceno concilio nauigarat, ibique prouinciæ Siciliæ vicinus, in quadam 9 breuiſſima commorabatur inſula, vitam monachi laudabiliter gerens, videre quam primum. vt eius admonitione ſecundo firmatus, quid facere deberet, agnoſceret? Hoc autem volebat, non quia Eulalio Pontifici minus credebat, ſed quia in rebus dubiis vtiliſſimum ſemper eſſe multorum conſilium ſentiebat. Per multos itaque pedeſtris labores itineris ad illũ Siciliæ veniens locum, cui plus propinquior illa inſula fuerat, vbi Sanctus Ruſinianus Epiſcopus habitabat, modicula nauicula deportatus, Sacerdoti venerabili velociter præſentatur, à quo ſimiliter, ne in Aegyptum proficiſci perſeueraret, admonitus, redire 10 protinus ad proprium monaſterium ſtatuit

Huius Sancti Epiſcopi memoriam Cathedralis Syracuſana recolit 14. Kal. Martij.

In Thebaidam profectionem diſſuadet Fulgentio.

7

Qui Syracuſis moratur doctrina, & opere vtilis.

Digitized by Google

Ann. Ch. 535 29. Ian.

DE S. POTAMIONE
EPISCOPO
Ex Actis S. Gregorij Episcopi Agrigent.

POTAMIO 1 Sanctissimus Agrigentinæ ecclesiæ Episcopus, Sanctum Gregorium Agrigentinum baptismate abluit, eique à puero pro parente fuit, humanisque, ac diuinis literis instruendum curauit. duodenem deinde in clerum adscripsit, oblatumque, vt tonderetur, prophetico spiritu, sanctissimum offerri sibi vas, prædixit. obscuræ B. Potamiònis res mansere, ob calamitates sæpissime deploratas. verum 2 is inter sanctos viros in ecclesia Agrigentina colitur. 4. Kal. Febr. 2

Ann. Ch. 541 5. Octob.

VITA, ET PASSIO
SANCTI PLACIDI
MARTYRIS ET SOC.
SCRIPTORE DOMNO STEPHANO
ANICIENSI

SVB S. Spiritus disciplina degentibus sanctis viris, qui in Ecclesia Casinensi cœnobialis exercent militiæ pietatem, Stephanus Aniciēsis indignus, & vltimus seruus eorum spiritum Ecclesiæ duplicem promereri. Philosophos cœli vos esse, & cælestem philosophiam professos, spiritale tyrocinium vestrum docet, & ipsa rerum clamat electio meliorum. elegistis partem optimam cum Maria, & de Hur Chaldęorum egressi, Aegyptique tenebras fugientes, montem sanctum, montē coagulatum, & pinguem, vt Deum Sabaoth videre possitis singularitate conuersationis, & vitæ specialiter obtinetis. depositā vetusti hominis vilitate, in cælestis Adæ trās figuramini nouitatem, & sedentes in spelūcæ ostio cum Elia, suspensis desiderijs ad æterna, sentire vos credimus sibilum auræ tenuis, vestris sine sono cordibus insonantem. ad solatium peregrinationis, & grumnas temporalis exilii demulcendas foditis diligenter, & strenue puteos scripturarum, in quibus est aqua uiua. & in nocte mortalitatis istius tres panes euangelicos exigitis ab amico, vt aqua refectionis potati, veriq; panis soliditate cibati in fortitudine cibi huius, montem Dei Horeb, sicut viriliter, ita & feliciter attingatis. securi iam de adipiscenda cohabitatione Sanctorum, viros cōfessionis & gratiæ. qui vobis semitas perennis vitæ suis vestigiis impressērunt, ea teneritudine ametis, & colatis quasi commilitones in bello; sed futuros concines in regno, diuinis cultibus honoretis, eorumq; pro viribus induatis similitudinem pariter & figuram. placet vobis imitari, quos colitis. & ne fames Christi Dei, qui opprimit terram Canaam, & summos etiam Patriarchas peregrinari compellit, fines vestros violenter inuadat post scripturas canonicas, sanctorū passiones, & gesta humiliter recensetis, & in eis velut in speculo vultus natiuitatis vestræ refigurare gaudetis, vnde & Placidi Martyris 3 vestri triumphos pariter, & agones, qui Latinorum in curia diu silentio sepulti erant, cum apud Græcos egregie vixerint atque floruerint, de Græco erutos produxistis in lucem, & vt eosdem stylo mediocri editos, verbis ornatioribus, & magis propriis debeamus colorare, potestatiuæ precis instantia postulatis. auctoritatis vestræ mole depressus, munus, quod tam solem-

Epist. dedicat. monachis Cassinensibus.

3

Digitized by Google

lemnis vox exigit negare non poſſum. ſed timeo, ne fiſtula paupereſcentis ingenij veſtris vſibus impar appareat: quia & apud vos noui eſſe fontem aquæ viuæ ſalientis in vitam. & tanta eſt huius Martyris claritudo vt eloquio meo infacundo ſatis, & tenui obnubiletur potius, quàm clareſcat. ſupponam tanto oneri ceruicem meam, & imperii veſtri pondus ſubiectis humeris ſuſtinebo, vt Placidi monachi pridem, nunc Martyris, cõmilitonis olim veſtri, nunc tutoris pariter, & patroni ſinceriſſimam paſſionem, ea, qua poſſum ſermonis integritate perſtringam. non erit opus martyrium Beati viri rhetoricis ſententiarum vel ornare coloribus, vel floribus inueſtire; cum tantus ſit in hac hiſtoria pietatis ſplendor, virtutum, vel operũ vt ipſe, & proprietates rerum, quæ exprimẽdæ ſunt, ſermonem coloratiſſimum extorquere poſſint etiam ab inuito. nec in nos aliquis vel nimis diligens, vel minus cautus deuoluere velit calumniam, quaſi ſeneſcenti iam mundo nouum Martyrem inducamus. cum autenticus ſit Martyr iſte nõ rudis, nec nouitius ſed antiquus, teſte orientali Eccleſia, quæ triumphos illius per Gordianum monachum expreſſos in Græco venerata eſt ab antiquo, & Iuſtiniano Imperatore teſtante, qui per ſacram 4 imperii Vigilio Papæ directam canonizari fecit Sancti huius Martyris paſſionem. nos quoque eorum ſequentes veſtigia expreſſam ab eis in Græco veritatem reformabimus in latino, & quaſi in via veteri nouam ſemitam figurantes, ita mediocriter incedemus, vt & ſatisfaciamus negotio, & aurium veſtrarum delitias prolixitate ſuperflua minimè vulneremus.

PROLOGVS.

IMmortales Beatorum triumphos, & Martyrum perennes victorias præconiis efferre cæleſtibus, & diuinis titulis honorare, ſicut honeſtum Eccleſiæ, ſic legentibus eſt iucundum. præclaræ ſunt actiones Sanctorum, & ex radio virtutis Dei tantum capiũt ſplendoris, & luminis, vt totum mundum ſufficienter valeant illuſtrare. in Regem Deitatis, & in ipſam maieſtatem domini peccare videtur quiſquis tam diuinorum operum claritatem, aut voluerit obnubilare ſilentio, aut non ſtuduerit eo, quo poteſt eloquentiæ genere colorare. Quapropter etiam nos ad hoc opus idonei, minuſque digni, ne magnalia Dei noſtri ſuppreſſiſſe ſilentio velut exinuidia, videamur, exactoria prece Sanctorum, qui Deo in cœnobio militant Caſinenſi, Beati Placidi monachi ſimul & Martyris, paſſionem Deo fauente, ſuſcepimus deſcribendam, quam à Gordiano Patris Benedicti diſcipulo, & eiuſdem Martyris ſocio Græce deſcriptam, & minus fere in latinum tranſlatam, eo ſtyli genere proſequamur, vt & ſeriem actionis veritatis compendio perſtringamus, & rebus Domino dedicatis debitæ proprietatis gratia non negetur. in quo tamen negotio non erit neceſſe Martyrium ſancti viri vel flore rhetorico, vel ſermonum coloribus inueſtire, quia tã preciosa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum, ut etiam inculta vel nuda piarum ſeries actionum aliena ſuffragia non mendicet, nec verborum floſculis egeat coronari. In ea puritate veritatis actus Beati Martyris exſequemur, vt & illud quod inuenimus apud Græcos, ſuę integritati reddatur, & noſtræ relationis honeſtas non faſtidium ingeneret, ſed deuotionem pariat audienti. Aſſiſtat veritatis ſpiritus cordi, pariter & ori meo, vt ita poſſim reuerentiæ Martyris ſubſeruire, quatenus idem ſanctus meo labore poſteris innoteſcat, & ego cum lectoribus meis, qui pie ſuſceperint opus illud, mercedem in cœlo mereamur ampliorem.

PASSIO

BEatus igitur Placidus Chriſti Martyr, ex linea Senatoriæ dignitatis erumpẽs Romanæ Ciuitatis indigena fuit, & ad mundi huius caliginem illuſtrandam, tempore Iuſtini 5 Imperatoris, velut ſplendidiſſimũ ſidus emicuit. de ſpina militiæ ſecularis roſei floris ad inſtar, genitura temporali procedens, lauit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine Ieſu Chriſti pallium carnis ſuæ mirabiliter purpurauit. Pater eius Tertullus nomine; primo miles, poſtea per honorem, faſces, & officia dignitatum exercens in culmen 6 Romani Patriciatus euaſit. mater eius ex Octauia 7 gente deſcendens, partu ſobrio ſatis, & vtili hunc ipſum, de quo agimus, quaſi quoddam lilium puritatis effudit. Felix & tanti filii tam digna mater, non hoc ſolum germen protulit ſanctitatis, verũ etiam tres alios eit enixa Eutychium, Victorinum, & Flauiam Virginem, vt in quatuor 8 filiis, veluti in quatuor fluminibus terram ſitientis Eccleſiæ pudica fœcunditas irrigaret. Superſedemus in Placido terrenæ nobilitatis efferre præconium; quia tantus eſt in illo ſplendor meritorum, & operum, vt ad gloriam virtutis eius, claritudo carnis penitus euaneſcat.

D. Placidi patria Genus 5 6 7 8

Parentum diligentia nutritus puer, & tenere ſicut opportunum fuerat educatus, cũ iam ſeptenais pueritiæ metas attingeret, beatiſſimo Patri Benedicto, qui in territorio Sublacenſi vitam Angelicam exercebat, norma inſtitutionis monaſticæ regulariter inbuendus oblatus 9 eſt. Suſcepit vir Deo dignus puerum nutu diuino, parentumque deuotione, vel fide cælitus aſſignatum, vt poritus Eccleſiæ hortulanus lilio pubeſcenti riuulos cæleſtis doctrinæ admoueret, & ſub eius magiſterio vel ducatu tenerrimus flos virtutis in maturitatem erumpens, ſuo tempore martyrii fructum daret. Digniſſimum planè fuit, vt vas electionis & gratiæ futurus puer, qui in Martyris nomen, & meritum fuerat promouendus, de ſpeculo Benedicti formam ſibi ſumeret ſanctitatis, & vitæ in-

D. Benedi traditur educandus. 9

no-

Digitized by Google

nocentiam, quam ab illo ſuſceperat, candidatu confeſſionis, & purpura martyrii coloraret. Religionis habitu veſtitus puer, magiſterio Benedicti, ſicut aſſidue, ita etiam ſtrenue adhærebat. rigabatur nouella plantatio cæleſti doctrina, & ſub Sancti Spiritus diſciplina ad perfectionem conuerſationis, & vitæ, ætas adhuc informis, & tenera formabatur. ſubarrauerat pueri deuoti mentē ſpiritus pietatis, & in tabula cordis eius amoris rudimenta depingens, ad virtutem humilitatis. & obedientiæ conſectandam gratiæ ſuæ largitionibus inſtruebat.

Cum his virtutum ſtudijs animus pueriliſ intenderet, & felicem moliretur in anteriora proceſſum, ex more monaſterii iuſſus, aquam de flumine ad vſus neceſſarios deportaret, verbum iubentis obedienter amplectens, Romani Patricii filius aquarium vas aſſumens ad flumen deuenit; ſitulam minus prudenter in aquam depoſuit, eamque incautus ipſe ſequēns cum vaſe, quod infuderat, quantum iactus ſagittæ à terra, in flumen vnda rapiente, detractus eſt. Venerabilis magiſter eius Benedictus, & Spiritus Sancti radio perfuſus, quo ſæpius ſolebat eſſe, remotorum & abſentium cognitor, & diſcuſſor, quod de puero factum erat ſpiritualibus oculis intuens, Maurum 10 plenioris ætatis diſcipulum aduocauit, & quid
10 Eripitur è lacu. circa puerum Placidum ageretur ſignificans vt in ereptione mergentis, curſu velociore contenderet, modeſto vigore ſpiritus imperauit. implorata humiliter & accepta benedictione paterna, Maurus monachus ad flumen venit, & puerum Placidum pœne iam merſum inueniens, inſtar Petri Apoſtoli ſuper elementum aquę liberos excurſus dedit crine puerum rapuit, illumque è medio fluminis vſque in terram expedita, & ſecura velocitate reduxit. dicat quiſquis quod ſenſerit, ego abſolute definio Beati Patris meritum, & virtutem id primo loco potuiſſe perficere, vt mobilis vndæ liquor impreſſi pedis veſtigium pateretur. ſed hoc ſimplicē innocentiam Placidi meruiſſe, vt ad magiſtri imperium mediis ereptus aquis, ad maioris gloriæ finem poſſet Deo ſibi ſuffragante ſeruari. noluit pius arbiter æquitatis innocentem, & minus cautam pueri ſui vitam aquis rapientibus intercludi: ſed eum ad meliora promouere diſponens, & ab inſtanti mortis articulo, eo quo ſolet, clementiæ genere liberauit, & ad victoriam paſſionis cū gloria ſubeundam præſtituto apud ſe tempore reſeruauit. Demptus aquarū periculo, hic pius puer quotidianis augmentis proficiebat in melius. & ſicut exterius ratione temporis, videbatur creſcere per ætatem; ſic in interiori homine ſuo, ad Dei imaginem renouari ſatagebat aſſidue per virtutem.

In ſchola magiſterii ſpiritualis, Benedicto patri humilis, & deuotus aſſiſtens, id
Intereſtmirac. S. Benedi. aquā è ſaxo educentis. familiaritatis, & gratiæ obtinere meruit apud illum, vt non ſolum publicis actionibus eiuſdem patris communis ſpeculator adeſſet, verumetiam ſecretis, & intimis ipſius precibus ſiue miraculis teſtis idoneus tanto verior, quanto ſecretior, ſæpiùs intereſſet. adfuit puer deuotus nocturnis ſupplicationibus Beati Patris, cum ab eo ſpecialiter aſſumptus in comitem vidit, & expertus eſt quid poſſet meritum Sancti viri, qui verticem rupis excelſæ ſiccum penitus, & arentem, violentia precis ſuæ ſudare compulit aquas viuas, quæ ad remedium fraterni laboris, pariter & querelæ, quotidiana ſuffragia miniſtrarent. credimus venerabilem Benedictum eo ſpiritus oculo, quo futurorum notitiam capiebat, præſenſiſſe de Placido, quantæ excellentiæ futurus eſſet, ſicut nobis renuntiat veſtra ſimplex opinio. Hac de cauſſa pius pater felicem diſcipulum ſuis arcanis intereſſe volebat, vt qui de publicis eius ſermonibus, vel exemplis ſumpſerat formam vitæ, de cæleſtis contemplatione ſecreti congruos orandi modos, & vim veræ ſupplicationis hauriret. Satis congruum arbitramur Placidum debuiſſe magiſtri miraculis intereſſe, vt qui ſuo tempore miracula facturus erat, ex magiſtri qualitate, vel habitu facile deprehenderet, qua forma precis vel inſtantiæ, ſupplicandi neceſſitatis articulo, de uena pietatis diuinæ, ſignorum potentiam potenter extorquere deberet. vnde factum eſt vt magiſterium cæleſte ſequens, ſpiritualis magiſtri fieret imitator, & qui mirabilium operum dudum fuerat inſpector, & teſtis, ipſe quoque mirabilium fieret operator. & ne lucerna ſuccenſa lateret ſub modio, cui in Dei oculis magnus erat, in oculis etiam hominū mirabilis apparebat, adoleſcentiam exuens, & robur induens iuuentutis, Beatus Placidus, inter ſcholares alas tyrocinii ſpiritualis, in cœnobio Caſinenſi, caſtrenſis exercitium diſciplinæ ſub Benedicto Dei famulo ſequebatur.

Superuenerant 11 eo tempore de Sicilia procuratores cortium, & villarum, qui Patri Beatiſſimo retulerunt poſſeſſiones, & prædia, quæ Tertullus Placidi Beati pater monaſterio Caſinenſi Patritia liberalitate contulerat, ab incolis terræ illius vaſtari, & diſtrahi; nec poſſe à miniſtris annuum cenſum Caſinenſi Eccleſiæ reſignari. cum fratribus communicato conſilio, bonum viſū eſt omnibus, & maxime in oculis Benedicti, vt ad locorum illorum reformationem, pariter & tutelam Placidus mitteretur, qui & ex viuacitate prudentiæ, deſtitutis locis prouidentiam exhiberet, & tā auctoritate perſonæ, quam excellentia parentelæ, commiſſa ſibi prædia reſeruare ſufficeret, ac tueri. ex deliberatione communi Benedictus Pater iniungit Placido cæleſte negotium, & duobus ſibi comitibus delegatis Gordiano, & Donato, qui cum eo ſudauerant in commilitio ſpirituali, cum paterna benedictione dimiſit. 12 non humanitus factum puto, ſed diuina potius prouidentia contigiſſe, vt ſic Placidus deberet in Sicilam deſtinari. vt, quod credimus, & ſuorum meritorum, & temporis ordo poſcebat in illa prouincia. & ſudoris ſui curſum, Deo ſibi propitio, terminaret, & exacto paſſionis agone, triū-

11 in Sic. mittitur.

12

phi

phi cæleſtis ſumere brauium, pariter & coronam. Quibus in itinere illo miraculis floruerit Beatus iſte, quibus virtutum radijs claruerit in illa via, quantum ex hiſtoria Gordiani Patris Benedicti diſcipuli, & eiuſdem Martyris ſocij deprehendiſſe potui, non omittam.

Capitis dolorem ab infirmo abigit.

Digreſſus à præſentia B. Patris Placidus, athleta Chriſti, cum apud Vrbem, quæ Capuana dicitur, deueniſſet, a felicis memoriæ Germano Epiſcopo officioſa ſatis humanitate ſuſceptus eſt. ciuitas iam erecta, & poſita ſupra montem latere non potuit, ſed publicas omnium aures rumor occupauit honeſtus, Sanctiſſimi viri Benedicti diſcipulum Placidum Capuanam ciuitatem ſua præſentia illuſtraſſe. Erat in maiore Eccleſia, quæ B. Protomartyris Stephani titulis inſignitur, Zoſſus quidam primicerii gerens officium, qui morbo illo capitis, qui dicitur Cephalæa laborans, acrimoniâ doloris ſui nullis remediis lenire poterat, vel auferre. aduentu cognito Beati viri, & nocturnam manſionem apud Epiſcopum ciuitatis Placidum accepiſſe præſentiens, conſpectibus eius exhibens ſe præſentem, qua moleſtia premeretur, reuoluit, & aperit: & vt per eius meritum curari debeat, & ſanari, quantacumque poteſt exactoriæ ſupplicationis inſtantia flagitat, & expoſcit. eſſe ſe certiſſimum confitetur, tam potentem haberi in Placido virtutis, & ſanctimoniæ veritatem, vt ſuffragio precis ſuæ, inueteratũ iam morbum velocitate, qua velit, omninò ſufficiat amouere, qui ſi ad hoc etiam attẽtandum inferior, & impar eſſet, poſſent tamen virtutes, & merita Benedicti, cuius diſcipulus ipſe erat, id potenter efficere, vt inueterata capitis ægritudo, quæ mœrore confecerat laborantem, ſuo eum lætificaret abſceſſu. Placidus amicus Dei in cuſtodiam humilitatis ſe erigens, cum pie repelleret ſupplicantem, & ſupra meritum ſuũ eſſe, quod ab illo petebatur, aſſereret, languidus ille, cui fuerat morbus in cauſſa, Benedicti nomen medium interponens, conteſtatur Placidum, & adiurat vt ad remedium doloris ſui capiti eius manum admouere, & orationis medelam ſibi apponere non recuſet. victus ſupplicatione petentis, & exaudito nomine patris ſui compunctus, pariter & permotus, ſurgens de loco, languentis capiti manũ apponit, & iterato nomine Ieſu Chriſti, Benedicti Patris nomen humiliter ſubſecundans, ſigno crucis admoto, dolorem, qui diu latuerat incluſus, excluſit: totumque hominem debitæ ſaluti reſtituens, ad domũ propriam, communi, tam ſua, quam illorũ, qui aderant, cum exultatione remiſit. O dignum admiratione ſpectaculum. operatur abſens diſcipulus in nomine magiſtri ſui expetitæ miraculum ſanitatis, & Heliſæi Prophetæ factum ſuo quoque opere figurans, qui magiſtri pallio percuſſas aquas legitur diuiſiſſe, miraculi nouitate, & ſuum prodit meritum, & præconium proprij præceptoris attollit. ita Beatus vir humilitatis integre ſtatum conſeruans, dum languido manum apponit, ſed magiſtri vocabulum interponit, ex altero quidem vere miraculi patrator apparet, ſed in altero quaſi cauens ne ſibi ſuperbiæ peſtis irrepat, magiſtro ſuo totum aſſignat, penitus & adſcribit. Fama patrati miraculi, Capuanam impleuerat ciuitatem, voluebatur in ore cunctorum, languenti ſanitas impertita, & de cæleſtis nouitate miraculi, totus ſimul populus exultabat.

Cæco dat viſum.

Etat in vrbe Capua cæcus quidam, quem oculorum officio deſtitutum nox æterna damnauerat. audito nomine viri Dei, & indultæ ſoſpitatis veritate præcognita, quis ſit tantus operum diuinorum effector, diligentius inueſtigat. dictum ſibi eſt, Benedicti Caſinenſis Abbatis hunc eſſe diſcipulum, qui magiſtri ſui diligentiſſimus imitator, ſicut fuerat ſocius in doctrina, ſic illius quoq; eſſet hæres efficaciſſimus in virtute. concepta ſolidæ ſpei fiducia, cœcus ille deduci ſe fecit ad hoſpitium Beati viri, ſeque ſub oculis illius præſentem exhibuit. qui dum violentia ſuarum precum obteſtaretur virũ Domini, vel rogaret, vt amiſſam lucem cœcis oculis perfũderè dignaretur. amicus Dei Placidus ſibi eum protinus iuſſit adſtare, & oratione præmiſſa, inuocato nomine Saluatoris, perpetuę noctis horrorem patientibus oculis ſignum crucis impreſſit. cum itaque vir beatus ſuper oculos illius cœci ſignaculum crucis infunderet, & Benedicti Patris nomen ſaluberrimum iteraret, adſiſtentis illius oculi, ſubitam proruperunt in lucem, & viſibilis aeris huius lumen viſibiliter haurientes, ad uidendi officium ſunt promoti, deterſa penitus prioris caligine cœcitatis. de quondam miſero factus felicior homo ille, ad B. Placidi veſtigia pronus ruens, de percepto beneficio ſoluit gratias, quas debebat, & eos qui adſtiterant contemplatores virtutis, in admirationem deflectens ad gaudium, Ieſu Chriſti potentiam in ſeruo ſuo gratulabundus magnificat, & attollit. Innotuit ciuitati virtutis opus, quod fecerat Sanctus homo, & per ora omnium volitabat hic ſermo; Placidum amicum Chriſti, ea poteſtate, qua languenti capiti reddiderat ſoſpitatem, oculis etiam tenebroſa cœcitate damnatis videndi gratiam reformaſſe. fit exclamatio generalis in populo; ciuitas tota tripudiat, & exſultat. Ieſu Chriſti fauor, & gloria tollitur in immenſum, & in eo Benedicti quoque ſancti nomen, & meritum ſummis in vrbe prẽconijs celebratur. ſic Placidus veræ lucis amicus, & filius dum cœcis oculis lucem optatiſſimam infundit, cuius ſit apud Deum meriti, manifeſtam producit in lucem, & auctorem lucis clarificans, in ſe ipſo parit eam, quam poteſt, diuino nomini claritatem.

Languido vires reddit.

Egreſſus Capuæ ciuitate, cum cœptum iter in Siciliam maturaret, ciuitatem illam prætermeans, quæ vulgo Galatia nuncupatur, obuium habuit hominem languescentem; qui cum infortunii ſui modum, & languorem, quo miſere premebatur exprimeret, multos ex accolis regionis illius eodem

dem incommodo laborare, cum gemitu, & dolore testatus est,orare, & precari cœpit, vt vir Domini, cuius virtus dignis effectibus carere non poterat, misericordia moueretur,& se, qui prius occurrerat,sanitati restituens primo loco, diuinam demum potentiam in ceteris exhiberet.miseri languentis hominis misertus sanctus, nec minus compatiens calamitatibus aliorum in orationē se dedit,& ea completa, tam illum,qui primus occurrerat, quam alios qui de diuersis partibus confluebant,forma crucis muniēs, & consignans,ōnes illos,qui sibi oblati sunt plena incolumitate donauit. virtutum,ministro,virtutis efficacia deesse non poterat. &satis congruus erat ordo,vt qui studijs indefessis virtutum exercitijs insudabat, ad Christi laudem, cuius gloriæ militabat,virtutum signis glorioſior haberetur.quocumque tenderet Sanctus iste celeberrimus, aduentus eius fama celebris anteibat. Lucerna denique luceus, & ardens, quæcumque loca præsentialiter illustrasset, eorum incolas ad amorem,& desiderium se videndi mirabiliter accendebat.

Vnde quædam mulier opinione sanctitatis illius accepta, filium paruulum, supremo iam spiritu,soloque pectore palpitantē B.Placidi pedibus lacrymabiliter,& anxiefatis exposuit vociferans, & contestans, vt eo pietatis spiritu,quo plenus erat,sibi condescenderet,&maternæ consuleret orbitati; redderet sibi filium, quem mors nimis immatura, ea violentia, qua cunctos solet auferre,sibi etiam omninò præcipere festinabat. hanc se habere fiduciam,& tanta in dominum fide niti, vt quidquid ab eo Placidus Beatus exposceret, sine cunctatione aliqua suis posset precibus obtinere. non posse carere virtutis effectu discipulum Benedicti, cui sanctitas magistri, vel virtus sicut in diuinis exsequendis ministrauerat disciplinam,sic in mirabilibus exhibendis obtentu assiduo apud Domini potentiam impetraret.ita mulier misera prorsus, & lugubris in viribus magni discipuli, summi præceptoris Benedicti nomen, & meritum inculcans, restitutionem filii cum obtestatione, & lacrymis exigebat. induit eructus tandem misericordiæ viscera benignus homo, & magistri sui nomen apud se inaniter iterari non sustinens,puerulo pœne iam mortuo,& extremum spiritum vix trahenti dexteram superapposuit signum viuificæ crucis impressit,& de faucibus mortis ereptum,vitæ restituens in momento, ita plene viuificat vix spirantem, vt reformet lamentanti præoptata gaudia genitrici. impleuit loca finitima rumor iste, prædicatur Benedictus in discipulo sub Placidō:sic resplendens, & consona omnium veritate magnificus in vtroque Christus Dominus prædicatur.

Puerum à morte ereꝑit

Athleta Domini Placidus sicut in curandis ægritudinibus,animarum scientiam sūperat à magistro, ita etiam per magistri interuentum simul & meritum, in propulsandis molestiis corporum cælestem potentiā mirabiliter exercebat.Oblatus est. ei paralyticus quidam in via, membrorum omniū destitutus officijs,quem dissolutio iunctura-rum sic in omnibus membris suis totum dānauerat, & reddiderat prorsus inutilem, vt nec terrę pedem imprimere, nec apponere manum ori posset, nisi alienis suffragiis niteretur.videns hunc hominem seruus Dei, & compatiens dolori eius,contulit se ad Deū, in quo posuerat fiduciam totius spei, & vibrans in paralyticum signum crucis, mysterium Trinitatis expressit. ad benedictionē sancti viri, debilitata natura resumpsit suarum virium quantitatem.succus vigoris diffunditur passim per neruos,& membra omnia, quæ contraria passione marcuerant,colore simul & robore reparantur. sicque factum est, vt quod in illo misero deturpauerat origo corruptior, sancti viri virtus ampliſſima reformaret: & membra singula restituta suis officijs, facultati propriæ redderentur,adstat sanus,& incolumis in momēto,qui diu non æger, sed pœne mortuus iacuerat in grabato, & magis proficiens ex S. Placidi munere, quam prius sumpserat ex collatione naturæ, erigit pariter corpus, & animum, & Deum glorificans in opere suo, Placido cuius ministerio sanatus erat,gratiarum vota gratulabundus exsoluit.

Paralyticū curat

Christianæ fidei deuotus cultor, cum in magnis virtutibus exercendis facultatem,& gratiam haberet in promptu, in minimis quoque non negligens aut segnis erat, sed pari ac simili ratione, & florebat ex minimis,& fructificabat in magnis.quartano incommodo vir laborans, occurrit in eodem itinere sancto viro, intemperie caloris, & frigoris sic exustus,vt pallore, & macie putens esset, cum validissimæ febris incendijs æstuaret. Beati viri conspectibus se præsentans,genibus eius aduoluitur,supplices manus protendit,morbum cuius signa lucebāt in facie,confitetur. & vt per seruum Domini salutis gratiam mereatur, exposcit.fidem se habere pleniſſimam, & ex fide fiduciam concepisse, si possit viri Beatissimi vel orationem promereri,vel tactum,febri propulsata, recuperatæ sanitatis gaudia susceپturum. exuberans pietatis visceribus animus sancti viri,totum se in orationem effundit, & illum deprecans, qui socrum Petri solaverbi potestate liberauit à febribus, & puerum Centurionis paralysi decumbentem membrorum officiis instaurauit, vt huius quoque debeat misereri gemebundus implorat.inter orandum,cum nec dum finem orationi dedisset,virtutem mirabiliter emanantem de Placido sensit ægrotus; & penitus extincta vi febrium,ita totus ex integro redditur sanitati, vt nulla iam in eo prioris morbi vestigia residerent.agit gratias curatori,& imperio sancti viri submitti morbos, subijci passiones, sublatis in cœlum vocibus attestatus, qui tremebundus, & pallens aduenerat incolumis abscessit.

Quartanę laborantē sanat.

Possem in infinitum verba producere, & paginam onerare miraculis, sed ne lectorē compellat prolixa lectio nauseare, & quasi cum fastidio retutare, quod summis est studijs

Muto linguam claudo pedes soluit

dijs amplectendum, quicquid sequitur de miraculis huius Sancti, fidelis oraculi breuitate perstringam. tantam Dominus in illo Calatiensi territorio virtutis amplitudinẽ ministrauit, vt signorum diuitias, quæ sequuntur, ficut diuinitus, sic ubertim effunderet in locis illis. Vir quidam pariter mutus, & claudus duorum officio præsentatur; qui ad benedictionem Sancti plectro linguæ resoluto, vigorem motus, & locutionis excepit, & in pedibus quos neruorum imbecillus stupor inuaserat, gradiendi sumpsisse meruit libertatem. Alium morbo podagrico laborantem, & vehementer afflictum, cruce Christi humiliter consignauit, eumque protinus, excusso morbo, bonæ valetudini restituens ad propria remisit incolumem. Puellulam oblatam sibi, quæ simul fuerat oris, oculorum, & auriũm priuatione damnata, fusa prece pro salute illius, crucis impressione signauit, eius sensus redintegrans diminutos: vt quæ muta fuerat, loqueretur, carens oculis plene videret, & surda priuspatenter audire obtinuit. Romanæ ciuitatis indigena cum infirmitate pessima teneretur, ad Domini seruum deductus eius ope curatus est.

Multa edit miracula,

Brachium cuiusdam viri, cuius tumor minaius in putredinem simul & saniem laxabatur, signo crucis appositio, sinistra valetudine vacuauit. Alterius contractam manum cum ad eum, morbo suadente veniisset, fignaculo crucis appositio, neruorum flexibus integratis, plene restituit sospitati. Cœcũ sibi occurrentem virtute crucis, per quam operabatur hæc omnia, visibili lumine superfudit. Energumenum quemdam, qui ab immundo spiritu pessime vexabatur, solito crucis auxilio, sic constrinxit, vt spiritus, qui eum inuaserat, instar fumi, quasi de vertice illius egrediens, hominem male possessum, sanum relinquere cogeretur. Senem cœcũ, data prius oratione, signauit, & lucem diutius denegatam, mirantibus oculis mirabiliter infudit. Morbo hydropico fatigatum, cuius venter intumuerat, instar vtris, & cutis in morem viri prælucebat, signi salutiferi munimine superfudit, atque in eo pestiferum liquorem exhauriens, corpus inæquale penitus, & distensum, humore siccato, æqualitati pristinæ reformauit. Hæc in Calatiensi territorio contigisse, in Gordiani reperimus historia, & ad Christi magnificentiam probandam in Placido legenda posteris destinamus.

Viator bonus accelerans iter cœptum,
13 Furcas, vt dicitur, Caudinas attingerat, 13
locum illum, cui prius fuerat nomen tormenti, fecit esse locum miraculi. super oculos cuiusdam cœci, qui sibi in eodem loco oblatus est, manum imposuit, præmisit precem, crucem infudit, & diutius amissum diem stupentibus oculis instauravit. Mulier debilis, & infirma implorato auxilio viri Dei per orationem eius oblatam meruit sospitatem, Febricitãtem alium deductum ad se, consueta gratia benedixit, & languore submoto remisit incolumem; Minus debilis accessit ad eum, cuius cum digitum præmisso Benedicti nomine contrectasset, laxatis articulis, extensa palma, siccitas diuturna reuiruit. Corruens quidam ex alto fracti brachij læsione mulctatus, visitatione pariter & prece Sancti, desiderata sanitate donatus est. In eodem loco, cum super quẽdam, qui spiritu molestabatur immundo, formam crucis, manus extensione, signasset, igne scintillante de naribus eius, in specie fumi de illo habitaculo pessime vsurpato, nequam spiritus inuitus egressus est, Maculosum cuiusdam oculum tunc sanauit, & iuuenem cuius calcanea natibus adhærebãt orationis virtute, vel crucis liberum reddidit, & erectum. Quot ægrotos contraria valetudine laborantes in illis partibus virtus curauerit Iesu Christi nos quidem supersedemus euoluere, sed Deo relinquimus illud totum, cuius ope & auxilio hæc & alia diuersa patrauit, & ad cuius referenda sunt gloriam quæcumque fecit. Nos interim simplicem historiam prosequamur.

Virtute pollens, & coruscans miraculis, Placidus minister Christi Beneuentum aduenit, susceptus honorifice à B. Marciano ciuitatis illius Episcopo, claudum quemdam Maiorem nomine, qui genibus ad postrema recuruis, terram scabellulis, quasi verrere videbatur, inuocato nomine prius Christi, postea Benedicti, tibiarum, & pedum naturali restitutione donauit. ibidem etiam lumen quod amiserat, cœco reddens, susceptori suo Marciano Pontifici valefecit, & in Apuliam vltra progrediens apud Canusiam ciuitatem, à S. Sauino Episcopo multa cum humanitate susceptus est. vbi etiam Landulfum quẽdam nomine, habentẽ aridã, & curuam manum benedictione data naturali reformans officio, in anteriora progressus Deo se, & opera eius dirigente, Rhegium Calabriæ ciuitatem aduenit exceptus à Sisinio venerabili Episcopo illius vrbis, leprosum quemdam cuius superficiem fere totã subalbam lepræ color obduxerat. Benedicti meritis, & prece sua, corporali munditie reformauit. Ibi quemdam clericum Siconẽ nomine, mutum & surdum, cui ex auribus vermes defluebant, sibi expositum, fusa prece, & interposito nomine Benedicti plenius instaurauit ad auditum pariter & loquelam.

Beneuentũ adit.

Die sequenti, cum suis socijs nauim ascẽdens Messanam appulit, & apud Messalinũ Romanum ciuem Tertulli patris sui familiarem pariter & amicum, mansionem accepit, cum quo diem illum cum nocte sequenti in Domini laude, & fidei collatione deducens, alterius diei lucescente crepusculo, cum eodem Massalino descendit ad portum, & idoneum locum reperiens ædificia construendi cannibula 14 sua, quam gestabat in manu locum, in quo Ioannis Baptistæ oratorium, & officinæ ceteræ fundarentur, diligentius assignauit. ita vir Domini vndecumque artificibus congregatis, iecit in Christi nomine fundamenta, & opere suo sedulus maturator adsistens, cœpti monasterij fabricam ad perfectum deducere ce-

Messan. sibi monast. S. Io. Templũ coastruit.

14

Digitized by Google

nabatur. quantis virtutibus ibidem floruerit, quibus ſignis emicuerit, in loco illo ſequentia pietatis opera manifeſtant. Quadã die vir Dei dum a monaſterio rediret domum, cœcus illi adfuit ex occurſu, qui ſuffragium eius implorans, per orationem eius, oculorum officium debita cum integritate recepit. factum illud regioni ſtatim innotuit quia perſona, in qua ſignum oſtenſum eſt, indigena fuerat Romanæ Vrbis, & notiſſimum fuerat apud omnes, eum, cui reddita dies erat, Siluium nominari. Glorificabatur dominus in ſancto ſuo, & mirabilia faciens per manum eius, per totam Siciliam nomẽ eius mirabiliter propagabat, & famã, ducebantur ad eum varijs paſſionibus obligati inter quos quidam vir correptus a dæmonio, cum eius conſpectui iſteretur, eo interueniente purgatus eſt. Paralyticus quidam, cuius vniuerſa membra continuo languore defecerant exhibitus eius præſentiæ, ſupradicto Meſſalino aſſiſtente, pariter & vidente, membrorum ſuorum officioſam reſtitutionem emeruit.

Virũ cuius brachium cum manu arida ſic citate torpuerat, oratione præmiſſa, ſubſecundato etiam nomine Benedicti in ſtatum priſtinum reparauit, adſiſtentibus plurimis, & tanti miraculi nouitate ſtupentibus. Paralyticum Siculi viri ſodalem virtute ſimul orationis & crucis languore ſanato, ſuis viribus inſtaurauit. Alium quemdam vitæ carentem officijs, & inutili longæuitate durantem, cui in corpore iam extincto ſuperſtes ſpiritus anhelabat, & cadauer exanime ſeruabant oculi vigilantes, ad precem Beatiſſimi Placidi plenam totius corporis reformationem excepit. Quidam ex primoribus illius prouinciæ elephantina infirmitate percuſſus, cum nulla poſſet medicorum inſtantium arte curari a lepra, quæ inuaſerat corpus eius, Beato Placido mediante mundatus eſt. Obſeſſum à dæmonio per os cuius contumeliã in ſanctum virum malignus ſpiritus euomebat, ſolo imperio verbi ſui ereptũ à dæmonis poteſtate, Beatus Placidus antiquæ reddidit libertati. & virtute qua ſuperiores ſanauerat, in eodem monaſterio poſitus ad ſe plurimos concurrentes, qui morborũ diuerſis moleſtijs premebantur, in Ieſu Chriſti, cruce ſalutifera mediante, curauit.

Conuerſabatur autem B. Placidus in loco ſuo apud eccleſiam, quam in honorem B. Io. Baptiſtæ, in portu conſtruxerat Meſſanenſi, ieiunijs & orationibus plene vacans & ceteris omninò ſtudijs pietatis inſiſtens, Euangelicus negotiator vitæ perpetuæ margaritam precioſis operibus mercabatur. Aggregabat ſibi, quos poterat, & qui vitam Apoſtolicam ſequi vellent, ſecum in eodem monaſterio coadunans doctrinis ſpiritualibus informabat. proponebat ſemetipſum ſubditis ad exemplum, & formam diſciplinæ, cui deberent imprimere ſemetipſos, in ſuis actionibus culpebat. In eum tandem numerum cohabitantium ſibi fratrum creuerat multitudo, vt triginta iam eſſent, qui relicta mundi vanitate, vel pompa, nudam Chriſti crucem nudis humeris ferẽtes, illius ſpiritali magiſterio ſubderentur: qui religionis & ordinis diſciplinam in ea veritate, quã ſumpſerat à magiſtro, cuſtodiri faciens, & ſeruari, cenſuram rigoris monaſtici pleno feruore ſpiritus ſequebatur. Occupauerat fines Siciliæ ſanctæ opinionis, & nominis eius fama, & ipſos quoque terminos illius prouinciæ potenter euadens refundebatur etiam in exteras nationes.

Exemplum eius multi ſequuntur

Sanctitas Placidi culta, pariter & ornata miraculis, impleuerat Romanum orbem, & celebritas virtutis eius condita multiplicitate ſignorum, populari fauore ad ſidera ferebatur. Ita ſe habebat Placidus, ſic viuebat, vt apud conuenientes ſibi domeſticæ manſuetudinis gratiam exerceret. & habens teſtimonium bonum, ab illis etiam, qui foris erant, in gloriam Ieſu Chriſti, communiter omnium ſtudijs vteretur. ducebat intra poſitus cœleſtem vitam, & angelicæ puritati pro viribus ſe conformans, cum adhuc peregrinaretur in carne, cœlos tamen deuotione ſpiritus iam tenebat. quam plene caſtigauerit corpus ſuum, qualiter domuerit, & ſeruituti ſubdiderit carnem ſuam ſingillatim exprimere, quaſi ſuperfluũ iudicamus. cum omnes actiones illius, & eius ſtudia vniuerſa in eam perfectionem eruperint, vt futuræ paſſionis veluti quædam præludia viderentur, & conſummandam in eo virtutẽ martyrij, plenius redolerent. Gloria ſancti viri & ſollemnitas ſignorum eius circum poſitas regiones prætermeans, attigerat Romanas aures. ore publico ferebatur, pariter & ſonabat, qualiter B. Placidus, Tertulli Patricij filius, Benedicti Caſinenſis diſcipulus conſtructo in Sicilia monaſterio intra patrimonij ſui fines, triginta ſibi fratribus aggregatis, monachale propoſitum exercebat. Ang. imitatur.

Eo tempore Eutychius, & Victorinus B. Placidi germani fratres, cum Flauia Virgine ſorore ſub procuratione, pariter & defenſione parentum, patris intra domeſticos parietes morabantur. qui accepta relatione communi, quod frater eorum Placidus in Sicilia fũdaſſet locum, ſancti deſiderio videndi fratrem, ex parentum ſententia, vel aſſenſu nauigio ſe tradentes, cœperũt in Siciliam proficiſci. emenſa vaſtitate illius maris, quod à Roma vſq; Siciliam Campaniæ fines, atq; Calabriæ videtur è latere præterlabi, tandem proſperis ventis vſq; Meſſanam applicuerunt. ibi deſiderij ſui finem B. Placidum diligentius requirentes, apud eccleſiã Beati Ioannis Baptiſtæ, quam ſibi in patrimonio ſuo prouidus fundator erexerat, & in ſanctitate & iuſtitia ſeruientem Domino reperere: adſiſtẽtium monachorum indicio compertum fratrem, quem dudũ facie ignorabãt ſe inueniſſe gauiſi ſunt. agnitione mutua triũphantes Placidũ, & fratres eius ocu lis porrectis inuicem, & lacrymis effuſis prægaudio alternis colloquijs ſe fouentes, decreuere per dies aliquot pariter commorari. fruebantur alternatim conſpectu diutius exoptato, & ex ore Placidi maioris natu quotidiana cœleſtis vitæ ſeminaria, deuote ac Inuiſitur fratres & ſororem.

Digitized by Google

ac humiliter audiebant, incitabat verbis cæ
lestibus frater monachus fratres suos, ad-
huc in seculari habitu conuersantes,& infir-
mas ac debiles mentes eorum ad æternæ vi-
tæ desiderium,vel amorem quotidianis ser-
monibus animabat.non defuit Spiritus Sā-
ctus ori eius,qui per Placidi ministerium,
Eutychij,Victorini, & Flauiæ cor illustrans,
in ea caritatis fortitudine solidauit,vt vsque
ad triumphum victorię, sequentes fratrem
cum eo,cum quo non diu vixerant,morien-
tes,per ipsum pariter, & cum ipso vitam
consequerentur æternam.

Cælestis patriæ desiderio ardet.

Opportunum tempus aduenerat, in quo
sudores Placidi,vel labores reponerentur in
cœlo,& quotidiani agones illius, quos in
palæstra monachatus pius belligerator exe-
gerat, dignis deberent a Domino compē-
sationibus præmiari. Trahebatur ad odorē
cælestium vnguētorum, & prælibās animo,
menteque pergustans dulcedinem spiritua-
lium gaudiorum,ad eorum consecutionem
& palmam plenis desiderijs ferebatur. in-
calluerāt eius medullæ, succensa fuerāt eius
præcordia Iesu Christi pariter dulcedine,
& amore;& cupiens iam dissolui, & esse cū
eo ad depositionem tabernaculi sui, quod
in proximo fuerat dissoluendum, summis
studijs anhelabat. erat ei temporalis vita
fastidio, deformis, & squallida videbatur
species terrenorum,& ad solam pulchritudi
nem Iesu Christi contemplandam pariter
& habendam,toto mentis rapiebatur excef
su.aspirabat ad æterna,qui temporalium cō
temptor erat:& quia necdum poterat con-
sequi propositi sui finem,eliquebatur in la-
crymas, & ad messem gaudij capiendam
medullitus æstuabat. Pius pauperum audi-
tor Deus non defuit Placido se quærenti,sed
exaudiens eius preces,& salubria vota com-
plens, bonum quod petierat concessit. no-
luit Placidum Deus vniuersę carnis ingredi
communem viam,sed eo genere largitatis,
quo vere mirificat sanctos suos, eum, quem
fecerat confessione mirabilem, passionis
triumpho decreuit facere glorioſum, cuius
seriem passionis sequenti stylo breuiter du-
ximus explicandam.

In illo tēpore,quo Beatus Placidus apud
Messanam Vrbem Siciliæ morabatur, Ab-
dala 15 Sarracenæ gentis, & ritus caput,
& Princeps toti Hispaniæ præsidebat. Hæc
ei vnica erat cura,hęc sollicitudo fuerat spe
cialis,vt pro regali magnificentia, ritum
attollere gentis suę Melock, 16 Remphan
& luciferi sidus venerando, & viribus dedu-
ctis in tumulum, christianum nomen non
deprimere, vel conculcare, sed omninò ex-
tinguere conaretur.communicauit consilia-
rijs suis secretum,Baronibus, atque princi-
pibus terræ suæ, & hoc esse propositum suæ
mentis testatus est, vt sicubi posset, subita-
neum quemdam assultum faceret in Roma-
nos, qui in christianæ gloria dignitatis pri-
mum caput obtinere tunc temporis vide-
bantur. fideles sui,qui tunc aderant, hoc ex
officio dedere responsum.Romani nominis
excellentiam in hoc non mediocriter posse

15 Abdala Sarac. classē cum Mamucha in Sic.immittit.

16

lædi,si in Siciliæ, quæ vtique Romani iuris
certa possessio illo in tempore habebatur,
per Hispanam gentem daretur aliquando
militaris assultus. assensione communi pro-
batum est,&in hoc verbo tantum principa-
lis sententia requieuit, vt nauibus præpara-
tis,dato viatico quod fuerat opportunum,
dextera militaris de sinu Hispanico, studio
diligentiore collecta, Romanorum in Sici-
lia possessiones inuadat. & tantum inferat
detrimenti,vt quod factum fuerit,& Roma-
næ virturi afferret ignominiam, & gloriam
Regni sui dedicat in memoriam posterorū

Eligitur de gregaria multitudine cetero-
rum quidam nomine Mamucha gentis Aga
renæ non infimus, christianæ fidei validissi-
mus expugnator,& hostis,qui electę militiæ
Dux præesset, & in nocendo Romanis se
exhiberet omnium ampliorem. Paratis na-
uibus,delecta ad militiam iuuentute, colla-
tis rebus quæ ad transnauigandum videren
tur necessariæ, nauigio sese pariter omnes
committunt,carbasa prosperioribus ventis
obpandunt,& emensa totius pelagi vastita-
te,Siciliam attingentes, portum illum in
quo vir Sanctus Placidus cum socijs domi-
no seruiebat,statu tempori arridente,con-
tingunt. Intempesta nox erat,& mortalium
oculis somnus infuderat gratiā quietis suæ,
cum blasphema crucis Dominicæ gens ne-
fanda, litus illud exoptatissimum compre-
hēdit,vbi Placidus vir beatus cum tyronibus
sortis suæ demane vigilans,& erectus ad Do
minum nocturnæ synaxis solemnia celebra
bat. Agareni, qui portum apprehenderant,
partim de immunitate locorum, partim
de silentii nocturni suffragio presumptionis
solatium capientes, egressi de nauibus, pri-
mis assultibus portum inuadunt. concurrūt
exinde pariter,sicut fuerāt adiudicati prōp
tiores,ad Monasterium Beati viri. facto im
petu fores exterminant, diruunt claustra,
& quicquid inesse poterat munimenti, om-
ninò dissipant,& effringunt. Perueniunt ad
locum illum, in quo sanctus vir Placidus, fu
turus Martyr cum suis sociis nocturnis excu
biis,indefessis viribus,incumbebat. Sanctos
omnes, qui vigiliis cælestibus insudabant,
Agareni improuise,&subito comprehēdūt,
& vno tantum ex eis,Gordiano videlicet,in
fugam lapso, reliquos quotquot erant, di-
strahentes in vincula coniecere.in illa tamē
inuasione seditiosa penitus,& minime circū
specta, Donatus 17 quidam,Beati viri Pla
cidi quondā individuus comes in via, ætate
iam prouectus in senem,Sarracenico gladio
decapitatus,& Martyr felicis effusione cru
oris regna sibi cælestia comparauit.

Mil in Monasterium pūt noctu.

17 Donat. ob truncatur caput

Dilatis rebus, & extracto monasterio
B. viri, matutinus dies illuxerat, cum Mamu
cha perfidissimæ mētis homo, Beatissimos
MM., quos dudū vinculis fecerat mācipari,
Placidū,Eutychiū,& Victorinū,cum Flauia
Virgine, & sociis eorū triginta sibi celerius
exhiberi præcepit.quos cū leniret primo blā
ditijs,minis postea terruisset, videns eos ita
feminantē contēnere,acerrime torqueri fe-
cit.hortabatur sermone quo poterat, vt rō-

Digitized by Google

tũ ficei Christianę penitus abnegantes, ſuperſtitionẽ gentiliũ ſequerẽtur, & niſi facerent ſe in illis expẽdere quicquid inueniret ſupplicii, vel tormenti inſtãtiſſime minabatur. Quicquid crudelis beſtia detonaret, quantũ cũq; deſæuiret in ſanctos, hi ſpretis omninò tyranni tam minis, quam etiam blandimentis, Chriſtum vere ſe credere, & pro fide illi' decertare ſe vſque ad ſanguinem, conſtantiſſime profitentur. ſemel acceptam religionis, & fidei veritatem nulla ſe poſſe ratione deſerere: ſed pro caritate Chriſti Ieſu, qui in redemptionem eorum crucis, & mortis patibulum non expauit, ſe quoque ad mortis tolerantiam paratos eſſe. non timere ſe mortem, quæ ſibi ad vitam æternam tendentibus, ſicut miſeriarum exitus, ſic beatitudinis ingreſſus eſſet. velle ſe carnis huius vinculis expediri, & certo paſſionis tramite, agnũ ſubſequi præeuntem, vt vitam quæ fine aliquo claudi non nouit per triumphum Martyris mererentur.

Vinc fame flagellis, ſuſpendio fumo diu, ac ſæpius.

Sic viriliter ſe habentes, & fiducialiter ſe agentes in *Domino* Placidum cum ſuis ſocijs Mamucha ſceleratus manibus poſt terga reuinctis, cum ferreis annexos compedibus, per ſeptem dies cibo fruſtratos, & potu carceri mancipaſſet, ſuis iterum conſpectibus reſtitutos, flagellis atteri, fuſtibus laniari, & in ſpatio dierum quattuor cum eis nec cibo vellet indulgeri, nec potu, quotidianis eo· ſupplicijs attrectari præcepit. Ita perſeuerante· in fide, glorioſos Martyres Ieſu Chriſti, Placidum, ſocioſque illius, verſis pedibus in ſublime capitibus deorſum preſſis, fœtente fumo Sanctorum naribus aſpirante, ſuſpendens pariter & flagellans, iteratæ cuſtodiæ tradi fecit. Vbi etiam ſequenti nocte, cum in Dei laudibus Martyres excubarent, Gordianus ille cuius ſupra fecim' mentionem, latenter irrumpens in carcerẽ, pœnas eorum, & vincula cõſolatorijs verbis deliniens ad agonem Martyris felices Sãctorum animas animauit. Sequenti die, cum infidelis Mamucha Beatum Placidum cum

18

ſociis Eutychio, Victorino, & Flauia Virgine. Fauſto 18 quoque & Firmato Diacono cum ſocijs eorum triginta, crudeliſſime fuſtigaſſet, tam ſtupendum in Virgine Flauia voluit exhibere miraculum, vt lenones qui ex iuſſu tyranni, eam apprehendere, ſeu corrumpere niterentur, ſtupentibus neruis, brachijs arefactis, cum manibus, dolore nimio torquerentur: ita vt nec Virginem tangere, nec ſuis viribus vti poſſent. ſic virginitatis amator Chriſtus Virginem ſuam Flauiam, cuius Virgineos deſiderabat amplexus, a vitio corruptionis illibatam ſeruauit. vt Flauia Martyr, & Virgo, ſicut ex victoria paſſionis, cæleſtis Regni purpuram obtineret, ſic inter lilia Paradiſi, quocumque ierit ſequẽs agnum, canticum nouum puritatis, & ſanctimoniæ in ſuæ carnis cithara reſonaret.

Plac præciſa lingua, Flauia torta mamill. Chr. confitentur.

Verberibus, atque ludibriis Beatus Martyr angebatur, & cruda barbaries crudeliter effrenabatur in Deum, & Sanctos eius vrgebat tormentis, ſuppliciis attrectabat. Placidus iam Confeſſor, ſed in proximo futurus Martyr Chriſtum quem fide cõceperat, voce publica frequentans, & iterans, eum in quo repoſuerat terminum ſpei ſuæ, confeſſione multiplici celebrabat. Moleſte ferens æmulus nominis chriſtiani frequentari in ore Placidi Chriſti nomen, indignans, quia præ omnibus, & pro omnibus loquebatur, cum os eius lapide contudiſſet, quaſi deputans minus factum, linguam eius ſummo tenus eradicans, quicquid minus hactenus fecerat, nequitia crudeliore ſuppleuit. Flauiã vero Virginem, ne fratre Martyre in ſupplicijs eſſet inferior, beſtialiter potius, quam humane, mamillarũ fecit extorſionibus agitari. Sed Deo in Sãctis ſuis mirabiliter operante, & Martyr Placidus etiam præciſa lingua loquendi obtinuit facultatem, & Flauia Virgo ſeruans immobilem fidei firmitatem, pijs in Chriſtum laudibus reſultabat.

Per Angelum curantur.

Tyranuus autem immanis, & magis beſtia dicendus, quam homo, virtutem expertus totieş chriſtianam, ſed fidem adhibere detrectans, cum poſt plagas, & vulnera Deo per Angelum medente curata, cum inter catenas & vincula, inter anchoras nauium cum magnis lapidibus tibiis eorum ſuperpoſitis, videret inuincibiles animos innocentum, non habens iam quo conferre ſe poſſet capitalem in Sanctos Dei ſententiam promulgauit. accepta deliberatione Tyranni, Beatum Placidum cum duobus Germanis Eutychio, & Victorino, & eorum ſorore Flauia Virgine ſimul cum ſocijs triginta tribus ſatellites impietatis aſſumunt: de cuſtodia carceris in quo clauſi tenebantur, eijciunt, & vſque ad litus maris, vbi fuerant decollãdi flagris eos, & verberibus afficientes, educũt. Ibi Placidus toties iam Martyr, & in deſiderium vitæ perennis animo, & deuotione trãſmigrans totus in orationem decumbit, & ſpiritum ſuum commendans manibus redemptoris, implorato auxilio Benedicti, de cuius magiſterio id habebat, vt cœlum ſanguine mercaretur, protenſam ceruicem porrigit percuſſori. venerando capiti ſpiculator impius ſuperitans, vibrat micantem gladium in ceruicem, & reddens abſciſſione capitis truncum corpus, reliquos tam Placidi fratres, quàm ſocios pari enormitate decapitans, funeſta potius victoria, gratulabundus abſceſſit.

Cap. plectuntur.

Iam immani ſcelere perpetrato Mamucha cum omni ſuo comitatu arridente clementia temporis, nauim ſubiit, quaſi Rhegium profecturus. Sed Deo in vltionem ſanguinis innocentum ſeuerius vindicãte, pondus iniquitatis eorum mare non patiens, ſublatis vadis in tumulos, tam impatienter inhorruit, vt nauibus alliſis penitus, & ſubuerſis, inimici crucis Chriſti ſub tanto & cõ

19

muni naufragio quotquot erant æqualiter necarentur. 19 Ita damnatis cæleſti iudicio perſecutoribus Beatorum, Gordianus ille quem ſuperior pagina præſignauit, ad hoc ſeruatus (vt credimus) vt Martyribus decollatis, humanitatis obſequium miniſtraret, Sanctorum corpora, quæ quatuor diebus inhumata iacuerant, gremio litoris illius

Sepulchro mãdantur à Gordian.

illius infodiens,venerabile corpus B.Placidi Martyris in Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ, quam ipſe ſibi in portu erexerat Meſſanenſi,& dirutis aliis officinis ſola ſupererat, cũ reliquiis Germanorum ſuorum, honeſte, prout potuit, tradidit ſepulturæ. 20 Ita Beatiſſimus vir Placidus,Benedicti diſcipulus, monachus ſimul & Martyr, conſummatus in breui, 3. Nonas Octobris curſum precioſæ paſſionis expleuit,& de manu Domini immarceſcibilem coronam accipiens; cœlos cruoris ſui laurea purpuratus aſcendit. Inſignis Martyr, & omni tam ætati, quam ſexui reuerendus, coruſcans in terra virtutibus, meritis in cœlo viuens, ſe colenti, & amanti Eccleſiæ Caſinenſi indefeſſus patrocinator aſſiſtat; & ſua ſemper ſollemnia celebrantes ſic in præſenti, cæleſti reconciliet gratiæ, vt in futuro compartices faciat coronæ ſuæ, Ieſu Chriſto Domino largiente, cui decus eſt, & imperium per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

Vide Animaduerſ fol.145.

FRAGMENTVM EX HISTORIA

PETRI DIACONI

DE VITA, ET PASSIONE Sanctorum Martyrum.

PLACIDI ABBATIS,

ET SOCIORVM EIVS,

vbi ingens noſtrorum cædes Syracuſis, ac Meſſanæ facta narratur.

Conſtante Imp Syr. occiſo

TEMPORE illo quo Cõſtans Imperator voluit nonæ Romę Imperium in ſeniorem Romã trãſferre, ab vrbe Roma Siciliam veniens remoratus eſt ibi per annos ſex. cum autem balneũ Daphne,quod apud Syracuſas eſt cauſſa lauandi ingreſſus fuiſſet,cœpiſſetque ſapone gallico deliniri, Andreas 3 filius Troili ſumens ſitulam,dedit eam in vertice Imperatoris, fugaque lapſus euaſit. aſt Imperator cum tardaret in balneo, inſiliunt hi, qui foris erant, inueniente ſque Imperatorem occiſum, ſepulturæ tradere ſtuduerunt, & in loco eius Merentum quemdam abſque voluntate Romanorum elegerunt; contra quẽ Conſtantinus Imperator iam dicti Conſtantij filius cum Romanorum exercitu veniens in ciuitate Syracuſana illum morti addixit. hæc dum ad notitiam 4 Sarracenorum, qui iam Ægyptum peruaſerant, deueniſſent, ſubito cum multitudine nauium venientes, Siciliam inuadunt, Syracuſas ingrediuntur, multamque ſtragem facientes Chriſtianorum, ad Beati 5 Placidi monaſterium deueniunt,illud prædonũ manibus direptum ad ſolum vſque proſternunt. ſolam tantùm eiuſdem Martyris eccleſiam relinquentes. monachos verò quotquot ibidem inuenerunt diuerſis ſupplicijs affectos letho dederunt,vix paucis Chriſtianorum euadentibus, qui per munitiſſima caſtra, & iuga confugerant montium,auferentes quoque prædam nimiam. & omnem illum ornatum, quem Conſtans Auguſtus ab vrbe Roma abſtulerat in ære, & diuerſis ſpeciebus, Alexandriam redierunt. itaque dum Caſinenſi Congregationi tunc Laterani degenti relatum fuiſſet,qualiter Sarraceni iam dicti Martyris Placidi Monaſterium ruinæ, & monachos morti dediſſent. Vitaliani 6 Papæ adminiculo fulti, cum ingenti apparatu mittentes in Siciliam, idem Monaſterium reſtauraueruntPoſt hæc 7 Sergius protoſpatarius, & prætor Siciliæ, contra Leonem Imperatorem inſurgens, coronauit in Sicilia propriũ Imperatorem filium Gregorij Onomaguli, Tiberium,mutato nomine,vocitatum. hæc dum Leonis Imperatoris peruenisſent ad aures,Paulum patricium cum Romanorum exercitu, Syracuſas dirigens, falſum Impera-

2 3 4 à Sarac. ite rum S. Pl. Monaſt. di ripitur 5 6 7

Digitized by Google

ratorem, & Principes, qui ab illo prouecti erant, capite truncauit, & capita illorum ad terrorem cunctorum, ad vrbem Romam direxit, reliquos vero verberatos, & tonsos, quosdam verò abscissis naribus in exsilium destinauit.

Postquam verò idem Imperator carnis vniuersæ viam ingressus est, multorum emẽsis annorum cutriculis, tempore, quo Ludouicus Caroli filius in seniori Roma augustale sumpsit imperium, Ioanne VIII. Papa in sede Apostolica præsidente, in Casinẽsi verò ecclesia Leone Abbate Cathedram gubernante, primo anno ordinationis eius, Do
8 minicæ 8 incarnationis anno DCCCC. indictione tertia mensis Augusti die prima,
9 Sarraceni 9 à Babylonia, & Africa ad instar examen apum cum Abrahymo impiissimo Rege suo venientes, Siciliam intrant. in
Magna clades in Sic. per Saracenos uenientes itaque pacatam insulam, quaquaversum impietatis agmina tendebant, deuastabant, depopulabantur, incendio, & homicidiis cuncta tradentes. cumque ad villas Agrigentinam, Catanensem, Tyndaridam, Drepanensem, Segestanam, Partenicum, Hiccaram, & Soluntum, Casinensi cœnobio subditas peruenissent, quantoscumque inuenire poterant, morti tradebant.

Iam verò quis digne referre valeat, quãti tunc Casinensium monachorum in Sicilia habitantium, ab illis diuersis pœnarum generibus extincti sunt? non enim sexus infirmior, paganorum crudeles animas mitigabat, & ibi ira exaggerabatur furoris, vbi ministros inueniebant diuinitatis. senes enim & venerandam canitiem, quæ cæsariem capitis, vt lanam candidam dealbarat, nullam sibi ab hostibus misericordiam vindicabat. infantes etiam, qui nuper nati erant ab vbe
10 ribus maternis pagani rapientes, insontem infantiam, nec dum per ætatem loqui valẽtem, elidẽbant ad terram. Sanctarum quoq; ecclesiarum, & domorum ædificia, quæ discipuli Beati Martyris Placidi in possessionibus eius exstruxerant, diruentes, solo æquabant, vt nunc antiqua illa speciositas, nec quia fuerit, prorsus appareat. villas 10 etiã & ciuitates Casinensi cœnobio pertinentes aut raris, aut nullis habitatoribus incolẽdas statuerunt. indè itaque digredientes, Thermas, Cephalœdium, Alesum, Galeate, Acaleate, Agantinum, Acium, Bidensem, Centuripinum, Aliciam, Himeram, Soluntinam, Heracleam, Ennensem, Herbitensem, Argyrinam, Netinensem, Habitensem, Margentinensem, Assorinam, Maccarensem, Menenia Tisensem, Amestram, ac Petrinam funditus deleuerunt, interfectis cunctis habitatoribus illarum. munitiones verò, quas expugnare
11 nequibant, congregatis in circuitu mortuorum corporibus, gladijs feralibus cruciabãt. agebat enim hæc antiqua, & calens ipsorũ versutia, vt putrefactis cadaueribus, quos adire non poterat, ardente murorum defensione, corporum liquescentium enecarent fœtore. post tantas itaque crudelitates, ipsas vrbes 11 Panhormum, & Syracusas cœperunt, & antiquam illam Romanorum colonia, in seruitutem redegerunt. residuos verò in captiuitatem deportandos sanxerunt: Episcopos quoque, Presbyteros, atque Diaconos in seruitutem redegerunt.

Post tantas itaque direptiones, occisiones, incendia, & captiuitates, sæuissima gens Sarracenorum ad Messanam ciuitatem expugnandam deuenit: cumque Monasterium Beati Martyris Placidi ingressi fuissent, euaginatis gladiis, monachos aggrediuntur, illosque Christum negare, & nefandam religionem venerari compellunt. quod dum cõtemnerent omnes in eodem loco, vnà cum monachis Casinensibus, qui ibi ab Abbate suo directi fuerant, Sarracenorum gladijs, occisi sunt. illis quoque hoc ordine pro fide Christi iugulatis, monasterium 12 omne 12
præter Ecclesiam Sancti Martyris Placidi à Sarracenis destructum est. horum autem 13 13
Martyrum passiones nosse qui cupit, Constantinopolitanæ vrbis Bibliothecas perlustret, ibi quanta tormenta sustinuerunt; facunde satis descripta inueniet. Christiani verò, qui residui erant diffusi per campos, Siluarum secreta petebant, radicibus herbarũ sua mẽbra vegetantes. stratæ erant viæ corporibus christianorũ, cadaueribus repletæ semitæ, exhalantes fœtorem mortuorum, gradientes vnos ex omni parte necabant. nec deerant quotidiè christianorum vbique expirantium funera, nec erat, qui miserationis impenderet sepulturam. montes, & colles, plateæ vniuersarum per Siciliam ciuitatum vnum omnibus fecerant sepulchrũ. sed quid ego immoror in explicanda ruina Siciliæ, & Villarum, & Opidorum Casinẽsi cœnobio subjacentium? Deuicta itaque, ac subiugata Sarraceni Sicilia, destructis ciuitatibus, & Villis, ac Monasteris Casinensi cœnobio pertinentibus, Liparitanam Insulam adeuntes, ad solum vsque prosternunt. sicque Siciliani reuersi die Kalendarum Augusti, vbẽ 6
Tauromenium cum reliquis Villis, & Opidis ad solum vsque prosternunt. solam iuxta ciuitatem Messanam Beati Placidi Ecclesiam relinquentes, anno Domini DCCCCIII. Indict. VI.

S. Plac. Monast. iterũ perditur; Monachi necantur.

Igitur, dum per quam plura tempora, Sicilia Sarracenorum iugo depressa iaceret, à Constantinopolitano Imperatore Manicẽs. 14 Dux cum exercitu diuersis in locis 14
tempore vnicersam fere Siciliam sub Romani Imperii iura restituit. sicque ingenti potitus victoria, sublatis exinde 15 Sanctarum Virginum, & Martyrum Agathæ, nec 15
non Luciæ corporibus, Constantinopolim rediit. sed quia sine præsidio militari Insulã dereliquit, Sarraceni 16 cuncta, quæ amiserant in paruo temporis spatio receperunt. 16

Sarrac. à Maniace pulsi, reuertuntur

Qualiter autem, vel quo ordine, meritis Beatissimi Placidi, & Sociorum intercessionibus, eadem Insula Siciliæ de manibus paganorum erepta sit, dignum videtur ad posterorum memoriam, opusculo præsenti annectere.

Cum igitur Panhormitanæ 17 ciuitatis 17
regimen, Vulthaminus 18 Admiralius 19 18 19
retineret, Belchias 20 ferus eius contra 20
eum

eum insurgens honorē illum, patriaque priuauit. pulsus itaque ille à Sicilia, ad Roberti Ducis Rhegensis confugit auxilium. Dux verò, quæ optauerat ad votum euenisse perspiciens, Siciliam, Christo Duce expugnaturus ingreditur. contra quem Sarraceni iuxta ciuitatem Messanam cum valido exercitu congredientes, meritis beatissimi Placidi Martyris, & sociorum eius interuenientibus, separati, & occisi sunt. Anno 21 Dominicæ incarnationis M. LXVIIII.

ss. MM. menus victi, & occisi.

21

22 Messana itaque capta, eiusque Admirario interfecto, Dux 22 ad Vrbem Rimetū peruenit, quam tributariam efficiens cum mille equitibus, totidemque peditibus, ad 23 Castrum Iohannis peruenit. aduersus 23 quem Balchaoth Sarracenorum Admirarius cum quindecim 24 millibus equitum & centum millibus peditum properans, bellum inijt. mirum, & temporibus omnibus in auditum, cum ex christianis nemo equitum vel peditum vulneraretur, vel moreretur ex paganorum interfectorum multitudine, numerus vix colligi potuit. inde Dux victor recedens, venit in 25 Vallem Demona, in 26 qua aciem 26 in honorem S. Euangelistæ Marci construens, Panhormum vndique, expugnari præcepit: factum est. ipse verò supra ciuitatem Catanensem aduenies, diuquè expugnans, tandem obtinuit. sicque 27 Panhormum, 27 per quinque mensium curricula obsidens, cepit. ac demum provt volebat, Sicilia tota potitus est. itaque dum iam dicta insula Francis repleta fuisset, Ec- 28 clesia, in 28 qua S. Placidus quiescebat, nō eiusdem Martyris nomine, vt antea iam diximus, sed S. Iacinthi illam corrupte nominare cœperunt, nescientes proprietatem nominis, vtpote homines exteræ gentis, & superaduenientes; ideòque vsque in hodiernum diem, semper eamdem Ecclesiam corrupte S. Iacinthi nomine appellare consueuerunt. supradictorum verò Martyrum Placidi, & sociorum eius passio, cum à temporibus Iustiniani vsque ad tempora Alexij Imperatoris in noua Roma Constantinopoleos, Græcis apicibus, vt ante iam diximus, descripta retineretur, Omnipotens Deus tē poribus iam dicti patris Raynaldi hoc ordine ad Casinense cœnobium retransmittere dignatus est, cum à viuifici Verbi incarnatione annus quintusdecimus centesimus, atq; millesimus volueretur, ætatis autem meæ quintus elaberetur, Paschale Papa Secundo in Sede Apostolica præsidente, in Casinensi verò Ecclesia Giraldo Abbate cathedram 29 gubernante, 29 quinti Henrici, & Alexij Impp. temporibus.

S. Plac. hist. quomodo in Sic. delata

Quidam Sacerdos de ciuitate Constantinopolitana Simeon nomine centum, & decem ætatis habens annos, Salernum deuenit, deferens secum beatissimi Placidi, & sociorum eius Martyrum à Gordiano eiusdē Martyris famulo, vt supra diximus, passionē Græcis literis exaratam. qui dum in monasterium S. Laurentij Martyris situm Salerni deuenisset, & nonnulla de miraculis, & passione Beati Placidi Martyris referret, ostendit passionem ipsius Argolico stylo descriptam, & dixit: hoc quod videtis descriptum, passio est beati, & glorioſi Christi Martyris, Placidi, & fratrum eius Eutychij, Victorini & Flauiæ Virginis sororis illius, ac sociorum triginta trium apud Messanam Siciliæ ciuitatem. hæc cum dixisset, quidam frater Capuani monasterij, Ioannes nomine, eminus aditans, dixit ad eum: qualiter passio ista à Sicilia Constantinopolim delata sit, percunctanti mihi edissere. Tum ille: eo tempore, quo S. Placidus, beati patris Benedicti discipulus, passus est, Gordianus famulus eius, qui ei ad seruiendum à Beato Benedicto traditus fuerat, post passionem eius Constantinopolim veniens, ab antiquis parentibus meis, hospitio receptus: hic ea, quæ circa Beatum Placidum, & socios eius euenerant, iam dictis consanguineis meis per ordinem replicauit, & Græcis literis describens in domo, in qua hospitio susceptus fuerat, Siciliam rediens, dereliquit. fuitque ibi vsque ad tempora ista, cum ego Siciliam veniens, passionem iam dictam mecum attuli, requirensque locum martyrij eius, inueni omnia, pro vt legendo didiceram. quamuis destructa sit antiqua Messana ciuitas, & monasterium, præter ecclesiam. à Sicilia verò Salernum veniēs, passionem iam dictam mecum detuli, & hæc est carta, quam idem Gordianus B. Placidi famulus, manu sua Constantinopoli descripsit. itabant autem tunc iuxta crucem intus in ecclesia. igitur cum talibus dictis nullus præberet assensum, senex ille Simeon in lacrymas resolutus, lignum crucis tangens, dixit: per istam sacratam Domini crucem, & per Sacrosanctam imaginem Saluatoris, quæ ibi depicta est, quia hæc, quæ locutus sum ad vos de B. Placido Martyre, vera sunt, & hanc cartam, quam de martyrio ipsius, & sociorum eius in manibus teneo, Gordianus famulus eius descripsit, & in domo parentum meorum reliquit, iuxta relationem eorum. his auditis cœperunt im minere eidem seni, quatenus eamdem passionem in latinum transferret, quod ille se libentissime facturum spopondit. maximè quia sæpe, ac multum voluerat eamdem passionem dare Ioanni præposito S. Laurentij, vt deferret illam Casinensi cœnobio, sed omninò suscipere noluit, dicens, illum delusorem Constantinopolitanum esse. allata itaque charta, idem senex interpetrabatur latine, quod Græce descriptum erat, illeque pro vt poterat, latinis literis exarabat. expleta verò descriptione, senex ille reuersus ad monasterium S. Ioannis in Busamula, præcepit eidem fratri, vt eamdem passionem ad Casinense cœnobium deferret. ille autem chartam accipiens, Sardiniam petijt vbi Dei ordinatione, morte præuentus eādem passionem ad iam dictum patrem Raynaldum Casini remisit. quam ille accipiens nostræ exiguitati contradidit, præcipiens vt diligentius illam emendans, futuris generationibus habendam contraderem, hac

iussio-

Digitized by Google

iussione conuentus parui, & ad Regis æterni laudem, beatissimi patris Placidi passionem excultiore stylo digessi, suppliciter illius implorans clementiam, quatenus filiorum suorum voces attendat, affectus humilium conspiciat, veternosi serpentis malitiã comprimat, discordantes ad pacem reuocet, & ad cæleste regnum inducat. me quoque indignum suum seruum, Petrum Diaconum, ministrorum Christi vltimum, huius operis præsumptorem, suique encomij prædicatorem, ab omni inimicorum perturbatione eripiat, à spiritualibus nequitijs custodiat, quatenus in futuro examinis die peccatorum remissione concessa, sit mihi præmium, fugisse supplicium, præstante hoc omnium creatore, & gubernatore Iesu Christo, Domino nostro, qui viuit, & regnat cum Patre, & Spiritu Sancto, per infinita sæcula sæculorum. Amen.

Petr. Diac. scripsit.

Vide Animaduers. fol. 153.

ILLVSTRE MIRACVLVM SANCTI PLACIDI

ANNO à partu Virginis CIↃCCLXVI. postquam Carolus Rex Siciliæ Regnum occupauit, B. Placidus S. Benedicti indutus habitum, Messanæ ~~in vico~~ sellariorum, Raymundo, & Florello sellarijs apparuit, iussitque festum sibi diẽ ad id vsque tempus inusitatum omninò celebrarent. haud abnuere illi; sed quoniam inauditum adhuc fuerat Placidi nomẽ nedum institutum hominis, atque res gestæ, quæ fierunt, ostenderetur sibi figura corporis, planumque fieret, quid ipse tandem gessisset. Profert ille confestim librum, in quo ipsius vita conscripta erat: iubet, populum ne historiam cæleat. suam verò effigiem hoc modo reliquit. Primario in templo præsentibus iisdem sellarijs, itemque Presbytero Iacobo, & Seri Sergio ædituis, pictorem, qui & ipse aderat, effingere imaginem iubet. seque ipsum exemplar intueri. monachum ipsum exprimit pictor. mox ad eum conuersus, rogaturus, vera ne esset effigies, nec ne, ediceret, monachũ videt nullum, abierat ille, quamuis essent occluse fores. Rem ipsam ita se ab ipso Florello auo suo accepisse, in S. Placidi festo die pro concione sæpe dixit Raymundus Doctor, & Prior Conuentus Fratrum Prædicatorum. sed historiam hanc totam Placidus Campulus in S. Placidi monasterio monachus legisse se refert in libro sodalitatis S. Placidi, qui Messanæ in templo maximo seruabatur. id facit ad veritatẽ historiæ, q̃ Sarracenis dominantibus memoria passionis S. Placidi coli defierit, recuperata verò Sicilia diu adhuc festum non celebraretur, quare in officio S. Placidi occasione eius miraculi instituto, in quodam respõsorio dicitur

Vera Dei pietas, cui militat ordo, vel ætas,
Exhilaret mẽtes, Placidi noua festa colẽtes.

INVENTIO SANCTORVM PLACIDI SOCIORVMQVE MART.

AVCTORE IOANNE ANTONIO VALTRINO *SOCIETATIS IESV.*

F. Placo genus.

GENS Anicia, inter Romanas familias nobilissima, magnam suæ claritatis partem videri potest accepisse ab eo Anicio, qui *Proprætor* de Gentio Rege, & Illyrijs triumphauit. exinde Octauiæ, Flaniæque clarissimis stirpibus inserta, & felicissime propagata, non solum in Republica, sed etiam sub Romanis, Græcisque Imperatoribus, Gothorumque Regibus ita floruit, vt nulla vnquam familia, præ-

Digitized by Google

præstantium omni laude virorum feracior fuisse videatur. nam vt omittam, quod tot seculis, in tam numerosa sobole, vix aliquis proferri potest, quin Consulatu, summisque honoribus perfunctus sit; plurimi etiam exierunt ex ea viri ac mulieres, qui Christiana pietate, aut etiam fortiter suscepto martyrio insignes, cælestium numerum auxere. Flauiæ autem gentis quantus fuerit splendor, vel ex eo colligitur, quod Græci Imperatores, Gotthorumque Reges vnà cum summa potestate, Flauiorum nomen, honoris caussa, susciperent. Hac igitur familia, familiæque principe Tertullo Patricio, natus est Placidus, Anastasio imperante, maiorum suorum parta decora proprijs ipse laudibus cumulaturus. Hunc inter fratres natu maximum pater cum Beato Benedicto septennem in religiosam disciplinam tradidisset, simul cum eo, quasi appendicem quamdam, cum in reliqua Italia ingentes possessionum diuitias, tum verò in Sicilia Cortes duodeuiginti, cum omnibus finibus, liberaliter obtulit. post mortem autem Tertulli, cum Adnot. in Sicil. Siculiense vectigal ex cortibus non penderetur, Placidus annum agens alterum & vigesimum à Diuo Benedicto in Siciliam missus est, vt sua auctoritate patris beneficium monasterio tueretur. is cum ex Casinensi cœnobio Rhegium terra pedibus veniisset; inde fama miraculorum, quæ plurima toto itinere fecerat, admirabilis Messanam traiecit: rebusque ex sententia constitutis Pompei Cilij portitorum Principis studio, oratorium Sancti Ioannis Baptistæ, monasteriumque haud longe à portu Mamertino, in paterna possessione construxit.

Vbi dum sanctitatis exemplo, ac miraculorum magnitudine monasticam disciplinam Placidus propagat, subita Sarracenorum irruptione, noctu psallens cum Monachis in Ecclesia opprimitur, quinto anno ab ipsius in Siciliam aduentu. Martyrium Qui ante Mamucham Addalæ Regis Hispaniarum Sarraceni archipiratam adductus, atque ab eo frustra, vt Christum desereret, sollicitatus, fustibus cæsus, vinctusque sine vllo cibo truditur in carcerem: sed mirabiliter sustentatus, post multos dies à Tyranno euocatur, atque in eadem fide perseuerans, primum verberibus affectus, nudus capite demisso suspenditur, subiectoque fumo excruciatur, deinde immanibus anchorarum, molarumque ponderibus obrutus, totis membris varie torquetur, cunque ex omnibus cruciatibus, sanatis etiam diuinitus plagis victor exisset, ad extremum contusis dentibus, auulsaque lingua, cum nihilo secius distincte loqueus, argueret vanitatem Idolorum, vnà cum Eutychio, & Victorino fratribus, Flauiaque sorore virgine (qui non ita pridem ad fratrem videndum vsque Roma contenderant) nec non Donato, Fausto, Firmato Diacono, Monachisque triginta, in ipso portus Mamertini litore, ceruicibus abscissis, Martyr occubuit, III. Nonas Octobris, Christi Domini ↻XLI. Iustiniani Imperatoris anno VII. Quinto die post, cum exultans scelere Mamucha portu soluisset, Rhegiumque peteret, in medio freto Sanctorum necem vindicante Numine, ipse cum nauibus centum, militibusque sexdecim millibus octingentis, horribili naufragio periit. Post discessum, ac naufragium barbarorum Gordianus Monachus, Placidi comes, qui fuga elapsus [illegible] eiusdem Placidi res gestas memoriæ commendauit, Sanctorum Martyrum corpora, à Tyranno feris obiecta, nec ab illis tacta, inusitato insuper odore fragrantia cum celleg. esset, ipsum quidem Placidum, cum fratribus, ac sorore in Diui Ioannis templo (quod vnum reliquo monasterio è barbaris euerso, superites erat) eodem simul omnes sepulchro condidit. ceteros verò Monachos in eo loco, quo passi fuerant, in ipsa litoris arena humauit. quos etiam fama est non multo post in eamdem Diui Ioanni ædem fuisse translatos. Pia erga suos Martyres ciuitas Mamertina fuit. Diuus enim Placidus patronus publice adoptatus, sollemni, & anniuersaria celebritate, ex Gallicano rituali ad nostram fere ætatem est cultus. Cultus ap. Messanen.

Verum cum posterioribus sæculis, impio barbarorum dominatu Ciuitas, Insulaque esset oppressa, incensa æde, in qua Sanctorum reliquiæ asseruabantur, perturbatisque ipsius sepulchri signis, paulatim vnà cum loci memoria, cultus quoque, honosque Sanctorum obsolescere visus est per manssit tamen communis illa, constansque opinio à maioribus accepta, Diui Placidi, Sociorumque Martyrum corpora in Diui Ioannis æde condita esse; licet, confusa locorum memoria, ipsum proprie Sanctorum ignoraretur sepulchrum. ex hac igitur fama, an quia maiores quò propius à rei gestæ temporibus aberant, eò etiam magis distinctam loci memoriam retinebant? cum Diui Ioannis templum à Rogerio Comite restitutum esset, in eius templi apside Placido, sociorumque martyrium depictum est, versusque famæ consentientes adscripti. Eius Monaster. à Rogerio restituitur.

Reliquias Placidi celebres Messana perennes.
Hic iacet, hic sæuam pertulit ille necem.

Quæ pictura ad nostram durauit memoriam, albario tandem ob vetustatem inducto. exstat quoque hodie in ipsa Mamertinæ Vrbis æde maxima Beati Placidi marginata tabula antiquissima, eo cultu, tonsuræque genere, quæ tum forte Diui Benedicti sectatoribus in vsu fuere: quam tabulam ante annos fere CCC. N. N. dilutis oleo coloribus, pinxisse traditur. In eius igitur tabulæ margine, paruulis tabellis, ipsius Placidi res gestæ eadem manu pictæ sunt; vt is in lacum delapsus. Effigies

Digitized by Google

fus, à Mauro extrahatur, atque in Siciliam veniens Monasterium, templumque ædificet; ac tandem à Mamucha cum sociis captus, variisque cruciatibus necatus, Gordiani humeris in templum ad sepulturam deferatur. ipsum porrò templum in ea tabella, eadem, qua nunc Diui Ioannis ædes cernitur, forma, & descriptione depictum est. vt iam tum opinio illa hominum animis insita fuisse videatur, quam, vt fere accidit, secutus sit pictor, Sanctorum Martyrum reliquias, licet ignoto sepulchro, tamen in Diui Ioannis æde omninò asseruari. nam vt veteres fines Vrbis ostendunt, Diui Ioannis ædes olim extra muros posita, mari pœne alluebatur: licet ea nunc extruso molibus mari, pomœrioque prolato, intra Vrbem sit recepta.

Seruari in æde S. Io. antiquâ est tradit.

Accessere præterea diuinitus ostensa prodigia, quæ hanc hominum de Sanctorum Martyrum sepulturæ loco opinionem comprobarent, confirmarentque. ferunt enim, superioribus temporibus, inter eius templi clericos, antiquæ virtutis, ætatisque Sacerdoti ad nocturnas preces exsurgenti sæpè visos Monachos complures, à læua templi parte, binos candelis accensis ingredi supplicantium ritu, atque ante aram maximam sistere sese, inde mox ad Diui Placidi aram, quæ ad dexteram apsidis pilam erat, flectere, subitoque abscedere. Alter item eius ordinis Sacerdos, Franciscus Caramanna, summa religione, & integritate vir, dum viueret, multis audientibus narrare solitus erat, sibi sub auroram templum ingredienti frequenter Monachos visos esse tres, ante Sacrosanctæ Eucharistiæ aram psallere: neque dubitabat affirmare, sanctos illos esse Martyres, qui in ea Ecclesia iacerent; addebatque fore, vt se mortuo eorum sacra corpora inuenirentur. Quare licet Sanctos Martyres publice iam pridem coluisse desijssent, multi tamen in eo templo priuatum illis cultum, precesque adhibebant. Hisce rebus adductus patrum memoria Archiepiscopus Mamertinus cum indignum iudicaret, tot tamque illustres Martyres, tot seculis, obscuro, ignotoque sepulchro, sine vllo honore latitare; omne suum studium, operamque contulit, vt eorum sacras reliquias inueniret; atque tum in Ecclesia Sancti Ioannis, tum extra ipsam pluribus locis fodi iussit diligenter. sed huius Antistitis tam pij conatus ad irritum omnes recidерunt: Deo nimirum ita volente, qui eius tam pretiosi thesauri inuenti fructum, & gloriam alteri reseruabat.

SS. MM. corpora inuenta à Rynaldo equite Syracusano.

Hoc igitur rerum statu, famaque, anno CIↃIↃXXCVIII. Rynaldus de Naro Syracusanus militaris Ordinis Hierosolymitani, Ecclesiam Sancti Ioannis cum Prioratu accepit. (ei enim Ordini ædem illam à Rogerio Comite, vti dixi, restitutam, Prioratumque Rogerius Comitis filius, ac primus Siciliæ Rex attribuit anno CIↃCXXXVI.) is cum decimotertio Kalendas Iulias Messanam venisset, nihil prius habuit, quam vt Fratris Vgonis Cardinalis, magnique totius Hierosolymitani Ordinis Magistri iussu, Sancti Ioannis templum in formam elegantiorem reconcinnaret: non sine etiam spe aliqua, Sanctorum Martyrum reliquias inueniendi, quas fama inaudierat in eo templo iam diu ignotas, occultasque seruari. Re igitur cum Antonio Lombardo Archiepiscopo, Iuratisque Ciuitatis Patribus communicata, quinto Kalendas Iulij, aram maximam in aduersam templi partem, qua fores erant, cum choro transfert: ipse in eo loco, vnde ara translata fuerat, nouas fores perforat in aream, viamque publicam, totamque Ecclesiæ faciem explicare constituit. In harum 1 rerum fundamenta, dum effoditur humus, sub altera ara (duæ erant enim ex vtroque absidis latere) sub ea igitur ara, quæ ad dexteram pilam Dino Placido dicata, eiusdem tabulam prisci operis habebat, pridie Nonas Augusti altius molientibus terram ad decimamquintum dodrantem inter duos parietes ad instar cryptæ cuiusdam fastigiatum primo lateritiæ structuræ, postremo ex vario marmore sepulchrum apparuit, pedum circiter octo longitudine, latum quattuor. quo aperto mortuorum hominum corpora quattuor, capitibus, reliquisque ossibus omnibus integris inuenta sunt. Intra septum, quod sexti dodrantis fuit, complura 2 item cadauera reperta, ordine quodam circa sepulchrum collocata, singulisque ad caput, pectusue singulæ appositæ vitreæ, fictilesque ampullæ, 4 sanguinis plenæ, aut cruenta terra infertæ, nempe quam manantem è vulneribus cruorem ebibisse admodum verisimile est. visebantur quoque passim combustorum ossium, cinerumque acerui, laterculis quasi furnulis quibusdam diligenter cooperti; telorumque 5 ex ære fragmentis admixtis, in quibus etiam sagittæ duæ agnitæ sunt, porrò quod maximam admirationem apud omnes facere debet, ex ipsis ossibus per tot annorum tabem consumptis, atque adeò ex ipso puluere sepulchri, inusitatus quidam, itemque suauissimus 6 odor efflabatur.

Hac noua corporum inuentione per Vrbem vulgata, licet 7 notæ nullæ sepulchro essent inscriptæ, quæ rem indicarent, nemini dubium fuit, quin ea ipsa Sanctorum Placidi, sociorumque essent corpora, quæ tot seculis occultata, pio fuerant potius, quam felici labore quæsita. Itaque magni statim hominum concursus ad ædem D. Ioannis fieri cœpit: atque 8 innumerabiles alij aliis morbis 9 oppressi, cum aquam, 10 quæ ad imum sepulchrum scatebat, bibissent, aut etiam ipsum sepulchrum contigissent, Deo Magno suos glorificante Martyres, mirabiliter sanati sūt.

cer-

Digitized by Google

certior his de rebus, provt debuit, Archiepiscopus factus, in D. Ioannis ædem venit; inspectisque coram rebus omnibus diligenter, iussit Thomam Caluum Abbatem in miracula, quæ facta dicerentur, studiosissime inquirere; eaque testibus comprobata in publicas tabulas per scribam recte, atque ordine referri. Tum adhibitis medicis, chirurgisque duodecim doctissimis, quæsiuit ex ijs, num scire aliqua ratione posset, quorum illa essent ossa, quæ in lapideo sepulchro seorsù condita essent. qui capitibus singulis attente consideratis ex ossium magnitudine, ac figura, alijsque artis anatomicæ præceptis, constanter responderunt; tria corpora virorum sibi videri, quartum verò 11 puellæ; idque etiam tactis rite sacris, contestati sūt. Cum autem plerique ab Archiepiscopo efflagitarent, vt pro ea potestate, quam Synodus Tridentina Episcopis concedere videretur, ipse Sanctorum Martyrum reliquias hominum existimatione miraculisque vindicatas, publicæ adorandas exponeret; is ne quid temere in re tanta statueret, in consilium aduocauit ex suis clericis, religiosisque familijs litteratissimos quosque, ferme ad triginta, & quamuis tres mares cum puella in eodem sepulchro reperti, sepulchri præterea ipsius sub abside situs ac species, locus ipse, historiarum monumenta, maiorūque traditio, nec non admirabilis odoris fragrantia, certissimaque inquisitione explorata miracula, inuenti tandem thesauri fidem facerent, neque in ijs vindicandis de Archiepiscopi potestate dubitaretur: tamē quo maiorem auctoritatem minore cum dubitatione apud nationes vniuersas hæc inuentio obtineret, tota res integra ad Romanum Pontificem Max. reiecta est. Itaq; idē Archiepiscopus Romā profectus Rem Sixto V. Pontifici narrat, rogatque vt pro sua auctoritate quod tot verū argumentis ostensum erat, & comprobatum, ratum faceret. Pontifex lœtus rerum euentu cum purpuratis Patribus rem communicat, & de communi sententia SS. MM. Placido, sociisque, & eorum reliquijs Messanæ inuentis cælestium honores habendos esse decernit, perscripto diplomate, & Messanam ab Archiepiscopo allato ingens lætitia ciues peruasit; tum decretum à Messanensi Senatu, vt anniuersario ritu solemni pompa, ac supplicatione festa SS. Inuentio ad 3. Nonas Augusti celebraretur.

Doctiſſim. virorum iudicio.

Odore Reliquiarum.

Declar. ad S. Pontifice reijcitur.

DE BEATO GORDIANO

Ann. Chr. 542.

MONACHO

Ordinis Sancti Benedicti.

GORDIANVS clarissimi Patriarchæ Benedicti discipulus, & Beati Placidi comes, cum quo ex Monasterio Casinensi in Siciliam missus est, vt exorientis Ordinis colonia duceret. igitur Abbas Sanctissimus Placidus dum monasticam disciplinam Messanæ propagat, subita Sarracenorum irruptione cum monachis opprimitur. sed Gordianus fuga elapsus, cædem euasit. sane volente Deo relictus, vt Sanctorum MM. Placidi, & Sociorum corpora, quæ Tyrannus Mamucha proijci iusserat inhumata, sepulchro cōderet. exinde Constantinopolim nauigauit; incertum accitusne ab Imp. Iustiniano, vt de B. Placidi martyrio certior ab eo fieret, qui spectator fuisset. illic ab eodem Principe iussus, Placidi res gestas Græcis literis memoriæ commendauit. ex Vrbe Constantinopoli in Siciliam regressus, Syracusis supremum diem explens, in Domino dormiuit. pietatis & sanctitatis laude clarum vitæ finem expleuisse contestantur scriptores ex S. Benedicti familia. eius cum sancti titulo meminit B. Monachus in M. S. Chronico, vnde exscriptum hoc elogium ad me misit D. Constantinus germanus frater Abbas S. Caronti, quod subnecto. S. Gordianus monachus, & discipulus S. Benedicti; literis Græcis apprime eruditus ad venerabilem Benedictum peruenit, seque eius magisterio subdit, tempore quo Tertullus Patricius donationem fecit de monte Casino, cæterisque possessionibus. Collega fuit S. Placidi, dum iret in Siciliam, eiusque passionem, cæterorumque, ad instantiam Iustiniani Imperatoris descripsit. hęc Chronicon.

Digitized by Google

Ann. Ch. 564. 23. Nou.

DE VITA, ET MIRACVLIS SANCTI GREGORII AGRIGENT. EPISCOPI

AVCTORE LEONTIO PRESBYTERO.

ADMIRANDVM sane, & incomprehensum, vniuersoque terrarum orbi, atque ipsis in primis, qui pauidis æque, atq; auidis audiunt animis, vtile miraculum, cum ad accuratiorem intelligentiam, ego qui nihil vel ingenio, vel virtute valeam, explicandum susceperim, dum grauem ipsius rei memoriam perpendo, non 2 mediocres profecto huiusmodi cogitatio pœnas dedit, imo verò acerrimis veluti tormentis vel maxime affecta est, multumque adeo, atque grauissimum animo metum injciens, & horrorem inducens. haud equidem mediocriter mente percellor, cum mecum ipse reputem, me de hominis vita, constantiaque disserere haud satis posse. Ecquis enim exponere huiusmodi narrationem valeat? aut quo tandem ego ore proloquar? quave obsecro lingua aggrediar ad dicendum? At dicere quidem est animus, sed minime tamen valeo. Audebo fortassis sermonem instituere de Beato ac Sancto Patre nostro, Pastore non minus ac doctore Gregorio, qui Dei ecclesiam piè, religioseque gubernauit? Verum enim verò, vbi me sic ad memorandum accinxi, rursus extimesco: neque enim ea mihi dicendi facultas est, quæ res ab eo præclare gestas pro dignitate cõmemoret; quę sane hoc admirabiliores, 3 quod in nouissimis hisce diebus extremaque ætate talem sibi Christus optarierit operarium. Nam quid ego hic memorem? cũ & religiosissimos maiores nostros, & insignes viros in admirationem adduxerit huius viri tolerantia, mansuetudo, atque animi lenitas? qui vel in ãgustijs ipsis lætabatur & exultabat. ea siquidẽ fuerat mitissimi Dauidis prophetæ præclara vox, qui quasi hirundo veris æterni nuntia, quo post exantlatos labores, quasi exacta hieme, iusti fruentur in cœlo, de ipsorum tolerantia, in timore Dei canens; patientia, inquit, pauperum non peribit in finem. & rursus: salus iustorum à Domino, &, protector eorum est in tempore tribulationis: &, sustinentes autem Dominum, ipsi hæreditabunt terram. At multi quoque alij Prophetæ passim de iustorum beatitate statuerunt. sed age iam sinceram fratres, & immaculatam vitæ rationem ab incunte ætate susceptam, & probam Beati, ac venerabilis Patris nostri Gregorij educationem aggrediamur. Beati huius viri 4 patria vicus fuit, quod Prætorio dixere, prope Agrigentinam vrbem. Porrò patre 5 natus est Charitone, matre verò Theodote, quæ à Vico 6 quodã Tyride ortũ duxit. Hi cũ multis affluerent opibus, suasque res pie, ac religiose gererent, (siquidem & peregrinos amice excipiebant, & faciles ad impertiendum erant, ac *misericordes in omnibus*, alijs denique virtutibus, & rectè factis insignes, quæ certe in præsenti prætermittere satius visum est,) Gregorium 7 edidere. quem deinde Sanctissimus 8 Agrigentinæ ecclesię Antistes Potamio è sacro ac salutari fonte suscepit. cumque iam esset octennis, eum parentes in ciuitatem adduxerunt ludo literario tradendum, vbi sacris literis imbueretur. adductum igitur Gregorium ad Episcopum, qui puero erat pro parente, multis illi, pulcherrimisque oblatis muneribus ad ipsius pedes sistunt, dicentes sancta puero precari omnia. Pater in primis obseruande, vt eum Dei filius, Dominus Noster Iesus Christus, qui illuminat omnem hominem venientem in mundum, cælesti luce perfundat. ibi Episcopus, accito pio quodã viro, cui nomen Damiano, quem vel diuites vel egentes quotquot in vrbe degebant, ad docẽdum vtilem esse, ac natum testabãtur: hunc ego puerum, inquit, tibi, Damiane, coram Deo, cunctaque ecclesia commendatũ volo; tu curam ipsius gere, sacrasque eum literas, Sancti Spiritus gratia iuuante, doce, vti mentem inde omnium hominum ad pœnitentiam excitet. Hic Damianus ad Episcopi pedes accidens annuit, diuino numini morem omninò gerendum putans: contrà ille, impositis puero manibus, ait: Gratia *Dei* Patris Vnigenæ filij, idemque ipse filius Vnigena, qui in sinu *Patris* est verus Deus, ex Deo vero progenitus, & rursus sanctissimi, ac vitalis spiritus recum, fili, sit semper, ut malignas, multasque tetterrimi hostis cuitare molitiones possis. ad hæc autem cum omnes acclamassent, accepit puerum de Episcopi manibus Damianus, cũctisque preces pro eo fundentibus, parentes domum reuertũt, Deum in omnibus dilaudantes prosperaq; puero deprecantes. Acceptum deinde illum Damianus curabat sedulo ac diligenter. ita pue-

D. Greg. pat. parentes. Bapti.

Progress. in lit. & pietate.

puerulus egregium ſeſe in re literaria præſtiterit, plane vt omnes, quotquot ipſum inſpicerent, in admirationẽ raperentur. inde biennio iam interim exacto, diſciplinam integrè omnem abſoluit, rationem, ac conuenientiam numerorum, feſtorumque dierum ambitus perfectiſſimè comprehendit, atque ad alta, ac ſolida progreſſus, diuina Dauidis carmina perdidicit. Verum enim verò in quotidianis Eccleſiæ hymnis, diurniſque, ac nocturnis laudibus vſque adeo impiger, ac ſedul'erat, vt admirationi eſſet omnibus, vt qui doctorem ipſum quà lectione, quà cognitione præſtaret, & æquales ſuos, natuque etiam grandiores anteiret. Vbi verò duodecimum annum attigit, in ciuitatem ipſius parentes redeunt, natumq; amplexati, ad ſanctiſſimum Epiſcopum Potamionem deducunt, etiam atque etiam ſupplicantes, velit in clericorum numerum cooptare puerulum. Quod cum Epiſcopus accepiſſet, incredibili perfuſus gaudio, his Gregorij parentes alloquitur: magnum profecto, mihi credite, filij, ſanctiſſimumque vas numini offertur, hodierno die. Tum piis ad Deum precibus fuſis, comam illius tondet, clericis adnumerat, ac lectoris munere donatum, Donato 9 Archidiacono, ac Bibliothecario commendat: ad hæc aſſignat libros omnes, quos quotidie legendo percurrat; docetque vti ad ipſorum dicta, ſententiaſque diligenter aduertat animum. Iã verò decem omninò dies in vrbe degentes exegerant pueri parentes, ingentes vnà cũ Epiſcopo ſanctiſſimo lætitias agitantes. videbant enim nocturnis, diurniſque precibus filium inter omnes clericos inhærentem, lectionibus, libriſque peruolutandis iucunde inſiſtentem. atqueadeò dum maxime timidus, ac tremẽs aſſiſtit, quæ inibi dicerentur etiam, atque etiam attendentem. Erat quippe Pater eius doctrinis probe excultus, & in lectione apprime verſatus, cantuſque item peritus, in quo & Beatus Gregorius maximè ſuauis audiebat, adeo vt eum, & audiret quiſque libentiſſimè, & ſummis laudibus efferret. contectis itaque decem diebus Epiſcopum, fratreſque omnes eius parentes amplexati, domum repetunt, immortales Deo ſuper hac re gratias agentes. haud certe deſtitit interea filius ab incœpto, ſed noctu, atquè interdiù Eccleſiæ aſſidebat; atque adeo quod in pſalmo legitur, vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus, ſeruare pro virili adnitebatur. ex eo porro factum eſt, vt & mater cognoſcere à filio ſemper aueret, & quam tandem inire viam deberet, vti aditũ habere ad Dei miſericordiam, ac cæleſte regnum ingredi poſſet. Idem igitur vſque propoſitum ſequens Gregorius Deum exorabat, virtutem ſibi, ac ſenſum diuinarum literarum liceret intelligere. quæ ſecum ipſe dum volueret, incidit aliquando in vitã S. Baſilij Magni Epiſcopi Cæſareæ, & Cappadociæ: quam dum ſemel, iterumque, ac ſæpius ſedulo lectitat, quos communis pater noſter labores, quæ certamina ſubijſſet, intelligit. Hic ille hæſitare, æſtuare, multa ſecũ agitare: tum verò inquit, ego, quod in optatis habeo, conſequi neutiquam potero, niſi me quoque in ſancta illa loca conferam. vt de Sanctus iſte, ac Beatus Pater Sancti ſpiritus gratiam eſt conſecutus. Iamque duodecimum agebat ætatis annum, cum nocte quadam in 10 ſacrarij cubiculo dormiente Archidiacono, ipſe templum ſolus ingreſſus, accidenſq; in terram pronus, fuſis vbertim lacrymis has Deo preces dedit. Domine Ieſu Chriſte, ex vero Deo parente vera progenies, Deus vere, tuque adeò ante ſecula ſanctiſſime, itidemque ac Pater, & filius, æterne Spiritus, exaudi me humilem, ſceleſtumquè homuncionem, dignumque benignus effice, qui ſancta teneam loca, quæ ſanctitate conſpicui patres noſtri peragrarunt, ſalutem indidem conſecuti, gratiæ inquam ſpiritum, quem poſtulaſſent, abs te obtinẽtes, ad viam veritatis cognoſcendam. Poſt autem vbi multum orauerat, ex humo conſurgens, in cubiculum recta proficiſcitur, ac propter Archidiaconi Donati lectum diſcũbens, paululum 11 cum obdormiſſet, adeſt de repente quidam, exclamatque, Gregori; cui is, Ecce adſum, Domine; tum Propius ad Archidiaconi cubile accedens, quid me, inquit, Domine, aduocaſti? Haud ego te filiait ille, quidquam vocaui. Tum verò abiẽs iterũ ſe quieti dedit. intonuit ſecundò vox, Gregori. cumque is currens, ac coram Archidiacono conſiſtens iam ſe præſto eſſe diceret, paratumque, idem atque aliàs ab eo reſponſum tulit. Horruit autem ad hæc Archidiaconus, ac ſi eamdem, inquit, vocẽ, fili, rurſus exaudieris, tum verò reſponde, quid eſt, Domine? quid me iubes facere ſeruum tuum? Igitur cum iterum accubuiſſet puer, adſtans Angelus ait; quãdoquidem id rogarit Deum, vti Hieroſolymam videre tibi liceret, ac ſacroſãcta illa loca peragrare; concede iam, cum luceſcet, ad litus, ibi eos inuenies, qui te ad ea vſque loca trãſmittãt. Hic lætitijs incedens omnibus Gregorius, ſimul Deum, vt par erat, laudans, fidemque eius, a quo vocatus fuerat, minime ſuſpectã habens, ſed ocyus egreſſus è cubiculo, relicto Archidiacono dormiente, ac nemine huiuſce rei arbitro, feſtinus ad mare deſcẽdit. Iamque ad flumen, 12 quod ciuitatem alluit proficiſcebatur, cum eadem ipſa hora caſu offendit in litore nauigium, iamiam ad flumen ſubiturum, vt aquam hauriret. id quod diuinitus nimirum accidiſſe nemo nõ videt: accedenſque ad nauigium Gregorius, ſaluete, inquit, fratres in Domino omnes. At illi, ſalue & tu: commodum aduenisti, frater. quònam iter inſtituitis Domini mei? inquit Gregorius. Carthaginem inquiunt, Domino volente, proficiſcimur. Tum ille, & me fratres, vobiſcum vnà deducere ne grauemini. Hic nauiculator, 13 haud nihil ambigens, numquid ſeruus, ait, es tu, fugamque ab hero tuo cogitas? cui Gregorius, Chriſti quidem ſeruus ſum ego, minime verò homi nis. Quiſquis es, inquit ille, ades iam, nobiſque comes adiungere, neque adeò, quocumquè volueris, ducemus. Atque hæc verò nacuiu-

Cler. adnumeratur duodenus. 9

Ex vita S. Baſil. Hieroſolymam iturdet.

Exauditũ ſe à Deo cognoſcit per Angelum.

12 Carthag. nauigat.

13

uiculator dicebat,humana quædã ſpectans, ſcilicet eum, inquam, vendere in animo habens, conſcendit igitur nauim Gregorius, nautæque ea, quæ vſui forent afferunt;cum ecce tibi ipſum id temporis commodus,opportunuſque ſpirat ventus.ita è flumine hilares egreſſi,tribus poſt diebus Carthaginẽ appellunt. ſed interea dum nauigarent,animadnertens nauiculator in mari Gregoriũ, haud languide,& ſomniculoſe orantem,iugiterque pſallentem, hæc ſecum admirans ait: vere puer iſte, diuinus plane homo eſt, ſed parce mihi,Domine,qui contra infontẽ hunc puerum iniqua cogitauerim.ad ciuitatem igitur cum peruenissent,deductum in domum ſuam nauiculator, in quieto quodã cubiculo, ſecretoque loco conſtitutum perbenigne recreat,eumque enixe rogat,velit ſibi precibus propitium numen reddere,ob eam, quam contra ipſum cœperat, cogitationem. quippe puero cauſſã profeſſus eſt, quamobrem eum in nauem ſubito admiſerit.ad hæc temperare lacrymis haud poteſt Gregorius,reſpondenſque, recte,inquit, facis,Domine, quod tùi te cõſilij pœnitet; ſcriptum eſt enim, cogitatio cordis hominis confitebitur Deo,& reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi.ſed tamen facilis tibi ignoſcat Deus,tuoque poſtulato fiat facis. Porrò Gregorius é cubiculo,quod ei Nauiculator dederat ad quietem, haud pedem extulit; neque verò eum in vrbe quiſpiam vnquam vidit: ſed rerum diuinarum commẽtationibus deditus poſt biduum aliquãdò, aliquando verò poſt triduum cibum capere, non numquam integram etiam hebdomadam ieiunus tranſigere. quem verò cibum vbi ſumebat, is erat modicum panis fruſtulum, aqua,olera ſale, non oleo condita. ſed conſtantem ipſius patientiam vbi animaduertit Nauiculator, 14 Vrbis Epiſcopum adit, quidquid obſeruaſſet in homine planum facit: quod vt inaudijt Epiſcopus, Archidiaconum mittit,qui hominem ad ſe adducat. lectioni vacantem in cubiculo (librum enim acceperat a Presbytero quodam,qui martyrium Sanctorum Machabæorum inſcribebatur, qui vitam pro Dei nomine profuderant.) conuenit Gregorium Archidiaconus, ac ſalutatione viciſſim impertita, ſtetit ante Archidiaconũ venerandus puer.Cui,Epiſcopus,inquit ille, quem certe perinde quaſi parentem, vt colas, pareſt, te ad Epiſcopatũ accerſit. annuit puer, profectuſq; cum Archidiacono, Epiſcopum adit: ad eiuſque pedes cum acciditſſet, ſalue,inquit Antiſtes, cariſſime fili, ad nos miſſus es? diuinitus profecto,reſpondit,huc, Pater venerande, ac magiſter, peruenimus ad ſanctitatem tuam, vti Deum pro me miſerabili venereris. Ad hæc Epiſcopus, Chriſtus, ait, Dei filius, tibi,fili, in omnibus vijs tuis præſto ſit: inde ſedere eum iubet. percontatur, vnde venerit, quò tendat,quaue vrbe ſit natus, quodque ipſi ſit nomen. atque is,Gregorius,ait, mihi eſt nomen,patria ſum Agrigento, ex Prouincia Sicilia: numine autem fauente, tuiſque precibus adiuuantibus in Sanctam Sionem ire, conſilium eſt, vtrũ ſacroſanctis illis locis, Chriſti ſeruatoris noſtri veſtigijs conſignatis,orem.probatur votum Epiſcopo: ac Dominus noſter Ieſus Chriſtus, inquit, votis tuis omnibus, fili, reſpondeat, aſpiretque, quodcumque opus bonum ſuſceperis,Sancti Spiritus gratia.tum ille rurſus Pontificis pedibus prouolutus,fauſtus,inquit, verbis tuis Domine, exitus accedat, noſtraque fortunet. Hic Epiſcopus rogare, apud ipſum ad feſtos vſque,ſanctoſque dies maneat,præpotentem Deum ipſius res adminiſtrare pro arbitratu poſſe. Igitur conuiuio exceptus, apud Epiſcopum comedit eo die.Inde cum illi Pontifex bene precatus eſſet, in domicilium dimiſit, vbi quietem agens diuerſabatur,aſſiduamque, ac ſedulam lectioni nauabat operam,infimis à Deo precibus implorans, vellet quamprimum deſiderium, quo teneretur, explere. Iam verò cum in ſacro illuſtris Martyris Iuliani templo forte ſederet aliquando,ac legeret,Ecce tibi de repẽte tres Monachi eximia ſpecie,vultuque apparent,qui ſimul templum ingreſſi ſunt,ſeſe in preces dedere, quas & decenter abſoluerunt. hos vt videt Gregorius, immortaliter gaudet,quippe non minimum inde commodi ad ſe venturum certo ſperãs, aſſurgit,eos veneratur. ex ijs denique vnus aſſidet, cui duo nõ mediocriter extimeſcentes aſſiſtũt. adſtat item Gregorius demiſſo vultu, atque humilis. hi namq;illi mores proprij,ac perpetui erant. in eum igitur, qui ſederat Abbas coniectis oculis,quid hic tu,inquit,Gregori, ſerue Dei, qui optimam partem elegiſti,quæ de Domini ſententia,abs te numquam auferetur? hic ille ad inauditum Abbatis ſermonem mente perculſus,ac contrò miſcens, perfuſus lacrymis, monachi pedibus aduoluitur, ſibique pro ſua benignitate vt pareat, miſerumque, ac nefarium hominem precibus numini cõciliet, expoſcit.cui Monachus,vtinam æque mihi animus flagitiis oppletus eſſet,ac tuus: nempe longe ſe miſeriorem in ſeipſo reputans.tum iubet eũ alioſque fratres aſſidere;parent illi,mox blãde Gregorium ſic affatur.Scito fili, humani generis amantiſſimum Deum aperuiſſe nobis omnia conſilia de te ſua; ea propter igitur gaude: nos enim Dominus miſit, qui te acceptum nobiſcum,ad ſancta,quæ diu iam exoptas, loca perducamus: eò ſiquidem,& nos contendimus. hic illacrymans Gregorius,gratiæ,inquit,, Deo patri,laudeſque referantur,cuius id vſque conſiliũ eſt, vt quidquid nobis vtilitatis ſit,id verò faciat. Atq; hic iam hæreo, neque adeo quid loquar habeo de his,quibus me Deus famulum ſuum, multis,magniſq; affecit beneficijs.inde hæc & ſimilia locuto,Abbas, in tuum, inquit,domicilium, fili, concedamus. ſurgenteſq; eò ſe contulere, vbi Gregorius, more ſuo,ſcilicet, quietè Deo vacabat. ſed Nauiculator, pane, coctiſque quibuſdam edulijs allatis, menſam illis ſub occaſum ſolis adornat. qui vbi corpora cibo curauerunt, à veſpera ad primam auroram, quà canentes, quà cum

Deo

Nauicul.ad meliora cõuerſus

14 Virtutes eius apud Epiſc. prædicat.

A quo vocatus benigne excipitur.

Tres monachos comites Deus illi tradit.

Cum quibus Tripolim appellit.

Digitized by Google

Deo colloquentes peruigilauere. ac mirabantur quidem Monachi pueri ſcientiam, reſponſioneſque. Cum autem quattuor omninò dies Carthagine tranſegiſſent, monet Gregorium Abbas de diſceſſu, quippe commodum adeſſe tempus. ita veſpere iam appetente, ex vrbe ſoluunt Monachi, Gregoriuſque. atque vbi viginti dies, Deo aſpirante, nauigaſſent, Tripolim appellunt, egreſſique in ſacro Diui Leontij templo cõmorati ſunt. quos, vbi aduentarunt, religioſus quidam Presbyter hoſpitio accepit, menſaque illis appoſita, cum pane, & aqua recreauit. Hic Gregorius ſedulo miniſtrare aliis. contra Monachi admirari ſummam hominis patientiam, atque conſtantiam; preſertim cum biduo, triduoue, nihil omninò caperet cibi, quem etiam tandem Abbate cogente ſumebat. voluit aliquando generosã Gregorij mentem pertentare Monachus, nihil ne tibi ait, Gregori, animum tangit, an gitue parentum ſolicitudo? haud equidem reſpondit de hoc, pater, audeo verba facere, ſed iube, ſis, loqui famulum tuum, tum ego ſuper hac re facile reſpondebo. facta potestate venerabundus ſic occœpit; audi iam, pater optime, paſtor, ac magiſter, Domini Dei, ac Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti vocem in Euangelio, qui amat patrem, aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus, & quæ ſequuntur. & aliàs, qui non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhùc autem & animã ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus, cuius ego ſacroſancti præcepti, Pater, nihil etiam num conficere, quidquam potui; verum & illos tamen Deus, quæ ipſius benignitas eſt, benigne conſoletur, conſilioque confirmet, & me facinoroſum, ac miſerum hominem per ſanctas preces veſtras ex inferni hoſtis inſidijs vindicet. Poſt autem vbi triginta dies Tripoli commorati eſſent, vſi presbyteri illius miniſterio à quo & excepti perbenigne fuerant, nemini interea cum illo colloquendi data poteſtate, vſque dum ex vrbe exirent, presbyterum amplexati, fauſta pro illo adiecta precatione, cum Gregorio Monachi proficiſcuntur. vix dum menſes quattuor nauigando exegerant, cum Hieroſolymam, læti proueniunt. ibi monaſteria ſedulo perluſtrari, amplexari fratres, ſingulorum optimos mores, pro ſe quiſque notare: interea dum ea obeunt loca, ad monaſterium deueniunt, non procul ab vrbe poſitũ, vbi ſacros magni ieiunij dies peregere. ſed egregius in primis Gregorius tale de ſe, ſuaquè animi contentione documentum dedit, vt & Monachorum comitatus omnis cum Præfecto, & qui illuc adoleſcentem deduxerant, Deum plane ſtupidi extollerent. Porrò Monaſterij Præfectus vir erat maximè frugi, ac pro ſua prouidentia Gregorium in re chriſtiana ſuſtulciens, edocebat monaſtici, ſacriq; ſtatus peculiares leges, id ipſum ſubinde ſubmonens, Dei timorem vt ſemper ob oculos haberet; pauperem numquã deſpiceret, neq; in lectione ſua quidquã ſuperbiret, ſed enim in primis animi demiſſioni numquam non ſtuderet. Neque verò in aduerſis rebus deficeret, ſed libenti, præſentique animo, quæque ingruerent, tentationes amplecteretur, minimeque aduentãtibus indoleret. Nimirum optime norat Pater, Sancti ſpiritus fulgore mentem illuſtrãte, multa, ac varia Gregorium incurrere tentamenta oportere: ad hæc Epiſcopi dignitate ornandum, ab eoque rite, ac pie Chriſti ouile paſcendum. accepit hæc libenter omnia Gregorius. atque adeò in diuina diſciplina ſolertiorem præſeferebat, ac feruẽtiorem, multoque acerrimum in legendo, ac ſacrarum literarum ſtudio; id in primis agens, vt quæ inibi manifeſtarentur arcana, cognoſceret, ſimùlque vt in omnibus noſtrũ omnium amantiſſimum Deum gloria, & prædicatione efferret, qui ipſum ſuæ gratiæ minime feciſſet expertem. Appetente autem ſolemni hebdomada, qua Chriſti Seruatoris cruciatuum memoria anniuerſaria celebritate recolitur, magnas omninò res, & admirabiles, atque inuſitatas in eo Monaſterio fieri animaduertit: homines videt è terris tranſmittentes ad cœlum, eorumque cõſuetudinem Angelicæ parem: videt effuſa lacrymarum flumina, hominesque ſolidam hebdomadam ieiunos perſiſtentes, aliaque id genus miracula. Obſtupuit, percuſſoque pectore, hei mihi, aiebat, nam quid ego faciã miſer? qui tandem cum iſtis ſanctis viris occurram in extremi iudicij die? porrò autem omnem plane ſpem abijcere nolens, addebat, iuxta eſt Dominus ijs, qui tribulato ſũt corde, & humiles ſpiritu ſaluabit. meq; adeò ſeruare Deus poteſt, ac mercede donare, perinde atque eos, qui vndecima hora conducti nihil dum operis effecerant: Atq; ego quidem in immenſum diuinæ miſericordiæ, benignitatiſque pelagus merſus, confido, fore, vt ſalutem, vitamque conſequar. Hæc igitur ac ſimilia, cum diu locutus eſſet, ad Præfectum abit. ſedebat autem, & Præfectus, & qui eum illuc incolumem deduxerat Monachus: reliqui fratres ipſis aſſiſtebant, itemq; Gregorius. Hic Abbas, à quo conductus eo fuerat, Domini mei Præfecti, ac Patris noſtri iuſſu age iam ſede, fili. Paret ille, corpus venerabundus acclinat, Præfecto aſſidet. Tũ illi hortari, ne propterea quod hoſpes ageret, quidquam inde moleſtiæ traheret, ſperare ſe in optimo parẽte Deo, ipſum, ſi ſuos quæreret, ad eos non multo poſt reuerſurũ. Aſſurrexit Gregorius, atque ante ipſos conſiſtens: audite, inquit, Patres, ac Domini mei. noſtis iam nihil omninò Deo peregrinum, ſed omnia nuda, & aperta eſſe oculis eius, quæ fuit B. Apoſtoli vox. non igitur eo mœrore conficior, vt exiſtimatis, quod hic ſim; procul hinc à me huiuſmodi cogitatio. Idverò Patres, etiam atque etiam oro vos, omnemque diuinitus collectum cœtum, precibus adiuuate miſerum. quæ cum peroraſſet, dimiſit illum Præfectus, nullumquè iam de hac re ne breue quidem cum eo verbum fecit. Cum autem ſolemne triduum adueniſſet, quo Chriſti ab inferis redeuntis, & a mortuis reſurgentis triumphus celebratur, fra-

Matth. 10. Luca 14.

Hieroſolymam perueniunt.

Admirabilis Monachorũ pietas in Ch. paſſione recolenda.

Loca ſancta lætus perluſtrat cũ Monachis.

Digitized by Google

fratres omnes,vnà cum Præfecto,Gregorio item,ac tribus illis Monachis in ſanctam ciuitatem aſcenderunt. relictis autem in Eccleſia quinque Monachis,ac presbytero,Prefectus, alijque locum ingrediuntur Chriſti ad vitam redeuntis memoria clarum, ſanctaque obeunt loca,ac venerantur. hic geſtire Gregorius,ac triumphare,in Deum quas poteſt laudes congerere,gentis,quæ illic degebat vitam Angelicæ æmulam conſpicatus, inde cæleſti conuiuio excepti,miniſtrãte Sanctiſſimo Archiepiſcopo 15 Monacho,qui Hieroſolymorum id temporis clauum tenebat.Hic Monachis domum ſeorſim dari ad quietem,tres autem illos,qui cũ Gregorio erant, cubiculo, quod ſuo proximum erat,excipi mandat. Iam verò Matutinũ nocturnas horas expleuerant:poſt abſolutionem autem,& lectiones aſcendẽs de more Archiepiſcopus, ſedenſque iubet primo Monachi cum Gregorio ad ſe veniant. adſunt illi, ad ipſius pedes accidunt: eum amplexantur, ſanctèque deoſculantur. atque ita deinceps vel Epiſcopos,vel presbyteros, Monachoſque ingredi omnes permittit, atquè adeò populum vniuerſum. quos cum omnes blande comiterque amplexibus excepiſſet, aptamque deinde de pœnitentia orationem habuiſſet, conuentum dimiſit. accerſito mox Abbate,ſalue,inquit, Marce, vnde huc ad nos Gregorium,hominem adoleſcẽtem, Chriſto vere addictiſſimum ſeruũ adduxiſti,qui loca iſthæc ſane quam ſancta, ac ſalutaria,cupiditate flagrans adiuit?haud equidem reſpondit Abbas,nos iſtum Domine,ſed Chriſtus huc deduxit, Dei filius, cui nimirùm in primis cordi eſt omnium hominum ſalus,eoſque vult in veritatis cognitionem venire: tuæque item ad id acceſſere preces: Obſtupuit vehementer Gtegorius ad Marci appellationem;nondum enim tale ei nomen vmquam innotuerat, quamquã erat tamdiu cum illo verſatus. neque verò duorum monachorum, quibus cum conuixerat,nomina norat,cum numquam eos interrogare auſus eſſet, ecquod eis nomen foret. quos item Archiepiſcopus nominans. Abba Leonti,inquit, immortales ago Deo gratias,qui nos in Chriſto Ieſu cõfirmarit, dignoſq;per Sancti Spiritus gratiam effecerit,vt peruigilem hunc virum,ſolicitudine non pigrum, ſpiritu feruentem, Domino ſeruientem,ſpe gaudentem, in tribulatione patientem, orationi inſtantem omnibò ex Apoſtoli ſententia factum, ad ſancta iſthæc piaque loca, atque adeò ad nos pauperes, vobiſcum vnà duceretis, eiuſque deſideriũ impleretis.Atque alia mihi quædam,filij,de puero dicenda ſunt: quoniam verò tempus adeſt iam,quo ſacris rite operemur,alias vobis quæ de ipſo mihi Dominus aperuit,pronuntiabo.templum igitur ingreſſus Archiepiſcopus ad ſacra peragenda, Archidiacono ſuo imperat,Gregorium collocet,in dex
16 tera 16 templi parte, quæ ſtrepitu vacet. qui angebatur animi vehementer, vberrimamque fundebat lacrymarum vim,oculis quidem humi defixis,mentem verò ad ſempiterna ſemper elatam gerens.Porrò hic B. Gregorius Sancti 17 Spiritus gratiam,Sancto, ac Beato Archiepiſcopo aſſiſtentem 17
videt. inde Sancto, incorruptoque pane refectum iubet Antiſtes Gregorium, itemque tres Monachos, Rectoremque Monaſterij, ac reliquos fratres menſæ ſuæ accumbere. ità percelebri illo ac Sancto Dominico die apud Archiepiſcopum pranſi.Atque vt dictis compendium faciam,poſtridie eius diei Macarium adit Marcus,eiuſque pedibus pro
15 volutus,orat, ſuis ipſos precibus munitos dimittat,cum alijs fratribus,vt coniungantur, ſuaſq;ſedes modo faueat numen, læti repetant. Ilicet,ait Archiepiſcopus. hilaris profiſcere iam,Pater,atque vſque maneto dum Dominicus dies aduenerit, qui à Paſchate octauus eſt.tuas interea Domino preces reddens, tum ad nos,vti libuerit,redito,teçum vt & nos coniũgamur, tuque impertiamur benedictione, mox tuas ad ædes te te recipias.ità in Monaſterium omnes dimiſſi,Archiepiſcopo rite ſalutato, ab eius ædibus egreſſi,quò conſilium fuerat, profecti ſunt. ſed dum ea cum Macario Abbas colloqueretur,forte aberat Gregorius.eum ergo Monachis profectis,accerſit Antiſtes:adeſt ille; audi inquit,fili Gregori, atque id iam à me cognoſce, Dominum Marcum, qui te huc adduxit,hinc abijſſe,fratres amplexaturum, qui circa Sanctam Sionem habent, cui præcepimus,ad nos vt rediret proximo Dominico die, ac nobiſcum coniungeretur, mox ad ſuas ædes abiturus.Hæc vbi accepit Gregorius ab Archiepiſcopo,ſane quam grauiter, moleſteque tulit, ad eiuſque pedes cum ſeſe abieciſſet, hæc oculis lacrymãtibus ait: Sanctiſſime Pater Macari,Dei ſerue cariſſime,& vnde nam 18 hi magnanimi viri sũt, 18
qui nuper hic aderant? hinc equidem ortos puto.ex vrbe Roma, inquit ille,ſtadijs fere viginti diſtat locus, vnde hi ſunt, eoque redire ſtatutum habent ad proprias ſedes. At enim,ait Gregorius,vereor, Pater, ne iam homines viſurus ſim,eorumque adeò precũ expers futurus. bono cum animo iubet eſſe Macarius,haud ità futurum,ſed eos inde redituros: ſic enim,inquit, mihi Marcus receperat ad 19 nouum ſeſe venturos, Deo be 19
ne iuuante, Dominicum diem: Itaque futu- B. Macarii
rum, vt ex eorum precibus ſtructum ambo imitatur.
caperemus. his Gregorius paululum dolore leuatus, inde diuinis cõmentationibus vnà cum Archiepiſcopo ſedulam, aſſiduamque nauabat operam, honeſtæque,ac virtutis inſignis vitæ inſtitutum, quod ille tenebat, pro viribus æmulabatur. is enim erat diuinorum oraculorum, ſiquis alius, ſtudioſus. Ad hæc Gregorius quotidie diluculo legebat aſſiduus,omnibuſque admirationi erat, quod libros,& recte legeret, & acute intelligeret,ſatiſque idoneus eſſet, permiſſa ſibi ab Archiepiſcopo poteſtate, ad eos inter- Mira eius
pretandos; quod ille munus videlicet obibat,magna cum animi demiſſione.Id igitur erat quotidie præclari adoleſcentis opus:ſacrarum literarum meditationi deditum eſſe,orationi,petitionique ſumma cura, ſtu-

A Macario Epiſc.cum honore excipitur.

diog;

dioque insistere, cibum sumere semel dumtaxat in die, humi cubitationes, vigilias vsq; amplecti, cultus elegantiam negligere. Iam die Domini proximus cum aduenisset, Monachi sub occasum solis in Sanctam Sionem reuerterunt, ingressique Archiepiscopum, vnàque S. Gregorium amplexi sunt. Porro Gregorius totam noctem lacrymas effundere, eos rogare, vt pro ipso subinde precari ne desisterent, recte vt pœnitentiæ cursum conficiens, idoneus esset, qui cum ipsis vna in horribili Christi Domini die inueniretur. vbi verò illuxit, ad Sanctissimum Antistitem ingressus Marcus, eius pedibus aduolutus postulat, fausta ipsos imprecatione prosequatur, & ad angustum ipsorum cubiculum dimittat. Quibus ille singulis cum manus impositisset, oculisque in cœlum sublatis: Deus, inquit, cœli, terræque, & maris, eorumque quæ in eis sunt, omnium opifex, ac fabricator, quique prius omnia nosti, quam crearentur, tu, inquam, hos famulos tuos ipse conserua, qui nimirum huc tuo nomine profecti sunt: vt Sancta hæc loca, in quibus durissimos olim pro nobis cruciatus, peruoluisti, viderent, ac venerarentur. neque in hoc tantummodo laborem subeuntes, sed dignum etiam reportantes pœnitentiæ fructum: hos, inquam, populumque omnem coram te nobiscum assistentem, quæ tua est virtus, ac potentia, saluos, & incolumes præsta, teque auctore, liceat his tuto proficisci, prout tibi libuerit, quoniam Sanctus es in sæcula. Sanctique, Amen, cum subiecissent, Marcum, Serapionem, Leontium amplexatus, sanctoque exosculatus dimisit, sed hos abeuntes Gregorius conspicatus, præpropere festinans, illorum ad pedes proiectus, se sceleratum, ac miserum hominem, vt misererentur lacrymans, supplicabat: nam quid ego iam faciam? vos mihi secundum Deum meæ salutis auctores: à vobis ego probatæ vitæ leges edoctus: quamquam in ijs rite seruandis inertem me, ignauumque præsto. Vos ardens, quo tenebar, desiderium explestis, & errantem nacti, naufragumque multis è fluctibus seruatum in portum tranquillum aduexistis. Nunc ego iam quid faciam? qui tandem à vobis, patres, fratresque, diuellar? vbi me secedentes, Domini mei, solum hominem relinquitis? eum verò sic lacrymis, ac dolore contabescentem excipiens Abbas: ne te sic lacrymis conficias, inquit, fili, te namque Domino Iesu Christo permittimus filio Dei viui, quem tute à prima ætate delegisti, quippe qui Sancta vocatione dignatus est, vt prophetam olim Samuelem tempore Heli quique adeò te in Sanctorum Patrum chorum cooptauit. Atque huius te quoque communis, atque optimi Patris nostri Macarij fidei cõmittimus, qui te, tuaque, quàm fieri potest, optime curabit. Hæc ille locutus. Sancti Macarij pedes amplexus, Pater, inquit, venerande, & hic est ex Ecclesiæ Catholicæ grege: idemque ipse, futurum est aliquando, vt ipsius gubernacula suscipiat, doctrinæque, ac spiritus clauo illam gubernet, sine fraude. Quam ob rem ipsius res, rationesque cura diligenter, vt nihil vnquam eius animæ decorem inquinet, aut splendorem obscuret, neue de tenera ætatis luto, quidquam sordescat animus: sed 45
eum pro tua patientia, atque animi magnitudine, doctrina sustulcire, ac coercere ne desine. Hæc tum Abbas diu locutus cum Macario ingentemque cum ipse profuderat lacrymarum vim, tum qui assistebant Sacerdotes, ceteraq; multitudo. cum hæc illi S. Antistes: nosti ipse etiam Abba, Beati huius adolescentis vitæ institutum, & educationem, disciplinamque puerilem: quem sibi Deus ex vtero matris ipse secreuerit, mentem ei tribuens ferream, immotamque ac Dei timore obuallatam. nam primum omnium in diuinarum rerum commentationes, omnem suam curam, & operam contulit, totam hebdomadam iuniuans, atque à sacræ scripturæ meditatione numquam desistens: libros rectè lectitando percurrens, eorumque sententias, cum probe percipiens, tum explicans luculenter, nihil vnquam de se magnifice sentiés, sed pudorem vsque, modestiamque conseruans. Post vbi hæc Macarius edixerat, apprehensum Gregorium excipit secum, ibi vt maneat, si iubet, hortatur: Dominum 46
Iesum Christum vtriusque res, ex sententia administrare facile posse. quod si cum illis vna proficisci velit, vtique licere. Cui Gregorius haud equidem ait, hinc abire, donec vita suppetit, animus est; verum ab illis tamen vt fausta mihi in abitu imprecentur, expostulo, ac etiam confido, eos me in vita, Deo volente, reuisurum. Hic illi misere lacrymare, in amplexus ruere, ipsum deosculari: tandem in ordinem cum omnibus componendi tres Monachi ab sancta ciuitate, 47
abeunt decimo septimo Kalendas Maij. alteri ab noua Dominica die, alacres, Deumque prædicantes. 48

Porrò Gregorius Hierosolymis cum Hieros. remansisset, sanctitate insignia loca, itemque Monasteria, ac sanctorum virorum, qui illic agebant, domicilia perlustrabat. at verò Monachi Hierosolymis egressi, Tripolim appulere kalendis Iunij, vbi 20
Nauim diuinitus offenderunt, Panormitani Episcopi, quæ Vrbs est in Sicilia, mercibus onustam. eam igitur nacti iam iam soluturam, hortati nauiculatorem, conscendunt, ac præsente numine in Siciliam deuenere decimo septimo Kalendas Inlias ad 21 Plenthiadis oras, eo loci, quem 22 Passarareas dixere. vbi Nauis restitit paucis diebus. rursusque impetu facto, nauim impellentes Agrigentum ad fluuium aduertunt, in 23 suburbium, quod Emporium dicitur. Tum excedentes Monachi, ad Monasterium, quod ibi exstructum erat contendunt, aduenium, fores pulsant: renuntiat Præfecto Ianitor, adesse ad ianuam pios quosdam Monachos.

dignitas ei prænuntiatur.

Hierosol. remansit. Gregorius

21
22
23
Ad Monast. Agrig. redeunt tres illi Monachi Greg. in itin. comites.

Digitized by Google

qui ipſum alloqui cupiant. vbi hæc audit
24 Præfectus, deſcendens illis occurrit. 24 in
aula Monaſterij, ac poſt mutuam ſalutatio-
nem, amplexumque eos in templum indu-
cit, vbi cum orandi finem feciſſent, Abbas,
& Monaſterij Præfectus aſſederę, duo verò
reliqui aſſiſtebant. Hic Abbas Præfectum
nominans Paulum, ecquid valeat, rogat, qui
ſe pro rio nomine ab ignoto homine com-
pellari audiens, vehementer obſtupuit. Ac
recte, inquit, Pater, Deo, precibuſque tuis aſ-
pirantibus. rurſus ille, qui valet Sanctiſſimus
Epiſcopus Potamio, communis Pater no-
ſter, bene, ait, præſenti Numinis ope, tuiſq;
precibus patet in primis colendo, acceden-
tibus. Propitius vſque ſit illi Deus, inquit, Ab
bas, eique fortunet omnia. inde ad hoſpites
accedentes, qui ibi degebant Monachi, ro-
gant, numquid velint: cubiculum illi petŭ-
datur à Præfecto, menſaque etiam apponi-
tur. panis igitur, & aqua de more reficiun-
tur. Dein Marco loquente, mirum quantum
ſtatres, ac Præfectus ipſe gaudij ceperint.
mittit interea Præfectus ad Sanctiſſimum
Antiſtitem, certum hominem, qui de Mo-
nachis nuntiet, atque adeò ipſum vt Abbas
præter omnium opinionem nominarit. In
ſomnes illi à prima ad vltimam vſque noctĕ
canendo, legendoque duxere. ſed Epiſco-
pus vbi rem edoctus eſt, omnibus inceſſit
lætitia, Deo quam poterat maximas gratias
agens de Beato Nuncio appetente verò
die, Donatum Archidiaconum ire ad Em-
porium iubet, Monachoſq; accire ad Epi-
ſcopatum. acciti præſto ſunt Monachi, at-
què occurrenti Epiſcopo accidentes, ſibi
vt bene precetur, ſupplicant. quibus cum
ille ipſorum id potius eſſe munus, reſpon-
diſſet: atqui quod inferius eſt, inquit Ab-
bas, à ſuperiore benedicitur; tandem ali-
quando à Marco coactus Epiſcopus, Do-
minus noſter Ieſus Chriſtus, ait, verus Deus
veſtris precibus id exorantibus, noſtri mi-
ſereatur. acclamant illi, mutuoque ſe ſe
amplexu, atque oſculo excipiunt. tum de-
mum Epiſcopus, & Monachi aſcendentes
cum conſediſſent, ſic Epiſcopus: vnde huc
ad nos homunciones, amici adueniſtis diui-
nitus immiſſi? cui cum illi aduenas eſſe ſe,
Romamque, dum faneat numen, tranſmit-
tere in animo habere, reſpondiſſent; quæ
quæ in vobis, ait, euentura ſint, ex Dei vo-
luntate cadant omnia. Inde paululum vbi
conſedere, eaque quæ ad animi vtilitatem
ſpectant, inuicem collocuti ſunt, aliis fra-
tribus comitantibus, Epiſcopus templum
ingreditur ſacris operaturus. feſtus enim
dies tum agebatur Sanctorum, maxime-
què laudabilium Apoſtolorum Petri, & Pauli, incorruptorumque, ac vitalium my-
ſteriorum compotes effecti, apud Epiſco-
pum comedere, qui & domicilium apud
Epiſcopatum conceſſerat. Poſtero dein-
ceps die templum adeuntes Monachi, cum
matutinas laudes perſoluiſſent, Epiſcopi
domum ineunt, eumque rite reuerĕti ſedent.
ſermonemque cum eo inſtituunt.

Porrò Gregorij parentes ad Vrbem vene-
rant, neceſſaria deferentes, vt natorinſta
facerant, eò ſiquidem die Gregorius inde
abſceſſerat, pridie Kalendas Iulias; cum-
què æquales pueros ſibi habentes vide-
rent ingredientes, & egredientes, iam-
què ætate grandiores factos, tetigit ani-
mum memoria filij: ita mœſtiſſima pa-
rens, grauiter vlulare, afflictare ſeſe: hei
mihi, dicebat, filiole, ſine quin
breuiſſime materam tenui nomen, quam
cito de te, quæ capiebam gaudia, plane
occidere? ehcu miſerum filium? nam
quis te durus venator ſimplicem cepit?
cui tu, tener agne, rapaciſſimo lupo præ-
da fuiſti? aut quis te vigentem, atque
adeò cariſſimum occuluit loculo? an verò
abeſtis capeus, earumque diſcerptas vi-
guibus? atqui regio hæc à feris immunis.
numquid te nocte forſaſſe quiſpiam ſuf-
focans, in mare præcipitem egit? nimi-
rùm ego quid iam dicam? aut quonam
alio genere occubueris, plane ignoro.
ſed nouit hæc ſcilicet, quem nihil vſpiam
latet, Deus: ad hos mulieris gemitus, &
acerbiſſimos eiulatus, conuenere ciues,
neque certe temperare ſibi poterant, quin
& ipſi cum afflicta parente deplorarent.
vſque adeò eius vicem dolebant. ſed in-
gentem luctum, vt accepit Abbas, ve-
hementer animo commotus; cedo, in-
quit, pater, quis tantus in vrbe tumul-
tus? quem eraudio? cui Epiſcopus, cum
poſſet ad Vrbem aduenſſe iam Grego-
tij parentes, eoſque eſſe, qui tam acer-
bis modis lamentarentur, alte ſuſpirans,
inde etiam illacrymans, audi, inquit,
Pater, iam te, quod in hac vrbe duobus
ab hinc annis contigit, edocebo. In
vico quidam, huic ciuitati proximo, vir
agebat honeſta coniunctus vxore, diui-
mique numinis obſeruantiſſima: ambo di-
uitijs, opibuſque florentes, quas vt pote
ſibi diuinitus impertitas pie, religioſeque
adminiſtrabant, pauperibus illas, ac vi-
duis, pupilliſque diſpertiri. omninò ege-
ſtate confectis omnibus opitulari abunde,
quæ neceſſaria forent, pro viribus ſuppedi-
tantes, Sanctorum neceſſitatibus commu-
nicare & ipſi ſtudentes. His Dei conceſ-
ſu, ac beneficio ſtirps virilis fuit, quem
ego nequam è ſacro fonte ſuſcepi. Eum
igitur parentes, vt ediderę, abſtinuere dein-
ceps vſu coniugij: octo iam annos, natum
puerum huc adducunt, quem ego ludo lite-
rario addixi, qua quidem in re, Chriſti gra-
tia cum primis aſpirante, ità verſatus eſt, vt
biennio literas, ac numerorum rationem,
ſacras item Dauidis odas, aliaque huiuſmo-
di perdiſceret, plane vt ad vnum omnes mi
rarentur tantam in puero animi contentio-
nem, ac ſtudium, ipſiuſque ſupra ceteros
æquales excellentiam. Inde cum duodeci-
mum ageret annum, parentes filij pietatem
religionemque promoturę, huc redeuntes,
Chriſto per nefarias manus meas addicũt,
conſecrantq;. eum igitur clericorum cœtui
adiungentes, lectoris munere donatũ, Archi
diacono noſtro, ac Bibliothecario tradidi-
mus.

Luctus pa-
rentum Greg.
cauſſa quem
mortuũ cre-
debant.

mus, cum vt in legendis libris etiam, atque etiam inſtrueret. (erat quippe ſane quam ſtudioſus puer diuinorum oraculorum, id quod nimirum hic inuenire, atque adeò in cota Sicilia perdifficile eſt.) Inde porrò quid factum de puero ſit, dicere non habemus; repente ſiquidem ex Vrbe euanuit: neque verò illum inuenire, vt multis rimaremur ſpecus, totamque adeò Siciliam circumiremus, vnquam potuimus. Nunc vt dum maxime animis angimur de puero, cum nihil dum nobis, noſtrorum ſcilicet opera fugitiorum, de illo aperuerit Deus, ideoq; ipſius parentes eodem plane die, quo de ſeceſſit puer, nato parentant. Hæc vt ab Epiſcopo accepit Abbas, haſit cogitabundus, ac triſtis; tum in cœlum ſuſpiciens, vnam aut alteram horam ſtetit elinguis. poſt hæc vna cum reliquis, qui cum ipſo erant, Monachis, perfuſus lacrymis, Iube ſis, inquit, Anniſtes optime, ad nos accedant pueri parentes: ad id ille Diaconum dimittit. aſſunt acerſiti Chariton, vxorque, ad Epiſcopi, itemque Abbatis pedes accidunt, mox conſurgunt, atque ante ipſos conſiſtunt. ad quos Abbas, quid vos tam miſeris exemplis cæditis? quid eſt, quod hæc patiminì? ſilent illi, intercludente verba mœrore. eos ergo vt in magna mentis, ac conſilij inopia hærere Monachus videt, coniectis in Charitonem oculis, ac probe perſpectum, non obſcuram animaduertit perferre cum Gregorio ſimilitudinem; ſiquidem & Chariton forma erat venuſta, ac decora, coma ſiſſus; prorſus eximia pulchritudine. Tum gaudere vos, ait, ac geſtire, & gratias agere Deo immortali præſtaret, quam immoderate de filio lugere, qui licet vos ad hoc vſque tempus latuerit, Deo tamen ſemper patuit, ad quem & ille pro vobis preces effundit. Omninò ſic habet, reſpondet Chariton ſi namque, vt ſacræ literæ docent, infernus, & perditio coram Domino, quantò magis corda filiorum hominum? nempe & filius meus, ſiquidem humana dextera cecidit, ipſius certe corpus perditum eſt, ceterum animus in Dei manus traditus; quippe inſons occidit. Porro autem eius vxor ex Abbatis ore pendebat; quid ſuper hac re reſponſi daret, expectans. cum hæc ille ad Charitonem; & ſiquidem ſe ſua ſponte in malum dediſſet filius tuus, haud hoſtili, vt putas manu peremptus foret (quod nimirum minime contigit.) haudquaquam Deus (mihi crede) labores, lacrymaſq; huius, qui cum puero, tum communis eſt parens, nihil penſi haberet: ſed omninò ipſi de puero aperuiſſet. Atqui (nec verò me falſũ puta) in bonis verſatur ipſius animus. Hic accipere ſe, ait, hortationem Chariton, nempe aptam, & vtilem, ceterum quid factum filio foret, pernoſſe Deum, ſcilicet, ipſoſq; reſpecturum, animamque filij, prout ipſi collibitum fuerit, curaturum.

Ecce centur, quæ Dei cõſilio facta eſſent, & vbinam degeret.

Tũ Abbas Epiſcopo, iube, inquit, prodeat in medium Archidiaconus tuus. adeſt ille: tum Abbas cedo, ait, quid tu Domino meo Epiſcopo, de his quæ Deus in puero maxima fecerat non indicaſti? verum abiens fodiſti in terram, & abſconditi pecuniam Domini tui; nequam illum ſeruum, ac doloſum ſecutus, qui talentum profudit, ſeu potius malignum cacodæmona, qui hanc tibi mentem iniecit, falsò perſuadens Dei gratiam, vt cælatam haberes. num tute aliquando nõ legiſti, glorioſum eſſe Dei opera manifeſta habere? quid ergo tot, tantoſque labores, & ærumnas tua cauſſa ſubierit Sanctiſſimus Epiſcopus, atque adeò populus vniuerſus, in primiſque pueri parentes? Enim verò ſiquidem diuini numinis gloriam in puero prædicabam ipſis aperuiſſes, exiliſſent præ gaudio vniuerſi, atque in tantum mœroris, quo iam confecti ſunt, nequaquam incidiſſent. Heus tu igitur, age iam de ſingulis edicto, his facie immutari Archidiaconus, ac conterruiſſe, collidi mutuo concurſu genua, ibique accidens, grauiterque ingemiſcens, ac deplorans, ſermonem occœpit: Mei quæſo vos, patres, pro ſanctitate veſtra miſerimini; ſcelus admiſi, fateor coram Deo, populoque hoc vniuerſo, præſertim vero in communem omnium noſtrum parentem, Sanctiſſimum Epiſcopum. mihi iam obſecro, quæ veſtra eſt in Dominum pietas, ignoſcite. cui Abbas, ſurge, ait, quæque de puero vel ipſe noſti, vel certe accepiſti, commemora. Exſurgit Archidiaconus, exorſuſque; audite me, inquit, patres, fratreſque. dum nocte aliquando in ſacrario cubiculo ſomno preſſus cubarem, Ecce tibi horribilem vocem puerum inclamantis, qui conſurgens atque ante me conſiſtens, quid eſt, quod me aduocaſti? inquit: cui tum ego, haud te vocaui, inquam, fili: poſt paulò cum idem ſecundo Gregorium compellaret, ad me rurſus feſtinus adiens. Ecce adſum, ait, quid me vocaſti? nego illum à me vocatum. porrò intellexi ſpectrum illi apparuiſſe, tum ſi te, ſenex, inquam, compellant, reſponde, Ecce me: quid vis, Domine, famulus tuus mandati capeſſat? inde adeſt ille tertio, inclamat, conceptam puer reſponſionem profert. Tum ille (quod aliqua ex parte animaduerterim) iubet ad litus concedat, inuentumq; ibi vnde traijciat; hæc videlicet ego ab eo accepi, qui formidabili voce puerum inclamabat. ſed tamen exterrefactus, viſum nemini palam feci, ne mihi forte minus crederet quiſpiam; verum à me vel diuenditũ illum, vel interfectum diceret. Tum verò Abbas, tibi Deus, inquit, per communis patris noſtri preces ignoſcat. ſed audite iã fratres, patreſque audite, qui frequentes huc conueniſtis vniuerſi rem plane admirãdam, atque inuſitatam, quæ diebus hiſce contigit. Samuelem Prophetam, vt ex libris Regum accepimus, cum nondum ex pueris exceſſerat, ante Sacerdotem Heli dum obdormiret aliquandò, Angelus Dei compellans, ait: Samuel, Samuel. atque huius verò vox ter pueri auribus inſonuit, qui propere cucurrit ad Heli. eiuſq; iuſſa perficiens, in vatem eximium prodijt coram Deo: neq; porrò imparem ei dixerim beatũ hunc puerum, tametſi is quandoque gloriam vidit,

occultare putauerit. sed enim indignos nos Dei benignitas, quæ puerum attingerent, minimè cælauit: nempe vt ipsius opera, resque admirabiles Patri nostro aperirentur, qui assiduis Deum precibus pro puero deprecatur. adesdum ergo, audi pater in primis obseruande, audite populi omnes, parui iuxta, ac magni viri, mulieresq;. rem ego vobis, quam vultis admirabilem, ineuditam enarrabo. Dum Romæ nos haberemus, ad S. Petri Apostolorum Principis oraturi concessimus, forte autem contigit, vt in loco quodam apud Monachum diuersaremur. Porro viri quidam horribiles duo, ea nocte mihi sese videndos obtulere, dicētes; Abba; quibus ego pauidus respondeo, quid est, Domini mei? Tum illi, agedum, inquiunt, surge, cyus cum duobus, qui tecum vna sunt, Monachis, atque in Africam nauigate ibique Carthaginem ingressi in domo cuiusdam Naniculatoris, cui Varo nomen est, hospitē quendam Gregorium nomine, Siculum ex Agrigentina Ecclesia illuc aduectum inquirite. Deum enim exorat, discipulque sanctā Sionem inspicere festinat. ergo discedite, eumque Hierosolymam vsque incolumem ad Macarium Antistitem deducite. nimirum nos ei de homine præcepimus. illi vt opituletur, in ipso enim spiritus noster acquieuit, vt Eliæ quondam in Eliseo. Atque his dictis sese mihi de repente è conspectu subduxere. hic ego expergefactus, admirum, contendo, vbi (sic rem videlicet administrante numine) nauigium offendo, iam cum nauigationem in Africam adornans. Nauloque persolato, cum duobus hisce fratribus consendo, ac Deo nimirum volente Carthaginem intra decem dies transmisimus. hic quærens inuenimus ad ædem S. Iuliani Martyris legētem, amplexamur, inde nobiscum ille Hierosolymam ascendit. ibi demum cum reliquim sancto, ac nouo Dominico die cum Sancto Macario Hierosolymorum Episcopo, vitam exercentem honestam, decentemque ac virtutibus insignem, prorsus vt omnes, quotquot illic degerent, puerum suspicerēt. Hæc vbi monachus expossuit, vniuersa, quæ audierat populi multitudo, virorum ac mulierum vocem in altum extollentes, manusquè tendentes in cœlum, clamabant kyrie eleison. Porrò autem Charitonvxoriq; vxor in terram proni concidentes, sicuti exanimes iacebant. accedens autem Monachus eos apprehendit, excitatq; surgite, inquiens, filioli mei, Deoque, vt par est, gloriam date, qui nobis præcipue aperuit honestum, ac de virtute laudabile ipsius vitæ institutum. Inde benedictione ab Episcopo impertita, eō sedere laudantes, & gratias in omnibus agētes seruatori omnium Deo, qui magna nimirum, atque mirabilia parefecit per sanctos suos, qui semper ipsi probati sunt. Tum Gregorij mater ad Abbatem: te, tuaque, Pater sancte, fortunet Deus, qui & mysteria tibi aperta esse voluit, ad nos miseros excitandos. quid vero? vinit ne mihi filius? etiā, inquit ille, Deo bene iuuante, viuit: valetq; pulcherrime. quippe illum patri suo Domino Charitoni, viro tuo, quam simillimum dicerēs, namque colore fuluus est, oculis pulcher, decorus, iusto naso, decentibus supercilijs, modica sunt illi labella, demissus vultus, mentis verò oculi ad Deum erecti. Ad hoc suauis est, accitusque ad cantum, aures ad venerandā oracula prius arrigit: ad inutilia, futiliaque verba loquenda tardus: turpi risu prorsus abstinet, nihil vsquam inane habet, nisi quod optimum, incorruptūque sit: summo rerum diuinarum studio dedimus, multam sibi parauit, egregiamque animi tolerantiam. Hæc, aliaque multa cum Abbas peroraſſet, ciuitas vniuersa conuenit, Deum in omnibus dilaudantes, quæcūque per Abbatem acceperant. ingens porro eo die agitatum est gaudium, tum Gregorij causa, quem viuentem audiuissent, tū quia ipsius parentes, multis leuati, ac magnis molestijs fuissent. Post vbi factum silentium est, sacraque rite peracta, cibo curant corpora. Episcopus, Monachi, & Gregorij parentes. hi Antistitem, Monachosque amplexati, domum hilares repetunt, Deo gratias pro se quisque agentes, vnde id sibi venisset beneficij, de filio. sed Monachi triduo cum Sanctissimo Episcopo Potamione cōmorati, post amplexus dimissi, Panhormum vsque reduces eò cum primis auctore appulere. Indeque nauigium ingressi, Romam transeuntes ad suum ipsorum Monasterium incolumes aduenere.

Greg. Diac. creatur.

Porro autem Gregorius Hierosolymis agens, summo cū studio, sēper impigre pernigilabat diuinarum literarum meditationi intentus. cum autem solemnes sacræ Pentecostes dies aduenissent, Diaconus à Sancto Macario Archiepiscopo Hierosolymitano creatur Gregorius, à quo cum paucis post diebus commeatum petisset, sibi vt liceret in montem Oliueti exire, paucisque inibi versantes amplexari, facta potestate, gestiens profectus est. quæque illic erant monasteria obiens, magnam ex Monachorum adhortationibus vtilitatem percepit, ac præcipue quodam dolore cū primis ipsius animus angebatur, ecrioresque generoso pectori stimuli admouebantur, dum se se ijs virtutibus, quas ibi suspiceret, vacuum putat animum. igitur cum illic diuersatus esset, patres amplexatus, enixeq; ab eis expoſcit, vt faustā ipsum precatione dignarētur. erat enim in interiorem eremum profecturus. felicia Gregorio precātes fratres ad vnum omnes, dimittunt. te, tua fides, inquiunt, fili, tuaque, quā flagras in Deum caritas, saluum, incolumemque præstabunt. Igitur ex Oliueto monte pedem efferens, init in solitudinem iter, ac post tres dies Monachum quemdam reperit precibus inhærentem ad sextam horam. id quod videlicet diuinitus contigisse aio, vt alibi dictum est. cum ergo Monachus aduertisset, sine precibus impositō, peregrinatum, eoquò tandem iter instituat. tum ille: quo Christus ducet, inquit; animirum est animus, volente Deo, in solitudinem ingredi. eum Monachus secum vt eat, hortatur. vigiliis iam ipsos dies cum iter fecissent, eò

Monachorum Monasteria lustratur cum pietatis fructu.

25 Eremum petit.

Digitized by Google

loci perueniunt, vnde *Monachus illi* domicilium longe indicat, geminasq; ante illud palmas. additque, in eo domicilio, fili, magnus habitat pater, quod si tibi salus est in optatis, eò iam contendito, foresque pulsato: quod si psallat, cantum cum ipso foris stans persoluito, indeque tibi respondebit. mihi enim aliò est iter. igitur post mutuos amplexus, secessit *Monachus*, solumque reliquit Gregorium, qui genibus nixus, huiusmodi preces fudit. Domine Iesu Christe, Deus noster, qui patres olim tibi acceptissimos, locum hunc ingressos consensisti, & me scelestum hominem, ac miserum susci pe, mihique adeò peccata dimitte. Neque enim id tibi consilij est, vt quisquam intereat, sed verò mortales omnes vis in veritatis cognitionem venire. Hæc vbi orauerat, exsurgens, crucē se ipse signat, ad domicilium iter ingreditur, audit, sistensq; canentem audit, ac cum eo velut frequentem turbam, vt videbatur: propiusque accedens, obseruat, rursum quasi tres tantùm psallentes audire sibi est visus. neque tamen pulsare fores ausus est, verum cum eo concinebat, vsque dū Nonam ille persolueret. qui cùm Gregorius per domicilij fores conspexisset, eo aduocato, inquit, Gregorii ades hic fili, quibus ille auditis, festinus aduolat, accedentisque ad pedes senioris effusis lacrymis, ait, te mei misereat, Pater; neque adeò nefarium hominem, precibus adiuuato, meam vt animam vindicet ab interitu Deus. cui senior, misericors in te sit Deus, laboresque, atque ærūnas tuas, fili remuneret. Inde quattuor annos apud senem commoratus, dicendi facultatem omnem, Philosophiam, Astronomiam, itemque Grammaticam sibi comparauit, planè vt alterum Chrysostomum diceres. Post hæc autem omnia, Gregorius senior amplexatus, eiq; bene precat' dimisit;

26 Hieroſol. reuertitur.

Igitur Hierosolymā redit Gregorius, excipitur a S. Macario cū egregia lætitię significatione. ibiq; cum annū egisset, non minimū ex illorum *Patrū* virtute, ac sanctitate præstantium conuictu solatij percipiens, Archiepiscopum rogat, velit ipsum dimittere, precibusque iuuare: annuit ille libenter, ceterique viri religiosi. Ita Hierosolymis egressus IV. Idus Aprilis Antiochiam proficiscitur. quo cum venisset, domicilio excepto ab 27 Sancto Eustathio eius Vrbis Archiepiscopo, in qua Sanctus Basilius Magnus Hexameron interpretatus est. & ipse tam egregie de dogmatibus cœpit sermones habere, vt ex Antiochenis sapientibus par esse illi nemo posset, quippe quem gratia Sancti Spiritus ornarat. Annum Antiochiæ iam exegerat Gregorius, summamque iniecerat admirationem sui, atque omnium ore celebrabatur, cum Antistitem, fratresque amplexatus, soluensque Constantinopolim appulit. ibi à quodam excipitur, qui Sanctorum Sergij & Bacchi ædi præerat. repertisque Sancti Chrysostomi libris, peruolutisque, sese ipse miserum ducens, aiebat: hei mihi, quid faciam miser? qui tandem ego malefica hostis vaferrimi machinas de

Antiochiā proficiſcitur.

27

Inde Conſtantinop.

uitem? aut quo pacto multas Chrysostomi virtutes, quæ nulla adūbrari imagine queūt, comprehendere, vel ex innumeris pauca mihi parare possim? verum indignus tamen, sum equidem, qui sanctā hominis, aut tam præclara facinora consequar. sedenim oro, obtestorque misericordem Deum, Patrisq; huius mansuetudinem, benignitatemque, vt quæ à me in dies singulos admittuntur, benigne condonet. Inde constantem præferre tolerantiam, in cantu sanitatem, concinnitatemque, summam item abstinentiam, (nihil enim omninò per totam hebdomadam capiebat cibi, vsque ad sabbatum; ac tum quidem solis oleribus, ac sale nutriebatur) assiduum præterea sacrarum literarum studium, vigiliasque. quæ quidem vti Præfectus aduertit, omnia Archiepiscopo 28 Cōstantinopolitano renuntiat, aduenisse in Monasterium suum Diaconum quēdam, aspectu pulcherrimum, rerum diuinarum contēplationi deditum, vitamque ducentem virtute conspicuam, in librorum lectione versatum, studiosum, & interpretem sacrarum literarum vsque adeò præstantem; vt præter ipsum Antistitem, cuius diuinam, excellentemque sapientiam perspectam omnes haberent, nemo præterea in ea Vrbe reperiri par id ætatis posset. Postquam ea accepit Archiepiscopus, incredibili affectus gaudio, sunt 29 hic, ait, homines sapientes, eos igitur mittamus, qui nihil quidpiam eo suspicante à nobis immissos, quasi per occasionem hominem cognoscant, atque alloquantur, itaque & nobis videre eum liceat: cui Præfectus, hos tu, inquit, domine, noctu ad nos mittito, quando ille intempesta nocte precibus vacat; neque enim libere loqui cū aliquo audet, vsque adeò demisse de se sentit, vitamq; exercet secretam, quietamque. Igitur ea nocte Constantinum 30 accersit Archiepiscopus præfectum chartis, itemque Maximum philosophum, vtrumq; verò Diaconum; abite, inquit, filij, ad Monasterium Sanctorum Sergij, & Bacchi; ibi hospitem hominem nacti, salutate. cumque lectionis tēpus venerit, primum quidem ex vobis alter acceptum librum perleget, deinde quæ Sanctus Gregorius Theologus difficilia scripsit homini legenda tradite. vnde omnino exploratam habueritis ipsius sapientiam, nihil illum in suspicionem adducentes, aut quidpiam offendentes. Igitur Diaconi dictis parent, ad Monasterium abeunt, quo cum aduenere, fores pulsantes ingrediuntur, Gregoriumque inueniunt vnà cum tribus Monachis illud ex nocturnis horis psallentem: Domine, probasti me, & cognouisti me. inde vbi precati sunt viri, Gregorium, ac Monachos honeste, ac decenter salutant, cum autem consedissent, ingressus est etiam præfectus, atque ad homines Patriarchæ familiares: age iam librum accipiat ex vobis alter, legatque ad communem vtilitatem. ibi libro accepto, Præfectus chartis orationem Sancti Ioannis Chrysostomi de Iobo aggreditur. sedebat interea Gregorius quietem animi, demissionemque præferens, quæque dicerent,

28

29

30

Digitized by Google

rent reuerenter attendens, crebris interim in ſinum decidentibus lacrymis. iamque orationem abſoluerat chartis Præfectus. ſurrexero iterum pſallentes monachi, ſtetit autem Gregorius in loco quodam immotus, demiſſo vultu, mentis verò oculis cæleſtia ſuſpicientibus. porro obſeruabant hominē Diaconi,& contemplabantur, ipſius in cantu ſuauitatem ſumma cum animi voluptate audientes, quietumque atque immotum ſtatum admirantes. confecto igitur de more cantu, conſidunt rurſum Præfectus, ac Diaconi 31 Patriarchæ domeſtici, fratreſque itidem ceteri. ſtabat autem Gregorius adhuc in præſcripto loco: cui Præfectus ingredere, inquit, fili, ac lege, & aliquid nobis vtilitatis affer. dicto audit illicò Gregorius, Porro Diaconi librum Theologi, quem in manu habebant illi tradunt. age dum ait Præfectus, abſtruſos, fili, arcanoſque ſermones lege. acceptâ ille benedictione, incipit. nimirum illi multorum locorum ſolutiones ignorabant. Itaque hominem per Præfectū hortantur, velit ſibi eas explicare. hic primo Gregorius priuſquam librum in manibus haberet; ſibi, vt ignoſcerent, precabatur, nihilque præterea reſpondebat. Inde vbi acceptum librum perlegit, aſſident ambo. hic Præfectus, quid tu nobis, Gregori, nihil dum commodi attuliſti, impeditos, difficileſque locos expediens? mihi quæſo te, inquit, Gregorius, parcito: homo enim & ſceleſtus, & rudis ſum. Tandem Præfecto compellente, cœpit ſine libro, iam inde ab initio explanare, ac diſſoluere locos ad vnum omnes explicatu perdifficiles, reconditoſque. Iam verò & alia multa cum illi propoſuiſſent, tranquillo, lenique animo ad omnia reſpondit. Igitur vbi homines, quidquid in mentem venerat, ſatis quæſierant, eum reuerenter amplexari, ad Archiepiſcopum abeunt læti, Deum de his omnibus laudantes, quæ vel audierant in homine, vel viderant. ingreſſi renuntiant Archiepiſcopo quæcumque à Gregorio acceperant, dicentes, vt nobis quidem videtur, Domine, nemo certe omnium eſt in hac vrbe, tuam vnam excipimus perſpectam ſatis, ac dignam beatitudinem, quem videas huic homini parem. his auditis Archiepiſcopus Præfectū chartis poſtridie dimittit, qui Gregorium ad Epiſcopum accerſat, hic triſtari ſummopere Gregorius de cauſſa, quam ob rem vocaretur, indeque quantocyus egredi, ac Romam proficiſci volebat. at verò iuſſus audit. ità ambo iter ineunt, mox vbi ingreſſi ſunt, Archiepiſcopum Gregorius, vt par eſt, veneratus, accidenſque in terram pronus, ſimulq; lacrymans, ſibi vt parceret, ſupplicabat, ac pro ſe Deo ſupplices funderet preces. homine nequam, ac nullius pretij: inde aſſurgens contra Præſulem ſtetit pauidus, ac timens. Ceterum Archiepiſcopus hominem exoſculatus, amplexuſq; per mihi gratus, inquit, ades, fili, verus Chriſti optimi ſeruus. læti excipimus venientem ad nos, peruigilem mentem, atque oculum orthodoxæ, catholicæque Eccleſiæ. Nam vnde huc aduenisti, fili, quoue proficiſci animus eſt, ex vrbe ſancta, inquit, huc appulimus, Domine, ad tua ſancta veſtigia, Romam iturі, dum faueat numen, tuęque preces. Igitur viginti dies Antiſtitis hoſpicio vſus, magnam illi conſtantis patientiæ ſuæ, aſſiduі, ferentiſque orandi ſtudij, ſummæque continentiæ admirationem iniecit. fieri enim vix poterat, vt cibi quidpiam caperet, vſque dum ſabbatum appeteret. Porro noctu, dum què mutuo diſputabatur, multas interim quæſtiones, & exempla in medium adducentibus Patriarchæ Diaconis, chartis Præfecto, & Maximo, quippe ceteros ex Epiſcopis longe præſtantibus. ſed nihil tamen ab his proponebatur, quod ipſis facile non explicaret Gregorius, atque ordine perſuaderet, rem ipſam probe, conuenienterque demonſtrans. inde poſt aliquot dies, per Conſtantinū petijt ab Archiepiſcopo, vt ipſum fauſta precatus dimitteret. is verò Gregorium accerſitum rogat, expectare velit aliquantulum: inimicum 32 hominem in medio 32
tritici Catholicæ Eccleſiæ ſeminaſſe zizania, mandaſſe 33 peſſimum Imperatorem 33
vt collegæ Epiſcopi præſto eſſent ad radicitus euellenda, quæ exſtiterant, zizania: annuit Gregorius. ita pedem efferre, aut ab ſe illum diuelli, interea dum Conſtantinopoli degeret, Archiepiſcopus haud paſſus eſt, quippe eum quam libentiſſime audiebat. impiam igitur hęreſim Gregorio aperit, 34
quæ tum exſtiterat, Sergio, 34 Cyro, & 34
Paulo perniciоſiſſimis auctoribus. ita multas Conſtantinopoli beatus vir edidit cum ad docendum, tum ad laudandum compoſitas orationes, vt vel ad piiſſimi Imperatoris noſtri aures ipſius fama perueniret. Inde poſt multos dies adſunt 35 Epiſcopi, Alexandrinus, Antiochenus, Orientales 36 omnes. 35 36
Romanus 37 verò quippe graui morbo 37
detentus, libellum 38 mittit, propria manu conſcriptum, de ſententia orthodoxorū 38
Antiſtitum, ipſius locum ſeruantium. poſt vbi patrum 39 multitudo, in templum cōuenere, 40 ſedent omnes; magna interim 39 40
in magna, atque adeò prodigioſe condita Vrbe pace vigente. ibi Gregorium Patres hortantur, ſuadentque thronum 41 obtineat Epiſcopi Sardicæ Conſtantiæ Cypri, 41
& ipſe ſiquidem ægrotabat. ita in eam, quæ iam exorta fuerat, hæreſim fraudulentam cœpta diſputatio; multaque ab orthodoxis eo die in hæreticos probata. ceterum Gregorius quaſi omnium viliſſimus nihil adhęc reſpondebat. inde catholici cum ſediſſent, hæretici contra (aderat autem ingens multitudo) ſuperbire, animos attollere, & quaſi alis ſubuehi. ibi tum Sancti Spiritus gratia illuſtrante, Gregorius cœpit quietius agere contra male ſanæ mentis Epiſcopos, dogmatica primum vſus oratione, de ſancta, incorrupta, & inſeparabili Trinitate: partim ijs ad ſingula reſpondendo, partim poſtulando, vt ea, quæ dicerent, demonſtrarēt. Ac 42 tantum ipſi ſapientiæ, tantum in- 42
telligentiæ datum eſt, vt nemo quidem omnium eius turba reſpondere ſatis poſſet ad

In Synodo hæret. conuincit.

Archiepiſc. illum hoſpitatur, pietate ac doctr. eius delectatus.

Digitized by Google

ea verba,quæ de ſacris literis decerpta proferebat. ſic autem hæreticorum oppilauit ora,vt Patres omnes plane obſtupeſcerent talem homini à Sancti Spiritus illuſtratione collatam gratiam. ita non pauci ex ijs, qui principes inter hæreticos videbantur,iam tum cum eos Gregorius per titulos, 43 libelloſque coercuit, ad orthodoxam Catholicæ Eccleſiæ fidem confugere. Ex eo porro die ne mutire quidem aduerſus catholicos auſi ſunt impij, inaneſque,ac fraudulentas voces iactare,quæ tentauerant aſpera, fœdaque euenisſe animaduertentes. confecta porro Sacroſancta Synodo, Gregorio omnes gratulari,benignissimum Deum extollere,qui talem hominem in medium ipſorum præter opinionem immiſiſſet,vt eos curis vacuos, ſartoſque ac tectos conſeruaſſet. res enim haud minimi operis,temporiſque videbatur tam prauas impiorum hæreticorum opiniones conuellere: quod certe vir ſanctiſſimus ſummi Patris,Filijque egregia voluntate, & Sancti, vitaliſque Spiritus aſpirante numine celerrime confecit. quippe intra paucos dies vetus, nouumque teſtamentum vſurpans,Eccleſiaſtica,Rhetoricaque ſcientia probe inſtructus,hæreticorũ vt dixi,prauitatem, impoſturaſquo detexit, eorumque fremitus compeſcuit. Quæ ſane cum multi accepiſſent,vndenam vir iſte,dicebant: Angelum enim oratione æmulari, vel certe de ſanctis illis, magniſque patribꝰ quempiam,plane videtur. At præter ceteros incredibile cepit ex homine gaudium pijſſimus Imperator noſter Iuſtinianus,Senatuſque vniuerſus. eum igitur amplexati Patres omnes, qui ad eam Synodum conuenerant, eique vt iam diximus, gratulati,ad ſuas ipſorum ſedes quiſq; rediere læti,ac Deo gratias agentes maximas,quod eorum à quibus ametur,deſpiciat neminem,& Eccleſiæ Catholicæ incolumitatem, tã egregie tueatur.

43 Pleroiq;ad idem conuertit.

Imperat. & Epiſc. omnes illi gratulantur ſapientiam

Poſt vbi Patres Conſtantinopoli diſceſſere,Archiepiſcopum accerſit Imperator.rogat,vndenam eo appulerit Gregorius, vir enimverò eximius tali,tantaque gratia præditus. cui ille 44 accidens, hominemque veneratus,immortales,inquit, numini gratias agimus,pijſſime Imperator, quod fides tua,ſinceruſque Dei cultus,quem numquam non exercuiti, vnàque cum primis oratio tua, accedente iſtius hominis opera,hæreticorum ora coercuit. Ceterum hic,Domine, externus eſt,ex ſancta ciuitate huc aduenit. Inde paucis poſt diebus, iubet Imperator ad Prætorium accedat Gregorius: audit ille, adeſt. ibi Imperator percunctari vnde aduenerit,ex qua regione,qua vrbe,qua gente. vbi verò accepit ex Sicula illum Prouincia, vrbe Agrigento ortum, Hieroſolymam trãſmiſiſſe,indeque Conſtantinopolim tandem appuliſſe clariſſimã vrbem; felix,inquit,nobis faultuſque ceſſit ingreſſus ad nos tuus,& præſentia.ac debetur quidem Deo laus,quoniam ſuum numen,ac maieſtatem merentibus, ſibique obſequentibus arcana ſemper aperire myſteria conſueuit. verum enimverò,nunc domum multo maxime diuino no-

44

Imperat.& Greg. colloquium.

mini laudes,gratèſque reddendæ,quod tam vtile inſtrumentum hoc demonſtrauit, cuius opera Sancto Spiritu præſertim dirigente, prauæ hæreticorum machinæ molitioneſque perderentur.hæc,atque alia multa, poſtquam cum Gregorio locutus eſt Iuſtinianus, accidit ille coram Imperatore, 45 atque humilis iterum ac tertio hominem veneratus eſt, quem deinde Iuſtinianus ad Archiepiſcopum dimiſit. ibi cum paucos dies immoratus eſſet Gregorius,nuntiat Imperatori per Marcianum quemdam,ſibi iuncta,atque illi perfamiliarem, velle ſe Romã proficiſci, Sanctos,atque omni laude digniſſimos Apoſtolos veneraturum. probatur hoc Imperatori, itemque Archiepiſcopo, poteſtas fit Romam abeundi, ita tamen vt mox Conſtantinopolim reuertatur.

45

Inde igitur diſcedens Gregorius,Romam tandem peruenit 11. Kalendas Iulias. Hic Sanctorum,atque illuſtrium Apoſtolorum ſepulchra pius venerari,ac loca omnia præteriens,cum à Præfecto Monaſterij S.Sabbę cubiculum expetiſſet, inibi diuerſatus eſt, conſcio huius rei nemine;frequentes nimirũ hominum congreſſus declinans, neque temere ſeſe in cuiuſuis colloquium dans. Sed Epiſcopi in Concilium à Pontifice miſſi, Gregorij aduentui anteuertentes Pontificẽ ipſum docuerant,Gregorij virtute,ac ſapiẽtia hæreticorum audaciam petulantiamque repreſſam. interea dum Romæ degit Gregorius,diem 46 obit Agrigentinus Epiſcopus, magnaq; adeò Agrigenti ſeditio coortaturbas agitante populo.atque hi quidem Sabinum presbyterum, contra illi Creſcentinum Diaconum eligebant. Verum 47 Euplus,qui tum forte Archidiaconum agebat, ac pleraque cum vrbana,tum finitima plebs rem diuino potius conſilio aperiendam, ac diiudicandam malebant. igitur delecti ex Agrigentina Eccleſia atque ex finitimis primores, maritimum iter ingreſſi, Romam traiiciunt; poſtulant 48 à Pontifice ſibi Epiſcopum creari. Porro cum ijs vnà & B. Gregorij parens Chariton profectus erat. hæc vt Pontifici renuntiãtur, mandat vt ad ſe homines adeant,adſunt,ſummumque Antiſtitem venerati, hinc Sabinus, quique ab eo erant,inde Creſcentinus, ceterique aſſeclæ conſiſtunt. Namq; Euplus, eiuſque ſententiæ populares homines laici,clericique retro omnes ſtetere. Quibus Antiſtes, quem de vobis Epiſcopum decerni vultis? Ibi Sabinum ſui, contra illi Creſcentinum proclamant. Tum ad Euplum Archidiaconum, Charitonem, & alios conuerſus Pontifex, vos autem,inquit, filij,quid ſuper hac re dicere habetis? quæ veſtra eſt ſententia? illi autem corpus primo in terram acclinantes venerabundi,tum ſurgentes per Charitonẽ reſpondent,neminem ſibi honorem aſſumere;ſed ſiquis vocetur à Deo,eum verò honeſtandum; verumtamen ex diuino conſilio, puraque,atque accepta ipſius Pontificis cõmuniſque Eccleſiæ parentis oratione remgerendam. atque vtinam, inquiunt, is nobis per te Paſtor detur, qui publicè commo

Romam tra ij.it.

46

47

48

do

Digitized by Google

do res noſtras curet. Inde Pontifex ijs, qui à Sabino,itēq; Creſcētino ſtabant,cōſulite, ait, inter vos optime,vt vno omnes cōſilio petatis, quem vultis, & communi ſententia probari,& teſtimonium, vt ſcriptum eſt,habere bonum. ad hæc illi nihil iubentem audiunt, ſed omnia turbis ac diſceptationib⁹ miſcent.igitur impudentem, & iniquam vt videt ſeditionem Pontifex, ira ſuccenſus, inde eos è veſtigio abduci iubet, vt neque iam auderent illuc ad petitionem accedere. Poſt tres autem dies accerſitis Archidiacono Euplo, Charitone, ceteriſque eiuſdē ſententiæ ſocijs,clericis laiciſque, agite,iam inquit, fratres de ijs,quæ propoſita ſunt, veſtram aperite ſententiam: factioſi homines iſti,ac turbulenti, atqueadeò in turbis concitandis principes,omninò fruſtra ſunt,inepti plane,& inutilia moliuntur.Hic Archidiaconus, vnaque Chariton, non ab homine inquiunt Domine in primis venerande,neque adeò per hominem, ſed verò Ieſu Chriſto aperiente res conficienda. quamquam pro ſincero tuo in Deum cultu, aſſiduiſque ad Deum precibus edocere te Deus facile poteſt, quid in nos fieri tandem oporteat. Probatur porrò Pontifici reſponſum,ac laudatur.ſed hac in re cum anxius animi mæſtuſque iaceret,poſt aliquot dies nocte quadam viſus eſt ſibi videre viros duos Apoſtolico plane habitu ſecum hunc in modum loquentes,quid tu iam animi cruciaris ob diſſidentes homines iſtos de Siculo Epiſcopo? nam qui huc ab his deducti ſunt,indigni plane ſunt,qui hanc prouinciam ſubeant. Eſt autem in hac vrbe vir hoſpes pius, Gregorius nomine,qui in Monaſterio S. Sabbæ hoſpitio exceptus eſt. at ſimul homines illos huc aduentaſſe ſenſit, indè ocyor aufugit, latuitque in Monaſterio 49 S.Eraſmi. mitte igitur qui hominem aduocet creatū, què Epiſcopum in Siciliam vnà cum orthodoxis Agrigentinis primo quoque tempore tranſmittito; in eo ſiquidem Sanctus Dei Spiritus acquieuit: atqui & eum locus ille deſiderat.Poſt vbi hæc illi dixerant,ſimulq; hominis effigiem,quæ inter eos erat, indicarant, ſeſe ex ipſius conſpectu repente ſubducunt. ſomno excitus Pontifex, tumenſque conuocatis Abbate 50 Marco, (equippe tū forte ingreſſus in vrbem fuerat) & Eccleſiæ primoribus,quæcumque viderat, itemq; de Apoſtolicæ Eccleſiæ metu narrat. gratulatur viſum Pontifici Marcus; benedictus, inquiens,Deus, qui non amouit orationem tuam,& miſericordiam ſuam à te, ſed tibi per ſanctos ſuos aperuit ea,quæ in ouili tuo peracturus eſſes. Tum Eccleſiæ Archipreſbyter,itemque duo Epiſcopi,qui iam ex cōcilio venerant in Monaſterium S. Sabbæ mittuntur.vbi Gregorio non inuento,Præfectum rogant, ecquid homini factum ſit, qui nuper ibi degeret? ex eo facile cognoſcunt biduo ante è Monaſterio egreſſum Gregorium in 51 S.Eraſmi conceſſiſſe;rem edocti feſtinant: B.Gregorium iam digreſſurum offendunt,quos ille eminus conſpicatus,agnouit Epiſcopos, currenſque in hortum ſeſe in medijs plantis abdidit. igitur ingreſſi homines,Præfectum acriter vrgent vti ſeſe de homine doceat, quem inibi hoſpitio excepiſſet,flagitantes. hic animo, & cogitatione ſuſpenſus ille, paululum vt ſubſtineant, exorat; ſi qua forte hominem exquirens inueniat, itaque ijs tradat. in hortū igitur deſcendens, illum inter olera latitantem videt,ita grauiter indignans, vnde huc, ait,ades obſtrictè criminibus homo. exquiſitus igitur ab eiuſmodi viris,aſcende iam,ac reſponde, criminationeſque diſſolue ſi potes. ea iactanti nihil omnino reſpondet Gregorius:ſed ad aulam dum aſcendit,viros inuenit conſidentes. ſimul autem hominem conſpicantur Epiſcopi, agnoſcuntque accurrentes ad eius ſeſe pedes abijciunt: probe ſiquidem norant quantoperè illum cum Patres omnes quotquot in Synodum Conſtantinopolitanam conuenerant,tum pijſſimus Imperator,eſſent venerati,quem etiam ampliſſimis affeciſſent honoribus.Tum Gregorius dimittere ſeſe,humilia de ſe ipſe prædicare,ſibi vt parcerent ſupplicare.cauſſam inquirere quamobrem ad ſe nullius pretij hominem venerint. qui vbi aſſurrexerant, hominem læti complexantur. tum communis, inquiunt, Parens noſter qui principem in Eccleſia locum obtinet,thronumq; Apoſtolicum,te iam per nos ſeruos ſuos familiares aduocat, ſeque vt adeas, poſtulat, nihil ad hæc ille cunctatur, ſed cum his vna abit. interea Abbas Marcus, multa Pontificè de Gregorio docebat,ipſius ab ineunte ætate vitæ inſtitutum,manſuetudinem,tranquillitatem, vti diuino olim monitu Hieroſolymam illum aduexiſſet. contra verò Pontifex quæcumque is in Conſtantinopolitana Synodo præclare geſſiſſet, Abbati Marco narrabat. nempe vt illic (quod ipſius erat in literis, ac ſanctitate præſtantia) obſtruxiſſet hæreticorum ora. Interea verò dum hæc illi mutuo differunt. Epiſcopi, Gregoriuſque vnà adueniunt.Porrò is ſimul ingreſſus eſt,Pontificis pedibus prouoluitur, quē ille ſanè quam lætus excipiens, Deo gratias agit per quem pleniſſime certior de homine factus eſſet,atque vt audierat, ità & vidiſſet.Inde Gregorius cum ſurrexiſſet, eum benignius exoſculatus Pontifex,iubet aſſidere circumſpectoque homine, facile cognouit lineamenta,quibus illum adumbrarant,qui per quietem apparuerant ſancti viri. Paululum autem cum caput,oculoſque ſurſum reflexiſſet Gregorius, videt ex aduerſo ſedentem Abbatem Marcum,exſilienſque de repente ad eius ſeſe pedes proiecit lacrymās, atque immortales ait,immortali Deo gratias ago,Pater venerande ſalutis meæ cauſſa potiſſima, quo duce regiam omnis diſciplinæ viam,inire,ac tenere licuit. Vere iam quod mihi olim ceciniſti fore, vt iterum te in vita reuiſerem,vt optatiſſimum,ità veridicum effectum reddidiſti.hæc vbi ille,aliaque perorauit,admirari omnes,ac collacrymari.Inde dimitti omnes Pontifex iubet præter Gregorium, Abbatem Marcum duos Epiſcopos,paucoſque alios; mox Gregorium

Apoſt.Pontificē monent de creando Greg.Epiſc.

49

50

51

Greg. fugit honorem

Pontificis ad Greg.oratio

Digitized by Google

gorium ſic alloquitur: Te fili Gregori, Dominus Noſter Ieſus Chriſtus per Sanctorũ Apoſtolorum ſuorum præſentiam vocauit, Sanctæque, ac Catholicæ, & Magnæ Eccleſiæ Agrigentinæ paſtorem præfecit, illi vt populo cæleſtia pabula præbeas: te namq; locus ille deſiderat, vt per te gentis illius reliquiæ ſeruentur. Hic detrectare dignitatem Gregorius, indignumque ſe tanta prouincia dictitare. quem contra Pontifex hortari, Deum vt timeret admonere, multos propterea quod contradicere, ac repugnare auſi eſſent, grauiſſima perpeſsos. rogat ille, paulum modo vt ſuſtineat, exiguique ad reſpondendum temporis inducias exorat. inde vna cum Abbate in cubiculum abeunt, noctemque ipſam inſomnem ducunt. Gregorius autem inde in Hiſpaniam fugere cogitabat; neq; verò dum nouerat patrem ſuum Romæ iam habere cum reliquo populo. igitur monet eum Marcus illuc veniſſe Charitonem cum ceteris orthodoxis ſummoque Pontifici carum in primis eſſe: quod vt audiuit Gregorius, magnum animo mœrorem concepit, ſeque ad fugam Roma capiendam parabat. Quem vt à ſuſcepto conſilio reuocaret Marcus, næ tu inquit, fili, Deum ſic irritare tentas. quippe memoria tenes cenſeo, quid olim tibi beatus ille ſenex præceperit, apud quem quattuor annos commoratus es; is enim omnipernorat (Deo nimirũ de te hominem cuncta docentem) pro Dei in te beneficentia, execrationem, ſi quid auderes huiuſmodi, relaturum. Iam tum acquieuit Gregorius.

Poſt paucos autem dies Siculos adeſſe Pontifex iubet, quid de ſua ipſorum ſalute decreuerint, rogat. cui Euplus Archidiaconus, & Chariton, nos, inquiunt, nihil iam quod reſpondeamus habemus: quod tibi Deus aperuerit, id verò tute perfice. Porro ex Marco didicerat Pontifex Charitonem eſſe Gregorij parentem, id autem occultũ adhuc habuerat: ſed vtrumque contemplãs ſimilitudinem admirabatur. Inde vbi pauci effluxerant dies, Agrigẽtinos omnes aduocans Sacerdotes, Clericos, primoreſque, omnes laicos Agrigento finitimos homines: age inquit, omnes cum monachi, tum quæcumque vrbem incolit multitudo; ad Sanctorum Apoſtolorum ædem cum ſupplicatione concedamus. ſuper quem autem ſignum aliquod diuinitus illuxerit, is demũ vnus eligetur. Igitur vrbs vniuerſa procedebat ſupplex, templumq; Apoſtolorum Principis ingreſſi Gregorium hortantur, vt edito è loco euãgelium edicat, quod dum peragit, magna populum admiratione afficit, miraque voluptate perfundit. ea erat ipſi in legendo ſuauitas, atque oris concinnitas. id igitur vbi confectum eſt, ſurgenſque Pontifex populo benedixit, Ecce 52 tibi columba ab altari aduolans, inſidet Gregorij capiti: rem plane admirabilem, & inuſitatã vident omnes, atque obſtupeſcunt. Neque, adeo Gregorius parentem ſuum latuit, aut quempiam ex vrbe: omnes iam tum hominem dilexere. Neque vero mediocrem concepere lætitiam ipſius populares, & incredibili quodam ſtudio in eum ferebantur omnes Siculi, atque adeò Agrigentinæ prouinciæ frequens multitudo. inde conueniẽtes poſtero die Synodales Epiſcopi B. Gregorium Agrigento Epiſcopum dari conſentiunt. Paſtorem læti accipiunt, Deum omnes dilaudantes, clerus, quiq; ciuitatem accolebãt, optimates. Porro decem ab eius creatione dies Romę commorati, nec ſeſe ab ijs S. Abbas Marcus abduxit, Gregorium ſubinde monens, futuras vt anguſtias, calamitateſque præſenti animo ferret. iam vero cũ nocte quadam à lecto Chariton exſurrexiſſet, cubiculum adijt, vbi S. Gregorius, & Abbas Marcus verſabantur; pulſanſque oſtium, monaſterium ingreditur, offenditque ambos de rebus ad ſalutem ſpectantibus colloquentes: ad eorum ſe pedes lacrymis perfuſus acclinat, ſibi vt precibus ſuccurrerent, rogat, magna de amiſſo filio moleſtia confecto. cui B. Marcus, Ecquid ait, meminiſti enuntiatum olim à me tibi fore, vt filium aliquando in vita reuiſeres? ita ſane inquit Chariton, ſed verò iam tum ego, cum te primum hic vidi, nimis quam aueo nuntium abs te aliquem de meo filio audire. ſed interea patris orationem ſane quam libenter edebat filius. Porrò autem Marcus Charitonem bono eſſe animo iubet, nunquam futurum, vt eius lacrymas, ſiquid incurriſſet incommodi filius, deſpiceret Deus; verumtamen inquit, haud me falſum accuſaueris: natum, vt prædixi tibi, dum vita ſupereſt, aſpicies. Hic Gregorius; viuit ne ait, pueruli mater, quem interijſſe dictitas? viuit Deo bene iuuante, inquit, Chariton, ingentiq; mœrore conficitur de ſublato filio. cui Gregorius, quantum ab illius interitu temporis intercedit? tertius 53 decimus hic agitur annus inquit: tum Gregorius hortari hominẽ, conſolationemque quam poterat maximã adhibere cœpit. verbis primo vſus obſcurioribus. Inde vt rem tandem breui concludam, ſede feſtinus exſiliens, ſuffuſus oculos lacrymis (quippe tetigerat animum patriæ caritas) parentis pedibus aduolutus, mei pater, inquit, obſecro miſerere, nihilque quod in te admiſerim libens condona. iam nunc enim te curis plane vacuum omnibus volo de miſerabili filio tuo ego enim ipſe ſum. mox vbi ſurrexit, patrem arctiſſime dum cõplectitur, fuſæ vtrinq; abundè lacrymæ. vbi a luctu pauliſper temperarunt, hortatur Marcus omnem animo mœſtitiam euacuent, auctori potius Deo gratias agant, qui ipſos iã in vnum cõiunxiſſet. inde gratijs rite à Charitone actis Seruatori Ieſu Chriſto, quoniã quod à Marco olim accepiſſet, effectum iã per eiuſdem preces videret, conſederunt ad primam vſque auroram de animi ſalute differentes. Igitur diluculo omnes ex Agrigẽtina eccleſia Siculi, Pontificem adeunt, accidentes venerantur. quibus ille, en, ait, quã etiamnum exquiſiuiſtis, Dei voluntas aperta eſt, impletaq; : quippe & vos admirandũ 54 ſane myſterium conſpexiſtis, quod hiſce

Patris, & Filij iucunda agnitio.

53

A Pontifice Epiſc. creatur.

54

52 Columba fidẽs Gregr. probatus elect.

Digitized by Google

diebus oculis vestris exhibitum est. Vos interea virum hunc sane quam admirabilem, Deoque in primis acceptum, quasi parentē vos ad optima quæque cohortantem obseruate, & colite. atque ita veremini, vt & amemini. plane vt illi vos dicto audientes vsque præbeatis. Assensere omnes, Præsulique suo se obsecuturos recepere. ijs igitur bene precatus Pontifex, vna que Episcopi, qui ex Cōcilio illic aderant, Gregorium populo commendat: Dominus noster inquiens, Iesus Christus det vobis gratiam id ipsum sapere ad gloriam Dei Patris cum Sancto Spiritu in secula seculorum. cumque omnes, Amen respondissent, eos dimisit, sociumq; 55 addidit Felicem Episcopum, cuius 56 opera Gregorius inauguraretur. tum ad Charitonem, hem tibi, ait, filius, cuius in sinu requiescet senectus tua. sed ea quid sibi vellent minus percepere qui Charitonem circumstabant. Igitur nauim conscendentes Roma soluunt 18. kalendas Septembris. IV. verò idus Septembris in Siciliam cum appulissēt, Panhormum exscendunt. quos 57 Panhormitanus Episcopus vnà cum clero, populoque vniuerso, & monasterijs virorum ac mulierum, perhonorifice, incredibilique lætitię significatione susceperē: namque de moribus hominis vitæque instituto cognorant. vt autem vrbem primum inijt Gregorius, cum in templum iam pedes inferret, Eccè tibi lepra horridus quidam monachus accurrens adest, ipsiusque pedibus aduolutus, clamitansque opem implorat, efflagitatq; sui vt misereatur, à Deoq; precibus exoret, vt eo flagello liberetur, grauissimoq; dolore, quo premebatur, aliquādo leuetur. Cui Gregorius, crede, inquit, fili: nihil enim Deo factu difficile: Verum id tamen ex me accipe iam in nomine Domini nostri Iesu Christi; iam nunc pœna ista lauabere. prædictionē è vestigio secutus euentus. Lepra, qua detinebatur homo, purgatur, factaque est caro eius proinde quasi paruuli pueri, vt alibi in libro Regum proditum est. Hic stupere omnes insolitum rei miraculum, virtutemque supra hominē in subita monachi sanitate; Deum etiam extollere, qui per homines ipsum amantes mirabilia solus ederet.

55 56

57 Ab Epis. Panorm. honorifice susciputur.

Leprosum sanat.

Igitur in proprio Episcopio commorantur, cui ab S Gregorio nomē erat, quod certe olim Agrigentinæ ecclesiæ fuerat. Libertinum appellatum. Tres Panormi dies egerant, ingentes cum Episcopo, ac discipulis lætitias agitantes. Inde Episcopum, fratresque amplexatus Gregorius Panhormo egreditur. iam vento commodum aspirante, flumen intra duos dies ineunt ad octauam horam in 58 suburbium, Emporium nuncupatum. Vbi verò suos aduenisse iam cum Episcopo quodam Gregorio cognouere Agrigentini, ingens repente eos cum admiratione mœror inuasit. scilicet ex duobus, quos diximus, vnum sibi futurum Episcopū sperabant. Præfectus igitur monasterijs laudatissimę Deiparæ sacri, fratresque vnà omnes, ac populus in suburbanis degens, occurrentes Gregorium excipiunt ex naui exscē-

58 Agrigentū peruenit.

Magno populi cōcursu, & gaudio excipitur

dentem, non sine supplicatione, cantuque qui cum in loco quodā constitissēt, manuq; silentium indixissēt, omnes desitere; tū iubet vt Archidiaconus Euplus, verba, quorū initium est, *attendamus*, enuntiet. demū populo beneprecatus, Pax vobis, inquit, & cū spiritu tuo, subiecit circūfusa multitudo. Vt autem Archidiaconus verba illa: sapientia, ceteraq; quæ sequuntur, ita persoluit, accidens in genua S. Gregorius vnam, aut duas potius horas insumpsit in preces. sed solo demum exsurgens, populoq; rursum benedictionem impertiēs, ter in hæc verba vocem extulit: Benedictus Deus, qui facis mirabilia solus, nunc & semper, & in secula seculorum. populi acclamatio secuta. Igitur accessere omnes, ad eiusq; pedes accidentes, venerantur Episcopum à quo mutuo excepti osculo grandiores iuxta ac minores natu, atq; adeò lactentes pueri, impositaq; manu viris, mulieribusq; beneprecabatur Antistes. Inde igitur secedentes, ipsum adeunt monasterium, canentibus interea vocibus haud intermissis.

Vbi in æde Dei parētis, ac venerādæ omnium Dominæ preces fuderat Gregorius, pedemq; iā è tēpli foribus efferret, monachus quidam obuiā it, seque ad Episcopi pedes proijcit venerabūdus. quem certe Præfectus propellens, ad Gregorij pedes accedere hominē vix patiebatur. Verū conuersus ad Præfectū, sine modo, inquit Antistes, ne prohibe, frater; Tū ille: amens est, Domine, loquendi prorsus, atq; audiendi facultate destitutus. ibi grauiter suspirās Gregorius, lacrymansq; ac manus in cælū attollens, huiusmodi orationem habuit. Domine Iesu Christe, cæli, terræq; molitor, qui lepra infectos homines sancta olim præsētia tua emundasti, surdorumq; aures ad audiendum reseraſti, ac linguæ etiam vincula dissoluisti, tute nūc seruum hunc tuum diuina virtute sanato, vt sanctissimum nomen tuum perpetuo celebretur. Hæc vbi perorauerat, apprehensum monachum erigit, atque in nomine, inquit, Domini nostri Iesu Christi, qui surdo mutoq; Dæmoni imperauit, vt ex eo, quod suis ipse manibus finxerat, opere tandem exiret, recte iam loquere, & audi, Deumq; laudā cōditorē tuum. confecta repente res est. exclamare ille vehementer, atq; edicere, magna scilicet opera tua Domine, quæ per virum hunc iustum, qui me quamlibet humilē respexit, edidisti. Porrò hunc cum rogasset Gregorius quotus iam is annus esset amissæ vocis, haud equidem, inquit, memini me loquutum aliquando, aut audiuisse. Hic Præfectus vbi sese ad Episcopi pedes abiecerat, consurgens, vicesimus, ait, agitur annus, ex quo nuntium hic seculo remisit in męo monasterio, sed annum attigerat octauum, quando hic tonsus est. ibi tum ingens omnes inuasit timor, ac stupor, Deumque nemo non celebrabat, quod se per beatum illum virum respici iam ab ipso animaduertunt. Igitur monasterij cœnaculum ascendunt, ijsque qui surdus modo, ac mutus fuerat, ministrat.

Mutum, & Surdum sanat.

inte-

Digitized by Google

Interea mandat Gregorius ex Vrbe per eum diem exeat nemo,ipſe autem in Monaſterio cum remanſiſſet, noctem ipſam insõnis cum reliquis ducunt ad vſq; diluculum; Nam cum primum illuxit,B.Gregorius Epiſcopus,ac frequẽs populi multitudo è ſubvrbio diſceſſere,quos Monachi cum Præfecto ſequebantur pſallentes, itemque clerus omnis,qui cum eo Roma nauigarat. Qui autem ſanitate donatus fuerat monachus ipſos anteibat, clamans ipſe ego ſum ſurdus pridem,ac mutus,nunc iam per Sancti Antiſtitis preces plane valeo. Igitur vrbana multitudo,tribuni,ac principes,populuſque frequens ex vrbe egreſſi Sancto Epiſcopo occurrunt, eumque ad portam iam accedentem venerantur. quos ille contra benedictione impertitos blande comiterque amplexatur. Sed interea 59 Gregorij mater, vna cum ancillis, ac ſenioribus intra magnã vrbis portam ſubſtiterat, dum ille ingrederetur. cum ergo eminus conſpicata, agnouit hominem ex patrio charactere, atque is,inquit,vere ipſe eſt filius meus,quem perdideram:neque porro falſum agnoſco iam 60 beatum 60 illum monachum,qui mihi receperat fore vt viua viſerem filium meum. Iamque propior Gregorius cum circũſpiceret,matrem 61 videt cum vetulis,ancilliſque adſtantem, incredibilique lætitia geſtijt.Mox oculos in cœlum attollens gratias Ieſu Chriſto immenſas agit,quo auctore ſuã ſibi videre parentem licuiſſet.igitur accedẽtes illę accidenteſque ad Epiſcopi pedes, Beatum hominem venerantur,quibus ille ſingulis manus imponens, beneprecatuſq; ſaluete,inquit,Deo quaſi nouellæ agnæ cariſſimæ, quæ curſum ad virtutem egregie perfeciſtis: gratia vobis,& pax augeatur à Deo patre, ac Domino noſtro Ieſu Chriſto Amen.illis ſubijcientibus ad matrem conuerſus,ſalue ait, & tu Domina Theodote, cuius opera mihi lucis huius vſura,& corpus donata ſunt.qui vales? recte illa reſpondit, Deo dante fili dulciſſime: & vero Benedictus Deus,qui te nobis elegit, paſtoremque populi ſui deſignauit. Tum 62 ille carę parentis pedibus prouolutus, eoſque deoſculatus, pro ſe vt precetur ſupplicat,qui multa in illam peccaſſet,eoq; parcere ne deſpuat. poſt vbi ſurrexit,ipſius manus exoſculatur. contra verò rogare parens, ſe ipſam potius precibus iuuaret natus, veniamque commiſſorum parentibus impetraret.

Matri de filio gaudiũ

62

Poſt hæc templum canens aſcendit populus vniuerſus, peractiſque diuinis myſterijs,Felix Epiſcopus, qui Gregorium 65 in ſede locaturus Roma abſceſſerat, videt deſcendentem columbam, Beatumque Antiſtitẽ adumbrantem. nimirum,& Epiſcopus ille dignus erat,cui diuina gratia conferretur. ità cum Sanctum ex Gregorij manibus,& incorruptum 64 corpus,pretioſumque ſanguinem ſumpſiſſent omnes, Deoq; vt par erat gratias egiſſent, corpora deinde ad Epiſcopi menſam curauere. ad extremũ eum amplexati,domum quiſque ſuam repetiere geſtientes,numenque pro eo celebran-

63 Colũba capiti Greg.in ſidere viſa.

64

tes. Poſtridie verò eius diei, feſtus agitabatur venerandæ,ac vitalis crucis exaltationis dies:ità complures, quicumque vel morbo, vel cacodæmone detentos habuere,in templum adduxerunt, quibus manus imponens Gregorius,dicto citius eos liberabat, prorſus vt admirationi eſſet omnibus, planeque ſimilis Sancto Patri noſtro Gregorio Taumathurgo haberetur.quæ cum ita haberẽt, magna tum in vrbe,tum in ſuburbanis vicis omnibus lætitia,& gaudium agitabatur.Porro Epiſcopus,qui cum Gregorio aduenerat perſpectis quæ ab eo edebantur, ſignis,quã maximas poterat Deo gratias agebat,mirabaturq; virtutibus inſignem vitæ rationem, atque conſtantiam. cum autem ſex cum eo menſes egiſſet, ingentemque ex eo conuictu voluptatem percepiſſet,Agrigentino Preſule,cunctiſque ciuibus ſalutatis, acceptiſq; ad iter neceſſarijs inde abſceſſit.

Multa edit miracula

Ciuitatem obit.

*I*am verò B.Gregorius in Ciuitate reſidens,Preſbyteros, Diaconoſque, qui eiuſdẽ eſſent animi,creauit,atque in ſuam quemq; paroeciam immiſit: illud inſuper præcepti adijciens,mandata,vt rite ſeruarent, egentem ne irritarẽt, neu deſpicerent aliqua neceſſitudine circumuentum. At ipſe verò ciues,alioſque monere aſſiduo, inſtruere, ac docere,curare diligenter, nullam,omninò prætermitti viduam, orphanum nullũ, quin eis optime conſuleret.omninò quicumque egerent, ijs verò neceſſaria ſuppeditabat. ſed & in dies ſingulos ab hymnis diuiniſque laudibus nunquam deſiſtebat: ieiunia quoquè vigilias,humi cubationes exercebat,conſtãtiſſime.Porro autem pios quoſdam adoleſcentes aliorumque teſtimonio probatos tres 65 Diaconos creauit,quorum mores, operaque facile perſpecta erant.Eraſimum, 66 inquam, Philadelphum, & Platonicum, qui cum illo plurimum verſantes,miraque eius geſta ſpectantes inſignem quoque virtutibus vitam ęmulati ſunt.ſed aliquot poſt diebus vrbem luſtraturus egreditur Gregorius,ægrotoſque qui in ea degerent,pauperes item ac viduas inſpecturus. ità dum ciuitatem obit, ſiqui forte infirmos haberent apud ſe,eos in platea ſtatuebant,vnde Beatus Antiſtes tranſiturus eſſet,è quorum illę corporibus quodvis morbi genus manuum impoſitione pellebat in nomine Domini Ieſu.ſed illud ſane præclarum.

65

66

Mirac. fulget.

Sabinus 67 quidam presbyter filiolam habebat ſane quam pulchra,ſed reſolutis ante annos nouem Satanæ opera artubus; itàvt iaceret miſera,nec mouere ſe quidquã poſſet, cibumque adeò ipſum alienis manibus quotidie caperet.auditis igitur eius mater ſignis,quæ per B.Epiſcopum edebantur, eduxit & ipſa filiam, quattuor illam vt inanime quoddam pondus deferentibus. Hic verò extra veſtibulum infirmam deponere:ſiquidem illac B. Gregorius iter facturus erat.eo igitur ad Sabini oſtium appetente egreſſa hominis vxor,atque ad B. Gregorij pedes prouoluta, lugenſque ſui miſereatur exorat, ſibique ſi quid in fiducia ipſa deficiat,opem auxiliumque ferat. quid ea opus

67

Digitized by Google

haberet,percontatur Antiſtes. Tum illa rurſus ad Gregorij pedes proiecta,eiuſque miſericordiam implorans, reſoluto iam corpore,inquit,filia mea iacet afflicta,ſeque ipſa mouere omninò non poteſt.Hic Epiſcopus cum de viro mulierem rogaſſet, egreſſus Sabinus procidenſque ſibi eam vxorem eſſe ait: rurſus ille, quot iam ab hinc annis id huic mulieri contigit morbi?nouem reſpondit Sabinus.Igitur B. Gregorius corpus aclinans in genua,huiuſcemodi preces fūdit: Domine Ieſu Chriſte,Deus noſter, qui cælum, terraſque,ac mare, & quidquid in his continetur,condidiſti,reſpice iam in preces famuli tui,meque nunc humilem, atque improbum exaudi, puellamque iſtam Sanctiſſimi Spiritus tui virtute inuiſe. His peroratis exſurgens, ac benedicens, in nomine, inquit,Ieſu Chriſti Domini noſtri ſurge iam atque in pedes tuos conſiſte. ſurgit repente puella: mox ad ſeruatoris ſui pedes accidens,quas poteſt Deo gratias agit, qui per Sanctum Antiſtitē ſuum, cuius puram, ſinceramque ſeruitutem probarat, ſe ipſam iā depulſo morbo ſeruaſſet.Porro eum vrbana multitudo ſequebatur,inuſitata,quæ ab illo edebantur,miracula demirans. Vt autem totam obiuit ciuitatem,cunctiſque quæ vſui forent,bonus Paſtor diſpertijt;in Eccleſiam redijt ad nonam,Clero populoque comitātibus: ſacriſque rite perpetratis, menſam apponit frequenti populo, Sacerdotibus, Cleroque, priuatim que adeò viduis,egentibuſque. atque ipſe panno prēcinctus cum tribus Diaconis Eraſmo, Philadelpho, ac Platonico cuncto populo miniſtrabat.Porrò autem viduis, egentibuſque mater eius cum ancillis ſedulam operam dabat, ſingulorum pedes propijs manibus abluēdo. ſed Chariton è templo minime diſcedebat, ieiunijs,precibuſq; inſiſtens,ſupremoque obſequens numini pannoſa amictus veſte, lectitans,libroſque verſans: cui Gregorius ordine ſingula interpretabatur:atq;adeòDiaconos inſtituebat in lectione,cantuque,atq; interpretationibus ſacrarum literarum, veteris nouique teſtamenti.datum 68 eſt autem & pueris,vt ijs quæ dicerentur, accurate attenderent, admirationique eſsent omnibus non ex vrbe ſolùm, ſed ex Inſula etiā vniuerſa,atque verò quotidie exercebantur

Barentūeius ſanctitas.

68

Vt autem malorum princeps Diabolus purum, ſincerumque perſpexit hominis inſtitutum,inique rem ferens,inuidiaque percitus bellum contra ius, faſque mouit, quo virum iuſtum de throno deturbaret. Namquè 66 Sabinus presbyter, Creſcentinuſq; Diaconus, qui mutuas anteà inimicitias exercuerant,tùm demum in gratiam redierant,id nimirum ſcelerum auctore Satana ſtruente.igitur inter ſe conſultantes,quouſquè tandem dixere, iſti 70 nos pareamus impoſtori, atque venefico, qui ignaros, ac ſimpliciores huius vrbis homines per ſanctimoniam ſuam deludit? ecquid nos latet, hinc eum olim ad gentes profugiſſe,ibique vt accepimus commoratum,nefariam veneficiorum artem penitus hauſiſſe, nunc autē in fraudem inducere mortales,ſeque vt Magus olim Simon,diuinum hominem eſse dictitare,cū Dæmòn ſit? hem neque edit,neque adeò quidquam bibit:nimirum neque Dæmones omninò edunt, neque vnquam bibunt:Hæc inter ſe commentati,vt facinus promoueant, exquirunt ſedulo vrbem circumcurſantes, nefarij conſilij ſocios ex populo inueniunt, atque ex Clericis quidem triginta, eoſque rudes videlicet literarum, quos neq; ſuam ipſorum dexteram, neque ſiniſtram cognoſcere poſſe diceres, ex popularibus autem quinque & viginti. Qui nimirum omnes contra iuſtum coniurarunt, vt eum ex vrbe exturbarent.ac 71 Leucium quemdam crearent, hæreticum, mentitumquè presbyterum,& externum, illuc appulſum ex Concilio Laodicenſi, à quo fuerat ſacro percuſsus anathemate. cuius tamen aduentum Gregorius non adhùc perceperat.latitabat autem apud Theodorum 72 quemdam Exilloſtrium, prope locum, qui Diolus dicebatur. ibiq; quaſi Draco delitescens menſes exegerat omninò tres. videlicet is iuſtum apud illos in inuidiam rapuerat.igitur omnes hi cum Sabino,atque Creſcentino conſilium ineuntes, pecuniam ijs numerarunt,quæ ſatis ad rem videretur,nēpe vt in illum calumniam appingerent. Viderat autem aliquādo Leucium in Oriente Gregorius,cum eoque de diuini verbi incarnatione ad diſputandum congreſſus,repreſſit hominem,audaciamque coercuit, atque in exilium exegit.Hunc igitur, vt iam dicebam, facinoris auctorem ſtatuunt, omni prorſus vel commiſeratione, vel humanitate vacuum, ſæuiſſimum hominem, acerbiſſimum. impium.

69

70

71

72

Maligna in D.Greg. coniuratio.

Erat autem in ea vrbe puella quædam non minus forma, quam impudicitia præſtans,cui nomen 73 Euodia.hanc diligentes 74 impij ſibi,vt obtemperet, cumque ipſis vnà ſentiat, hortantur. habere quod ei confiderent, arcanum quoddam, vnde grandes ipſi venturæ eſſent diuitiæ. id illa quid tandem ſit,rogat. profitere, inquiunt, apud Epiſcopum, tecum illum eſſe verſatū. Hic ſubuereri illa:ac timeo,inquit, hominē, ne forte nulla meis dictis habita fide, quaſi falſa ciuibus pœnas dem:illum enim iuxta atque Angelum venerantur. contra inſtant perditi, minime verò ita eſſe dicentes, ſed ipſis modo conſentiret,ſaluam ſe illam præſtituros. vi tādem adacta mulier improborum hominum,quidquid ij velint, edicturā ſe recipit. interea multa illi agitare, exquirere, quam tandem ineant viam, vt immittere illam in Epiſcopium poſſint. ita nocte quadam in templum deſcendit Epiſcopus, vnaque Euplus Archidiaconus,treſque adoleſcentes Eraſmus, Philadelphus,Platonicus Diaconi, ac duo item monachi religioſi, vt preces media nocte perſolui ſolitas implerent. ſed cuſtodiebant interea ſedulo Epiſcopij fores Tribunus,ac Danatzanus.quos nimirum impij, perditique homines Sabinus,& Creſcentinus cum ad ſuam ipſi ſentētiam allexiſſent,pecunia corruperant. itaq;

73

74

reſe-

reſeratis ædium foribus, vbi quieſcere Gregorius conſueuerat, ſcortum illuc immittūt. ſtatuuntque in angulo domus. confectis igitur precibus Epiſcopus vnà cum alijs in Epiſcopium aſcendit. vbi cum aſſediſſet, librum ſibi dari poſtulat: datur. in eo porro vitam B. Ioannis Chryſoſtomi, vt ceteris virtutib', ità in primis animi tolerantia maximi, perlegere cœpit. Hæc ille dum facit, Deoque gratias agit, obdormierat puella neq; adeò an cubiculum aliquis aſcendiſſe perſenſerat. ità iubet 75 ille lignum pulſet Archidiaco
75 nus ad matutinas laudes: ſtatimque 76 vo
76 catis adoleſcentibus ad templum rurſus cō tendit, precibuſque rite perſolutis, conuenit frequens clerus, reliquuſq; populus, ſic enim monuerat Antiſtes. ergo ad ædes reuertitur illis comitantibus, eius vt doctrinam audirent. id enim erat ei quotidianum opus: ea nimirum vbi è templo dimiſſus fuerat populus, eodem audiente legebat, quæ vtilia forent.

S. virum de ſtrupo accuſant.

Porro autem peſſimi illi, ac fraudulenti conſilij auctores, è reliquo orthodoxo atquè vnanimi populo ſeiuncti, quaſi ſilueſtres belluæ, turbatis animis, vultuque, ac cōtra iuſtum nefaria molientes inter ſe ipſi contuebantur, inſſique de more parere, cūquè paſtore ſuo vna ingredi recuſantes, tandem inſiliunt ſacrilegi Sabinus, Creſcentinuſque, atque alij cum ipſis decem, petulantemque puellam eripientes coram Epiſcopo ſtatuunt: tum clamore, ac tumultu cōplentes omnia, adeſte dum, inquiunt, populi omnes, ac plane improbum Antiſtitis noſtri facinus videte. hunc videlicet dignum exiſtimabamus, & quantiuis pretij virum. ceterum iam nunc Apoſtolico throno prorſus indignum renūtiamus. Hic horrere omnes, & quaſi lapides obmuteſcere. Porro Sycophantæ, manibus in virum ſanctum iectis, in atrium Epiſcopij pertrahunt. iuſti hominis vicem interea dolente, & lacrymāte populo. inde accedentes tribuni, vrbiſq;
77 optimates, ſcortum 77 rogāt, verum profiteatur: an cum ipſa coiuiſſet Epiſcopus? annuit impudica, noctu ſcilicet id contigiſſe ſed Archidiaconus itemque monachi rem vt exploratam haberent, & qua tandem nocte hora facinus patratum? à cœna reſpondit, nimirum ab impijs ità præmonita fuerat. tum verò monachi, Archidiaconus, itēquè tres Diaconi: viuit Dominus inquiunt; falſa enim verò eſt hæc puella. contra verò improbus improborum hominum conuentus: haud equidem vos, aiunt, ſi quid de homine dixeritis, fidem vnquam facietis, quippe ipſius familiares. hic cum à Diaconis vnus Philadelphus propheticum illud vſurpaſſet: muta fiāt labia dolosa, quæ loquuntur aduerſum iuſtum iniquitatem, in ſuperbia, & in contemptione. facto impetu ſacrilegus Creſcentinus adoleſcentem ſub maxilla percuſſit. conſurgit aduerſus impium effuſa multitudo, eiuſque caput petit. nam quid tu, inquit, homo execrande. inſontem cædis?

His dictis in Creſcentinum vno quaſi agmine irruunt. ſed ad populum conuerſus Gregorius, ita omnes hortatur. dimittite iam obſecro, illum, fratres, ac Domini mei & nunc ſane pro libidine rem gerat; eius .n. parens Diabolus ſedulam illi in re præſenti operam præſtat. iamiam verò magnus apparebit miſeri hominis caſus. Sed hic maxime 78 pendebat animi populus, ſecumq; 78
ipſe volutabat, ecquid vera eſſent, quæ ab impijs dicerentur. ita præualuere ſacrilegi, Iuſti in carcerem conijciunt.
ac male ſanæ mentis homines, inſtumque in carcerem conijciunt, compedibuſq; vin ctum aſſeruant. vbi S. 79 Gregorius Lily- 79
betanæ vrbis Epiſcopus incluſus olim fuerat; martyrij denique palma donatus, cum gladio cæſus obiſſet ſub Tyrcano Tyranno. Vniuerſa porro multitudo ciuitatis circa cuſtodiam conueniunt, foreſque ſtantes pulsāt, plane vt aſſulatim effringere eas velle viderentur. Namque alij ferreis vectibus allatis perrumpere carcerē adnitebantur. ea dum agitarentur deuenit ad finitimos rumor. Quare ad flagitioſos, & facinoroſos homines Sabinum, Creſcentinumque, ac ceteros conſilij populares tollendos conſpirant. Quos tamen S. Gregorius etiam, atquè etiam hortabatur, inquiens, ne quæſo vos filij cariſſimi, ne contra hos acerbum quidpiam admittite. Siquidem Domini mei vindicta eſt, fratres, ego verò, vt aiunt, vere nequam homo ſum. ſed populus, nobis, inquit, Pater ſancte, ac filijs noſtris imputentur peccata tua. inſtat ille rogando, ne manus in eos injciant, ſed expectent, ne quando ab illis occidatur. nimirum id ille dicebat, certiores eos facere volens de Chriſti erga ſe beneficentia. Porro Archidiaconum, Monachos, pueroſque ingreſſu prohibuerāt agreſtes belluæ, quo minus cum Gregorio clauderentur. interea dum foris præſtolatur multitudo, gratias Ieſu Chriſto immortales orans agebat vir ſanctus, quod ipſius nomine illuc deductus eſſet. Ecce autem intempeſta nocte, cuſtodiam lux magna circumfulget, Angelus quippe Domini accedens cōpedes repente diſſoluit. atque vbi Gregoriū confirmarat, amplexus hominem abiit. Vltro autem recluſæ ſunt carceris fores. quæ cum vidiſſet multitudo, ſigna nimirum diuinitus edita, ingreſſi ad pedes ipſius procūbunt dicentes: Nunc demum tecum eſſe Deum, vere cognoſcimus. igitur vehementer commoti, prompto ad vnum omnes animo, paratoque ſtabant, aut ad mortem pro iuſto appetendam, aut impijs inferendam. id quod videlicet effeciſſent, ni S. Gregorius rurſus eos cum lacrymis ità obſecraſſet: Tribuni, Optimates, ac reliqua multitudo, oro atque obteſtor vos fratres, ac filij cariſſimi, ne manus in vos inuicem conſerite, innoxiū ſanguinem pro me miſerabili profundētes. meum enim ſanguinem potius profūdi præſtat, quam veſtrum quempiam iniuria quidquam affici. atque ego quidem habeo pro me pugnantem Chriſtum, quem ſemper vindicem experti ſunt ii, qui omnem in eo ſpē poſuere, confidentes fore, vt in manus inimicorum numquam eo volente traderentur.

Ang. carcerē recludit, vincula ſoluit, Gregor. confirmat.

Orat populum ne inimicos vlciſcantur.

Digitized by Google

tur. ad hæc omnes amplexatus, benigne iis precatus, cibo reficiendos dimiſit.

Tum ſacrilegis Sabino, Creſcentinoque vocatis, audite, inquit, quæ veſtra, fratres, eſt de me ſententia? quid hic me concluſiſtis? aut me iam è medio tollite, aut quoquo tandem fert animus ac lubido, mittite: at illi literas 80 ſe ad Exarchum, cui Apoſtolicum

80 Exarchi iniquum iudicium

hoc opus incumberet, dediſſe, qui Antiſtitis rebus accurate diſcuſſis, de eo quod vellet, efficeret. Et verò ad illum ſcripſerant, vt præſto iam eſſet, erat enim apud 81 Philoſophianos neceſsaria, comparans ad nauigationem: Romam quippe nauigare cogitabat. Vt autem Agrigentum aduenit Exarchus, poſtridie iubet omnes in forum, quod erat in media ciuitate, conueniant, ſedenſq; iuſtum è carcere educi mandat. edictum vrbana multitudo omnis conſequitur: qui cum eo loci perueniſſet, vbi reſidebat Exarchus, iubet is Tribunos, primoreſque vrbis aſſidere, atque in iuſtum inquirere; abnaunt hi, ac nos, inquiunt, nec profecto tua cauſsa ſtamus, neque ea ſedemus. ſed inique ferimus iniqua pati paſtorem, patrem, ac doctorem noſtrum videntes qui tam multa per Ieſu Chriſti nomen ſigna dedit in hac ipſa ciuitate, quorum tute oculatus es teſtis, quin & ea facile edixerit vxor ipſa Sabini iſtius, quem alterum Iudam Iſcariotem, proditoremque iure optimo dixeris. Te verò quippe communis Patris noſtri Pontificis miniſtrum, iniquum eſt in talem virum inquire-

82 re, neque porro conſentaneum, huc 82 nullo prorſus aduocato conſilio, coram te ſtare. ſed te potius examinari fas erat. Hæc vti ab Optimatibus accepit Exarchus, male ſibi metuebat, ne quaſi in ipſum ſeditione coorta, trucidaretur. Igitur conſurgens ſacrilegoſque Sabinum, & Creſcentinum aduocans; producite huc, inquit puellam, qui cũ dicitis veſtrum Epiſcopum cõſueuiſſe. Nos enim hunc pium hominem religioſum, & commodis moribus eſſe nouimus, agite dũ ergo, vt probe deinceps cognoſcam quid nam Pontifici Domino meo ſim de homine relaturus. producunt illi puellam, quæ ſpectantibus omnibus pauida tremenſque aſtitit. Rogat Exarchus, numquid verum ſit, quod ipſa de Præſule dixiſſet, ſecum illum concubuiſſe. annuit impudens. hic autem mirum, atrox repente falſam, 83 impudicamque Dæmon inuadit. volutari illam ante omniũ oculos, atque ad Gregorij pedes horrẽdum ſpumare, omnes contra expaueſcere, clamãteſque tum demum credere ſe dicebant, mẽdacia fuiſſe, quæ contra Gregorium iactarentur. Sed impij per ſummam impudentiã nonne rectè iam dicebamus, veneficum eſſe iſtum, atque impoſtorem.

83 Scortum à Dæmone vexatur.

Atque vt rem breuibus expediam poſtulat ab Exarcho Gregorius, ſi velit de rebus

84 ipſius ad 84 Pontificem referat, ipſum interea vinculis aſtrictum cum Pontificijs nauibus mittat, vt dum per tempus liceat, ſaluti conſulatur, neque enim æquum eſt, inquit, nos hic vſque ſtare, dum res noſtra pro vt debet, conficiatur. Iam verò Sabini vxor, itemque filia, & alij complures, quique mutus olim, ac ſurdus fuerat, ad Epiſcopi pedes procidentes deflebant, ſuique vt miſereretur, deprecabantur, malorum porro memoriam, ſi quæ ab ipſis illata eſſent, nullam ſeruaret neque adeò iniurias meminiſſet, quibus ab exſecrandis illis hominibus affectus eſſet. ſed præ ceteris Sabini coniux, ad virũ conuerſa, acerrimeque increpitans; apage, inquit, iam nunc meis ab ædibus abſcedito. quid tu iam contra iuſtum hunc virum inique cogitare auſus ſis, qui per preces tantum filiam noſtram iſto inſpectante populo ſanauit. hinc ergo faceſſe iam, ingrate; haud mihi certe hic mortem ipſam conſciſcam. concidit ad hæc Sabinus, atque inſtar lapidis mutus hæſit. Tum ſic Exarchum Gregorius alloquitur; quoniam 85 arbitrum te, iudicemque contra me nemo conſtituit, permitte ſis abire me in carcerem, compedibuſque vſque coerceri: dum de me diligẽter inſpectes, ad eum plane modum, quo veteres Tyranni. cui Exarchus non ego te coerceri quidem iubeo; ſed qui te accuſant, ij verò te cuſtoditum volunt. Vltro igitur Gregorius in cuſtodiam abit: vbi noctem ipſam inſomnis ducit vnà cum Archidiacono, reliquiſque Diaconis Eraſmo Philadelpho, & Platonico pſallens, multaq; interea ſine libro memoriter efferens, nihil enim omninò ex Epiſcopo efferre licuit.

65

Poſt hæc autem accerſit in carcerem Exarchum Gregorius, ac velim, ait, vnà cum ijs, qui meum ad te nomen detulerunt, Romam dimitti ad Summum Pontificem, qui thronum obtinet Apoſtolicum. arridet hæc Exarcho ſententia; atqui ego, inquit, id iam ago, vt hinc quantocyus emittaris. iam verò veſper aduenerat. Exarchum rogat Gregorius liceat ſibi, dum populus quieſceret, per poſticum emitti vnde proſpectus patebat in mare, ac Pontificijs nauibus iam id noctis è flumine ſoluturis commendari. eum igitur, vnaque Sabinum, ac Creſcentinum, decemque alios educit Exarchus, qui vt ad litus deſcenderunt, naues offendunt iam profecturas. Porro eum parentes proſequebantur. at ille pedibus vtriuſque prouolutus rogabat, ne ſe ipſius cauſſa lacrymis conficerent, Dominum quippe Ieſum Chriſtum minime paſſurum vt in manibus calumniantium ſe gratis relinqueretur. Deum interea precarentur, vt multa, quę admiſiſſet flagitia condonaret. hæc ille dum loquitur, vnũ è nauiculatoribus, cui nomen Procopio, cõpellans Exarchus, Epiſcopum ei commendat, relationemque tradit abſe ſcriptam ad Pontificem contra Gregorium, cum ipſius Exarchi, tum verò iniquorum accuſatorum ſigillo obſignatam. Nec vtrò alium quempiam cum eo ſimul nauigare paſſi ſunt, niſi vnum è Diaconis Platonicum. cum verò iã eſſe nauigationi eſſet commiſſurus Gregorius Exarchum, ſacrilegoſque ſic alloquitur: Attendite quæſo vos qua tandem ratione Dei Eccleſiam adminiſtrare ſtatuitis: neu quaſi apri quidam agreſtes eam deuaſtetis, eaque re prępotenti Deo rationem de hoc

Ad Pontificem dimitti poſtulat.

redde-

Digitized by Google

reddere vos oporteat in die iudicij Hic Exarchus nos,inquit, curabimus pie,riteque vt gerantur omnia, ac pro te iam populus
86 dignum 86 virum delegit, qui in throno collocandus ſit. His dictis acceſſere Archidiaconus,ac duo Diaconi Eraſmus, & Philadelphus Exarchum, perditoſque Sabinum ac Creſcentinum exorantes, liceret eis cum patre,ac doctore ſuo proficiſci. at illi verò neque audire quidem eos impij ſuſtinuere. quare è primo dumtaxat litore clamantes, pro ſe vt preces funderet, Gregorium precabantur. quos ille, bene ijs è nauigio precatus abſe dimittit atque abite iam,inquit, filij,Chriſtus enim vos in ſua charitate ſeruabit. hic illi,dictis tuis,inquiunt,annuat numen Tum amotæ protinus à litore naues profunda nocte.

Diſcedit Romam nauigans.

Porrò ſacrilegi, vnaque Exarchus Gregorium irridere,quaſi miſerum,qui ſua damna nihil quidpiam penſi habens,ea curaret,quę numquam eſſet aliquando viſurus. Sed vrbana multitudo, Tribunique ac primores nihil dum cognouerant egreſſumGregorium, nauim concendiſſe. Diaconi verò in cuſtodiam abeuntes,inibi per eam noctem manſere igitur ſub gallicinium vniuerſa populi multitudo cum Tribunis, optimatibuſque, in cuſtodiam conuenere, Gregoriumque, non inuenientes turbari animis vehemẽter, deplorare,ac contra exſecrandum illud concilium exclamare: ergo paſtorem noſtrum optimum per ſummam impietatem occidiſtis? minime verò,inquit Exarchus, ita res habet,vt cogitatis,ſed à nobis ipſe petita facultate,vltro ad Dominum meum Pontificem profectus eſt. Tum accerſitis illi Euplo Archidiacono,ſociiſque rogant, an vera forent,quæ geſta ab ijs eſſent? idem hi, atque Exarchus, affirmant. igitur populus abrepto igne Sabini quidem, ac Creſcentini Sycophantorum ædes incẽdunt,tum perditos ipſos exſecrandi ſceleris auctores perdere feſtinant. ſed ij fuga ſibi conſulentes in eccleſiam declinant. contra inſtat populus: quibus tamen in templi foribus accurrens Chariton,ſiſtite iam inquit, fratres, ne quæſo vos, ſacrilegorum ſanguine fœdetis manus, ne forte vera videantur, quæ ab ipſis in Epiſcopum obiecta ſunt crimina; vos autem quaſi rei deprehendamini. Parent Charitoni, ab impetu deſiſtunt. interea fugam etiam arripuerat Exarchus, atque ad Philoſophianòrum ciuitatem conceſſerat. igitur Charitonis verba, vt accepit populus, manus quidem abſtinuit ab impio conuentu,neque iam ſacrilegos proſequebantur

Pop.paſtorẽ ſuum deplorat.

Optimates pro Epiſcopo ſuo certant.

Verum de communi ſententia Princeps. Tribunique Syracuſas proficiſcuntur ad Siciliæ 87 Prætorem, atque adeò ad Sanctiſſimum eiuſdem vrbis Epiſcopum, cunctaq; ijs, quæ acciderant S. Gregorio ſuæ ciuitatis Antiſtiti,ſacrilegique populi ſeditionem exponunt:hic demirari cum Prætore Epiſcopus,populuſque vniuerſus: quippe omnes Gregorium perierant, acerbiſſimumque caſum vehementer dolere. igitur poſtulauere a Prætore primores, Tribunique Agrigentini, vt certos homines mitteret, Epiſcopiumque munire iuberet. Tum ille pios quoſdam viros,nempe Paulum cum exercitu ducentorum hominum,Epiſcopus verò Archidiaconum ſuum mittunt. Hi cum Tribunis vnà, ceteriſque Agrigentum aſcendentes, Epiſcopium quam diligentiſſime muniunt. Euploque Archidiacono commendant. vbi diſceſſere homines,coeunt rurſum Sycophãtæ, ſeſe etiam atque etiam ipſi confirmant, factaque conſpiratione ſtatuunt Archidiaconum ingreſſu Epiſcopij prohibere,noctuque per inſidias interficere. reſciuit ille dolos,prauaſque molitiones. ita ea vrbe cedẽs in loco quodam vſque delituit,dum Sãctus, ac Beatus Gregorius rediret. Sabinus autẽ & Creſcentinus ceterique aſſeclæ iniquum, & hæreticum Lencium adducentes in Epiſcopio collocant.ſed Principes,Tribunique per Charitonem edocti Gregorium aſpirãte numine in ciuitatem rediturum, deſtitere.inde agreſtes beluæ eccleſiaſtica munera ex libidine diuidebant,

Romam appellit.

Cum autem Romam vir ſanctus appuliſſet,literas nauiculator, quibus de homine referebatur, Pontifici tradit: quas vt legit, quæque inibi contra Gregorium deferebantur, vt vera,ita contra fas iuſque eſſe ſtatuit. ira in illum ſuccenſus, ne ante conſpectum quidem ſuum adeſſe paſſus eſt, ſed inſigni cum ignominia tractum,in carceres detrudi iubet, grauibus ibi vinculis, ferreoque compede pedes,manuſque deuinctum arctè cuſtodiendum.Hic ille pertractus, & in cuſtodiam coniectus Dei nomen vſque efferebat,gratias identidem Chriſto Ieſu alacer agens,quia per ſanctum nomen ſuum dignũ ipſum effeciſſet,qui mala illa ſubiret, quam nis pauca, ad eleuanda ſcilicet quæ admiſiſſet crimina.interea à carceris cuſtodi nuntiatur,ne vinculis illum ſoluat: ita cuſtodiæ oſtio diligenter munito,vnoque relicto Gregorio,abeũt. Diaconum 88 verò alio quodam in loco cuſtodiri Pontifex mandat.igitur dum in carcere detinetur B. Gregorius ferreo pedes compede vinctus,Ecce tibi dũ preces numini ſedulas offert ſub intempeſtam noctem ingens repente lux locum vndique circumfulſit. ſimulque duo viri, ore vultuque verendi,atque Apoſtolicum præſe gerentes habitum adſtitere Gregorio:ac ſalue,inquiunt,Chriſti ſerue cariſſime, ac noſter Gregori: en hic, Chriſto mittente, adſumus, te vinculis liberaturi,quæ Pontifice iubẽte haud merito tuo ſcilicet indita ſunt. Nos autem & conſtantem patiẽtiam tuam probamus,tibique adeo gratulamur.nimirũ &in hac vrbe multa iam oportet per te edi miracula, Sanctiſſimi Spiritus adſpirante gratia.Tum vincula contingentes è manibus, pedibuſque ilicet eximunt. Hic alacer cum aſſurrexiſſet Gregorius ad eorum pedes accidens,eoſq; exoſculans,Deo, inquit, gratias ago, quod vos præſentes ſenſerim, vos,inquam,Ieſu Chriſti Apoſtolos vere cariſſimos,qui cæleſte lumen per vniuerſum orbem terræ diffudiſtis: nunc autem & mihi famulo veſtro meam humilitatem non-

Põtifex male ab inuidis deceptꝰ eum in carcerẽ trudit.

88

SS. Petr. & Paul. virum ruſtum conſolantur.

dedi-

Digitized by Google

dedignanti,præſto eſtis,animi mei vulnera curaturi: qui verendo numinis throno aſſiſtitis.hęc vt ille perorauerat, amplexati hominem Apoſtoli ex eius repẽte oculis elapſi ſunt. ſed inde digreſſi ad Platonicum ingrediuntur,quem cum inde abduxiſſent, vbi incluſus aſſeruabatur, itineriſque duces præferentes eò vſque deduxiſſent,vbi Gregorius agebat, abiere. igitur vt paſtorem ſuũ aſpexit Platonicus admiratione ſimulac gaudio affectus,diuinam in ſe beneficentiam effert.

Diſcruciatũ adiuboloſolũ.

Erat autem carceris cuſtodi vnigena filius,viceſimum agens annum,quem ſex abhinc annis acerbiſſimus vexabat ſpiritus, itaque diſcruciabat, vt teneri à nemine vnquam poſſet. hunc igitur per eos dies forte prehentum pater,& manibus, pedibuſque, ac collo ad columnam,quæ domi erat, alligatum cuſtodiebat. & porro nocte effractis Dæmon adoleſcentis vinculis, eumque in aera primo delatum, mox in carcerem delecit ad pedes beati viri,qui ſtans decantabat,eum ſcilicet offendere, atque adeò ab oratione abſtrahere tentans. ibi malo correptus Dæmone adoleſcens ſe ſe volutare, ac ſpumas horrendum agere.tum Gregorius manus in cælum tollens, Domine Deus,inquit, cui cœlum, terræque atque vniuerſa creata parent,ab hoc ſeruo tuo Sãctis Apoſtolis tuis deprecantibus, calamitatem depellito.inde Dæmoni comminatur, iubetq; in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, hominem deſerens,erumpat. dicto citius erũpit ſpiritus,adoleſcente quaſi mortuo iacẽte.eum verò dextera prehenſum Gregorius excitatumque hortatur Deo gratias agat Seruatori. Interea adoleſcentis parens exſurrexerat,natumque ſedulo exquiſitum nõ inueniẽs,os cædere, exclamare ſe miſerum, hærere quid filio factum eſſet:omninò eum à Dæmone in gelu,vel aqua ſuffocatum putare.inde vbi circumſpexit, carceris oſtia videt aperta, in eoque ingentem emicare lucem.hic magis,magiſque exclamare,ac ſe ſe miſerum dictitare cœpit, quid enim de homine, ui inibi aſſeruabatur,reſpõderet, non habere. ſed cum forte oculos eo conieciſſet, vbi Gregorius diuinas laudes ſtans decantabat,& filium vnà vidit,Platonicumquè.igitur nato cognito procurrens, cuſtodiamque ingreſſus Gregorij pedibus prouoluitur, lacrymiſque perfuſus, ipſius miſericordiam implorans, gratiamque delictorũ, quæ in ipſum admiſerat;rogatque ſuas manus potius vinculis arceat: tu namque diuinus plane vires,ità Gregorio iam tum carceris cuſtos, miniſtrabat, diuque, ac noctu aſſidebat.

Contractã ſanat.

Inde multo poſt tempore vidua quædã mulier auditis, quæ per Gregorium edebãbantur,ſignis,cuſtodiam feſtina adit,Beatũ hominem lacrymans orat, vnicæ filiæ ſuæ præſto eſſet, quæ ſuſpicere omninò non poterat,quippe ad terram inclinata. Vnius Dei opus eſt hoc,inquit,Gregorius:is demũ verbo ſeruare poteſt,quomodo contractam olim, inclinatamque mulierem erexit, ſed inde profecta mulier, filiam mox adducit ad S. Gregorij pedes,rogatque infimis precibus, exorare pro ipſa ne recuſet. Hic ille genua inflectit, Deoque ſupplicãs, Deus,inquit,qui nihil non potes,ſolus ſanctus,& incomprehenſus,ſolus rerum patrator admirabilium,reſpice iam in preces ſerui tui,puellamque iſtam abdita virtute tua, validaq; ac ſpiritali dextera curato clementius: cunctis, vt pateat, te vnum eſſe miſericordem Deum,teque etiam atque etiam inuocantibus,numquam non eſſe propitium, quoniã ſanctus es in perpetuum:Amen.vix dederat precibus finem,ſurgenſque puellam Chriſti veri Dei nomine benedictione impertierat, atq; vt in pedes recta ſtaret, edixerat, cum ea repẽte incolumis,valenſq;erecta cõſtitit.Tam læto euentu lætiſſima parens,immortalibus Deo gratijs actis, cum filia domum abijt, admiranda plane opera, quæ cum ipſa per B.Gregorium patrauerat De tota vrbe diuulgans.rogabant mulierem familiares, cuius tandem opera ipſius filia tã pulchre conualuiſſet? quibus illa: exteri cuiuſdam Epiſcopi è Sicilia,quem reum fecerunt,atqueadeò carcere detentum. hęc igitur aliaque quamplurima Gregorius, dum vinculis coerceretur, edebat; multoſque adeò curauit.

Exacto 89 autem anno recordatus Gregorij Pontifex, Marcum Abbatem è Monaſterio euocatum ſic alloquitur:haud equidẽ latere te cenſeo de Epiſcopo Agrigentino Gregorio, quemadmodum è Sicilia ad nos vinctus deductus,atque adulterij accuſatus, obſcuro carcere incluſus ſit. hic Abbas vtinam,inquit, in partem mihi liceat Domine vocari cum ipſo; quando ad horribilis communiſque iudicis tribunal ſtaturi ſumus. ad hæc immutato vultu Pontifex, vide ſis, ait, miſſas mihi ab Exarcho Tiberio contra ipſum literas;quippe hunc in Siculis regionib habemus. eas vt legit Abbas ſubriſit,exclamanſque, pro Deum immortalem, inquit, falſa enimverò eſt accuſatio. Verum coerce hominem tamen, quouſque libeat,dum 90 Synodum cogas: tum cuncta tibi de illo manifeſta fient à Deo. is enim magnos illos,&Gregorios patres æmulatur,quos edidiſſe mirabilia prædicamus,quod & perſpectum tibi,communis omnium parens,& exploratum eſt.Equidem,ait Pontifex,ſat ſcio gratiam in eo fuiſſe iam, quam certe nunc per ſcelus miſerum perdidit. Hic ille,nouit, Pater,ſuos Dominus.quid ergo ſubiecit Pontifex, faciamus? quid hic conſilij affers? Audi me,inquit, Domine,tuique ſerui conſiliũ accipe, 91 neque enim de homine nos ferre iudicium poſſumus,niſi Archiepiſcopi Cõſtantinopolitani, itemque pijſſimi Imperatoris accedente conſilio.Quamobrem miſſis in Siciliam literis,cum accuſatores ipſos mulieremq; ,quicum habuiſſe rem dictitãt, huc deducendos curato & habeatur ſane in vinculis interim Gregorius.Atque eum prætereà, quem Epiſcopum ipſi renuntiarunt (quod ſane quam indignum eſt) huc adducant. itaque quod Deo aperiente cogno-

89

Pontifex Marcus Abbas docet de innocentia Gregorij

90

91

Digitized by Google

gnoueris, id verò efficito.

Probatur Pontifici consilium, quare literas ad pijssimum Imperatorem nostrum Iustinianum, Sanctissimumque Archiepiscopum Constantinopolitanum accurate scribit, aduocansque duos Episcopos, qui cum Sancto Gregorio in concilio vna fuerant, datis, quæ ad iter vsui forent, Constantinopolim dimittit. itemq; Principes quosdam duos ad res gerendas idoneos in Siciliam ad eiusdem Prouinciæ Exarchum Tiberium ad commune totius populi optimates, Tribunosque, vt Episcopi accusatores, ac mulierculam, in quam Gregorius incidisse dicebatur, Romam deducendos curent, vt ne vnus quidem ex accusatoribus desideretur, quin etiam vt cum illis vna adessetis, quem ipsi Episcopum decreuissent. ità Roma profecti Principes post Sanctam Pentecosten, in Siciliam peruenere VI. Idus Iulias ad vrbem Agrigentinam. Forte autem & Exarchus inibi versabatur. is vbi iussus literas perlegit, tertioque principes illos procidẽs veneratus est, confecta iam esse ait ex Pontificis præscripto omnia. Porrò autem Episcopi Constantinopolim tandem appulere venerandæ, ac vitalis crucis Exaltationi sacro die, literasque cum pijssimo Imperatori, tum Sanctissimo Archiepiscopo dedere. quibus perlectis, eorumque quæ in ijs scriberentur, vi perspecta, tum verò vehementer de Gregorio doluere, quod in custodia tamdiu habitus esset. neq; adeò persuadere sibi potuerunt rem ità habere, vti à Pontifice per eas epistolas de Sancto, ac Beato viro dicebatur. Paucis autẽ post diebus Episcopos dimitti iubet Imperator, comitemq; illis dat Marcianum 92 Spatharium suum. Archiepiscopus item accersitos Cyzici, & 93 Corinthi Episcopos, Romam indè mittit, quibus etiam adiungi voluit præfectum chartis Constantinum Diaconum, sed coactis prius in Regiam Episcopis, & Marciano, Imperator sic occœpit: ite iam Sancti Patres, iussuque sanctissimi Pontificis, atque huius etiam communis patris nostri, nostræque à Deo protectæ vrbis Antistitis, sanctum concilium aduocate, cumque assederitis Deum inprimis ritè verentes exquirite omnia cum de muliercula, tum verò de accusatoribus: nequid omninò in cuiuspiam gratiam praue facite, sed verò vti veritatis vrget vis, ità rem gerite: quippe hominem calumnijs circumueniunt, quotquot Dei gratissimæ legi nostræ subiacent laici, tradantur; eò siquidem Spatharium nostrum dimittimus. quotquot autem clerici diuino, sacroque Canoni subduntur, deferantur. hominem verò ad me deducite.

92 93 Imperator clarissimos viros mittit ad defendẽdum Greg.

Spatharius grauissimo morbo tentatur.

Igitur egressi Byzantio vterque Episcopus, itemque Spatharius, Romam veniunt. Porrò autem cum decem, & octo stadijs ab vrbe abessent, Marcianus in grauem morbum inciderat, plane, vt moriturus omnibus videretur, quare non mediocris Episcopos, comitesque dolor inuaserat, verum vrgente necessitate Romam ingressi fuerant. Post dies verò decem cùm animam ageret Marcianus, Eccè tibi sub occasum solis mulier cuius filiam sanarat Gregorius, auditis forte quæstubus, eiulatibusque super Marciano, rogabat, & quid sit, quamobrem ità se dolore conficiant: vbi audiuit à quodam carissimum eius dominum iam iam animam exhalaturum, eamque quæstuum; & lacrymarum causam. Agite iam, inquit, vna cum lecto deferte, meque sequimini ducem, virum ego quidem vobis ostendam sanctum, admirabilemque, vnde certa ventura sit sanitas. Interea superuenerat profunda nox, vrgebat porrò eos mulier, vt cubile cum homine tollerent, cumque eoque vnà procederent. Conscendunt illi domum, Dominum circumligant, febris æstu iactatum, lugentemque, prorsus vt quid agerent in se pueri sui, neutiquam aduerteret.

Ad Gregorium defertur.

Igitur eum tollentes in custodiam, vbi Gregorius agebat, intro deferunt, quem vti beatus vir pene exanimem vidit, lacrymis lectum ità rigabat, vt plane deficeret; afflictumque cum semel, atque iterum Gregorius compellasset, nihil ille dare responsi potuit: neque adeò præ doloris afflictatione cognoscere hominem valebat. Hic ad æstuantem accedens Gregorius manibus impositis, pias de more preces dedit. Vnde post paulo Marciani dolor, æstusque sedatus; Eique somnus conciliatus: quem quinquè iam, ac viginti dies, capere non dum potuerat. Id vbi pueri compexere, accedunt venerabundi, atque ad sancti viri pedes prouoluti, misericordiam ab eo, precesque pro domino implorant, ipsi videlicet carissimo. quibus ille; Filij, inquit, quod ille, nobisque fieri voluerit Deus, id verò fiat.

Qui vitam illi impetrat.

Iam intempesta nox aderat, cum illi Marcianum adeuntes, prehendentesque cum febris ardoribus liberum inuenissent, Deum quam poterant maximis laudibus efferebant. Quos cum Sanctus Gregorius interea silere iussisset, dum eorum dominus acquiesceret, noctem ipsam peruigil exegit, Deum vsque rogans, vt hominem sanitate donaret. Idque ad primam vsque auroram instituit. Porrò matutinis laudibus cœptis, vbi ad quinquagesimum psalmum deuentum est, thus adolente Gregorio, exsilit è cubili Marcianus, hominemque contemplatus agnoscit. Inde accurrens, pedesque ipsius amplexans, accidit, veneraturque. Atquè immortales, inquit, Deo gratias ago, qui me tuis id precibus videlicet exorantibus sanitate dignum effecerit. Igitur cum eo Marcianus, vnaque pueri canebant, extollebantque seruatorem omnium Deum, iamque absolutis laudibus consedere.

Digitized by Google

Hic mirari vehementer Marcianus quam tenebricoſo in loco vir ſanctus incluſus delitesceret. Cui Gregorius, qui vales, ait, Domine Marciane ſerue Chriſti? qui longum ſane iter noſtra vnius cauſſa confeciſti vnà cum Sanctiſſimis Epiſcopis, duriſſimo tecum ob ſcelera mea labore fractis. Pulchre, inquit, Marcianus in præſentia, precum tuarum opera ſcilicet. Ceterum Orientales Epiſcopi, quos comites habuerat Marcianus, ipſius domum adierant, Spatharioque non inuento ſuas 94 ipſorum facies cædere, acerbiuſque deflere caſum, ac dicere: hem quid malum nobis accidit? vbi tandem is eſt, qui iam nobiſcum erat, Marcianus? quid miſeri, cum in Patriam redierimus Domino noſtro Imperatori de homine reſpondebimus ipſi cariſſimo? hæc illis iactantibus, ecce tibi de pueris vnus adeſt è cuſtodia, atque omnem, ait, ex animo dolorem abigite: diuino ſiquidem beneficio, precibuſque illius Epiſcopi, qui in cuſtodia habetur, de quo vos huc iudicaturi aduenistis, Dominus meus viuit, valetque pulcherrime, cum eoque ſimul incarcere manet, neque adeo abeſſe quid quam ab homine ſtatuit. Hæc vbi præſules accepere, diuinam extoliunt beneficentiam. inde in cuſtodiam, puero comite recta contendunt, ingreſſique B. Gregorium inueniunt, Marcianumque cum pueris, atque eum, qui teterrimo, quo vexabatur Dæmone, liberatus fuerat. igitur hominem conſpicati agnoſcunt, feſtinantesque ad ipſius pedes accidunt, ac benedicunt: Domino es, inquiunt, Gregori, qui Ieſu Chriſti gratia, ſanctique ſpiritus aſpirante numine, morbis mederi inſanabilibus poteſt. At ille, ſaluete & vos in Domino, omnes catholicæ Eccleſiæ columnæ, ac ſolidum firmamentum: quid huc vos Domini, ad humilem, abiectumque hominem quippe Domini mei Apoſtolicam hanc ſedem tenentis iudicium ſatis erat, ſiue iuſtum ille me, ſiue reum decernat. Ad hæc Epiſcopi, quam vellemus, aiunt, tecum vna, Sancte pater, in extremo iudicij die damnaremur. Rurſus ille ſibi vt parcerent, poſtulabat, homini nefario.

His dictis aſſident illi, horribilemque carcerem admirantes, rogant quamdiu in vinculis detineretur? Vnum inquit, atque alterum annum, & menſes quatuor exegimus. Indignari Epiſcopi, ac ſuccenſere Pontifici, qui tamdiu diuinum hominem non inuiſerit, neque adeò de rei veritate, ac firmitate quærere accuratius voluerit. ità cum ipſi, tum Marcianus educere Gregorium è cuſtodia volebant. quod ille recuſans, vſque dum, inquit, aduenient, qui meum nomen detulere, meaque vobis explorata ſit res, qui fieri poteſt vt hinc egrediar? cum præſertim nullum eſſet Pontificis compromiſſum. Igitur ad Pontificem adeunt omnes; cui Marcianus, omnem ediſſerit miraculi ſeriem, quemadmodum ſanitate protinus a Gregorio donatus eſſet, quomodo in lecto delatus ad cuſtodiam veniſſet prorſus ignorans. Tum è pueris ſuis vnum aduocans iubet iterum de muliere narret. Rem ille, vti acta fuerat, exponit. Allocutam ipſos mulierem, eamque mox ad cuſtodiam vſque ſecutos ſe, tùm verò Marciano manus impoſuiſſe hominem, effeciſſeque vt is, qui, quinto iam ac vigeſimo die præ capitis grauedine, qua afflictabatur, ſomnum capere numquam potuiſſet, morbo fugiente conualeret.

Hæc vt 95 inaudijt Pontifex ſancti viri facinora, vehementer obſtupuit, animoque concidit. Eum ſiquidem quaſi vnum quempiam è Sanctis Vrbis vniuerſa venerabatur. Per 96 eos verò dies decem ligna perpulchra quidem per flumen inuecta fuerant, ad ſanctam, ac venerabilem Sanctorum ac Principum Apoſtolorum Petri, & Pauli ædem perferenda. Quæ vbi ad medium flumen tranſuecta ſunt, reſtitere, quaſi ferro plumboue firmata, lateraque fluuij ita cinxere, vt ingredi nauigia, vel egredi minimè poſſent. quarè non mediocris certè ſuper hac re Romanos dolor innaſerat, ſæpiuſque cum Pontifice, non ſine ſupplicatione, deſcenderant. Neque adeò mouere quidquam ea potuerant. Ità ciues de communi ſententia, Oremus, inquiunt, virum hunc ſanctum, vt certè per ipſius preces ligna illhæc trahi facile queant. Ceterum Pontifex cruciabatur animi ſuper hoc, neque verò Orientales Epiſcopos rem celatam voluit, quippe Sancti Spiritus gratiam & ipſi participarent. Porrò illi Pontificis narrationem admirantur.

Poſt paullo principes adſunt cum Epiſcopi accuſatoribus, ac puella: cumque ipſis vna duo ciuitatis Tribuni, & Archidiaconus, itemque Eraſmus, Philadelphus, ac Diaconi, frequenſque multitudo. Quod vbi Pontifex reſciuit, mittit qui Orientales Epiſcopos, & Marcianum vocent, quippe hi cum Beato Gregorio quaſi addicti in cuſtodia verſabantur, aderatque inibi Abbas Marcus: qui, venere, inquit, ij, qui Gregorium Epiſcopum accuſarant? Affirmant illi audiſſe ſe de hominum aduentu (erat autem paraſceue, cum aduenerant) Igitur Pontificem ſic alloquuntur Epiſcopi, iube ſis Epiſcopos coire omnes, ac ſi Dei voluntas tulerit, die ſecundo decernito, tum verò ſedentes de homine inquiremus.

Hic Abbas Marcus, væ inquit accuſatoribus illis cum in præſenti, tum verò maximè in futuro ſeculo. cui Pontifex, tu quidem vnus (pace tua dixerim pater, iſtuc tuis. Tum Epiſcopi,

De Gregorij ciuitate, & mirac. Pontifex edocetur.

& Mar-

& Marcianus, audi iam, Domine, cum ipſi nos, tum hæc vrbs vniuerſa beatum hunc virum exiſtimamus,miramurq; eum abs te vno coerceri. Inde turbati animis abſcedũt muſſanteſque hæc inter ſe loquebantur: inuidia nimirum ſtimulatus Pontifex, vera quæ afferunt, de homine teſtimonia, non accipit. omnes autem illarum regionum Epiſcopos coegerat Pontifex. ceterum accuſatores iuſſit diligentiſſime cuſtodiri. Iam verò Tribuni, Diaconi, ceterique vti cognouere vbi S. Gregorius ageret, ad eum in cuſtodiam proficiſcuntur. ibi porro & Orientales Epiſcopi, & Spatharius erant. eò cum acceſſere, manus, pedeſque ipſius amplexati, lacrymiſque perfuſi: nos, inquiunt, gratias agere numini par eſt, qui nos à cariſſimo noſtrorum animorum parente omninò arceri minime paſſus ſit. noſque adeo, vel viuere tecum, vel pro te mori, noſtrumque ſanguinem profundere pro vno, atque acerrimo veritatis propugnatore parati ſumus; multus nunc tua cauſſa, pater, in vrbe luctus, de te viduæ, egenteſque, quos mirum tenet deſiderium tui: hæc aliaque cum lacrymis detulere. ad hęc Epiſcopi, Marcianuſque lacrymari, admirari.

Concilium cogitur pro Gregorio.

Altero verò die conſidere Pontifex concilium iubet in paruo quodam tribunali, in ædeS. Hippolyti, prope carcerem, vbi S. Gregorius erat. igitur Epiſcopi omnes cum ſupplicatione deſcendunt. erant 97 autem omnes numero centum quinquaginta, tum qui ab Oriente aduenerant, tum Præfectus 98 chartis, itemque indigenę monachi omnes, ac Sacerdotes, populuſque frequentiſſimus, vt locus eos vix caperet. igitur ingreſſi Pontificis benedictione impertiti aſſident. mandat ille interea S. Gregorij accuſatores adeſſe. adſunt decem ſupra centum in Sacroſancti Concilij conſpectu: Porrò Diaconus Patriarchalis, qui & Prędectus erat chartis, Conſtantinopolitani Archiepiſcopi vices obibat. iubet 99 igitur tres Epiſcopos, Presbyteros prætereà quinque cum Abbate Marco dimitti, qui virum iuſtum è cuſtodia euocent. maturant illi iuſſa, cuſtodiam adeunt, Gregorium legentem inueniunt. erat quippe ſecunda diei hora, vbi mutuo inter ſe venerati ſunt, renuntiant illi ipſius in Sacro Concilio aduentum expectari. Sed S. Marcus ſalue, inquit, athleta optime, 100 percutere, 100 & vince, vt alibi ſcriptum eſt. ita egreſſi recta abeunt ad Concilij locum. quò cum aduenisſet Gregorius, ter ſe ſe in terram acclinans, conuentum veneratur: tum vbi ſurrexit, in Epiſcoporũ conſpectu tacitus, tremenſque ſubſiſtit. Porrò autẽ Orientales Epiſcopi, Archidiaconuſq; temperare lacrymis haud potuere, ſanctum virum adſtantem animaduertentes: accerſitis ergo Pontifex ſacrilegis Sabino, Creſcẽtinoque, ac ceteris aſſeclis; quid eſt, inquit, quod in veſtrum antiſtitem criminationis infertis? inuentum ab ſe reſpondent impij cum puella coeuntem. vos, ne ait, ille id ipſi vidiſtis, an verò puella narrante, didiciſtis. Rurſus illi impudentiſſime, ingreſſi, Domine, inquiunt, ipſum de more veneraturi, mulierem offendimus in hominis cubiculo dormientem; quam prehenſam quærimus; verum illa haud inficiatur; idemque adeò Exarcho ipſi, frequentiſſimoque populo præſente, de nefaria cum homine coniunctione confeſſa eſt; ac propter iniquum facinus iam tum nequam in eam ſpiritus dominatus eſt. Hic Orientales Epiſcopi, imprimiſquè Ancyranus, iniqui, diriſq; à Deo imprecationibus deuoti, Iudaici ſenſus homines, quid hoccine iniquitas veſtra, an iuſti huius hominis pietas fecit? at impij contra, producite in medium, Domini, cadentem, ſpumantemq; puellam, inde vt pernoſcatis quemadmodum ipſum coarguet. miſſi igitur, qui puellam deducant adeſt in concilio, duobus ex nefaria coniuratione illam tenentibus, vultu immutato; prorſus vbi gẽtium eſſet ignorat.

Ibi à Sabin. & Creſcent. accuſatur.

Tum Pontifex rogat verum edicant; nullam ſe puellæ fidem adhibere; quid enim malo iactatur dæmone furenſq; examinetur? & vos, inquiunt ſacrilegi, à nefario iſto quęrite, qui facinus fecit, de ſe vt eloquatur. Hic ille vt circumſpexit, ſurgentes, ait, in me teſtes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me; retribuebant mihi mala pro bonis. Verumtamen id vobis, Deus, fratres, pro ſua benignitate condonet. hæc eo dicẽte, peſſimis ab inferno ſpiritu exemplis diſcerpitur mulier, atque ad Gregorij pedes ſpumans, lacrymanſq; volutatur. tum Beatus, ac diuinus plane vir, oculis in cælum ſublatis horam tacitus inſumpſit in preces, omnium oculis in orantem intentis. igitur vbi orauerat in nomine, inquit, Domini Dei, ac Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, ſanctorumque ac Principum Apoſtolorum accedente deprecatione, ſanctorum item omnium iſtorũ patrum, impure Dæmon egredere, diuinæquè dexteræ opus ne iam vexato, vt reſipiſcens puella, verum de me profiteatur. Tum ille dilaniata prius puella, de repente exſilit, ea interim, quaſi iam animam exhalaſſet, iacente. quam tamen manu prehenſam Gregorius excitat: ſtat illa, cunctis inſpectantibus. rogant, ecquod ipſi nomen? Euodia, inquit. ac chartis Præfectus, ecquid noſti, ait tuæ ciuitatis Epiſcopum? Tum verò mulier ità Domine, notus mihi vel maxime is eſt. ępius enim tranſeuntem vidi, vrbanoſqu pauperes inuiſentem, viduis item, atque orphanis neceſſaria præbentem. quin & ipſa ego miſera ſtipem ſemper accepi à miniſtro quodam ad id conſtituto: rurſus illi, nũ hominem noſſet turpiter ſecũ aliquãdo verſatũ, rogant. hic alte ſuſpirans mulier, oculoſq; ſuffuſa lacrymis, elata voce, viuit Dñs exercituum, ait, haud equidem ſic, vt dixiſtis noui vnquam hominem iſtum mecum conſueuiſſe. ſed verò qui hic adſtant Sabinus, Creſcentinuſq; bene magnam mihi pecuniã largiti ſunt, vt per ſummam iniuſtitiam hominem quaſi flagitioſum, vt ipſi dicebant, traducerem, malo ſcilicet iniquorum hominum dolo capta. Ea re rependat ijs Dominus Deus ſcelus animæ meæ, duos quippe

Mulier interea à Diab. diſcerpitur.

Sed à Greg liberata calumniã ſuã accuſat.

Digitized by Google

annos, & menſes ſex malo correpta dæmone torta iam, afflictaque ſum. hæc vbi peroranit, Epiſcopos omnes circumſpiciens, cũ oculos mox in S. Gregorium coniecisſet, agnouit hominem; accurrenſque ſeſe ad illius pedes abiecit, lacrymanſq; ac vocem vt poterat, intendens, miſericordiam ſibi humili mulierculæ, veniamq; implorabat: conſilium profecto dicens contra ius faſq; aduerſum te datum ſecuta ſum. viuit Dominus Deus meus, haud equidem è pedibus vnquam tuis conſurgam, donec mihi iniqui facinoris gratiam feceris. quarè ne tu Pater ſancte cogitatione, aut memoria repetas, quæ iamdudum in te mala patraui.

Hæc diu mulier; cui vir ſanctus: haudquaquam in nobis, vt putas, eſt veniam polliceri, ſed opus id eſt videlicet vnius miſericordis, atque hominum amantis Dei, qui & cruciatus noſtra cauſſa vltro pertulit; carniſq; morbos nouit, quippe eam vt condidit, ita & indutus eſt. Verum ipſe tamen, mulier, nobis pro votis noſtris ignoſcat; noſq; adeò ab omni ſcelere reddat immunes. ipſe enim eſt, qui tollit peccata mundi. Inde prehenſam erigit. Hic expauere omnes, quotquot in Sacroſancto Concilio aderant, dicentes benedictus Deus Patrum noſtrorum, qui talem ſibi deligens operarium, in orbem terræ protulit extremis hiſce temporibus. Tum verò inde ſecedentes, templum adeunt, vbi ſacro peracto corporeq; ac ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti refectis animis apud Pontificẽ eo die corpora recrearunt Orientales Epiſcopi, Spatharius, & Præfectus chartis; Gregorio interea quamuis modico pane, oleoque minime conditis oleribus abunde ſufficientibus. Inde autem egreſſi cum Epiſcopis vna manſere Gregorius, Spatharius, chartiſque Præfectus. noctem porrò ipſam pervigiles exegere tantamque omnes gratiam admirabantur. qua nimirũ indicante, Sanctoque ſpiritu illuſtrante, Gregorius fuerat inſignitus. vbi illuxit, Pontificem omnes viſuri adeunt ad venerabilem auguſtamq; ædem Sancti, & Apoſtolorum Principis Petri, & Pauli. igitur ſummum Antiſtitem venerati in magno 101 quodam ſuggeſto quod ab S. Andrea Apoſtolo nomen habet, conſedere. Populus verò Agrigentinus vniuerſus, duo item Tribuni, & Archidiaconus cum Eraſmo, Philadelpho. Platonico eò quoque conuenerant. Porrò autẽ impij, & iniqui accuſatores in cuſtodia detinebantur. Eos ergo Pontifex Epiſcopis conſidentibus, adduci in medium iubet, ipſorum de rebus, vt inquiratur. quos, vbi coram ſancto cõcilio adſtitere, ſic alloquitur, quæ vos perditi, ac miſerabiles homines impulit mala mens, vt virum hunc iuſtum inſimularetis? quem certe multa edẽtem ſigna vos ipſi vidiſtis? an verò neſcitis, quemadmodum diuina olim gratia, virtuſque ipſius caput vobis aſpectantibus adumbrauit? atquè ipſo volente Numine veſter & paſtor, & doctor vnus creatus fuerit? at infelix Sabine, quid tu filiæ tuæ per ipſius preces extẽplo redditam ſanitatem oblitus es? Nam & ipſi vos oculati teſtes omnes eſtis, mutã olim ſurdumq; illum monachum linguæ auriumq; vſum, eiuſdem opera recepiſſe. Hæc ille locutus, Felicem, Italiæ Epiſcopum iubet, quæcumque tum ipſe viderat edita per Gregorium ſigna, cum ad eum Agrigentum reſtituendum dimiſſus eſt, omnia percenſere. Tum aſſurgens Felix, quæque in eam rem nouerat, exponit omnia. Hæc vti accepere Orientales Epiſcopi, Diaconus, Præfectus chartis, ac Spatharius perſuaſi nouã & inopinatam viri narrationem vehementer admirantur, obſtupeſcunt. nondum iſthæc Epiſcopi à quopiam audierant. Igitur Pontifex accuſatores iubet, ſiquid ad ea reſponſi habeant, proferant, edicantque quid velint. Qui cum nihil haberent, quod reſponderent, abiecere in faciem ſeſe, atqui ad luctum lacrymaſq; cõuerſi miſericordiam implorant, peccaſſe ſe, ac contra iuſtum virum iniuſte feciſſe. Inde ſecerni eos Epiſcopi iubent, clericos à laicis in eoſque demum concilium vniuerſum cum Papa tulere ſententiam, & 102 Sabinus quidem vt in Hiſpanias exſularet, reliqui verò clerici Rauennam, erant autem hi, vti dicimus, triginta. laici 103 verò octoginta, noſque definitum eſt Baſchanos 104 abire. Laicorum porro aliquos in vincula conijci atque ex piæ legis præſcripto ſubiacere ſpathario rius iubet. qui cum à militibus in carcerem ducendi regerentur, mœſtis, ac flebilibus vq cum maxime vocibus ab Dei ſeruo miſericordiam exorare cœperunt. neue ipſos in alienorum manus traderet, ſed Sacroſanctã tam Synodum, eumq; qui ab Imperatore erat, pietatis ſtudioſum hominem pro ipſorum ſalute rogaret: nefarij ſe quidem facinoris reos, verum in præſenti certe parcoret. His Gregorius auditis, faciem cedere atque illacrymare vehementius cœpit, tum Pontificis, itemque Orientalium Epiſcoporum pedibus aduolutus, orare: audite quæſo vos Domini mei Patres, atque in Sacerdotio ſocij, exaudite me famulum veſtrũ: neque verò ab iſtis pro me pœnas repetite. vnius quippe Domini vindicta, vti ſcriptum eſt, mihi vindicta, & ego retribuam, dicit. Illo minus. atque ipſi flectetur omne genu cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. Nunc autem coetum omnem diuinitus coactum exoro, nihil vt mali mea cauſſa hominibus accidat. Equidem ego, quippe miſer, dignus ſum, qui omnibus excrucier pœnis. Rerum namque omnium conditor Deus quæ admiſi, leni iam, benignoque animo tulit, meamque iniquitatem clementer operuit. cuius vos exemplar inſpicientes, & hos ſaluos incolumeſque ſeruate. Ad hæc Epiſcopi ac Pontifex continere lacrymas haud valentes, ſiquidem tute dicebant, non minus atque ipſi, eos poſtulas immunes eſſe malorũ. nihil eſt iam cur laboremus. vere vtique id ſcriptum eſt, vnius Dei eſſe vindictam. ita iubetur, eos à militibus dimitti, iterumque in vnum omnes congregari.

Eccè 105 autem dum illi vnà ſunt, ingens repente procella, nimbuſque locum vbi

Iniqui accuſatores reſiſtere miſericordiam implorant

102

103

104

105

Dei vindicta in accuſatores nefarios.

vbi conſtiterant, inobſcurat. ventus autem è terra erumpit, ciueſq; obducit tetra caligo, plane vt omnes aſſererent labem feciſſe terram, atque impios abſorbuiſſe: cunctaq; Synodus protẽſis in cœlum manibus exclamaret, ſuppliceſq; ad miſericordem Deum voces tolleret. ad extremum non multo pòſt, diſciſſa, quæ ſuper eos incubabat, caligine, viſæ eorum facies nigræ: atq; aliorũ quidem totæ, Sabinus verò & Creſcentinus alijq; non pauci non facie ſolum apparuere nigra, ſed eorum etiam ita depreſſa ſunt labia, vt illa conſtringere ad loquẽdum vix poſſent. hoc diuina indignatio in impios accuſatores deſæuijt ſigno. Quarè concilio vniuerſum acclamans, nunc cognouimus, inquit, quoniam ſaluũ fecit Dominus Chriſtum ſuum: & exaudiuit illum de cælo ſancto ſuo: in potẽtatibus ſalus dexteræ eius. magnus Dominus noſter, & magna virtus eius, & non eſt inueſtigatio conſilij eius. vere magnus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis. Benedictus Dominus Deus noſter, qui cuncta ad vtilitatem agit. ipſe enim nouit diligentes ſe, eoſq; ſeruat, ac liberat de manu inimicorum, & de angu ſtijs omnibus. ipſe iuſtos efficit, ipſe aperit myſteria, ſeruatq; timentes ſe in veritate, ac pro ijs mature vindictam ſumit. quoniã dieſq; ac noctes ad eum clamant. His peroratis ad Gregorij pedes prouoluti dicebãt, ora pro nobis pater ſancte, tu namq; in extremis hiſce temporibus vnus patientiæ cultor, Chriſtiq; ſeruus, ac diſcipulorum eius extitiſti. quarè etiam atq; etiam obſeramus, preces pro nobis offeras ad Deum tuas. contra ille ad vniuſcuiuſq; pedes accidens, veneranſq; ſingulos, Vos mihi, inquit Sancti Patres, veniam date. Ego enim ſum vermis, & non homo, opprobrium hominũ, & abiectio plebis. veſtras potius miſero mihi preces expoſco: Hic amplexati hominẽ cuncti oſculo ſancto. vniuerſa quippe vrbs, viri, mulieresq; atq; adeò lactẽtes pueri conuenerant, admirandi, quod in nefarios accuſatores editum fuerat, prodigij fama percrebeſcẽte, mirabanturq; vel maxime, vbi nigras aſpexere hominum facies.

Põtificis in eos ſermo.

Inde autem aſſidẽtibus rurſus Epiſcopis, aduocantur accuſatores, mox ante concilium ſiſtuntur. Hic Pontifex in eos acerbi inuectus, audite, inquit, hominum miſerrimi, eccè iam ſimiles facti eſtis Diabolo patri veſtro, quem videlicet ducem habuiſtis ad iniuſtam in iuſtum hominem iſtum accuſationem. Iam nunc vos, nepoteſq; veſtri, quotquot inquam hoc ſigno, quod quidem hic diuinitus decretum eſt, conſignati à vobis in ciuitate naſcẽtur, Epiſcopis in Catholica illa Apoſtolica, ac magna Eccleſia deligendis vſq; ſeruẽtis. Quiſquis autem Epiſcopus rerum à vobis geſtarum conſcius è genere, ac ſemine veſtro quempiam ad Sacerdotium euexerit, nimirum is à Sanctis Apoſtolis, præſẽtibus item ſanctiſq; viris, qui ad ſacroſanctã iam, atq; œcumenicã conuenere concilia, ab Eccleſiæ communione ſeclusus eſto. Siquis autem ex futuris Epiſcopis Agrigentinis decretum in eos noſtrum ſpreuerit, atq; obſeruare recuſauerit, Presbyterumq; aut Diaconum, aut Clericum ſui generis quem quam creauerit, iſq; vel laico rerum Eccleſiaſticarum aliquid crediderit, ſacer eſto, pœniſq; inferorum deuotus. His ter ab vniuerſa Synodo acclamatum anathema, anathema, anathema. Tum S. Gregorio, manda ſis, inquiunt, de his, atque homines hinc dimitte. ita duos ille Tribunos, primoreſq; vrbis, aduocans, accuſatores ijs tradit, adijcitq; iſtos vos homines in veſtram vrbem deducite, ac ſuas in ædes, vſque dum ſtatuerit Deus, reſtituite: nos autem illuc aduenietmus. eos igitur Tribuni, primoreſq; vrbis eò ducunt, vbi fuerant cõgregati. Inde adeſt, quæ ipſum detulerat puella, pronaq; in faciem ſuam accidens, miſerumq; illacrymans, vt miſereatur, exorat: per eoſq; vt liceat Deo ſeſe in religioſarum familia dedicare. nolle enim ſe poſt hac in patriam redire. ita ſurgẽtes Epiſcopi, fauſtaq; mulieri precati, comam ipſius tondẽt. tum accerſiri iubet Pontifex Diaconiſſam 106 S. Cæciliæ piam, religioſãquè feminam: vbi illa adfuit, rite cunctos venerata, ac benedictione affecta, ante concilium conſtitit; cui Pontifex hanc tibi, Domina mater, puellam commẽdo, vt ipſius animam cures, præſteſq; inuiolatam in die Domini, mercedẽ ab eo pietatis acceptura. Igitur cunctis illi beneprecantibus, Diaconiſſa ducẽ, in cœnobium contẽdit. vbi duos 107 cum exegiſſet, ac viginti annos perutili pœnitẽtiæ, confeſſioniſq; medicamẽto priores detergẽs animi maculas, multaq; ſubiens certamina, diem obijt.

Puellæ pœnitentia.

106

107

Vt autem nonus adfuit dies, mandat Põtifex rem diuinam peragat Gregorius. Hic Orientis Epiſcopi, ceteriq; de concilio vidẽt non obſcure habitantem in eo ſpiritum gratiæ. & ipſi ſiquidem gratia ſanctoq; ſpiritu digni erant. Igitur ſacro ancto Ieſu Chriſti corpore ac pretioſo ſanguine miniſtrante S. Gregorio, refecti, mox à Pontifice conuiuio excepti ſunt. Noctem autem Epiſcopi ad primum vſque diluculum traduxere de ſalute, rebuſq; ad vtilitatẽ faciẽtibus colloquẽtes. Prima verò luce Gregorio Põtifex accerſito, audi, inquit, fili, rem tibi exponam quæ in hac vrbe contigit, nimirum ob ſcelera mea, ligna 108 quædam per fluminis alueum inuehebantur ad Sanctorum Apoſtolorum ædem deferẽda: iam inierãt fluuium, cum in medio ità conſtitere quaſi ferro fixa, firmataq; ita nauigiorum ad vrbem ingreſſum, & egreſſum ex eà remorantur. Quãobrem ingẽs agitat vrbem dolor. Vt enim ſæpè id tentauerimus, illa certe extrahere nunquam potuimus. Quando autem vos hic adeſtis, ò quæſo contendite, precéſq; veſtras cenſeo exaudiet Dominus. parendum omninò Gregorius putat; igitur Põtifice iubente ſignũ pulſauit, cũctaq; vrbs vel cœnobia, vel populus omnis in venerabilem Sancti, ac Principis Apoſtoli Petri ædem conuenere. Tum Epiſcopi publicã ſupplicatione procedunt ad flumen. interea

108

dum

dum irent, mulier quædam furnum incendebat: paullulum igitur de via deflectens Gregorius, parum ſibi rogat ignis dari. at illa, apprehenſos ferreo inſtrumento carbones ad eum defert, quos ille pallio extenſo ſuſcepit; poſtulauitque ab Archidiacono thus, quod habuerat à fene, qui cum fuerat in ſolitudine verſatus. iamque ad eum locum, vbi ligna ſteterant, accedebant, cum Pontifex ligna thure ſuffire, ac benedictione impertire iubet. Hic Epiſcopi, populuſque vniuerſus, vbi in Gregorij 109 pallio prunas atque, inibi thus adoleri vident, ad hominis pedes proiecti, lacrymiſque perfuſi, tuæ dumtaxat, inquiunt, preces ad hæc extrahenda, vrbiſque aditum patefaciendum valent; Inde eum adigebant, vellet Deo preces adhibere: paret ille perſuaſus, nequid fortè tumultus ſuboriretur, ijs etiam atque etiam inſtantibus, vt id efficeret. acclinans igitur in genua Gregorius, huiuſmodi precationes init: Deꝰ, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſolus bonus, ac benignus, qui cœlum, terraſque, & mare procreaſti, in preces obſecro ſerui tui reſpice, benigna vnigenę filij tui, ac Dei noſtri voluntate, nec non Sancti Spiritus, & ſanctorum tuorum diſcipulorum ope accedente, da, vt ligna iſthæc trahi facile queant, itaque ad deſtinata tandem loca perferri. Supplices item exoramus, ſeruorum tuorum commiſſa ne reſpicias. fidenti nimirum animo miſericordiam, benignitatemque tuam adimus. ſanctæ iſtius vrbis miſerere, in qua mortem tua cauſſa appetiuere diſcipuli tui, quos & prædicamus, vt per eos populum hunc tuum vnius dexteræ tuæ virtute conſerues, quoniam clementiſſimus es in ſæcula Amen. His dictis mox lignis thure, quod erat in pallio ſuffitis, trahi illa præſentibus mandat: euulſa ligna repente ex aqua, & in terram pertracta ſunt: inuentaq; in ijs huiuſmodi inſcriptio; Quinque quidem ſancti ac Principis Petri, alia verò quinque Pauli ſelectiſſimi inſtrumenti. mirandum igitur opus, ac ſupra naturæ vim, & ordinem extracta ligna cum Pontifex, & Epiſcopi omnes, populuſque vidiſſent, tantam rem admirati, dixere: enim verò alter 110 iam in terris extitit Gregorius.

Precibus ligna ex Tyberi extrahit.

Iam verò his Romæ peractis, lætitiaque perfuſi ad ædes quiſque ſuas reuertuntur. Porrò Marcianus, vbi cuncta confecerat, quæ in vrbe facienda præſcripſerat piiſſimꝰ Imperator, facultatem à Pontifice poſtulat Conſtantinopolim adeundi; idemque rogant Epiſcopi, Diaconus, chartis præfectus. Sed Pontifex de S. Gregorio decernendum, ait: ità ſedere concilium iubet in Sancti ac Beati Apoſtoli templo, conuenere illi, Siculos omnes, Tribunoſque, atque optimates ſecum ducentes. quos vbi coactos vident, ità Pontifex & Epiſcopi, ecce pater veſter, ac doctor, illi vos obſequimini; verenteſque, & amantes præſtate. neque enim vos latet, iuſtum eſſe Deum, ſinguliſque pro operibus retribuere. Gratulantur omnes, ac Deo, inquiunt, iuſta ſit laus, qui iuſtum nobis hominem dedit, piam, Deique amantiſſimum, ac diuinæ voluntati obſequentem; cuius integer puruſque in Deum cultus iam diuinitus patuit. hæc vt illi dixerant, exſurgens Gregorius Pontificem, ſanctumq; concilium rogat, liceat ſibi Epiſcopalem ſedem alibi in vrbe ipſa Agrigentina exædificare, catholicamque Eccleſiã 111 inibi inſtaurare. Leucium enim hæreticum altare ſubuertiſſe, ſacraſque, quæ in eo aſſeruarentur, Reliquias demerſiſſe. Annuit poſtulato Synodus, atque etiam hoc, inquiunt, decernimus; ità facias vti poſtulaſti: tecum enim eſſe Deum nouimus, tibiq; in omnibus actionibus aſſidere præſentiſſimum. ità 112 libellum dant, rem vti pro arbitratu ſuo gerat. ſed Gregorius interea Eccleſiæ curam Euplo Archidiacono, & Eraſmõ, qui ſecuti ipſum fuerant, committendam cenſuit. Igitur Epiſcopi Diaconos, populumque fauſta òmnes precatione dimittunt lætiſſimi. Dei virtutem, beneficentiamque laudantes.

111

112

Cum autem ibi latere Leucium Sancta Synodus cognouiſſent, eumque diligentius inueſtigaſſent, inuentum producunt in medium, verbiſque in hommem vehementius inuehunt Orientales Epiſcopi: Ter infelix, nonne ſatis putaſti à Sanctis patribus in Oriente aduerſum te cõtortum anathema? at etiam hic ades, eamdem ſcilicet, vt hæreditatem cernas. ad hæc ille nequidem hiſcere auſus. Inde eum Pontifex exſilio multatum in Hiſpaniam mittit. Cæterum Agrigentino populo, Diaconiſque dimiſſis, qui & accuſatores in Agrigentum duxere, reſtitit in vrbe tantisper Gregorius, dum vnà cũ Epiſcopis, Spathario, Archidiacono, & chartis Præfecto diſcederet. nimirum id erat piiſſimi Imperatoris, itemque Archiepiſcopi imperium, ſed aliquando Gregorium accerſiri priuatim Pontifex iubet; quò cum venisset, accidit venerabundus ad illius pedes ſibique veniam preceſque lacrymans expoſcit. Cui Pontifex, quid tibi, fili, rependamus pro omnibus, quæ nobis Deus per te tribuit; ac 113 noſti iam dimidiam noſtræ vrbis partem, itemque Epiſcopatum, Sãcto, ac Principi Apoſtolo, qui hic eſt, ſubiacere. rem prorſus ita habere affirmat Gregorius. At Pontifex, mecum ipſe ſtatui iam, quæ peculiaris nobis eſt, mediam vrbis noſtræ partem, à Sancto, diuino ſempiternaque laude digno Imperatore noſtro Conſtantino Apoſtolorum Principi donatam, per te nunc Deo temploque abs te ædificando attribuere. ibi Gregorius: Beate, inquit, Domine, id tu ipſe Deo addicis, qui tibi, quæ ipſius bonitas, ac benignitas eſt, parem referat gratiam. Inde aduocati à Pontifice Eccleſiæ delecti, primoreſque vrbis, cum aſſediſſent, vnà cum Pontifice ſcripſere librum, quem à Synodi Epiſcopis cunctaque Eccleſia obſignatum B. Gregorio dedere.

113

Leuc. hæreticus exilio multatur.

Pontificis liberalitas in Gregorium.

Igitur vbi perfecere omnia Marcianus, & Epiſcopi, Gregoriuſque accepto à Pontifice neceſſariò ad iter commeatu, multiſque donato muneribus ſacroſancta loca rite venerati, Pontificemque amplexati, ac benedictione impertiti, Roma cum Præfecto char-

Digitized by Google

chartis egrediuntur. Interea dum iter faciunt, dici vix potest quantum ex ijs quæ Gregorius loqueretur, caperent voluptatis. Porrò eum comitabãtur Diaconi duo Philadelphus,& Platonicus; adolescentes item duo, Secundus,& Stratonicus,qui Tribunorum erant filij, & clericus quidem ille, hic vero laicus eorum notarius. Vbi eos Constãtinopolim appulisse probitatis studiosus Imperator cognouit, Gregorium iubet in S.Sergij monasterium, vbi iam pridem fuerat, concedere. eum igitur aduenientem incredibili Præfectus lætitiæ significatione excipit. post duos vero dies accersitum Marcianum Imperator, quomodò iusti viri rem diiudicarit Synodus, rogat. Tum Marcianus quæcumque Gregorius miracula edidisset, exponit. inprimisque quæ noua, ac supra naturam erãt, de puella ab Dæmone obsessa, de eo quod in ipsius accusatores diuinitus gestum esset, ac de prunis in sanctum pallium susceptis, ligniſque per ipsius preces ex aqua extractis, aliaque id genus. tum multa de hominis mansuetudine, quiete, constantia. quæ nimirum omnia pijssimus 114 Imperator Iustinianus vt audijt, admirari, deoque quas poterat, gratias agere. Ceterum id ipsum Archiepiscopo narrat Præfectus chartis cum Episcopis; stupente interim illo, atque hominis miracula demirante.

Constantinopolim appellit Gregorius.

114

& Benigne ab Imperatore excipitur.

Postridie vero eius diei adesse ad Palatium iubet Imperator sanctissimum Archiepiscopum eosque, qui Romæ fuerant, Episcopos, vnaque Gregorium. Primus igitur ad Imperatorem se confert sanctissimus Archiepiscopus, eumque veneratus considet, tum ille, num audierit quæ ab iusto viro Romæ fuerant edita signa percunctatur. audiuimus pijssime Domine Imperator, respondit Archiepiscopus, vehementerque lætati sumus, ac Deo tuæ causſa gratias egimus, quando te pium imperium diuinitus obtinente, mitem hunc virum Deus, quietum mirandisque ac supra hominis conditionem editis operibus insignem protulit. qui cum tuos candidos ac religiosos mores, amauit vehementer: auditu siquidem acceperat benigne faciendi studium tuum, perpetuamque animi lenitatem, & aduersus omnes humanitatem, immutabilemque in Christum,& orthodoxam fidem. ea re ad nos inde ab Hierosolymis cõtulit se se. post

115

hæc Imperator 115 Gregorium ingredi cum Episcopis iubet. ingressi ter incurvato in terram corpore Imperatorem venerantur. stantibusque illis sic ad Gregorium Imperator, gratissimus videlicet aduentus ad nos tuus sancte Christi serue, ac venerande Gregori, gratissimus, inquã, ades, qui precũ opera tanta miracula solus edidisti, alterum enimverò, verumque Gregorium Thaumaturgum te fides ostendit. hæc aliaque diu locutus pijssimus Imperator, eos amplexatus, sanctoque osculo excepto dimisit. Ceterum Archiepiscopus adiuncto sibi Gregorio in Episcopium concedit qui, & cibum adactus apud ipsum sumpsit. id enim ei moris erat ipsam hebdomadam cibo abstinere, præter quam in Sabbato, itẽque Dominico die. Gregorius apud Archiepiscopũ esse, Marcianusque cum ipso, qui & nocturnis eius precibus mirum quantũ capiebatur.

Inde Archiepiscopum, Gregoriumque in Palatium adesse mandat Imperator, quibus vbi aduenere, audite inquit, sancti Patres, in animo est Deo volente, sanctoque spiritu aspirante nouos sanctæ atque Catholicæ Dei ecclesiæ canones edere, qui sint deinceps in morem. ad quem illi, omnino & id tibi pijssime Domine diuina Domini nostri Iesu Christi gratia, sanctique spiritus illustratio aperuit. Ceterum quod de tua sententia fuerit, id vero Dei causſa facito, quod enim alis recte de religione sentiẽtibus christianis vt bonum, ita perutile est. Cum igitur adesset Cineralium tempus, quietum sibi quendam deligunt locum, ibique pijssimus Imperator 116 nouos sancit, sacrosq; canones. Interea Gregorius sermones edere Constantinopoli ad docendum compositos de dogmatibus, de ieiunijs ipsis cineralibus de sancto, atque Apostolorum principe Petro, aliosque complures. Tum porrò cum pietatis cultor Imperator, tum Archiepiscopus omnesque, quotquot in vrbe agebãt, sapientes admirabantur. patientiam, constantiamque, ac summam inprimis continentiam suspicientes. confectis igitur quadraginta solemnis ieiunij diebus, peractoq; sancto atque illustri Domini nostri Iesu Christi reuiuiscẽtis die, rogat diuinissimum Imperatorem Gregorius locum sibi aliquẽ 117 concedat in vrbe ad aliud Episcopij Templum erigendum. id autem Gregorius carissimo sibi Marciano Spathario scriptũ dederat ad Imperatorem. accepto igitur à Marciano, lectoque chirographo Imperator, maxime gauisus est de postulato, Deũ laudibus efferens, qui talem homini gratiã contulisset Quare aduocato sanctissimo Archiepiscopo missam per Marcianum petitionem ostẽdit quam vbi perlegit Antistes obstupuit & ipse cum Imperatore postulati explicationem. Inde missus Marcianus ab Imperatore, vt ex Monasterio S. Sergij, vbi Deo vacabat, sanctum virum educeret. Igitur ascendens in Palatium Gregorius, ter misso in terram corpore, adorat Imperatorem, qui contra e solio consurgens ipsum etiam adorauit, ac manus ex osculatus, sibi quippe improbo propitium redderet, placatumque Deum, rogauit hic ad Imperatoris pedes accidens Gregorius sic illacrymãs & elata voce, quid, ait, & pius rerum administrator Domine, quid inquam eum te in famulum tuum gessisti? sed audere tamen mihi liceat egregiam Dei magnificentiam apud te prædicare, quæque in te congesserit Deus exponere, vtque tibi se se præstiterit leniorem, indulgẽtioremque. quæ quidem ego in augusto, religiosoque imperio tuo videre videor, moderante illud Domino nostro Iesu Christo. ad hæc Imperator quandoquidẽ nos de Episcopatus mutatione rogasti, cedo quæ sit in hac re tenenda

116

concionem habet ad populum.

117

Digitized by Google

nenda ratio? aut quid tandem hoc à nobis poſtulat beatitudo tua?

Domine imperator, inquit Gregorius, Leucius il le hæreticus presbyter, quem ſacro ſancta Synodus Laodicenſis anathemate percuſſit, quique inde ortus eſt, in Siculas oras appulit, ad noſtram vrbem, delituitq; apud hominem quemdam. Sed interea dũ ſeruus tuus Romam, ad ſanctiſſimum Papã ab accuſatoribus miſſus eſt, eum homines illi pro me in Epiſcopio collocarunt, ſuum illic Epiſcopum ſtatuentes. Is igitur altare funditus euertit, ſanctaſque in eo repoſitas reliquias, tentauit quidem flammis exurere, ſed ne leuiter quidem eas igne tangente, noctu miſit, qui in pelagus proijceret demergendas, quæ nimirum etiamnum latuere. Ad hoc nouum extruxit altare, duobus
118 ad id aſciti Epiſcopis 118 Seleuciæ, Pontique magni, quos certe ſancta Synodus tuo nomine collecta muſtauit exſilio. Igitur & hi noſtram in vrbem aduenientes, vbi rem aperuere, Eccleſiam dedicant, alteram ponunt aram, ex veſana ſcilicet, quam animo imbiberant opinione, tenebricoſaque doctrina. Hæc vt piiſſimus Imperator, & Archiepiſcopus accepere, Nõ mediocriter admirari, num ità res haberet. Quippe audiuerat Imperator de Leucij ſacrilegio: ita nequaquam, ait, nos huic poſtulationi reſiſtemus; Eccè 119 enim dimidiam vrbis
119 Imperatoris in Greg. beneficentia. partem, quæ pio ſubeſt imperio noſtro per te Deo damus, dicamuſque, vti ædem Deo fidelem, Epiſcopiumque vbi vbi libuerit, inſtaures. inde decerni, donariqne Gregorio locum, multaſque poſſeſſiones iubet.

Igitur ad ſanctam Pentecoſten in vrbe commoratum Gregorium, paullo poſt in Palatium aduocat Imperator, ac primum omnium rogat, velit pro ſe aſſiduas Deo preces offerre. accidit ille ad ipſius pedes, terq; hominem pronus veneratus, quid nos, inquit, tibi pro acceptis muneribus rependemus? aut quis tandem ego ſum miſer, & ſacinoroſus in quem huiuſmodi dignitates, magnaque piiſſime Imperator dona congeſſeris? iam ipſe idem qui tecum imperium adminiſtrat Deus, det tibi Domino meo Imperatori, eos qui in te arma cœperint, hoſtes proterere, & conculcare. inde eum, vbi hæc dixerat, amplexatus Imperator aureũ talentum largitur; atque hæc tibi dona, inquit, exigua quidem pro magnis tamẽ ſint. Cæterum ne quæſo nos, quamlibet humiles, in tuis precibus memoria vnquam excidamus. Tum in ſuam illam ciuitatem dimiſit.
120 Neq; verò piiſſima 120 Auguſta viro quid piam ceſſit, ſed verò multis Gregorium donauit muneribus auro, argentoque, quod ad Eccleſiæ vaſa conficienda eſſet ſatis.

Igitur Conſtantinopoli tandem egreſſus Gregorius Romam aduenit 13. Kal. Auguſti, vbi ſancta obiens loca, patreſque omnes, & S. Marcum amplexatus, itemque ſanctiſſimum, lætiſſimeque ab eo, ac reuerenter acceptus viginti cum ipſo dies commoratus eſt. Tandem dignis cumulatus muneribus, fauſta precatione dimiſſus, ad proprias ſedes, facta inſuper poteſtate altare diruendi quod Leucius hæreticus poſuerat, additiſq; religioſis quibuſdam Diaconis Angelo, & Palumno, qui ipſum vſque ſaluum, incolumemque præſtarent, dum templum reædificaret expetitum.

Roma igitur profecti, atque in Siciliam appulſi, Agrigentum veniunt 4. Idus Septẽbris, ſic verò volente Deo, qui illum ſemper & ſeruarat, & adiuuerat, fluuium ineunt in ſuburbium, quod Emporium dicitur ad tertiam diei horam, (erat porrò ſabbatum, cũ illuc appulere) fortè autem Archidiaconus illic in monaſterio fuerat, rerũ neſcio quid acturus, nactuſque nauigium, flumen ingreſſus eſt, feſtinuſq; contendit ad nauim, videtque Diaconum Platonicum aquam Gregorij manibus ad lauandum dantem. inde vbi B. Antiſtitem, cæteroſque, qui cum eo erãt, exſcendentes conſpexit, deſcendit & ipſe, præproperanſque Beati viri pedibus aduoluitur, effuſiſque lacrymis de aduentu gratulatur paſtoris ſui, qui multa ſubijſſet, pro ſuo quil) certamina. At ille Archidiaconũ manu erigens, rogat de ciuitatis concordia, de Tribunis, populoque, ac de parentibus ſuis, pacem is, ait, per ipſius preces firmam omnibus diuinitus datam, Iam, inquit Gregorius, nuntia fili, carisſimo populo præſentiã humilitatis noſtræ. Hic ad vrbem feſtinus aſcendens Archidiaconus adeſſe renuntiat Dominum, patremque communem in ſuburbio. Accepere nuntium Tribuni, primoreſque vrbis, viri mulieresque, atque ad vnũ omnes gratias Deo, laudeſque retulere, qui tam fauſto ipſos nuntio de B. Paſtore ſuo affeciſſet. Tum vniuerſus Clerus 121 cum thure, facibuſque, populus item omnis, multitudo ingens, quotquot in vrbe erant, illi occurſuri prodeunt. Qui vbi è naui deſcendit, in monaſterium abit, ibique inuicem occurrentes, precibus tandem perſolutis conſedere. Inde omnes amplexatus populares minores æque, atque maiores natu, è monaſterio egreditur, & in vrbem monachis comitantibus, atque canentibus ſolẽni pompa procedit. Cantus autem erat huiuſmodi: Benedictus es Chriſte Deus, qui caſtigas, & ſanas, qui confractos tua virtute dirigis, atque in te ſperantibus gratiam cõfers, eos vbique conſeruans: ciuitatem hanc tuam, populumq; fidelem tuere, eos vt gratum tibi fuerit, ſeruans, nobiſque magnam, qua vales, miſericordiam tribuens. Inde deſcendens vrbana multitudo Sanctum Antiſtitem excepere, verbis illum ampliſſimis eferentes, ſimulque Deo gratias agentes. ille autem oſculo ſancto omnes excipiens, ſinguliſque manus imponens bene ipſis precabatur.

Agrigẽtum reuertitur.

Excipitur à Clero, & populo cũ honore.

121

Inde Patri obuiam factus eius ſeſe pedibus aduoluitur, mutuo inter ſe vtroque collacrymante. Conſpicatus item cum vetulis vrbis mulieribus matrem, pedes, manuſque ipſius oſculatus, veneratur; vrbemque ingreditur, eodem interea cantu ædibus perſonantibus. Neque tamen aut in Epiſcopium aſcendit, aut in Eccleſiam, neq; adeò oculos

in illud

Digitized by Google

in illud aduertere voluit. ſed inde cedens extrà Idolorum templum, quod mœnibus proximum erat ad meridiem ſedem fixit. ibique poſita 122 ex aduerſo ſacra menſa vnà cum populo continuo pernoctabat, erexitque inſuper venerandam, ac vitalem crucem. Inde Deum precatus
123 Dæmones 123 in Idolo Iuer-, & Rapa deliteſcentes profligauit: templumque inibi pulcherrimum extruxit Sanctis, ac Principibus Apoſtolis Petro, & Paulo ſacrum. Tùm Archidiacono mandat, cunctis in vrbe egentibus, viduis, orphaniſquè, quæque vſui forent, ſuppediter. Confecto demum anno, templum conſecrat, ibique ſacris operatur, aptiſque cubiculis exędificatis illic cum alijs ipſe quiete degebat. Inſingulos porro dies, viduis, egentibuſque menſam omnibus apparabat, quibus & ipſe vltro miniſtrabat. idemquè ipſius mater æmulabatur. Iam verò dies, noctesque ſingulas populum de pœnitentia, animique ſalute monebat, vtquè omnem prorſus iniquitatem auerſarentur, hortabatur. Ita cum Gregorius in dies pro ſpiritalibus, quibus ornatus erat, donis in hominum animis, qua verbis, qua opere, fidei aratro ſulco altius impreſſiſſet, ac cœleſtia ſemina iecisſet, acceptum populum, de Beati Petri Apoſtoli ſententia, ſeruatori omnium domino conſecrauit. omnem planè hæreſeos pernicipem, ex eorum, quos ipſe paſcebat, mentibus acuto diuini ſpiritus gladio abſcindens, ſuauique cœleſtis cognitionis ſale cuncta condire numquam deſiſtens. atque id verò non in populares ſuos tantum, ſed in exteros, indeque procul habentes exercebat. Prorſus vt vniuerſas pene terras ipſius fama peruaderet, omneſque ad eum accurrerent ſupplices, atque ad ipſius pedes homines à ſpiritibus immundis vexatos deducerent. omninò aliquid ab eo commodi percepturi omnes accederent, quorum certe nemo fuit, quin animorum, corporumque ſanitatem per ſancti paſtoris preces conſecutus, domum lætus repeteret. Hoc erat Beati Gregorij vitæ inſtitutum, ſic in lege Domini (id nimirum Diuino Dauide docente.) meditans die, ac nocte. factus eſt tamquam lignum, quòd plantatum eſt ſecus decurſus aquarũ, fructum ſuum in dies afferens, egentibuſquè communicans.

Templum extruxit SS. Petro, & Paulo.

Egentibus miniſtrat.

Verum cum populi multitudo ſanitatis gratia Agrigentum frequentaret, præciſa Gregorius exiſtimationis occaſione, futilemque hominum gloriolam fugiens, de religioſis clericis ſuis aſcitis quibuſdam in ſolitudinibus, montibuſque ab hominum conſuetudine remotus Deum in ſpiritu alloquebatur. At non omninò ſe vir ſapientiſſimus gregi denegabat. Euplus enim, Archidiaconus, & Eraſmus res Eccleſiaſticas de ipſius præſcripto gubernabat. atquè ille quidem, viduis, orphaniſque paſtoris iuſſa ſecutus, abunde neceſſaria

Secedit in ſolitudinem vt gloriam fugeret.

prębere. hic autem ad populum de fide verba facere, quippe ingenio pollens, atquè ab Gregorio eruditus. His igitur neceſſaria miniſtrantibus, Sanctus Gregorius plurima ſecum ipſe loquens, quæ ad ſalutem facerent, edebat oracula. ità mirandis, ac ſupra naturæ ordinem operibus in vita nobilitatus, plurimis ad ſanitatem reſtitutis infirmis 124 cum diu iam, plurimoſque annos eccleſiam Dei paſtor optimus adminiſtraſſet, eam à rationalium luporum vaſtatione integram vſque conſeruans, in 125 pace tandem obdormiit, ſpiritum ſuum in Dei manus commendans. Et illud quidem illuſtre nobis reliquit virtute inſignis vitæ monumentum, coniectas videlicet in ipſum ab humani generis hoſte petitiones egregie ſuperatas. is iam inde à pueritia, cum Deus illi arcana aperiret, magnum Samuelem præſetulit. in animi verò demiſſione, ac tolerantia iuſtum illum Ioſephum æmulatus eſt. in anguſtijs denique ærumniſque non forti modo, ſed & libenti animo perferendis, egregium ac plurium certaminum victorem Iobum. Sed quid ego plura? diuinum ſane Gregorium quiſpiam cum Theologis Patribus rectè contulerit, is enim vt acrem Eliæ aduerſus diuinas iniurias animum, & obedientiam, paremque in miraculis virtutem referebat. quin & vtrumque diuinæ gratiæ myſtes Petrum, ac Paulum, illius animi ardorem æmulatus, huius in perluſtrandis terris diligentiam ſollicitudinemque omnium Eccleſiarum, atque in docendo virtutem. Ioannem præterea de diuinis rebus altiſſimè diſſerentem imitabatur, æternitate, ſolio, gloria omninò pares Patrem, Filiũm, & Spiritum Sanctum pro viribus prædicans. Sed & teſtimonio ſingula comprobans fortiſſimè pro veritate decertauit: Deique populum docens, ac mentis compotes animantes a malis auocans, gregem incolumem, valentemque ſeruauit? Omninò Patriarcharum fundamentum, ſanctorum contubernalis. omnes quippe virtutis vias pro virili Deo cum primis fauente, percurrit; id quod frequens in diuino eius ſepulchro cuiuſque morbi ſanitas non obſcure teſtatur.

124

125 In pace obdormit.

Sepulcrum eius miraculis clarum.

At ò Patrum apex, Gregori, cui libere iàm cum amantiſſimo Domino colloqui datum eſt, vt qui ſolium obis conditoris tui, ne quæſo nos deſpice, ſed benigniſſimo Domino commendare ne deſine. noſque in primis reſpice, qui præter dignitatem tuam ſcilicet, tenuem, balbutientemque linguam ſolumus in laudes tuas. tuũ enim hic ad laudes tuas percenſendas adeſſe ſacratiſſimum organum, oportebat, quod fortaſſe de te pro dignitate faceret laudationem. Verum enimverò cum propoſitum meum probe cognoſcas, puerili miſeræ mentis meæ titubationi, hæſitantiæque facilis ignoſcito. Finem tandem habeant in Eccleſijs concitatæ ab hæreticis offenſiones. Barbarorum im-

Digitized by Google

petus qui in vocatum à Christo populum nequicquam feruntur, deprecator comprime. Stabilem compone rei nostræ pacem: delectos quosque monachorum à Leoninis hominibus prauorumque patrum impetu, precibus ad Deum tuis libera. animi corporisque morbos efficaci precum medicina depelle. ijsdemque, quippe quæ facile exaudiantur, nos ab obtutum fugientibus hostibus in præsenti quidem sartos, tectosque conserua. in futuro autem seculo detur beatam illam vocem audire, quæ ad cælestem thalamum vocat eos, qui rectam duxerint, integramque vitam, ac diuinas leges cum verbo, tùm opere sedulo, constanterque seruarint. quod vtinam omnes assequamur per gratiam, benignitatemque Domini nostri Iesu Christi, cui gloria, & imperium, nunc, & semper, & in secula seculorum.
Amen

Vide Animaduers. folio 167.

IN SANCTVM GREGORIVM AGRIGENT. EPISCOPVM HYMNVS.

SANCTI Spiritus radijs mentem illustratus, Sãcte Gregori, lucidumquè sidus effectus, me tuis precibus totum illumina, te vti laudem.

Rerum præscius omnium gratia mentem tuam exornas: te, splendoribus diuinitus communicatis, ab incunabulis consecrauit, diuinis virtutibus pater, miraculisque conspicuum futurum.

Depulsa è palpebris desidiæ dormitione, lucerna vigil, ò Deifer, apparuisti; re ipsa declarans, Gregori, nomen tibi haud temere impositum.

Deiparam te proprie, vereq; confiteor, Dominum enim inexplicabili quodam modo, Virgo integra, peperisti, in duplici substantia, voluntateque perspectum.

✣

III. Te *Pater* laborantem suscipiens creator, seni tradidit erudiendum in solitudine, qui te, Gregori, sacris literis plene initiaret.

Solidam trahens hebdomadam ieiunus, cælesti, Pater, esca nutriebaris, tuarum irrigatus imbribus lacrymarum, diuinitusque exhilaratus.

Tibi à Deo, Pontifex, datum cor, quasi flumen puriſſimos enim dogmatum latices copiosè effudisti, qui fideliũ irrigarẽt corda *Præconum ac vatum diuinorum dicta* impleta sunt. Ecce enim Virgo nouum genuit infantem, Adamo antiquiorem, eodem in solio cum patre sedentem.

Sessio. Ab incunabulis vt celeberrimus olim Samuel, Domino dicatus, vocantem te pariter seruatorem audiuisti: animoq; cum expiauisses, factis bonorum accessionibus, sacerdotij gratiam digne es consecratus. Vnde gregem in virentibus diuinæ cognitionis herbis pascens, late fulsisti, Gregori, pariens pluribus sanitatem. Christum Deum deprecare, flagitia condonet ijs, qui sanctam amanter celebrant memoriam tui.

IV. Quanti benigna tellus efflorescens, Pater, centesimam tulisti spicam, tuarumq; doctrinarum falce hæreticorum impia dogmata præcidisti, te ipse S. Gregori exhibens concilij propugnatorem.

Pontifex cælesti suffragio, Christi seruus, renuntiatus es, gregẽ vt bene duceres, Christi opera vindicatum, qui splendorem, ò beate, prouiderat animi tui.

Perturbationum macula purus, Deitẽplum extitisti: sacroque in templo dum assisteres Sanctum Spiritum aduenientem excepisti, qui te sub specie venerabilis columbæ reddidit glorioſum.

Humanum genus incomprehenso tuo partu seruatum est, & qui in tenebris versabantur, & in vmbra mortis, ò sanctissima Dña, quod ex tuo ventre eluxerat lumẽ, ò reparationis nostræ causſa puella, peruidere.

Fœdo olim corruptum morbo leprosum ad te fidenter accedẽtem, pristino (quæ fuit verborum tuorum vis) nitore donasti, diuinitus enim, vt diuinus Heliseus, gratia insignitus es, qua posses, ò sapiens, ò pie Gregori, mira edere.

Balbi

Digitized by Google

Balbi os, & aures; Gregori, precibus tuis aperuiſti, vim conſecutus, ò beatiſſime, ad ſanandum maximam. Theologiæ quoque ex te profunditas erupit, qua impij perderentur.

Terreno, Pater, affectu te patrum cum reddiſſes, morbos, vt Petrus Apoſtolorum princeps, vmbra tua pellebat; eos, qui grauibus tenerentur malis, diuine perſanans.

Qui paternos ſinus, cum carnem indueret, minime vacuauit, tuo iam in ſinu contentus, ò integerrima, videtur, vt infans; quem tu ijs propitium concilia, qui te Virgo Dei ſponſa, pie ac religioſe colunt.

VI. Puella corpore languida cum te adijſſet, ò ſancte, te deprecatore conualuit in annos plures: Chriſtumque profeſſa eſt rerum omnium auctorem.

Integerrime te Domini vitæ veſtigijs inſiſtentem, cum iniuſte afflictarent, & calumniarentur, non abiectus, fractuſque Gregori peritiſti.

Eiuſdem nequitiæ populares homines te ſimplicem agnum, atque ab omni malitia abhorrentem, quaſi agreſtes feræ, corripientes cuſtodia multarant, diuina, pater, gratia cuſtoditum.

Magnum partus tui myſterium excogitare mens nequit, hæretque. Deum enim perpetua Virgo peperiſti, hominem factum, longe mentem omnem excedentem.

Seſſio. Vniuerſam Dei eccleſiam, quaſi magnus ſol, miraculorum ſplendore colluſtrans, multos homines ſeruaſti precibus tuis, ex ouili tuo maleſentientes exturbaſti, propterea te, diuine pater, ac ſapiens Gregori veneramur.

VII. Te in iudicium, ò beate, vocato, miraculum creator edidit, meretricula namque dæmonum correpta impetu, purum te, caſtumque, Gregori, apud omnes profeſſa eſt.

Seruatoris diuini diſcipuli radios eiaculantes, tibi, ſancte, cum præſto fuiſſent, ad lignum te compeditum lætiſſime complexi ſoluerunt.

Tuam Dominus patientiam, Pater, animaduertens, maioribus te miraculis mirabiliter illuſtrauit, morborum caliginem abigentem.

Creatorem omnium, matrem vti decebat, genuiſti: & continentem omnia, tamquam Cherubinus thronus, in manibus geſtaſti, nuptiarum expers

VIII. Horribili dæmonis flagello tuis, ò beate, precibus liberatur, quæ te puella iniuſtorum hominum malitia incitata iuſtum calumniata eſt, teque agonotheta Chriſtus in media ſynodo reddidit perpetuo glorioſum.

Qui contra te improba moliti ſunt, Pater, obſcura ſunt ſoliſi caligine; ſed tua contra, Pater Gregori, clara vita reſplenduit quorum in conſpectu miracula, prunas manibus tenens, edebas.

Vt fulgentiſſimum Sidus vere cum apparuiſſes in eccleſiæ culmine, pater, nos virtutibus, ac miraculorum radijs ſemper illuſtras, qui tuam Pontifex diuine Gregori, memoriam hymnis celebramus, lumen afferentem.

Admirabilis partus tuus, ò ſola benedicta, mentes noſtras in ſtuporem adducit. Ex te enim Deus carnem aſſumpſit, Dei genitrix, quod erat permanens, natura immutabilis, quem in omnia ſecula ſuperexaltamus.

IX. Eccè illuſtris celebritas: Eccè ſacra memoria: Eccè gratia ſanitates fidelibus omnibus conuenientibus abunde ſcaturiens. Accedamus, Gregorij namque ſepulcrum æternam lucem, & immortalitatem fundit.

Chriſti aquis, quaſi flumen, impletus es. vt oliua vitæ oleo ſcaturis, vt palma exaltatus es, Gregori, vt vitis, racemos nobis tuarum virtutum profers, vnde vinum bibimus incorruptionis.

Nobiſcum vna hodie in tui memoria lætetur ſacerdotum cœtus, & multitudo Sanctorum, omniumque Angelorum ordines; quibus cum creatori aſſiſtens, luce perfuſus, memento, Pater, te amanter laudantium.

Sanctificatum fuiſti, Pater, Chriſti tabernaculum; Eccleſiæ columna, & fidelium portus, & gladius errorem exſcindens; ſanationum fons; diuinarum cogitationum abyſſus; fax peruigil, & paſtorum paſtor.

Quæ lumen æternum, quod ex Patre reſplenduit, peperiſti, meum, puella, animum, mentemque illumina, perturbationum à me tenebras, Virgo longe depellens te vti beatam prædicem, quam nemo vmquam non beatam prædicauit, & fidelium ſpem.

Vide Animaduerſ. folio 176.

Digitized by Google

VITA
S. MAXIMIANI
EPISCOPI SYRACVSANI

AVCTORE

OCTAVIO CAIETANO

SOCIETATIS IESV

Ann. Chr. 594. 9. Iunij.

MAximianus Syracusarum Episcopus, ambigitur, Syracusis ne ortus sit; at 1 genere Siculus certo fuit. incompertum mihi est, induerit ne habitum 2 monasticum in Sicilia an Romæ, vbi diu vixit. Sed huc inclinauerim, fundamenta vitæ feucrioris in natali solo iecisse, ob eximiam verò indolem, moresquè pios Gregorio Magno notum, dilectúquè, cum is monasteria sex in *Sicilia* de patrimonio ædificaret suo. dein eiusdem opera Romam ad maiora euocatum. Cæterum vitæ sanctioris instituta complexus magnos in ea progressus fecit. quippe virtutũ suarũ gradibus ad Gregoriani monasterij Præfecturam in Vrbe secundus ascendit; Magniquè Gregorij educator, & in diuina philosophia magister fuit. Is 3 enim est Maximianus, quo post Valentionem institutore S. Gregorius, ecclesiæ dein Pontifex maximus, monasterij disciplinam didicit, cum *Præfecturæ* Vrbis trabea ingenti spiritu abiecta, Christum induit. vt igitur monasteriũ quod D. Andreæ sacrum Gregorius Romæ exstruxit ad Clium *Scauri*, plane ante annum 4 Christi IↃLXXX. ad fastigiũ perductum est; Valentionis *Abbatis* habitari primum auspicijs cœpit. Valentione extincto Maximianus 5 in eo munere suffectus est, quod 6 plures annos cum laude gessit. Illam sane Præfecturam ante annum IↃLXXXIII. inierat. quo anno 7 Constantipolim petijt, Gregorij visendi cupidine, qui tum *Pelagij* PP. legatus apud *Imperatorem* Tiberium agebat. ea in Vrbe dum moras trahit, *Pelagius* Gregorium per literas monet, vt Maximiani reditum in Vrbem festinaret, quod eius ministerio, & operi, cui præposuerat, plane omninò necessarius esset. ignotum mihi quid operis istuc fuerit. Sed inde intelligo quo loco apud Põtifices duos *Pelagium*, & Gregorium Maximianus fuerit, cuius opera, ac studijs vterentur ad ecclesiam regendam.

1 2 4 5 6 7

3 Alter S. Gregor. parens, eiusq; in Tyrocinio Magister.

Reuertentem Constantinopoli Maximianum sæua 8 tempestas exercuit in Hadriatico mari, permissumque à Deo est, vt iacta maria sanctitati eius testimonium darent. Sane ille inusitato miraculo in se, ceteroſque, qui naui vehebantur Dei iram, atq; beneuolentiam iuxta expertus est. *A*duerso enim numine, & in uectorum scelera desæuiente simul in eorum exitium venti, pelagus, cuncta cessere. vi turbinum eripitur nãui gubernaculum; maloque abscisso, proijciuntur in vndas vela, impulsu fluctuum, excussus alue' prope dissoluebatur. Fatiscentibus verò rimis irrumpentes vndas ad superiores vsque tabulas nauem repleuerant. neque esse in mari nauis, sed mare adeò intrà nauem videbatur. iam nautæ, vectoresque visu mortis exterriti, pace impertita sanctissimum 9 corpus, & sanguinem Domini sãp 9 ferant: Deum precantes, vt misericors eorũ animas reciperet, quorum corpora tam pauendæ morti destinarat. at Deus, qui mentes omnium miris perterrefecit modis, vitã mirabili' seruauit. octo iã dies nauis aquarum plena, iter tamen peregerat suum, nono ad portum Crotonis appulit. postquam omnes, qui cum venerabili viro Maximiano nauigarant, incolumes descendere, ipse omnium vltimus egressus est, simulque demergitur in portu nauis. vt hinc ostẽderet Deus quod onustam nauem Maximiani meritis, quasi manu tenuerat, quæ leuata onere hominum, super vndas consistere nullo pacto quiuit.

8 *Dregor. l. 3. Dial. c. 26.*

Romã Constantinopoli redeuntem re, venti, ca. lumq; sancti tatis testimonium dicũ.

Postea verò quam Gregorius Romam redijt, defuncto que pestilentia Pelagio. Cleri suffragijs, populique Romani votis, Pontifex renuntiatus est, è monasterio diuulsus, monasterium secum in palatium trãsuexit. nam vt erat eximiæ pietatis, ac similium sui consuetudini suetus, laicis administris è cubiculo suo remotis, Clericos, monachosque delegit in interiorem cohortem palatinam quos pernosset rerum prudentia, & vitæ integritate præcellentes, vt eorum consilijs, operaque adiutus, clauum ad quem sederet, contra temporum impetus recta teneret. ex clericis Petrum Diaconum, Gregoriano dialogo nobilem, ex monachis 10 Maximianum familiares asciuit, qui Gregorio plures ante annos familiariter notus, atque carues iuxta fuit. quippe ex eius fontibus iam inde à tyrocinio suo illuitrem quandam pietatem hauserat, probeque noueratqua-

à S. Greg. ad Petri sedẽ sublato inter primos in sacrum Palatium adlectus.

Ioan. Diac. l. 2. c. 11.

10

virtu-

Digitized by Google

virtute præstaret. Maximianus igitur in primos ordines palatinos adlectus, ab initijs Gregorij Pontificatus ad tempus vsq; quo Syracusis Episcopus datus est, die, noctuque in sacro palatio egit: domi quidem Gregorio, super gregem vigilanti, seruire consilio, adhærere domo exeuntis, & ornare Pontificis comitatum, nō secularj fastu, sed animi modestia, castisque moribus. vix annum in palatio Maximianus cum Gregorio fuit. ipsa inter initia Pontificatus, Agathone Episcopo Syracusano vita functo, in eius locum Gregorius Maximianum subrogauit. neque enim diu latere lumen potuit, quod accenderat Deus, vt præcelsiore ex loco pluribus affulgeret. itaque vir sanctissimus è monasterio ad palatium eductus est: è palatio ad Episcopatum, vt qui fuisset monasterij Pater, comes sacri palatij, ecclesiæ magister esset.

Idem lib. 2. c. 12. & seq. 11

Nec multo post Ecclesiæ Syracusanæ Pontifex præficitur.

12 Magna 12 verò fuit necessitas, quæ Gregorium compulit, vt Maximianū peteret se, homine coniunctissimo cum veteri consuetudine, tum consensione morum, suisque consilijs ad Reipublicæ tempora perutili adsessore. sed quòd magni interesset, homini integro, strenuoque Syracusanam ecclesiam committere, Pastor optimus libenter orbare eo se, summumque palatium passus est, vt Syracusas ornaret, florentemque Siciliæ Prouinciam, quam miro amore prosequebatur eius; quippe administrationem maxime ad Reipublicæ conseruationem spectare, intelligebat. Ceterum quāti Gregorius Maximianum faceret, quantum eius integritati, vigilantiæ, industriæque confideret, quo animi consilio ad inclytam Syracusarum sedem sustulerit, satis aperuit, cum Prouinciam illam adeunti Siciliæ totius ecclesias sponte sua commisit. Sed enim literas 13 ad eum Gregorius dedit, cum modestiæ suæ plenas, tum fidei in legatum suum, quibus asserebat, mandatum à Deo munus alacrius exsecuturum, si in partem curarū capaces vocaret, dignosque, cum quibus labores suos communicaret; proin sedis Apostolicæ vices ei decreto suo in Sicilia delegare, vt pro causis, quæ iudicio eius finiri possent, Prouincialibus mariā transmeare necesse non esset. quarum verò arbitrum esse se nollet, ad Pontificem deferret: sed eam potestatē neutiquam tribuere se loco, sed personæ: experiendo didicisse ex anteacta eius vita, quid consequenti confidendum foret.

Ioan. Diac. l. 3. c. 7.

13 Tota. Sic: ei commissa, cui vice Pontificis Rom. præsideret.

Greg. l. 2. Epist. 4.

Ex quibus plane cognoscitur, quantum Gregorius Maximiano detulerit, coluerit: ob insignes eius virtutes longo vitæ vsu sibi perspectas. cum verò ex literæ datæ sint mense Decembri, indict. 10. extremo anno 590. XCI. satis esse dūt, Maximianum aliquot ante menses consecratum fuisse Episcopum & ad Syracusanam ecclesiam regendam in Prouinciam missum; in ipso ortu indictionis decimæ an adulta, extremaue indictione nona; nam eodem anno, altera Augusto mense effluxerat, altera verò Septembri cœperat. Maximiano igitur viro grauissimo, ac præstantissimo in Siciliam delegato, statim Gregorius Episcoporum Prouinciæ illius ad Vrbem conuentum, qui triennio fieri de more consueuerat, in quinquennium distulit, ac lege sancuit. Quod 14 Gregorius tūc decreuit, vt Episcopi Siciliæ eo leuarentur onere, quorum cautis maximè prouisum esset, cum Maximiano vices in Prouincia suas cōmisit. Sed datum maximè fuit Maximiani industriæ, ac fidei. plane is extrema indictione vndecima, quæ in annum 593. incidit, Romam ad Gregorium proficisci meditatus est. causam haud facile asseuerim sine luce scriptorum. an vt Gregorium viseret, arctissima sibi caritate deuinctum, cuius adeò visendi studio Constantinopolim se contulerat? an vt de Prouincia, quam sustinebat, difficillimis rebus coram cum Pontifice ageret? an vt sacra limina more maiorū exoscularetur triennio iam ineunte? nam Gregorius licet antiquata trienni lege sacris liminibus quinquennium sanxisset, definisse tamen videtur Episcopis tempus, quod ijs præterire non liceret, ad peragendos Romæ cōuentus. Sed si cui citra illud adire placuisset, non prohibuit. Itaque Maximianus, quod lege non debuit, ex pio animi sui sensu facere potuit. Porrò profectionem hanc in Vrbem, aut adornasse Maximianum, aut animo destinasse Gregorius docet; qui ei dialogos meditaretur de sanctorum virorū rebus in Italia præclare gestis, ad Maximianum scripsit, vt quæ olim de Nonnoso retulisset, aut si quid aliud scriptu dignum sciret, nisi venire ad se properaret, in memoriam per epistolam reuocaret. Exsecutus id Maximianus videtur literis ad Gregorium redditis. Is enim quæ de Nonnoso memorat in dialogis, ex Maximiano Episcopo, & Laurione monacho accepisse se profitetur. quod argumento erit prohibitum fuisse Maximianum à profectione, quam ad Gregorium moliebatur. ac fortasse Prouinciam sibi commissam, & Siciliæ totius administrationem, ob difficultates rerum deserere non licuit. an discessum in consequentem annum distulit?

14 *Io. Diac. l. 3. Lib. 6. ep. 19 cap. 25.*

Gregor. l. 2. epist. 30.

Profectionē ad S. Greg. aut adornat aut animo destinat.

Eadē epist.

lib. 4. Dial. c. 9.

Sed aliter visum Deo. Neque enim Maximiano ad Vrbem, sed iter ad cœlum fuit, quicum onere negotiorum, tum ingraueſcente, seueraque vitæ ratione debilitatus, fractusque, maximo publicæ rei detrimēto, bono tamen euocatus suo ad Beatorum sedes feliciter euolauit, Gregorio alūno olim suo luctum; Syracusis, atque adeò toti Siciliæ magnum desiderium sui relinquens. Iā verò Maximiani obitum, virique iacturam ecclesiæ pernecessarij sanctissimus Pontifex quam vehementer ingemuit, ac deplorauit? Indè Cypriani 15 Diaconi literas, quibus nuntiatur de Maximiani morte ad eum perlatus est, amarissimas appellat ob summum animi dolorem, quē perlectis accepit. Quid verò acerbius accidere Gregorio potuit, quam hominem veteri sibi familiaritate deuinctum, integritate vitæ, morumque sanctitate carissimum, in administranda publica re industrium, strenuumque adiutorem sibi sublatum, tantoque ecclesiæ detrimēto difficillimis temporibus extinctum? quæ

15 *lib. 5. ep. 19.*

Eius mortē S. Greg. acerbissime tulit.

duæ

duæ res commouere homines solent, publici, priuatique boni ratio, eæ ambæ optimum Pontificem vehementer angebant. ergo Maximiani cognita morte, Gregorius ad Cyprianum Patrimonij in Sicilia Rectorem literas dedit, indices arbitratus sui, adeoq; sollicitudinis, ob destitutam Syracusanorum ecclesiam, simul hominem monuit, vt eum successorem deligendum curaret, qui Maximiani locum, ac regimen promereretur.

Vide epist. Destitutæ Eccles. prouidet

Sed recreauere Pontificem nobilium Syracusanorum literæ, quas ad Gregorium præscripsere, Maximiani laudum plenas, noui pastoris electionem in grauissimum eius arbitrium reijcientes. vtrumque Gregorio gratum fuit, cum nobilium Syracusanorum pium erga defunctum Patrem officium, plenique benevolentiæ recordatio, quæ amantes filios decebat: tum singularis illa pro nouo pastore deligendo modestia. quam ob causam Gregorius epistolam illam testimonium laudis Syracusanæ nobilitatis appellat. sedenim rescripsit ad nobiles Syracusanos laudans, quòd onus illud deligendi Episcopi sapienter declinassent, & in Pontificem retulissent, Episcopum deposcentes qui Maximianum referret, honorifica cum testificatione virtutum eius, quas obtrectantibus alijs post obitum parentis, tanto maiore eorum laude boni filij non tacerent. sed magnæ virtutes numquã extrà inuidiam fuere. neque vmquam sanctitas, vt firmaretur, ac splendesceret magis obtrectatore suo, qui exerceat, vacauit. enimverò quid in Maximiano fuerint criminati obtrectatores virtutis, non inuenio; habuisse quid criminari potuerint non credo. fuit enim omni laudis genere præstantissimus & inter eos, qui ætate sua præcelluere, toto occidente conspicuus; cum sola virtus primum ad Gregoriani monasterij fastigium, mox ad sedis Syracusanæ insulas extulit. nobis verò satis superque sunt pro Maximiani sanctitate, illustria, sanctissimi Pontificis Gregorij Magni, testimonia.

lib. 5. ep. 47.

Principio quantum est illud, quod Gregorius vices suas in tota Sicilia Maximiano delegauerit, præclaro illo eius integritatis constantisque virtutis elogio: quas vices nõ loco, sed personæ tribuimus, quia ex transacta in te vita, aut, didicimus, quid etiam de tua subsequente conuersatione præsumamus. Maximiani verò sanctitas adeò eminens erat, vt Gregorij iudicio, grauissimo, & integerrimo par illi non esset, qui Syracusanæ ecclesiæ præficeretur. itaque in epistola ad nobiles Syracusanos hoc inquit, sciat magnitudo vestra, quia ciuitati isti, quem dare possimus Maximiano reuerentissimo similem non habemus: eademq; epistola Maximiani successorē eius virtutũ imitatorem exoptat: desiderij nostri est, talem illic cum Christi gratia ordinari Pontificem, qui bonorum supradicti Episcopi, cui' vos actionibus testimoniũ perhibetis, in omnibus debeat, Deo adiutore, imitator existere. Neque vmquam in laudando Maximiano Gregorius sibi satisfacere visus est tanto eum, quoties incidit oratio, cum honore nominat seu viuẽtem seu vita functũ: appellat virum *a* venerabilem, *b* reuerentissimum, *c* reuerendissimum, *d* venerandæ memoriæ Episcopum, *e* sanctæ memoriæ, *f* Dei famulum, *g* sanctissimum, *h* dignũ sollicitumque ecclesiæ suæ Patrem. quæ laudes cum à laudato viro Gregorio, eoque integerrimo ac Romano Pontifice sanctissimo proficiscantur, quanti illæ sunt æstimandæ?

libr. 2. ep. 4. Maximianũ viuentẽ mirisGregorij elogijs ornauit.

Porrò in sollicitudine, quam Paulus Apostolus ab ecclesiarum Præpositis, animarũque curibus exquirit, Maximianus eximius fuit, idemque muneri suo Magni Gregorij luculento testimonio seruauit. Eiusdẽ in clero, populoque recte informando, expurgandoque, in exquirendis, insectandisque criminibus, ardorem animi, in pastorali cura vigilantiam, & sollicitudinem in Gregorius sæpe laudat. in epistola ad ipsum Maximianum, admonemus, ait, vt hoc tantum nefas sub ea viuacitate, quam te in castis pijs habere, certissime scimus, requiras. Epistola ad Cyprianum Diaconum, vir inquit, sanctissimus Maximianus Episcopus noster ecclesiam Dei prauis hominibus purgare desiderans laudabilem erga Ecclesiasticorum vitam, sicut nobis, sollicitus fuit, qui dum eorum actus, vigilanter cura pastorali intenderet &c. Demum ob peccata nostra nobis ereptum testatur. vt paucis multa complectar, viuentem Maximianum Gregorius amauit vt amicum, vt patrem coluit, veneratus est vt hominem sanctum, demortuum in beatorum numerum adscripsit epistola sua, qua de Maximiano scripsit, & ille quidem ad præmia desiderata peruenit. Obijt 16 vir sanctissimus ad V. Idus Iunias, anno Christi IↃXCIV. cum ferme triennium Syracusanam ecclesiam rexisset, quo die eius meminit Martyrologium Romanum.

lib. 13. epistola 13.

lib. 5. ep. 19. Democriti inter cœlestes epistola adscripsit.

16

a l. 8. dist. c. 3. l. 3. c. 38 & hom. 34. sup. Euang.
b l. 2. ep. 4 & l. 5. ep. 47
c l. 2. ep. 24
d l. 5. ep. 41
e l. 3. ep. 4
f l. 3. dist. c. 3.
g l. 13. epist. 13.
h l. 5. ep. 48

Vide Animaduers. folio 177.

DE S.

Digitized by Google

Anni Chr. 602. 6. Septembris.

DE S. FAVSTO ABBATE
MONASTERII S. LVCIAE
Prope Syracusas.

SANCTVS Faustus Monasterij B. Virginis, ac Martyris Luciæ apud Syracusas, Præfectus; pueritiæ Sancti Zosimi educator fuit, quem ad sepulcrum eiusdem Sanctissimæ Virginis caste instituit, & monastica pietate imbuit. quemque æmulum, & imitatorem vitæ suæ habuit, Monasterij deinde Præfecturæ successorem sortitus est. Sanctissimus sanè pater Faustus dierum plenus, actibusque vitæ præcipuis clarus, obdormiuit in Domino, & ad Patres adpositus est suos. Floruit Pelagio secundo, & Gregorio Magno, Pontificibus Maximis. Tib. Constantino & Mauritio Imppp. Syracusis colitur VIII. idus Septembris, atque ex antiquo hymno qui in ea ecclesia olim decantabatur, itemque ex vita Sancti Zosimi monumentum hoc excerpsimus.

Anni Chr. 610. 13. Septēb.

VITA SANCTI IOANNIS
EPISCOPI SYRACVSANI.
AVCTORE
OCTAVIO CAIETANO
SOCIETATIS IESV.

MAXIMIANO Episcopo Syracusarum extincto Cleri populique studia vertere se ad successoris delectū. quò potissimum Gregorius Pontifex Romanus animū intendit, qui sollicitudine ecclesiæ tum vacuæ, vel maxime vrgebatur. Scripsit igitur ad Cyprianum Diaconum Patrimonij in Sicilia Rectorem, vt videret, quis defuncto Maximiano successor destinandus foret. credebatur, Traianum Presbyterum à Syracusanis delectum iri, quem virum bonum fama vulgauerat, sed Gregorij iudicio tantæ Prouinciæ impar erat. is Cypriano mentem aperuit suam; Ioannem ecclesiæ Catanensis Archidiaconum digniorem sibi videri, qui Maximiano succederet: proin hoc ageret, vt is eligeretur. operam verò præstaret cum Leone Episcopo Catanensi, vt orbari se Archidiacono suo facile pateretur, maiore Christi Ecclesiæ bono. plane rem summa cum prudentia, tùm diligentia conficeret. hic si cōmemorauerimus illustre Gregorij testimoniū de Maximiano neutiquam habere se parem viro illi Episcopum, quem Syracusis præficeret, summam testificationem Ioannis virtutum esse dixerimus, dignum Maximiani successorem à Magno Gregorio existimatum fuisse,

l. 4. ep. 19.

Ioann. Catanensis Eccl. Archidiac.

l. 4. ep. 47. S. Greg. PP. iudicio delectus qui Maximiano succederet

Interea Syracusis I conuentus agebantur, sed inter se discordantes, nam à Clero, & plebe Agatho, à pleriſque nescio quis alter delectus erat. at nobilitas Syracusana id oneris sapienter declinans in Romanum Pontificem reiecit: adiectoque insigni elogio B. Maximiani parem Episcopum à Gregorio postulabat. is nobilium Syracusanorū laudata modestia, scripsit vt quos Clerus ac plebs delegissent, mitterent ad se in Vrbem, vt quem potius institueret, coram decerneret. dum dantur vltro citroque litteræ, Cyprianus qua pollebat dexteritate, præstitit, vt à Clero populoque Syracusano, compositis rebus, Ioannes Archidiaconus ecclesiæ Catanensis deligeretur, quem sanctissimus vir Gregorius deligendum censuerat. igitur ab excessu Maximiani post annum & mēses ferme quattuor Gregorius Ioanni Episcopo pallium more maiorum permisit: admonens vt quod ad sacerdotalis officij decus accepisset, exornare moribus contenderet. futurum vtroq; honore conspicuum, si corporis habitus, virtutesque animi consentirent. simùl etiàm ecclesiæ Syracusanæ priuilegia auctoritate apostolica firmauit; decernens vt rata in posterum manerent.

Sub idem tempus scripserat ad Gregorium Ioannes, ad nouam ecclesiam proficiscenti, arduumque regendi onus subeunti necessarium sibi esse presbyterum, quocum vetus in ecclesia Catanensi vsus fuerat. causa erat, vt cum negotiorum, rerumque angustijs premeretur, notum hominem haberet,

Digitized by Google

ret, in cuius secreto pectoris requiem, ac leuamen inueniret proinde curarum suarum solatium, opemque à Pontifice deprecabatur. si eius auctoritas intercederet cum Leone Episcopo, certus spei erat, Presbyterum benigne sibi concessum iri. Gregorius verò Ioannis epistola permotus scripsit ad Cyprianum, vt cum Leone Episcopo ageret, leniterque suaderet, vt hominem, quem *Ioannes* Episcopus expetebat, dare vellet. quemque, vt Episcopus institueretur, volens concesserat, eumdem iam subsidijs, solatijsque necessarijs destitutum ne pateretur. Simul Ioannis Episcopi modestiam commendabat, qui eo animo adhuc esset erga Leonem Episcopum, vt eius se Archidiaconum profiteretur; neque futurum vt beneficiorum obliuisceretur.

Eius modestiam laudat.

Sane Ioannes vt administrationem ecclesiæ suscepit, aduersus Venantium Patricium strenue pro ecclesiastica iurisdictione decertauit. sed is, vt impotentes animi homines solēt, perinde accepisset, ac non feciſſet iniuriam, literas quærimonijs plenas ad Gregorium scripsit. Sanctissimus vero Pontifex aliunde intellecta re, Venantium per literas obiurgat, quod in Episcopi domum homines armatos immisisset; Ioannem Episcopū iusto in eum dolore commotum; probeque nosse se, qua ille grauitate, mansuetudine, & sanctitate polleret. dein monet, vt sacerdotem, ac parentem suum, vt filium deceret, reuereretur; neque ad iram animū eius prouocaret. sed tumore animi depositō ageret causam suam, caritate intemerata. Literis verò suis Gregorius Ioannem Episcopum hortatus est, vt Venantium perinde ac filium reciperet in gratiam, & beneuolentiæ officijs promereri studeret. simul Ecclesiæ iurisdictionem ità tueretur, vt nullum caritas detrimentum caperet.

Pro Eccl. iurisdictione insigniter decertat.

L.3. ep.40.

Iàm verò cum impijs Longobardorum armis Italia vexaretur & benignissimus Pontifex redimendis captiuis, insigniter operā præstaret, *Ioannes* cum studia eius æmulatus, tum profusos sumptus commiseratus, pecunia per Candidum missa, Gregorium iuuit; qui caritatem Episcopi mirifice complexus est, eique per epistolam gratias egit. quod autem *Ioanni* ex animo suo metienti rem, modicū visum esset, contrà Gregorius vltra modum ex Episcopi opibus æstimauit, magnifico largitatis eius elogio, quod penes quem greges pauperum essent, semota adeò loca, explenda misericordia, perquireret. extrema verò epistola Gregorius *Ioannem* monet, ne scripta sua coram extraneis ad prandium, cœnamve legi permitteret. quod monitum in vtriusque laudē cedit. nec modestiam modo Gregorij monstrat, sed Ioannis Episcopi pietatem, & sacerdotalem in capiendo cibo temperantiā, qui sacra lectione mensam instrueret suam animumque reficeret.

Eleemosynas ad S. Gregorii mittit.

l.8. ep. 9.

§

Post quinquennium a Ioannes Episcopus profectionem ad limina Sanctorū Apostolorum molitus. Sed auditum Gregorius iter prohibuit. crediderim Ecclesiæ Syracusanæ bono. vetitum, cui Gregorius Ioannem pernecessarium sciret. verum is in tristitiam lapsus, quod desiderio suo, pietatiq; facere satis non posset. vt Gregorius intellexit, cùm diligeret, & videre Episcopum percuperet, nubeculam illam mœroris ex animo eius excussit, facta potestate, vt opportuno tempore Romam nauigaret. primo igitur vere anno 603. Ioannes ad S. Gregorium profectus est, & Sanctorum Apostolorum limina veneratus. ex Vrbe regredienti administrationem sacri Patrimonij Gregorius commisit, quam vltra annū procurauit; donec ad illud regendū Adrianus Chartularius in Sicilià à Gregorio missus est.

Ad limina SS. Apost. contendit.

b.9. ep. 31.

Patrimonii B. Petri Siculam procurat.

L.10.ep.46. & 48. L.11.ep.30.

Sed ex Gregorij epistolis, negotijsque Ioannis Episcopi fidei permissis, facile cognosces, quantum Gregorius eius integritati, virtutique subniteretur. nam Decij causſam Episcopi illyboetani cognoscendā B. Ioanni demandauit. sane cum Lucillus Melitæ Episcopus apud Sedem Apostolicā recusatus fuisset, Gregorius ad Ioannem scripsit, vt Episcopis quattuor in Concilio adhibitis, de illius facinoribus iudicaret, Presbyterisque, ac Diaconis, qui scelerum participes fuissent; efficeretque, vt quantū illi Deum ad iracundiam lacessiuissent, tantum seuera ipse emendatione placaret. factum ab eo, quod Pontifex imperauit, ac Lucillum flagitiorum conuictum de gradu deiecit. ad hoc accusationem Bizaceni Primatis Prouinciæ Africæ Gregorius ad arbitrium Ioannis retulit. hoc addito præconio: de eius amore in omnipotentis Dei causſa, certum esse: exsequi, ne dubitaret, quod Ioannes ageret, putaret egisse Gregorium. præterea controuersia de agrorum finibus, inter Cæsarium Abbatem Monasterij S. Petri ad Baias, & Ioannem Abbatem S. Luciæ, prope Syracusas, ad eumdem Episcopum delatus. itemque præcipsit, vt in Diaconos Ecclesiæ Catanensis inquireret, procedere ausos in calceis compagis, quod Diaconis solum Messanensibus sedes Romana concesserat.

L.8.ep.1. L.7.indict. ep.64

L.6.ep.56.

Lib.7.ind.1 epist.58.

Fa verò Gregorij de Ioanne existimatio fuit, ea de virtute eius opinio, vt præscriptas contra eum querimonias semper suspectas habuerit, mox falsas reperierit. itaque rescripsit ad Felicem, qui querelas ad Pontificem dederat; quidquam iniuria factum à *Ioanne* ne suspicari se quidem potuisse. quod neque eius cogniti mores, neq; actus permitterent. Venantium Patricium de eo conquestum acriter incusauit, asserens haud ignotum sibi, qua Ioannes Episcopus sanctitate præstaret. sed eius Gregorius sæpenumero summa cū laude meminit. *a* appellat virum prouidi consilij. *b* Laudat eius mores, *c* iustitiam, sapientiam, caritatis studium, curam rerum ecclesiæ. Alias scire se ait, *d* sanctitatis eius discretionem, & inditam illi tranquillitatem. de *e* eius sanctitate, & solicitudine certū esse. *f* quod amorem suum, quoties se offerret occasio, in B. Petrum præferre non cessaret: certumque esse se, de amore eius in Dei causſis. quæ Ioan-

Querelæ aduersus eum suspectæ, mox falsæ. *L.7.ind.7. epist.43.*

Multæ S. Greg. de eo laudes, & præconia.

a L. ep.
b L.7. ind. 2. ep. 100.
c L.10. epistol. 48.
d L.7. ind. 2. ep. 43.
e L.8. ep. 30.
f L.7. ind. 2. epist. 64.

Digitized by Google

Ioannis Episcopi præconia sane omnes intelligunt quanti facienda sint, cum ex S. Gregorij iudicio grauissimo, & integerrimo proficiscantur.

4 Prophetico spiritu claruit.

Ceterum Ioannem 4 Episcopum prophetiæ spiritu clarum fuisse, historiæ S. Zosimi antiquus scriptor prodit, qui IↃCCC. ante annos vixit. nam cum defuncto Beato 5 Fausto Abbate monasterij S. Luciæ, inter monachos certaretur, quem in eius locum sufficerent, pluresque Præfecturam illam ambirent, de communi consilio res ad Ioannem Episcopum delata est: virum per id temporis (hoc ornat elogio scriptor ille) sanctitatis reuerentia plenum, & præconio venerabilem, virtute præcipuum, præscientiæ gratia ditatum. Ioannem igitur adijt monachorum cœtus, relicto Zosimo, sepulchri S. Martyris Luciæ, eiusque ecclesiæ custode. sed ille sacrũ conuentum intuitus, ac Zosimum quem contempserant abesse diuino spiritu pernoscens, interrogat; num ne aliquis in monasterio remansit? nemo respondent, venerabilis pater. Paulum Episcopus rogitat: videte, inquit, quemquam ne habeatis in monasterio? respondere, hõ alium illic esse, præterquam ostiarium ad ecclesiæ custodiam relictum. tum Ioannes vt mature Zosimum accerserent, iussit. corã adductum summo cum honore excipit, ceteris omnibus præ insolentia rej, in admirationem defixis at sanctissimus Episcopus cum reuelante Deo, videret super Zosimum adolescentem contemptum, requiescere spiritum Domini ad monachos conuersus, hic, inquit, Abbas vester est, mox Presbyterum, & Abbatem inaugurauit. ita lapis reiectus factus est in caput anguli. ceterum quot annos B. Ioannes in Episcopatu vixerit, incertum. crediderim S. Gregorio superstitem fuisse. sed pie, sancteque obiisse, ex scriptoribus, qui post eum floruere, satis cõstat. S. Ioannis Episcopi festus dies in ecclesia Syracusana colitur 10. Kal. Nou.

Vide Animaduers. folio 178.

Zosimum diuinitus cognoscit & Abbatem consecrat.

Sancte ad Deum migrat.

DE SANCTO ISIDORO SCILIAE EPISCOPO.

Anni Chr. 610. 25. Ian.

ISIDORVS B. Gregorij Papæ Magni discipulus fuit, à quo Episcopum in Siciliam fuisse olim destinatum Constantius Felix *a* docet, & Arnoldus Belga *b* in suo Martyrologio Monastico id refert, nã aliorũ secutus opinionem monachum fuisse putat è Monasterio S. Andreæ, quod Romę ad Cliuum Scauri D. Gregorius construxerat. inclinat sane animus vt nostrum hunc Isidorum eumdem esse censeam, quem Martyrologium Romanum, Beda & Notkerus in suis martyrologijs reponunt etiam ad 18. Kal. Februarij; idem vtriusque natalis est dies: quæ item verba in martyrologio Romano eum Isidorũ memorant sanctitate vitæ, fide, & miraculis inclaruisse, eadem fere de nostro Isidoro ab ijs martyrologiorum scriptoribus afferuntur. iuuat coniecturam Doctissimus Baronius, qui Isidorum, cuius meminit martyrologium Romanũ *c* sine vlla certi loci nota, à duobus Ægyptijs Isidoris diuersum, atquè alibi vixisse, quàm in Ægypto existimat. quamquam verò martyrologia illa Romanum Bedæ, & Notkeri Isidorum non compellent Episcopum, non ideo à nostro alium esse concludas, facile enim fuit eum titulum excidere in eo, cuius ecclesia nesciretur, nec adhuc mihi explorata sit post impensam in ea re peruestiganda diligentiam. Bononiæ, Vrbe Italiæ, corpus S. Isidori seruatur; sed num id esse S. Isidori Siculi Episcopi dixerimus; certe quidem S. Isidori Hispalensis Episcopi corpus legione in Hispania colitur, vti tradunt Lucas Tudensis, *d* Rodericus Toletanus, *e* Iacobus Braulius, Ioannes *f* Mariana, *g* quarè Abbas Domnus Constantinus *h* meus germanus frater dubitauit, an Bononiæ conditum corpus esset S. Isidori Siculi, & Bononienses homonomia fortasse decepti: nam vtrique Episcopo idem nomen, eadem æras; Synchroni enim fuere; vterq; S. Gregorij discipulus Regulam S. Benedicti professus, dignitate Episcopus, doctrina, & sanctitate insignis fuit; inde tamen, ne quid dissimulem, coniectura debilitatur, quod frequens admodum sit idem corpus dici in duabus longe dissitis vrbibus seruari, quod vtrobique aliquæ eius particulæ seruentur.

a in suis ephemerid. ad 18. Kal. February.
b in notis eodem die.
c Eod. die.
d Chron.
e Lib. 6. de rebus Hisp.
f in præfat. ad opera S. Isidori.
g Lib. 9. c. 5
h In notis ad tumul Isidorum.

Digitized by Google

Anni Chr. 647.

DE BEATO IOANNE
ANACHORETA SICVLO
ex Aimoini Historia.

EO tempore, quo terminum Dagobertus sortitus est vitæ, quidam illustris Ansoaldus nomine, Defensor 2 Pictauiensis ecclesiæ, partes peragrabat Siciliæ. qui dum euectu reuerteretur nauali appulit ad quandam 3 breuem insulam præsentia, & meritis cuiusdam solitarij, qui dicebatur Ioannes, redimitam; à quo dum de salute animæ cum eo sermocinaretur interrogatus, vtrum Regem Dagobertū cognosceret; illeque se eum optime nosse, respondisset: rursum à senerogatus, narrata vitamque Regis exposuit: cui senex, cum, ait, multa vigiliarum, ac ieiuniorum, simul ue senectutis fatigatione depressus paulatim membra sopori dedisset, astitit mihi quidā veneranda decorus canitie, monens vt propere surgerem & pro Dagoberti Regis anima, quæ eadem 4 corpore exierat hora, Domini exorarem clementiam. quod cum facere maturato curassem, apparuerunt subito haud procul in pelago deformes triculēta facie dæmones vinctum Regem Dagobertum per spatia maris agitantes inflictisque insuper vulneribus ad Vulcania 5 loca trahentes.

Qui distentus cruciatibus, inter agitationes, & verbera, quorumdam sanctorum audiebatur postulare suffragia. cum repente aperto cœlo, inter fulmina in fluctus cum fragore ruentia, visi sunt descendisse viri decore nitentes mirabili. requirere cœpi ab eis, qui essent, qui dixerunt se illos esse, quos Dagobertus ad suum vocarat auxilium, Dionysium videlicet, ac Mauritium martyres, nec non *M*artinum Confessorem. hi arreptam dæmonibus animam secū ad æthera leuauerunt canentes hunc psalmum: Beatus quem elegisti & assumpsisti, Domine; inhabitabit in atrijs tuis. hæc ille vir venerabilis Ioannes Ansoaldo retulit se vidisse, qui in Gallias reuersus, Sancto Audeno narrauit, qui ea in vna conscripsa chartula posteris reliquit in ordinem historia redigenda. ex quæ re datur intelligi nullo modo a sanctis orationum contemni, quem ad eorum memorias sancti conferunt viri. quamquam enim quorumdam calumniatorum, & cuncta deuorare cupientium hæc vox sit: nihil, aiunt, Deo, vel sanctis eius prosunt aurum siue argentum ligno aptum, seu parietibus dependentia pallia: non tamen sine causa vltione puniti sunt diuina Balthasar vasa de templo Domini rapta in turpes conuertens vsus, vel Heliodorus aerariū Dei eripere conatus; & Antiochus, quia Hierosolymitanæ Vrbis templum Altissimo consecratum expoliauit, postmodum scatens vermibus exspirauit. Dagobertus verò eo specialius sanctos sibi auxiliari poscebat, quorū basilicas plus ceteris se opibus ditasse meminerat.

Vide Animaduers. folio 179.

Anni Chr. 656. 30. Martij.

VITA
S. ZOSIMI EPISCOPI
SYRACVSANI
Ex M.S. Cod. Ecclesiæ Bouinensis.

ILlustris 1 hodie, cælestique splendore mirabilis, nec ceteris posthabendus, adest festus dies: exultemus, & lætemur in eo; idque, vt par est, in Domino. rectos enim decet collaudatio. Quoniā igitur festissimus illuxit dies, ea volumus afferre in præsentia, quæ sanctum reficiant, expleantque studium vestrum; præsertim cū diuinis cautum sit legibus, sanctorum memorijs vt communicemus. est enim dicendi materia, nostræque narrationis argumētum Pater 2 noster sanctissimus Zosimus. Accedam igitur sermonem habiturus sane iucundum. suauis quippe est sancti ipsius nominis agitare memoriam. Quapropter ex plurimis pauca deligens, ipsius præclara facinora, quam breuissime potero, proponā. Quid enim non pudeat, cum impiorū actus vitasque descriptas, imo verò sæpe confictas tanto studio, & labore ab ethnicis scriptoribus, ad illorum, suique memoriam, videamus, si pia sanctorum, & præclara facinora obliuioni tradiderimus? Decidentibus enim omnibus, & morte interceptis, qui sanctissimam Zosimi vitam, vel signa præ oculis habuere, futurum erat profecto, nisi fuissent literis consignatæ, vt nos, tantarū thesaurus, & copia virtutum lateret: & vos, quo-

quorum ætas est grandior, quique adeo miraculorum à sancto viro editorum retinere aliquid memoria potesti, ea præteribatis, virtutes videlicet hominis duntaxat, sanctitatemque mirantes, ac pro magno habentes. & sane multo maiora sunt virtutũ opera, quam ea, quæ sint supra naturam admirabilia. præclara si quidem virtutis actio suadet incredulis, immemores ad memoriã tardosque deducit ad scientiæ semitam. Proinde laudabiles præcedentium sanctorũ actus memoriæ tradendos curauere, qui ante nos iuerunt.

Sed oportet, dilectissimi fratres, quando ad festum hunc, celebremque diem conueniistis, vt sancti viri opem ardenter implorem̃us, vt nobis ipse suis precibus vires, animumque sufficiat ad dicendum, vt laudum ipsius commemoratio nobis vtilitati sit, ac salutis [illegible] memoria iustorum cum laudibus, quibus vnum hunc conferre non immerito licet, propterea quod omnes ipse participat Sanctorum virtutes; quibus vt viuens præditus fuit, ita mortuus immortali cum sanctis vita perfruitur. Deo enim viuunt, et ipsius præscripto qui viuunt, & oblectamenta vitæ huius aspernantur, & ieiunijs, vigilijsque corpus atterunt, ac domãt veluti mentis inimicum; nimirum vt effervescentis vim appetitus euincant, itaque Deum ad misericordiam inclinent humilitate commotum. nihil enim profecto potius Deum conciliat, quam corpori, Dei vnius causa, inflictæ pœnæ. quin & idem quoque pijs euincitur hominum lacrymis; dixit 3 enim è Patribus quidam, sed & fundent lacrymæ Deo; atque adeò (dicere liceat) vim faciunt. Atque in hoc genere mirum est, quam pauci se se constanter exercuerint. recte enim illud, multi sunt vocati, propter naturę communionem scilicet; pauci verò electi, propter constantiam. Matth. 20. 16.

Quamquam enim Deus ad salutem necessaria confert omnibus omnia, præcipitq; communiter, mandata vt curent; alius tamen alio accuratius ea conficit. Id quod iã inde à principijs nascentis orbis, ac deinceps præstitere Deo carissimi homines: vt Abel protomartyr Deo dilectus, Enoch translatus adhuc viuens, Noè solus dignus, qui in diluuio seruaretur, Abraham peregrinari à Deo iussus, paterno solo relicto, Isaac Deo oblatus à patre, Iacob vnà cum duodecim Patriarchis, Moses legislator, Aaron sacerdos, Iesu Naue ductor populi Dei, Iudices Israel, Samuel leuita à Deo electus, Dauid ex humili loco euectus ad regnum, Salomon 4 Trinomius, Helias in igneo curru raptus, Helisæus miraculorum potẽs, Prophetæ, quique captiuitatem præiuere, quique subsecuti sunt, Præcursor salutaris, & veri lucerna luminis, sancti Apostoli, & Christi discipuli, & Euangelistę, Pastores, & Doctores, nec non & ceteri Christi testes martyrio consummati. Atque his quidem omnibus videtur adnumerandus Pater noster Zosimus; quamquam ex his proximus alijs suis, alios bonorum operum passibus procurrens assecutus est; nonnullos verò virtutib' etiam anteiuit: atque horum quidem mansuetudinem, tranquillitatemque, illorum verò hospitalitatem, atque constantiam sectatus; quorumdam plurima, aliorum omnia imitatus, in vnam quamdam virtutis imaginem cuncta composuit, suam ex multis vitam instituens. Hunc igitur sanctissimum vobis Patrem sermone quodam modo picturus cum sim, vt eius saltem vmbra fruamini, primum enixe ipsum deprecemur, vt summo quasi digito auxilij sui gratiæ stillã labijs meis infundere dignetur, vt recreatus, confirmatusque, imperitiam abigam, & aliqua de multis referre dignus inueniar. formidine quippe, fateor, vel maxime teneor, ne forte tantæ victus materiæ mole succũbam. Ita, cum digne nequeam, det veniam pro sua misericordia clemens hic Pater, qui, tametsi imperitum, rudemque nostrũ certe animum videt studiosum sui. neque verò Rhetoricorum desiderat verborum affluentiam, quoniam ipse sibi laus est, & prædicatio sufficiens. Iam igitur, Deo duce, narrationem auspicemur.

Zosimus diuitibus, pijsque parentibus natus.

Parentibus natus est Zosimus terrenis quidem bonis affluentibus; sed in ijs, quæ ad pietatem, Deumque spectant, multo locupletioribus. eorum cura, sine auaritiæ foedibus tamen, erat propriæ possessionis; quæ non longe distabat à 5 monasterio quodã eruditissimorum virorum, sanctæ, semperq; Virginis Luciæ nomini dedicato, cuius inditionem (adeò a furarum rerum amore abhorrebant) sua dederant omnia. His, atque alijs huiusce modi pietatis actibus intenti, defixique, multa prece filium ex animi sententia, vel Dei potius prouidentia, susceperunt sanctissimum hunc, miraculisque clarissimum Patrem nostrum Zosimum. Neque hoc sane immerito, sed diuino potius consilio, sortitus est nomen. quod 6 enim Attice Zosimus, latine, Vitalis, est. nam quod illi Zoen, nos vitam dicimus. & in Christo quidem vere viuit, in cælesti ciuitate constitutus, Angelorum ciuis, vitamque mortalibus, Deo fauente, impertitur, dignus deprecator. alijs .n. quæ satis sint ad vitæ præsentis vsum, bona largitur: quorũdam morbos, ægritudinesque dissoluit; alios autem vitæ suæ, ac virtutum exemplis erudiens, prouocat ad imitationem. At potest quidem ipse siti pietatis accensos, velut Ismaelem in solitudine reficere; & iam pene expirantes, atq; adeò extinctos sui spiritus igni afflatos in vitam reuocare. Itaque gratiæ sunt agendæ immortali Deo, quoniam nostris quidem temporibus, tametsi nobis immeritis, licuit Patre Zosimo frui, rerum admirabilium, ac salutis auctore maximo. qui in domo parentum quamquam secularium, non negligenter tamen, neque remisse, vt plerumque assolet, enutritus est; sed quasi munus Deo futurum, cura præcipua. Septennis deinde in prædictum monasterium à iustis parentibus, vt olim Samuel cooptatur; offerturq; sanctæ martyri, semperq; Virgini Luciæ idq; diuina, vt creditur, proui-

Quem Dei munere susceperc.

Septennis in monast. D. Luciæ traditur.

Digitized by Google

prouidentia, cum eamdem, & ipse, quam illa vixit, vitam sit æmulatus, inextinctam
7 7 ad exitum vsque vitæ seruans virginitatis lampada. Audet quidem & excelsius aliquid sermo. nam quemadmodum virginem virgini, dilectoque discipulo Dominus in cruce commendauit, quatenus quæ supra naturam sunt, ostendens, Deu cognoscatur: & quæ secundum naturam sunt, custodiês honoretur: ita & virginẽ Luciam Zosimo virgini commendauit. oportet enim similia similibus custodiantur, Id quod vel ex eo patebit, quod sequitur.

Sanctus enim Zosimus cum ætate, tum
8 virtutibus inter sanctos proficiens, custos 8 pretiosi loculi sanctæ virginis Luciæ constituitur à Sancto Fausto Abbate ipsius monasterij, cuius 9 vt vitam, moresque est imitatus, ita dignus, qui illi succederet, habitus est. alias autem indigne digno succedit antecessori, qui sanctis discordat illius moribus; vt aduersarius potius, quam successor sit appellandus. similia namque similibus conueniunt: dissimilia verò ruinam sibi ipsa, perniciemque parunt. Iniunctum ergo à Fausto munus dum obit puer, parentum desiderio stimulatus (id quod sanctissimus Elias, qui mox Zosimo Diaconus in sancto, & incruento altari ministrauit, quique sæpius
10 eius sacerdotium post eum sortitus est, referebat, accepisse se ab ipso venerabili Zosimo) parentum, inquam, desiderio stimulatus, fugiens è monasterio ad eos venit: qui cum essent filium intuiti, attoniti, quid hoc esset, taciti cogitabant. cumque culpam subito deprehendissent, arguentes, comminantes, blandientes, volẽtem, nolentemque, sed volentem potius illum ad monasterium reduxerunt. Monasterio iam restituto, cum sopori se noctu dedisset, ecce tibi sonitus quidam ad valuas honorabilis loculi factus est. egressaque sancta martyr, arguebat puerum, intermnabatur, iamque illum quasi crudelibus, variisque flagellis cædere volebat, vt ex ipsius furibũdo corporis motu videbatur; nisi alia quædam 11 mulier præsto fuisset, purpureo habitu venerabilis, vultus iucunditate gratissima, quæ martyrem à flagris prohibens, Zosimi quasi nomine promittebat, nihil eum posthac tale commissurum, aut vlterius à monasterio recessurum. ipso autem stabilitatem illius verbis attestante, abiit mulier, euanuitque. Hic ille horribili exercitus viso, numquam deinceps ea, qua solebat fiducia, sacrosancto ausus est accedere tumulo. sed virgini tamen simplici, sincero, fidentique animo seruiebat: ac moderabatur. itaque animum temperabat vt quædam in moribus, quasi harmonia appareret. quod sanè studium licet omnes nutriat, foueatque virtutes, præcipue tamen quasi parens est virginitatis; quam quia sedulo Zosimus, atque omni contentione secratus est, omnibus in virtute, ac sanctitate præfertur. Abbatibus præcedentibus, præsentibusque & monachis in eo monasterio commorantibus.

Desiderio parentum à sepulchro puer abscedit.

Cui D. Lucia minitabundam se per quietẽ offert, & à 11 transfugij absterret.

Nec verò tanta virtus diuino testimonio caruit. Idem enim sanctissimus Elias Episcopus de sancto Patre nostro Zosimo cum verba faceret, audiui, inquit, à Sancto 12 & venerabili viro Ioanne Episcopo, cum adhuc in viuis esset, rem sane mirabilem. Accessit aliquando ad eum 13 Patricia quædam, nomine Domnina pro quadam possessione, indecens, indigna, temerario fastu, eumque contristauit. quiautem reges increpat, dicens, nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari Patriciam languoris plaga dissoluit, remeauitque quam multi, illius exemplo, documentum dedit, seuo autem oppressa langore mulier ad sanctam martyrem Luciã confugit, manifesti ignara periculi, minusque perpendens, iniuste sancta non prodesse, sed obesse potius. itaque auersam est temerariæ fœminæ malum, quæ sibi quodam secularis dignitatis accedere ad venerabilem procidit ipsius martyris tumulum, nisi curanda. Senitu deinde [illegible] martyrem Zosimus (solebat enim ipsius tumulum requiescere) exeuntem elapsique quasi cædentem misere Domninæ fasiem, dicentemque; hinc agite seruam hanc, impudentemque mulierem quã tocyus proijcite. Hæc vbi vidit, accepit que exurgens, obsequentibus ei famulis, Tollite hinc, ait, Domninam vestram. illi verò accedentes, Domninam suam iam mortuam reperere, efferentesque sepelierunt. Quæ cum ita sint quis non confiteatur, eximiam quandam familiaritatem castitatis merito apud Dñm martyrem obtinuisse Zosimum, qui eius præsentia tam frequens per visum, in corpore adhuc degens, mortalisque frui potuerit? Aut quis virginitatis virtutem non admiretur, & ad Dei gloriam imitetur? Virginitas enim prima diuinitatis est virtus, primum diuinitatis insigne.

12 13

Domnina Patricia Zosimum temere contristat.

Iniuriã Lucia Martyr vlciscitur.

Tanta insignitus virtute S. Zosimus exegit in eo monasterio annos triginta, singulis subditus, cautus in omnibus, ad omne opus bonum paratus, fortis, constansque, in egestate dues, mansuetum se præstans omnibus, impiger ad ministerium, in sancto vitæ proposito permanens integre, cõstanterque. His ille dum studet, ceterisque virtutibus, atque ad maiora procedit in singulos dies, S. Faustus Abbas obdormiuit in Domino, annis auctus, atque virtutibus, apposituque est patribus suis. Interea pendebant animis monachi, cuinam curam crederent monasterij, cupiditate ducti quidam muneribus; alijs alij rationibus contendentes, dignitatem sibi vendicare tentabant; iniquum videlicet opus, & inane, cum Dei decretum auertere possit nemo. Omnes tamen, vno Zosimo, quippe quem nihili facerent, ad ecclesiæ, loculique S. V. Luciæ custodiam relicto, communi consilio B. Ioannem adeunt, sub quo, vti diximus, misera Domnina luit superbiæ pœnã, virum sanctitate venerabilem, futurarum rerum scientia, vt iam patebit, ornatum. Quos vt vidit Episcopus, inquit, Reliquum

Faust. Abb. moritur.

Successoris delectum Monachi ad Ioan. Episc. deferunt.

non

non habet veterum monasterium aliquem? nullum, aiunt illi, venerabilis Pater. At ille; videte, an alius præterea sit aliquis. Tum ij; non est, domine Pater, nisi Ostiarius templi custos. hunc si forte quæris, vocatus veniat. Extemplo igitur iussus adduci, adest, ab Episcopo accipitur honorificentissime: cæterorum autem tantus mentibus incessit stupor, vt non dicam vocem, sed cor hebetáuerit eiusmodi euentus. Tunc illum, nulla interposita mora, Abbatem creat, monachisque datq; prudentem dispensatorem, ac doctorem optimum. Omnibus autem fratribus rem admirantibus, ex ijs quidam, vere, ait, Pater, in te hodie illud impletum est scripturæ dictum, super quem requiesceet spiritus meus, nisi super humilem, & trementem sermones meos?

Qui diuinitus edoctus Zosimũ Abbatem creat

18 Non multis autem interiectis diebus à Sanctissimo Ioanne, cuius sæpe mentionem fecimus, aduocatus, Presbyter 14 est ordinatus sanctæ ecclesiæ semper virginis, & gloriosæ Dei genitricis Mariæ. Quem ergo in admirationem non adduceret tam facilis ipsius, maturusque progressus, quo de virtute in virtutem, nullo interiecto moræ obice, procedens ad altiora semper beato cursu properauit? Nimirum hunc sanctus, ac venerabilis Ioannes *Episcopus*, quasi magnus ille Præcursor Ioannes Baptista, ea, qua pollebat, futurorum scientia, designabat, magnum futurum, ac præclarum virum. Namque annis quadraginta, quibus monasterio præfuit, adeo omnibus moderate gessit, vt nec bonis odiosus, nec remissus malis videretur. & creditus quidem, præcedentem quempiam, neque verò subsequentem habuisse in eo monasterio simulem. quod dum augere studet, fratres clementer, quasi pacem studiens, discretionis virtute præ ceteris insignitus, ad excellentem 15 summi sacerdotij sedem subito, Deo volente, promouetur. cuius rei de repente fama percrebuit, quoniam super candelabrum, ideſt pontificatus altitudinem extollendus, non iam sibi vni, aut paucis fratribus, sed omnibus notus, exemplo cunctis esse, ac præiucere debebat: igitur Petro 16 quodam sancto Episcopo vita functo, doctorem Zosimum, & pastorem sibi plebs instanter petebat. Cumque 17 clerus, & populus, alius alium petentes, dissiderent, vnum tamen illum habuere, quem Dei prouidentia vocabat. Et quidem ex clero, plebeque quicumque iam secundum interiorem incedebant, & sentiebant hominem sanctum Zosimum vocitabant Patrem; eaque sententia petebatur *Episcopus*. sed quoniam oportebat non sine labore, ac sudore ædificari ecclesiam, quam Christus pretio quæsierat sanguinis sui; sicque futurum ecclesiæ pastorem eruditi; tentatus quidem ille est, sed veritas extitit, Dei virtus euicit. Populus igitur, cleruſque diuersa sentiebãt: alij taciturnitatem hominis, eruditionemq; laudantes, probabant; alij contra quasi abiectum, humilemque pro nihilo habentes, improbabant. Zosimum quidam, alij Veterum *Episcopum* conclamabant. recusabat 18 ille; contra hic clamosus, ac tyrannicus ingerebat sese. alter veritate, precio nixus alter. illi lex, & bona gloria potior; hic ex lex, & inanis gloriæ cupidus erat. Quid plura? Romam vterque cedit; adeunt, & parcs. Sed famulum suum qui nouerat Deus, Zosimum elegit. Is ergo de veritatis sententia, sub Theodoro, 19 ter beatissimo *Papa* Rom. *Episcopus* creatus est.

14 Mox ordinat presbyterum.

16

17

18

19 Sed inuitus à Theodoro PP. Episc. ordinatur.

Nec verò præteremndum videtur, quod sæpe de eo dicere memorabilis Elias consueuerat; adeò scilicet moribus fuisse mitẽ, quietis amantem, & humilitate supra omnes excellentem; vt nullo modo voluerit, impositum suscipere sacerdotium; magnúmque inde sibi dispendium fore lacrymis fatereturi, si ex ignoto notus, ex humili magnus existimaretur. cumque, inquit idem Elias, vel maxime formidarem, ne *Papam*, adiens, dignitatem recusaret omninò; illũ conuenio, atque oro te, inquam, obsecroq; per omnipotentem Deum, ac sanctum Petrum, venerabilis Pater, ne præsenti te subtrahas ordinationi, à Dei fortassis voluntate dissidens; neque alij cupiam, destinatum tibi sacerdotium cedas; tuaque nos præsentia destituas, atque orbes. Hæc, atque his similia dicenti mihi acquieuit, promisitque se non reluctaturum, sed diuinæ voluntati, quæ cuncta quò vult, ducit, vnde vult, abducit, obediturum. Itaque suscepit onus: Pontificemque suum, veluti patrem, agnoscentes clerus, populusque Syracusanus, vbique gaudebant omnes, & exultabant. Videre tunc erat (quod sacræ vaticinatæ sunt literæ) vnum omne, & pastorem vnum, excelsum operibus, æstimatione sua despectu, atque contemptum, modestum, benevolũ, virilem, quietum moribus, specie Angelicũ, hospitalem, humanum, iustitiæ studiosum, quique ad gregem, suum salubribus, lætisque cælestis doctrinæ pascuis diligentissime pascere. nam de iracundia, si quando sermonem instituisset, dicere solitus erat, quantum à serenitate tempestas, tantum à lenitate distare iracũdia. Quare amabilis potius, per lenitatem esto, quàm per iracundiam formidabilis. De morte autem disputans, iam dicebat, ijs, pro lucro esse, qui ex virtutis præscripto viuerent, vtpote laboris requiem, vinculorumque solutionẽ. pessimum vero exitum contingere malitiã diligentibus, insipienterque viuentibus; vt qui esset pœnæ principium. Hæc, & plura huius generis memoratu digna cum disputaret ad eos, qui confluebant, misericordiã semper anteponebat, eam vti studiosius colerent, subinde monens, adhibitis ad hoc identidem aptis è scriptura sententijs; vt, misericordia exaltat iudicium, &, misericordiam volo, & non sacrificium.

En quæ stellis hoc cælum distinguitur.

Hæc diligentissime disputans, suam cuiq; medicinam prudens afferebat. nec dictis facta dissentiebant. narrabat enim beatissimus Ioannes Diaconus eius, & Notarius, ad Episcopum adisse quemdam aliquando qui stipem rogaret. tunc me ille, inquit Ioan-

Digitized by Google

Ioannes, largiri egeno iubet nummos duos. cum autem, vnde erogaretur, non esse, dicerem; perge, ait, misertus inopiæ, vende

21 penulam tuam; duosque quos iussi, nummos pauperi dato; nouam autem tunc penulam emeram. Ad hæc ego cum admurmurarem; incensus ille, sume, inquit, meam hanc penulam; vendito. Iamq; exuere penulam publice cœperat, cum per idem tempus, egresso me, nummos vt misero darem, iuuenis quidam aduenit; ad Episcopi

22 pedes accidit, aurum offert plurimum. Redeuntem deinde me acriter increpauit Episcopus, vt qui pusillo, abiectoque fuissem animo, minusque in Dei benignitate confidissem. Quare nihil vmquam deinceps ausus sum ab eo diffidere. Hæc Ioannes. Paulus autem Abbas, qui æqualis illi fuit, & in virtute versatus, cum, inquit, in Episcopium ad eum accederem aliquando, accepturus aliquid, quod egentibus distribuerem, tunc ille ad me, Romano sermone, Pater Paule, quid operatus es hodie? virtutis opus videlicet intelligebat. hoc enim ipse dumtaxat opus agnoscebat. cui ego, ecquid operari tandem potui, cum nihil habuerim ad operandum? Quid ut? te nihil habuisse ais, inquit Zosimus? ergo nonoras? an verò nescis, quia qui petit, accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperitur? Tum exurgens, tribuit mihi, quod distribuerem; adiecitque; cape iam, Pater Paule, & operis tui curam habeto.

Sed & illam ceteris virtutibus addiderat neque enim ab alio quopiam, nedum à parentibus, aut ministris volebat sibi ministrari, qui manus, pedesque, & cetera suscepisset à natura in seruitium sui. nam turpe esse dicebat, si quis valenti, sanoque ministraret. nam qui valeret, contra Dei prouidentiam faceret, à qua cum oculos, manus, pedes, valentes accepisset ad regimen sui, ministerium tamen appeteret alienum. Itaque, vt Papa 23 Maurus referebat, vir ab ineunte ætate probe eruditus, quique Episcopi promptuaria curabat, & Episcopi cubiculum frequentabat, eique propter constantiam erat amabilior; cum solus ageret aliquando Zosimus, somnoq; pressus multum infestaretur à muscis, condolens Maurus, arrepto flabello muscas abigebat importunas: cum subito expergefactus, Maurum videt, molesteque rem ferens, illum increpat, ne tu iam id facias, inquiens; alioqui tibi omnis ad me negabitur aditus: sed sedens meditare psalterium. Iam verò clericos Zosimus, laicosque, diuites æque ac pauperes ita curabat, vt proprium ad quemque, appositumque sermonem haberet. Illa verò præcipue monebat omnes, futura vt attenderent, ac prouiderent; tumultus fugerent: afflictorum communicarent ærumnis; turbulentis imperarent animi motibus; linguas retinerent; obtemperarent Præpositis; eosque sibi conciliarent; seniores venerarentur; abstinerent iureiurando; disciplinam arcte, accurateq; tuerentur; sapientiam scrutarentur abscon-

21 Vestem exutus suam vendi præcipit, datiq; egeno pretium.

22

23 Famulantis in steria refugit.

Omnes Christianæ disciplinæ præceptis instituit.

ditam in cordibus sapientum; sanctorum memoriam in primis colerent, quod iustum est iudicarent; mortalia ne cuperent; virtutis operam darent actionibus; quæ scilicet ipsa incorruptibile bonum fit, & immortale; seruorum misererentur; sibi ab ebrietate temperarent; beneuoli in omnes esset; se ipsi negligerent; hisce vt artibus animi salutem consequerentur.

Atque his ille, aliisque præceptis clericos erudiens, laicosque, illud in primis curabat, nequid prætermitteret aut verbi, aut operis inexplicatum. Ita se se ad gloriosam, sanctæ, & venerandæ Dominæ nostræ Dei genitricis, semperque virginis Mariæ templum exornandum lætus accinxit; vbi incruentam hostiam offerebat, precesque fundebat ad Deum super cleri, populique delictis, & orbis terrarum salute. quoniam verò cogitata deducebat in opus, 24 templum omnibus insignitum ornamentis ad gloriam, & laudem Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, octogesimo secundo ætatis suæ anno, Episcopatus quinto, renouauit, ac celeberrime dedicauit, omnibus ea de re gaudentibus, & exultantibus. quod cum Hebræi 25 quidam aduenæ animaduertissent, suam, & ipsi ædificare Synagogam voluerunt: sed male sibi a beato Praesule Zosimo metuebant; eumque intelligerent sibi eius rei non fieri potestatem, per subornatos pecuniis, corruptosque personas rem se obtenturos, sed frustra, sperabant. Nam Princeps quidam Syracusanus aliquando muneribus, & largitione corruptus, hanc ipsam ob causam Episcopum adiens, Pater inquit, est, quod ego postulem à sanctitate tua. ne me contemnito filium tuum: neque enim inutile affero postulatum. Haud ego te contemnam, fili, ait Zosimus; si, quod expediat, nec factu difficile sit, postulas. Rogat ille, peregrinis in ea ciuitate Hebræis permittat, suam vt Synagogam 26 dudum a Vandalis euersam ædificent. Commotus animo Episcopus, non ne, ait, qui te oderunt, Domine, oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam? perfecto odio oderã illos; & inimici facti sunt mihi. mox paululũ cum obticuisset, ad hominem conuersus, ait, quid te illis morem gerere oportebat, à quibus nunc contumelia Christus afficitur? id enimverò Zosimus numquam concedet. magnus ex his repente Principem incessit timor, & admiratio, quod ipsi succensuisset is, quem lenem semper, facilemq; fuisset expertus; eque ita decreuisset. Quare iam tum ille, ac deinceps à Synagoga, Hebræisque auertit animum, quorum tamen antea fautor, ac propugnator fuerat.

Sed & illud hic præter cetera referam, vnde perspici possit ab omnibus eius sanctitas. Eupraxius quidã 27 D.N. Imperat. cubicularius multa de præclaris Zosimi virtutibus, admirandisque actionibus audiens, adduci minus poterat, dictis vt fidem haberet, nemo est, inquiens, hoc tempore, in quo Deus acquiescat: omnes enim defecimus, & vexati sumus à tribulatione malorũ

24 Templum omnibus insignitum ornamentis dedicatque.

25

Virum Principem, Synagogã Hebræis extruere flagrantem acribus verbis abstraret.

26

27

& de-

& dolore. Cum autem accepisset aliquando ita mirabilem Zosimum morbo implicitū ceteris dictum subito profectus est; inuenitque in grabato iacentem, tegete 28 duntaxat substrata, scrutisque tectum, planeq; inutilibus vestimentis. Tunc Eupraxius Zosimus cum multa monuisset, quæ ad salutem animæ pertinerent, permotus ille ter maximi Patris nostri Zosimi doctrina, patientia, sanctitate, oportet, inquit, Pater, morbi, æfoetæque ætatis causa, stratum tibi molle substerni vt corpus aliquantulum requiescat languore confectum. At verò ægrotus, non assuetum se huiusmodi delicijs esse dixit; magisque, si contra consuetudinem fecisset, pœnam, quam voluptatē, esse capturum. Precibus autem vrgente Cubiculario, vt tandem acquiesceret, acquieuit sanctus: in eo enim erat obedientia virtutum omnium maxima. Stragulæ igitur asseruntur, quarum variam, elegantemque texturam admiratus Zosimus, iterum quidē eas passus est, ibique discubuit aliquantulum; mox verò aduocatis ministris, ate, ait, stragulas hasce vestes venales proponite, vt habeatis quod hospitibus impertiamini. Parent illi, sedulòque mandata conficiunt. Paucis verò post diebus eum reuisurus adest cubicularius; vidensque cubantem in storea, permoleste tulit, non stragulæ quidem dispendio commotus, sed illius miserius & morbo, & senectute grauati. Mœrenti autem, & condolenti Zosimus ait, iucundissime, crede fili, super hoc stramine requiesco. Eius ergo exploratam habens voluntatem Eupraxius obticuit, precesque vrgere destitit. Inde posuit ad pedes eius, quæ indigentibus erogarentur.

28 Ægrotus super tegete decumbit, laceraq; veste se tegit.

Pictamq; vestem stragulam qua decumbat mittit.

Quam ille vendi iubet & pretium in pauperes expendi.

Ita venerabilis eius, laudabilisque vita, virtutum vbique diffundens radios, multos prouocauit exemplo, cumque annos decem & tres erudijsset suos, sancteque instituisset, migrauit ad Dominum glorioſus, spiritu tamen à nobis minime disiunctus. Igitur febricula correptus, instantemque præsentiens mortem, sanctissimum Archidiaconū Eliam hortatus, summum 29 Sacerdotem & Syracusani populi 30 Præsulem pronuntiauit; id enim diuinitus edoctus cognouerat: itaque in manus Domini 31 tradidit spiritum. Vita functum omnes cum prædicto cubiculario quasi proprium parentem multis, amarisque lacrymis prosequebātur; tantique pastoris desiderio cruciabantur: omninò quasi suo quisque priuatus bono deflebat; virgines castitatis propugnatorē; nouitij confirmatorem; fortes quasi manuductorem; liuites bonum dispensatorē, nutritorem pauperes; Sacerdotes doctorē; monachi sanctitatis magistrum, desiderabant. omnesque confecti lacrymis, consolationi præcluserant aditum. Conuenerat autem populus frequentissimus, Zosimumque contingere quisque contendebat, cum Philotheus quidam vere Deo amabilis, q ipsius fides ostendit, populi 32 defensor, eo ipso tempore interfuit, petijtque ardentissime, constantissimeque à Fortunato quo-

29
30
31

Mirac. post mortem sul fect.

32

dam Deo amabili Diacono (qui & ipse pariter aliquid sibi dari è S. Zosimi vestibus. Dedit ille lineum pannum, quo sancti viri corpus absterserat. Accepto Philotheus munere, domum abijt lætissimus; vxorique iamdiu fluxu sanguinis laboranti sacrum pannum superponit. quæ repente conualuit: gratiasque, vt par erat, coniuges cum familia persoluerunt salutis auctori Deo, qui glorioſus est in Sanctis suis. Iam verò viri, mulieresque omnes, seniores, iuuenesque, cleruſque, & populus sacrum feretrum multis cum lacrymis, comitisque precibus prosecuti, destinato 33 tandem in loco collocarunt. Nihil mirum est, quando tantis Deus sanitati restituerit, qui pretiosum loculum contigissent.

33

Nam Theocegnus quidam nauclerus, cui filius erat vnigenus, iam inde ab ortu claudus, cum vna cum vxore ad sanctum adducens, Sancte Zosime, inquit, pro tua in omnes, qui ad te confugiunt, misericordia, nos respice: sana claudicantem filium nostrum, recto tandem tua opera incedat gradu, vt admirabilem in te, glorioſumque Deum prædicemus. Post hæc puerum ad tumbam locant. vix pauca præterierat dies, cum sanum illum, & incolumem recepere. immortales S. Zosimo secundum Deum gratias agentes. eandemque benignitatem sensit Theodora quædam, genere Alexandrina, quæ cum grauiter ex oculis laboraret, desperassetque de salute; cumque medici ferrum, & acerba medicamenta, tamquam malo necessaria, vna voce pronuntiarent; grauitatem illam remediorum vehementer extimescens, ad S. Zosimi sepulcrum confugit, non dubia, sed certa spe. fore, vt eius virtute plane conualesceret. oculos ergo quotidie perungebat 34 oleo lychnorum ante sacrum loculum pendentium. Itaque voti compos facta, planeque curata est. Sed adeste vos iam, quotquot estis testes oculati; sanctaque illius, ac memoratu digna miracula commemorantes, nobis communicate: quæ fateor, vel me latuere; vel enarrare vtpote prolixiora, non potui. ea namque referre omnia, & admirari longioris est orationis; neque virium profecto nostrarum. Nos enim pauca de multis percurrentes, quęque tradita nobis memoria tenebamus, nostro, vestroque studio morem gerentes, huc contulimus, multa his, qui viderunt ipsi, relinquentes. Iam ipsum nunc imploremus, Seruatori Christo vti supplicet, delicta condonet nobis benignissimus Deus, quem decet omnis gloria, honor, & imperium in secula seculorum. Amen.

34

Vide Animaduers. folio 180.

DES.

Digitized by Google

Anni Chr. 664. 26. Aug.

DE SANCTO ELIA
EPISCOPO SYRACVSANO

ELIAS 1. Episcopus ex Archidiacono Ecclesiæ Syracusanæ. qua vacua, Beato Petro Episcopo defuncto, inter Clerum populumque Syracusanum de successore magnum certamen fuit. potior pars Zosimum virum sanctissimum, Abbatem Monasterij Sanctæ Luciæ; deteriór Venerium clamabant Episcopum, hominem indignum, ac tyrannicum. vt diuersa populi studia, ita designatorum Episcoporum diuersi mores erant. Venerius ambire, immodice appetere, intrudere se auro, & vi gerere rem. contra Zosimus reluctari, ac refugere præ animi demissione, & amore quietis. Demum contentio ac partium studia ad Romanum Pontificem Theodorum delata sunt. tum B. Elias diuini spiritus instinctu Zosimum regendi onus abnuentem, magnoque sibi dispendio futurum cum lacrymis contestantem, orat, obtestaturque per Deum, & S. Petrum, destinatum sibi à Deo sacerdotium Venerio ambienti ne cederet, ne dissideret à voluntate Dei, ne contristaret Spiritum Sanctum eiusque Ecclesiam. eò demum flagrantibus precibus pium hominem perduxit, vt diuini numinis voluntati nequaquam reluctaturum, sed obtemperaturum se polliceretur, igitur Zosimo ad Episcopatum à Theodoro *Papa* præposito, B. Elias Diaconus in sancto, & incruento altari, summa cum pietatis laude ministrauit, dein sacrum eius sacerdotium diuinitus regendum accepit. nam cum diuinus homo Zosimus instantem sibi mortem præsentiret, illa vmquam cygnea voce Eliam Diaconum, quod spiritu præcognouerat, populi Syracusani Præsulem, ac summum sacerdotem pronuntiauit. factumque vt à S. Zosimo prædictum est. Elias 2 verò à S. Vitaliano Papa Episcopus constitutus, cum gregem suum pie gubernasset, sancto fine quieuit. colitur Syracusis die 26. Augusti. 2

Vide Animaduers. folio 184.

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES
IN VITAS
SANCTORVM SICVLORVM
R. P.
OCTAVIO CAIETANO
SYRACVSANO SOCIETATIS IESV
THEOLOGO AVCTORE:
TOMVS PRIMVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

PIO LECTORI

COLLEGI, vt potui, per ſummum laborem Sanctorum Siculorum vitas tot, tantiſque implicitas difficultatibus, quot longa rerum antiquitas, ſcriptorum ſeu penuria ſeu negligentia, tam multæ vrbium clades, ac direptiones pepererunt; Nunc vero eaſdem illuſtrandas, explicandaſque ſuſcepi, vt quam poſſem, tantis in tenebris, tibi lucem præferrem; Scio enim nonnulla veluti claudicare, alia hærere, repugnare alia, omnia omnino peculiarem aliquam animaduerſionem deſiderare: cum multorum exemplo, quos idem, & in prophanis, & in ſacris hiſtorijs feciſſe vidimus, tum etiam ne hiſtoriæ ſeries interturbaretur, coactas in vnum notas edidimus; ſic enim tuis commodis, magis conſultum credidimus. Vale.

ANIMADVERSIONES IN VITAM S. MARCIANI EPISC. ET MART.

1 MARCIANVS] *Acta Sancti Marciani M. SS. in Eccleſia tum Syracuſana, tum Caietana reperiuntur; eorum initium eſt* poſt Triumphalem Victoriam Domini noſtri Ieſu Chriſti. *Cum ſint autem ſatis inquinata mendacijs, vt in hac ipſa vita à me conſcripta obiter oſtendo, & longe certiora me afferre credam, nolui, vt in lucem conſpectumque omnium venirent. Pleraque etiam in ijs excerpta ſunt ex illis Actis quæ de S. Pancratio Euagrij nomine inſignita circumferuntur; ea verò corrupta ſuo loco dicemus: Iam ego ex græcorum menologijs, Syracuſano Panegyriſta, Antiqua Ode in S. Marcianum vitam hanc conflaui. Si quæ verò in ijs Actis remanent vel incerta, vel falſa breuiſſimè referam in biſce notis, ne quid Lectorem lateat, quod fortè ſcire deſideret.* Lectiones Breuiarij Gallicani deſumptæ *ſunt ex ijs Actis Syracuſanis.*

a In vita S. Pancratij.

2 PAVLLO ANTE] *Græcorum Menæa quinto Idus februarij innuunt Marcianum (Marcellum corrupte in aliquibus leges) non ſecus, ac Pancratium celebritate famæ, & mira ulorum Ieſu* Chriſti, *dum in terris degeret perrexiſſe Hieroſolymam; B. Petri amicitiam iam tum iniiſſe, atque poſt* Chriſti *Aſcenſionem illi adhæſiſſe. Similiter idem ſignificare videtur Encomiaſtes, vbi Marcianum Dei Verbum incarnatum mentis acie, & oculis intuentem, & palam annunciantem Moyſi comparat; fortè ergo cum primùm* Chriſti *Euangelium prædicari cæpit, ei credidit Marcianus. In actis Euagrianis, de quibus quid ſentiam ad Diui Pancratij vitam differo, Marcianus Hieroſolymis ab Apoſtolis miſſus Antiochiam, & è Diſcipulis ſecundi ordinis fuiſſe dicitur. Sed verius credo, quod Encomiaſtes habet, Marcianum Diuo Petro Antiochiam primùm in reſſo adhæſiſſe. Diſcipulos ſecundi ordinis vocat Hieronymus ad fabiolam Epiſt. 127. Manſ. 6. illos ſeptuaginta à* Chriſto *electos diſcipulos ſed in hoc ordine Marcianum non recenſeo, quòd nullum eius rei aſſerendæ fundamentum ſe mihi offerat; hæc verò Euagriana Acta adeò res ſingulas augere ſtudent, vt in ipſarum rerum perſonarumq; circumſtantijs fides frequenter minimè ſit adhibenda.*

SVBMITTERET] *Pancratium etiam Diuus Petrus Tauromenio dedit Antiſtitem,* Catana *Beryllum. Libertinum fortè Agrigento, alioſque alijs Siciliæ* Ciuitatibus, *eamque ob cauſam Innocentius Papa Epiſt. ad Decentium ſcripſit in Sicilia nullum hominum inſtituiſſe Eccleſias, niſi quos Venerabilis Apoſtolus Petrus, aut eius ſucceſſores conſtituere Siciliam autem creditam Marciano hymnus, quem afferam, apertè edocet.*

3

OPINANTVR] *Miſſionem ad gentes Gaſpar Sanctius de prædicat. D. Iacobi in Hiſpania c. 6. & 7 reponit paullo poſt ſpiritus S. aduentum: alij diſſerunt poſt tres annos eum dimidio à paſſione* Chriſti, *iuxta quam ſententiam Theodoretus in illa verba apud Danielem cap. 9.* Confirmabit pactum multis hebdomade vna, & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia, & ſacrificium. *Cenſet tres annos cum dimidio tribui ab angelo prædicationi* Chriſti, *ac totidem alios prædicationi Apoſtolorum ad Iudæos: quidquid enim in templo poſtea factum eſt, non fuit ſacrificium Dei ſed cultus diaboli, vt ait Euſebius, qui facem prætulit illi explicationi à D. Hieronymo relatus in eum locum Danielis; quare profectionem Apoſtolorum ad prouincias captam aiunt anno 37.* a *nec longè abit Antonius Caracciolus in controuerſia de acceſſu D. Iacobi in Hiſpanias dum eam refert anno 38.* b *factam: ſuos quiſq; patronos laudat quamuis Baronius in annum 44. reijciat. Illud pro re mea aio firmoq; ante annum* Chriſti 40. *tum Apoſtolorum prædicationem per orbis prouincias cæptam, tum Cornelij*

a Caiet. & Cornelius a lapide in Chronora-xi ad Acta Apoſto. & c. 10. Act.
b in Biga controuerſ.

Digitized by Google

Centurionis baptismate fores ad fidem gentibus patefactas; nam ad Galatas primo D. Paulus ait, Deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus xv., alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini; *Hæc autem Pauli profectio hierosolymitana, & cum Petro congressus anno*

a Martyrol. Rò, die 25. Jan, Euseb. hist. libr. 2. c. 1.

3. ab eius conuersione contigit, vt omnes docent: a conuersus autem Paulus est anno 2. à Christi passione, vt habet Martyrologium Romanum, Eusebius, alijq; atq; adeò anno ab ortu Christi 36. venit ergo Hierosolymam Paulus anno 39. cur autem tunc non viderit alios ex Apostolis præter Petrum, & Iacobum, ita differit ibi S. Hieronymus. Non vidit autem eos, non quòd contemptui duceret, sed quòd illi ad euangelium prædicandum toto fuerant orbe dispersi. *Ac in eamdem sententiam veniunt D. Anselmus, Claudius Altisiodorensis Beda æqualis, & Caietanus.*

b In c. 11. Act. Apost. c In cap. 9. Act. Apost.

b *Nec solida ratione ducitur Lorinus* c *cũ dicit essum Apostolorum è Hierosolymis intra triennium illud à Pauli conuersione restringit ad propinquiora Hierosolymis loca, qualis erat Samaria, quam Petrus, & Ioannes adiuere: nam quod affert ex Apollonio apud Eusebium,* d *qui traditione se accepisse scripsit præcepisse Christum Apostolis, ne ante duodecim annos ab Hierosolymis discederent, satis, & meritò refellunt Baronius, Gaspar Sanctius, & Antonius Caracciolus supra laudati cum è Cæsariensis aliorumque testimonio constet Petrum Apostolum post Herodis vincula Romam nauigasse anno secundo Claudij Imp. decimo autem à Christi in cælum Ascensu: quare subdubito, an traditio, quã refert Apollonius, fuerit nè Apostoli ab Hierosolymis discederent ante duodecim dies, nimirum nè pedem inde efferrent nisi post aduentum Spiritus Sancti.*

d lib. 5. hist. c. 17.

Quod si quis pertinaci animi sensu in posteriora tempora reijciat gentium vocationem ad Christi ecclesiam, dici adhuc posset Marcianum ad Iudæos, qui in Sicilia erant primum adducendos destinatum fuisse, & vt deinde in tempore Gentibus prodesset, qua ratione idem Petrus misit in orientis prouincias Syriam, Phrygiam, Cappadociam, Ciliciam, Pontum, & Insulas Cyprum, Cretam aliasq; qui Iudæos cognatam gentem primùm ad Christi fidem euocarent; vt sine eorum offensione digrederentur ad Gentes iuxta & Pauli, & Barnabę verba in actis Apost. cap. 13., Vobis oportebat primùm loqui verbum dei; sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. *Sed vt fatear quod sentio, id parum, aut etiam nil arridet, nam anno Christi 40. Gentes etiam ad Christum euocatas credo, & Marcianum video in ipso aduentu Syracusis Christum prædicasse Iudæis, & Græcis, seu Gentilibus vti Græcus Encomiastes Marciani, & Hymnus in eiusdem laudem à me in Historia allati narrãt.*

7 COMPERTVM EST] *Theodosius Monachus Syracusanus in Epist. de Syracusarum Excidio refert veterem Matricem Ecclesiam Syracusis fuisse extra eam regionem, quæ Insula dicitur, & nunc sola incolitur, seque, & Syracusanum Antistitem ibi à Saracenis captum: existimo verè hanc ipsam eadem fuisse à Diuo Marciano dedicatam eamque esse, quæ ab instauratore eius D. Gregorio Magno nunc ædes S. Gregorij dicitur, adque adnectitur S. Ioannis Apostoli. hùc opinor respexit Leo X. cum de Syracusano Cathedrali templo in diplomate scripto anno 1517. die quinta maij dicit* Cùm, sicuti accepimus Syracusana Ecclesia, quæ secunda post Antiochenam Christo dicata asseritur, in aliqua eius parte præ nimia vetustate ruinam minetur.

PAVLVS APOSTOLVS] *D. Lucas 28. v. 12. nauigationem D. Pauli è Melita Insula redintegratam memorans ait,* Et cum venissemus Syracusam, mansimus ibi triduo *Vicina etiam Syracusis loca, vicosque obiuisse creditur; quamquam enim vinctus Romam duceretur, humanitate Iulij Centurionis, cuius custodia tenebatur, multum Apostoli reuerentiæ dabatur; Sidone enim ab eo permissus ad amicos ire, & sui curam agere: Melita apud Publium tres dies hospitari: super humanitatem Centurionis accedebat pietas, & Christiana Religio, quam omnes profitebantur, quicumq; socij nauigationis D. Pauli fuissent, vt mòx dicam, eorumque amor erga Apostolum cuius beneficio naufragium euasissent, & in Christum credidissent; nam in Pauli grãtiam omnium, qui naui vehebantur, non solùm corpora naufragio, sed animas infidelitati ereptas ex actis Apost. & D. Io. Chrysostomi interpretatione mòx dicemus. Ex his ergò non ambigimus doctori gentium permissum fuisse Syracusis libere agere, prædicare Regnum Dei, quin proximos Vrbis vicos obire; certè quidem procul Syracusis ferè octo passium millia, in agro, cui Solarino nomen, Ecclesia est D. Pauli Apostoli titulo insignita, & sanè antiqua architectura, in ea puteus visitur, cuius aqua hausta, ablutisque ægrotis inuocatione Apostoli Pauli multa in dies miracula patrantur: votaque, & tabellæ pendentes S. Apostoli collata mortalibus beneficia contestantur. apud Syracusanos vetus traditio est Diuum Paulum Apostolum, cum Syracusas venit, eum in locum excurrisse, Ecclesiamque à Christianis in eius rei memoriam fuisse extructam; in eo sanè tractu antiquæ habitationis vestigia reperiuntur, fortasse à uo illo oppidum ibi fuit, quod Apostolus pro caritate sua inuisit.* 6

Exscripsit hæc Cornelius a lapide in Acta Apost. cap. 28. v. 11.

ALIISQ; E NAVI CHRISTIANIS] *Nautæ vectoresque omnes, qui cum Paulo Apostolo erant in naui, non solum eius promeritis à periculo seruati, sed ab infidelitate erepti sunt; D. Ioannes Chrysostomus verba illa interpretrans ecce donauit tibi Deus omnes, qui nauigant tecum, ait,* Quod autem dixit, donauit tibi omnes, non erat arrogantiæ, sed volentis adduci ad fidem nauigationis socios, non vt ipsi gratiam habeant, sed vt credant his, quæ ab ipso dicebantur. *Porrò in Insula Melita propè sinum, adquem Paullina nauis impegit, adicula est S. Ioannis, dicta Telchereb, idest ruinarum, quòd eo loco vestigia extent veterum ruinarum; inibi traditio Melitensium est, Paulum Apostolum socios nauigationis suæ miraculis conuictos, & prædicatione ad fidem conuersos baptismate abluisse.* 7

Act. Apost. c. 27.

QVATVOR MENOLOGIIS] *Primùm est, quod ex vetustissimo codice latinitati donauit Guillelmus Sirletus Cardinalis, & in lucem edidit Henricus Canisius Tomo secundo antiq. lect. fol. 730. secundum est menologium Patris Andreę Schotti è Societate Iesu: tertium in Bibliotheca Collegij Romani Soc. Iesu: Quartum in Messanensi Ecclesia S. Mariæ de Latina. Illi incendio, quod in vita narro, fauet traditio* 8

Syra-

Digitized by Google

Syracusanorũ, in quorũ portu maiore, iuxta Plẽmyriũ insula adest parua, cui à S. Marciano nomen, in eam se recepisse aiunt ab incendio: potuit verò Marcian' has flãmas pati, ac deinde eo mortis genere, quod menologia referunt, occumbere.

9 APVD ME, ALIOSQVE HABENT] *Philippus Ferrarius de Sanctis Italiæ ad diem 14. Iunij emendatione egere scripsit.*

10 PALICOS] *Indigenas Siciliæ Deos Polemon libro de admirabilibus Siciliæ fluminibus apud Macrobium vocat De ijs videri possunt Seruius, & Sabinus in lib. 9. AEneidos. Iam humano sanguine ijs litatum Plutarchus docet in Parallelis; sed mitigatos deinde asserunt ijdem Seruius, & Sabinus ad illud Virgilij* Pinguis vbi, & Placabilis ara Palici; *id fortè factũ cũ Hercules in Siciliã venit, quem scilicet humanas hostias in Italia sustulisse refert Halicarnasseus libr. primo.*

Lib. 9. Aeneid.

a Apud Macrob. lib. 5. c. 19. *De Palicis dijs refert Polemon* a *de mirabilibus Siciliæ fluminibus*, Opus esse, vt qui ad eos veneraturi accesserint, procul sint ab omni impuritate, atq; à concubitu abstineant, nouis induti vestimentis. *Memorat Diodorus* b *in templo Palicorum iuramenta præstari solita cum summa religione, nam peierantes repentina numinis vindicta puniebantur, ac pleriq; capti oculis è delubro exeedebant, qui nimirum peieraſſent in ea numinis inuocatione.*

b Lib. 11.

Lib. 24.

Et qui præsenti domitant periura Palici
Pectora supplicio.

De admir. auditionib⁹ *Sed Aristoteles*, Est, *inquit*, Fons in Palicis Siciliæ iureiurando sacer; quæcumq; enim libet tabellæ inscribunt, & in fontem abijciunt: ea si vero iureiurando confirmentur, natans in superficie tabula testabitur; sin secus, veluti pondere depressa, eripitur ex oculis, igneq; corripitur periurus. *Eadem habet Stephanus, verbo. Palica.* Cur Pinguem *Virgilius vocet aram Palici ex historia Xenagoræ Macrobius iam laudatus explicat;* Nec sine diuinatione, *Ait*, Est Palicorum templum; nam cum Siciliam sterilis annus arefecisset, diuino Palicorum responso admoniti Siculi Heroi cuidam sacrificium celebrauerunt, & reuertit vbertas. Qua gratia Siculi omne genus frugum congesserunt in aram Palicorum. *Credebantur autem hæc numina præesse crateribus putidas aquas exuffiantibus, quod non aliunde est quàm ab AEtnæis ignibus latè serpentibus intra cauernas montis, qui in venas sulphuris, bituminis, salis, & metallorum incidentes ea efficiunt, quę natura miracula meritò dici possunt, & falsis dijs à veteri superstitione tribuebantur. Sed alij credunt hæc Palicorum numina diuersa esse ab eorum fratribus, quos Dellos dixere, aut* Crateres, *& lacui præerant teterrimi odoris, in quo ebullientes ąque in altum proiectæ ibidem iterum resorbentur. Naphthiam hunc lacum Siculi vocamus.* De *quo omnia auctorum antiquorum monumenta colligit Philippus Cluuerius in descriptione antiquæ Siciliæ lib. 2. cap. 8. vt autem ad institutum redeam; aio ex abolito more sacrificandi homines dijs Palicis, mihi non esse verisimile quod narrant Acta illa de puella defossa in fundamentis templi: videtur hic nugator rem ex Procoro desumpsisse qui in vita S. Ioannis narrat Ephesi viuentem puellam suffossam in fundamentis thermarum, quas inde futuras ea de causſa feliciores credidere; inde verò rem, vt arbitror, vel ex simili narratione transtulit in Siciliam, vt sua Acta admirabiliora redderet.*

Lib. 9.

EIVS ANTRI] *In hoc Antro sepultum S. Marcianum Encomiastes ipsius in laudatione, quam post eius vitam affero, testatur. Iam verò extant Syracusis effossæ specus inter minorem portum, & præruptam Acradinæ rupem vsque ad mare versus orientem, quas subterraneas vrbes meritò dixeris; nam latis transuersisque vijs vndique sunt distinctæ, & earum finem vix reperias: spelunca omnes inuicem sibi ipsis peruiæ sunt: attamen multis in locis intercluſi sunt aditus ruina testudinum, aggestuq; terræ è spiramentis cum imbribus delatæ ad viarum latera, interdum etiam in solo, excisa videas sepulcra in lapide, & sane miro dispositа ordine; per interualla ædificia tentorij instar grandiore concameratione aut rotunda, aut alterius figuræ sunt efformata. Sub testudinis medio, aut propè, tumuli eminent grandiores integro ex lapide. Nunc D. Ioannis, & D. Luciæ Cryptæ nuncupantur, quod in eas speluncas aditus pateat ex eorum templis. Diutius dubitatum à me est fuerint ne cryptę istæ Gentilium Syracusanorum sepulcra, an Christianorum, aut etiam martyrum. Gentilium sepulcra hic esse id suadet, nam antequam S. Marcianus Syracusas appelleret, fideiq; Christianæ facem inferret, eas cryptas ibi fuisse, & dæmonum laruis obsessas ab Encomiaste S. Marciani Syracusano ciue, & antiquissimo scriptore compertum est. Nec in alium vsum, quàm sepulturæ, effossas ereditur; Syracusis enim olim quidèm cadauera non comburere, sed humi condere mos fuit, quamquam id Regibus honori tributum sit, vt cremarentur, quod de Hierone Rege Plinius docet, de Dionysio Tyrãno Tullius, de Timoleonte Plutarchus; visuntur adhuc in extrema Neapoli supra vetus theatrum antra in viarum anfractibus & in his incisæ saxo arcę, in quibus condebantur: ad portas etiam Agragianas, quibus Thyca Neapolim descendebatur ad meridiẽ, magna est frequentia sepulcrorum, quorum Tullius meminit: id etiam magis vrget quòd in ijsdem S. Ioannis, vt vocant, cryptis antiquæ sint picturæ, quæ adhuc spectantur, auium, arborum, rosarum; præterea numismata, & vasa in sepulcris illis reperta ex veterum gentilium more. At verò Christianis ac etiam martyribus sepeliendis cryptas hasce deseruisse non secus ac Romæ SS. Martyrum cæmeteria, quorum instar hæc sunt, id ferè euincit, nam SS. Martyrum Marciani Episcopi, & Luciæ Virginis corpora in ijs cryptis condita fuere, & adhuc excisa saxo sepulcra fama à maioribus tradita indicantur, & quidèm D. Marciani ad occidentẽ est in extremo antro ex Pelopij: D. Luciæ ad orientẽ iuxta minorẽ portam; & sepulcris cultus olim, & veneratio fuit, & adhuc viget. Præterea antiquissimas SS. Martyrum imagines in arcis lapideis depictas est intueri, & plereq: inducto tectorio restaurata inspiciantur; cui nam autem id curæ fuisset, nisi sepulcri sanctitas impulisset? Demum Christi nominis signũ ex litteris, quibus scribitur, conformatum, quod antiquam Christianorum fuit insigne ac tessera. imò prope lapideam arcam ibi in corrupto sepulcri epigrammate hanc vocem olim legi græce scriptam* Kyrie, *& tabellam marmoream in tumulo reperi, in qua Christi nomen expressum esset. E vinea etiam D. Vincentij Mirabellę in cryptas ingressus supra lapideas arcas in viarũ laterib. hinc inde dispositas legi hęc nomina in cal-*

11

Plin. lib. 8. c. 40. Tull. de nat. deorum lib. 3. Plut. in Timoleonte.

In 5. Tusc.

Digitized by Google

calce Græce scripta colore pænè cæruleo. Iouinianus, Dapsilianus, Iulius, Albius: inscriptiones istæ sua breuitate, ac similitudine cum ijs, quæ in Romanis sunt cæmeterijs, vbi leges, locus Maximi, & tituli ob eam breuitatem dicuntur à Prudentio, a cum ait, Titulumque, & frigida saxa liquido spargemus odore, Mihi non videntur esse Gentilium sepulcris appositæ.

a In cat. hymno de fact.

In eundem locum coniecta Gentilium, & Christianorum cadauera quis credat? antiquis sanè ecclesiæ moribus Christianorum cœmeteria à prophanis Gentilium sepulcris discreta erant, nè à quibus viuentes abhorruerant, post obitum commiscerentur: itaque Martiali Episcopo Asturiensi in Hispania crimini inter alia dato, quod filios in prophanis Gentilium sepulcris sepeliuisset, vt ait D. Cyprianus epist. 68 ad Hispanos. Quid igitur dicemus? nil prorsus decerno, nam cum allata argumenta euincant in amplissima illa subterranea vrbe, & Gentilium, & Christianorum cadauera reperiri, nec sine discrimine commissa credam, dicendum esset, diuersis, siue annorum siue locorum spatijs Christianos ijs vsos fuisse cryptis pro suorum sepultura; saxa verò illa detritis epigrammatis, ac signis, vbi ea adsunt, indicare id satis nequeunt; quare crediderim aliquam fuisse ibi diuisionem, sed quæ nam illa sit, aut fuerit, haud dignosci; ideòq; vt dicebam, nil decerno.

12 CAIETAM] M. S. codex Ioseph i Madrēsij I. C. Syracusani refert sacrum cadauer deportatum Patras B Andreæ sepulcro nobiles, & in templo S Theodori conditum: apud me certior fides est hac in re Actis Syracusana, & Caietanę Ecclesiarum.

Quamuis demum Acta S. Panerati, quę Euagrio eius discipulo tribuūtur, corrupta esse dixerim, & pluribus ostendam in eiusdem S. Pancratij vita; cum tamen antiquissima sint, nec ea afferre visum sit, futurum operæ pretium existimaui, si paucis traderem, quæ in ijs remanent de S. Marciano, cuius res gestas obiter sed multis enarrant, neq; adhuc in vita, vel in Animaduersionibus allata sunt; ita enim fiet, vt nec ea inquirere opus sit, nec multum temporis, aut laboris impendatur.

Narrant ergo ad Marcianum perlatum fuisse Epaphroditū à Pancratio Tauromenitano Episcopo Sacerdotio initiatum in Melamphori ditionem, quæ in Syracusana erat diœcesi excurrisse, ibiq; multis patratis miraculis pleroſq; ad Christi fidem traductos sacro baptismate eluisse. Eadem verò loca Melamphoricę ditionis dicuntur paulò post, naxius tractus, & nybetus, vel, vt est in Codice Siculo, marsinorum, & lybetorum tractus: & quę in codice M. S. cryptę Ferratæ dicitur Palladij possessio, ad quam etiam adiuisse Epaphroditum narrant, in Siculo dicitur, Petronica tryphæa, quæ descendit alsus Platani torrentis: in quibus verbis penitus ignotis tenebras patior Cimmerias. Transmissis ergò litteris Marcianus dolet Pancratium suę diœceseos fines transiluisse, sed querimonias illas resciuit Pancratius Deo reuelante, antequàm eius epistolam legisset. Rescribit verò ille se id feciſse impellente ac iubente Deo; quod etiam à Deo monitus cognouit Marcianus, antequàm Euagrius Pancratij discipulus epistolam Pancratij ad ipsum referret: quare potestatē Marcianus facit Epaphrodito, vt erecta in titulum cruce templi aream dedicaret, sacramq; ędem exędificaret. Sed has litteras à nugatore quopiam confictas arbitror, & his Actis adsutas. De quibus plura dicam ad vitam S. Pancratij nota 14.

Narrat deinde in ijsdem Actis Marcianus exantlatos à se labores, vt Christianam fidem edoceret, eamque tueretur; oppugnationem, insidiasq; sibi paratas perpetuò ait à Iudæis, Mōtanis, medis præstigiatoribus ignem vti Deum colentibus, Græcis, Seleuco, & Gordio Tyranni nepotibus: seu vt alibi legitur, Præsidibus Syracusarum, quos tamen Breuiarium Gallicanum ex ijs Actis conflatum viros Consulares vocat. Sed hic vides, lector, quam multa male inuoluantur: hi recensentur perinde ac omnes colerent falsos deos, quod sanè de Iudęis dici nequit, nec enim eorum secta idololatriæ se mancipat. Qui nā sint Montani isti, numquam perspicere potui; video tamen ex hoc nomine compilatorem Actorum Syracusanorum deceptum dixisse contentiones D. Marciano fuisse cum Montanistis hæreticis, imò etiam cum Iconoclastis; sed parachronismum quis non aduertat? Montium accolæ esse non possunt; nam in vrbe degere dicuntur: sectam ergò Gentilium significat nomen, sed vnde deductum sit, haud scio.

Ad componendas turbas dicuntur ibidē Marcianus illiq; Idololatræ conuenisse, vt miraculis veri numinis fides staret: ęgrotos ergò plurimos in conclatū locum deferunt; hinc Idololatræ suos deos in suis locant sedibus ac thensis: inde Crux sacrosancta, atq; Iesu Christi, Deiparę, & Sancti Petri icones constituuntur; ad harum tamen conspectum idola conciderunt; casum verò Idololatrę vafre interpretabantur, quòd eorum Dij dedignarentur se conferri, & æquali veluti in throno esse cum ijs, quos Christiana religio coleret: quare ad præcludendum illorum effugium sacris imaginibus velum obduxit Marcianus, suadebatq; Ethnicis vt suas in sedes idola reposita inuocarent, & ægrotis valetudinem exorarēt. Fatigarunt illi quidèm suos deos, seu se potius enixis precibus, ac vociferationibus disrumpebāt; sed frustra, quid enim surda marmora audirent? tandem cum se voti compotes reddi non posse aduerterent, permisere Marciano, vt suæ religionis experimentum daret; ille verò fusis ad deum precibus, ingenti sonitu, loci q. tremore sensit primùm propitium sibi numen adesse; dein cęcis visum, claudis gressum, paralyticis neruorum vim, leprosis carnis integritatem de repente exorauit. Quam ob caussam idolis in frustra conscissis ad Christi fidem accessere omnes, adeò vt iam integra Syracusarum Vrbs Christianam religionem profiteretur; nam quamuis pauci aliquot è Iudęis, & Montanis iterum tentarint, vbi Sclauorum erāt habitacula, delubra idolis exstruere, imò etiam vrbem eorum, qui à sacris Christianis abhorrerent; dei tamen monitu illuc profectus Marcianus, eorum conatus facile eluſit. Sed hæc historiæ pars conformata videtur ad exemplum Eliæ libr. 3. Regum cap. 18. & simile quidpiam de S. Petro, & Simone mago venientibus in certamen miraculorum narrat Theodoretus de fabulis hęretic. lib. 1. cap. 1. Quod tamen hic dicitur de imaginibus Deiparæ, & D. Petri suspicionem falsitatis non habet; nam certum est Deiparam adhuc viuentem imaginibus, imò templis cultam; quod etiam de S. Petri imagine refert Eusebius lib. 3. cap. 14. Mirum tamen est

quod

quod Sclauorum mentio hic obtrudatur ætate Marciani; nam ij plura post sæcula cogniti. Georgius Cedrenus a Hunnos, eosdemque Sclauinos Iustiniano Imperatore in Romanum imperium irrupisse tradit. Se. Nicephorus Callixtus, b & Auctor miscellæ historiæ memorant Sclauos eosdem, atq; Sclauinos ex extremo Oceano Occidentali à Cagano Abarum Rege primùm excitos, qui iunctis Sclauorum atq; Abarum copijs in Thraciam inuasit Imperante Mauritio anno Christi quingentesimo nonagesimo tertio: Sclaui deinde anno sexcentesimo Istriam depradati sunt, & in extrema Italiæ ingressi, vti constat ex Paulo Diacono, d & Gregorio Magno: e consequente verò anno in Siciliam inuadere moliti sunt, sed precibus D Gregorij repulsi sunt, vt ex eiusdem Gregorij epistola ad Episcopos Siculos cognoscimus.

Demum referunt eadem Acta Marcianum eum Euagrio Tauromenium adiuisse; ibiq; a Pancratio, & Primoribus iam Christum professis humanissimè ac obsequentissimè exceptum, dum liturgiam faceret, igne cælitus demisso ipsum omnesq; fideles, qui sacræ intererant Synaxi, fuisse circundatos, eumq; triduo cum Pancratio, semota turba, in templo studiosè perlegisse Sacros Canones ab Apostolorum Principe transmissos: ac tandem conscenso nauigio Syracusas cum Pancratio rediisse. in his discutiendis hærendum non est. nil est quod ex aliorum monumentis confirmem, aut respuam.

in Iustin. anno 22.

libr. 28. .28. Miscell. ib.17.

libro 4. .25. lib.8. ep. 6.& lib.9. ap.45.

ANIMADVERSIONES IN LAVDATIONEM S. PATRIS NOSTRI MARCIANI EPISCOPI.

1 INCERTO SED ANTIQVO AVCTORE] *Eruimus ex M. SS. Codd. vaticanæ Bibliothecæ. Latine vertit P. Iacobus Sirmondus è Societate Iesu. vixit is orator ante Saracenicam Siciliæ direptionem, quæ accidit nono Christi sæculo; nam orationem habuit, cum adhuc Syracusis S. Marciani corpus coleretur; se item allocutum dicit eos, qui spectatores fuerunt, cum solemni ritu clerus, populusque Syracusanus Theodosio Antistite processerant ad sacra facienda aduersus lemures cryptarum insessores, inter Episcopos verò Syracusanos primus qui Theodosius diceretur sextæ Synodo œcumenicæ anno sexcentesimo octogesimo interfuit, reliqui verò eodem nomine insigniti intra proximos centum annos floruerunt. in septimum ergo, aut octauum sæculum incidit hic Encomiastes. fuit verò Syracusanus, vt ipse innuit.*

2 ANTRA QVAEDAM SVBIIT] *Syracusas opibus, potentia, magnitudine celebratas, cum maximè florerent, quinque vrbibus constitisse Strabo, a & interpres b Pindari memorant; nimirum Insula (quæ Græca lingua Dorica nasos, & prius Ortygia dicebatur,) Acradina Tycha, Neapoli, & Epipoli quæ Tychæ ad occidentem adiacebant atq. eæ non modò nomine partium vrbis Syracusarum: sed pro sua mole instar vrbium erant, vt Liuius, c & Plutarchus d tradidere; nam propria vnicuique circumiecta mœnia, vnoq. simul omnes muro claudebantur; cuius ambitus fuit stadiorum cxxc, vt auctor est Strabo, idest P.M. duo, & viginti, & consentiunt ruinæ, si intra hunc ambitum Epipolas includeris; alioqui falsus Strabo, nam Insula, Acradina, Tyca, Neapolis. CLXVIII. Stadijs coercentur idest M.P. XVIII. Dionysij iunioris tyrannide, bellisque Epipolarum pars vastata, ac deserta, itaque M. Cicero Syracusas quadriurbem appellat, quod vrbes quattuor auo suo extarent. eas M. Marcellus, post Hieronis Regis mortem, eademque Hieronymi nepotis, bello interno distractas, cum pars Carthaginiensium factioni, pars Romanis fauerent, obsessaque triennium. proditione Merici cepit, ac belli iure diripuit, haud tamen excidit, quòd plerique falsò autumant, perennius suæ victoriæ trophæum ratus, si humanitate victoris manerent. Sex Pompeius Magni filius irarum in Syracusas retinens, quod pro Tullianis partibus stetissent, armis vltus, odiumque ijs vastatis expleuit. Sed Augustus Cæsar, Pompeio apud Siciliam oppresso, veterem vrbis gloriam, fidemque miseratus, colonia ducta resecit: neque ille omnem, sed magnam, quod Strabo ait, veteris structuræ partem restaurauit, qua in Insulam vergeret, portubusque obiaceret. Tycha verò, & Acradina editiores, quæ maior vrbium parti, inculta mansere, an fato potentiæ arcano, quod arduæ situ, muris, arciumque molibus, & operis munitæ, oppugnatu difficiliores essent, si fors rebellarent? an quod tantum vrbium restaurare, operosum, & arduum? igitur præter Insulam, adiacentes vrbium duarum partes refectæ, proximæ Neapolis, & inferior Acradina: quæ partes à meridie vtroque portu claudebantur. Sed Acradina ad Orientem mari alluebatur: ab occidente, & septemtrione, incultarum vrbium præruptæ incumbebant.*

Cic. Verr. 6

Lin. l. 25. & Plut. Marcello. Dio. lib. 55 & Strab. l. 6

Qua tempestate Marcianus Syracusas appulit, C. Caligula imperante, totus ille tractus habitabatur, qui à derupta rupe, cui Tyca, & Acradina insederant, admare iacet & ad vtrũq; portum: sed incompertum, quo locorum extremæ protenderentur: auo nostro deserta omnia variis cladibus, rerumque humanarum casibus, adeoq; mutata facies rerum, locorumuè, vt incredibili

lib. 6. ad odem Pythior.

lib. 25. in Timotheonte

Strab. lib. 6

cum

Digitized by Google

cùm admiratione, ac commiseratione perquiratur, vbi nam antiquæ illæ Syracusæ fuerint? *Igitur egressus è naui Marcianus antra adijt in extremæ Acradinæ reliquijs, quæ, vt retulimus adhuc extabant. illa constanter esse aio, quas hac ætate* Cryptas Sancti Ioannis *appellamus, cuius ecclesiæ adhærent. tradit Encomiastes, eas spelunceas Acropoleos vrbis fuisse, idest in edita Acradinæ parte, quæ tamen habitabatur. Nam Acradinæ pars supra has spelunceas multo editior est; sed ea tùm inculta, & colonis vacua. ea antra Pelopia nuncupabantur, sed caussę nominis inobscuro. an à Pelope Architecto? ita Agrigenti Phæaces cloaca ab architecto Phæace, vt auctor est* a lib. 10. *Diodorus. an à loco? Locus autem fortassè à colonis Doribus, qui Archia* Corinthio *Duce Syracusas à Peloponneso traiecere auctore Thucydide lib. 6. quædam verò ex his antris incoluit Marcianus, eaque in templum vertit, vbi ipsius sepulcrum est, cætera ad Theodosij Antistitis tempora à dæmonibus obsessa, vt infrà idem Encomiastes. hęc ergo antra sibi delegit Marcianus, vt facilius inde cuniculos ageret ad euertendam Iudaicę superstitionis arcem, nam contra synagogam sita erant.*

3 IMPIÆ IVDÆORVM SYNAGOGÆ] *Philo libro contra Flaccum, & delegat. ad* Caium *docet, è Hierosolymis, Iudęę Metropoli, missas colonias in Asiam, Africam, Europam, & mediterranei maris insulas, Iudæosque in cunctas Romanorum prouincias commigrasse. id cæptum est post Iudæam armis Pompeij subactam, vt* Rutilius Claudius *in suo itinerario lib. 1. his versibus cecinit.*

Atque vtinam nunquam Iudæa subacta fuisset,
Pompeij bellis, imperioque Titi.
Latiùs excisæ pestis contagia serpunt.
Victoresque suos natio victa premit.

Et apud Aug. lib. 6. de iuit. Dei c. 11. ea l. Seneca expostulatio est, Vsque eò sceleratissimæ gentis consuetudo conualuit, vt per omnes iam terras recepta sit, victi victoribus leges dedere.

4 IN LAVACRO] *Hoc Lauacrum putamus esse grande vas ex marmore, quod in ædicula Castri Maniacij paucos ante annos proiectum vidi, quem in locum ex æde Sancti Ioannis, quæ extra vrbem est, deportatum fuerat, ex ipso nimirum antro, in quo S. Marcianus habitauit, templumq; ac Lauacrum posuit, in quo Syracusani baptizarentur. à senioribus autem Syracusanis olim audiui vas ab eo S. Ioannis templo asportatum fuisse eo consilio Hispani arcis Præfecti, vt baptisterium esset præsidiariorum militum liberis; sed cum Syracusanus Antistes id fieri prohibuisset, inde factũ est vt ibi sine honore iaceat. ansas habet vas illud à summo ad medium vsque pertingentes; orificium in orbem ducitur nouem palmis; sub labro extrinsecus incisę sunt circum litterę bene docti artificis manu, sed plurimę iam corrosę sunt; ex his quæ leguntur, nullum sensum elicias.*

5 TRIPLEX LVMEN] *Sanctissimæ Trinitatis Mysterium Phrasi à Patribus vsurpata, intelligit.*

6 DRACO CÆSVS] *seù symbolicòs idololatrię superstitio, seù Dæmon Euangelica prædicatione profligatus.* Gregorius Pagurienſis *in Encomio in Sanctum Pancratium* Mente præditum Draconem iaculari. *Ab vtroque Encomiaste allusum videtur ad Isaiæ locum illum,* in illa die visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi super Leuiatham serpentem tortuosum, & occidet cetum, qui in mari est. *Facit adhunc locum Constantini Magni tabula depicta, quam in sublime ante Palatij vestibula suspendit: in ea salutare crucis signum, suum supra caput expressit, hostilem verò belluam, Diabolum, qui Ecclesiam Dei impiorum tyrannide oppugnauerat, Draconis specie, medio ventre transfixi, & in profundum mare demersi. pluribus narrat Eusebius in vita Constantini.*

Gregor. Pagur. Encó. in S. Pancratium.

Isaiæ. c. 27.

Euseb. l. 3. cap. 3.

7 DEIFERO MARCIANO] *Deifer Græcè Theophoros, idest diuinus, Deo plenus, desumpta fortè vox ex illis* D. *Pauli verbis* 1. Cor. 6. Empti enim estis pretio magno glorificate, & portate Deum in corpore vestro, *Quod maximè ijs conuenit, qui ità Deo subijciuntur, vt equorũ instar ad omnem eius nutũ sed liberè agantur, nec minus animo, quàm corpore adeò prompte, si quid agendum, patiendumue sit pro Dei amore sese exhibent: frequentissimè ea etiam vox vsurpata de S. Ignatio Martyre apud scriptores sacros, imò & in singulis ferè eius epistolis præfixa, si vnam excipias ad Polycarpum; ità etiam dictus S. Leo* Catanensis *in eius vita, eademque sententia Timotheum ipse Ignatius* Christophoron *vocat, & Sanctam Teclam S. Basilius.*

8 MARTYRIS PEREGRINI] *In Græco* Pelegrini; *sed reliqui omnes scriptores,* Peregrini *nos communem in scribendo rationem secuti sumus.*

9 CACVMEN CROTALEOS] *ignotus nobis mons; sed propè Agrigentum situs: nomen est ex latina, Græcaque voce. vide Acta SS. Peregrini, & libertini, quæ suo loco reponemus.*

10 PER ID TEMPVS] *mendum irrepserat, nam legebatur,* Per id tempus Valeriano, & Gallieno tyrannidem exercentibus missa sunt, &c. *Brasi verò ea Imperatorum nomina; quis enim glossema esse, quod à sciolo quopiam libri oræ adiectum, in historiam deinde per scriptorum imperitiam irrepserit, non aduertat? Valerianus autem, & Gallienus post annum* Christi 254. *imperium iniuerunt; sed Marcianus primo sæculo vixit. allusum hic reor ad Neroniana tempora. Nero enim non solum, vt Tertullianus ait,* Orientem fidem Romæ cruentauit, *Sed etiam vt Orosius scribit lib. 7. c. 7.* Christianos *per omnes prouincias pari persecutione excruciari imperauit. furere cæpit immanissimum illud monstrum anno* Christi 66. *atque hanc primam persecutionem innuere mihi videtur Encomiastes, quare non inclinat animus, vt in Domitiani tempora S. Marciani interitum reijciam.*

Apost. c. 5.

Tacit. l. 15. Baron. in Annal.

11 PROTOMARTYRE VNIGENITO DEI] *extrema oratione: Protomartyr Iesus, Dei Filius, & Deus noster.* Diuus Augustinus *appellat* Christum Caput Martyrum, Diuus Paulinus Martyrum Martyrem. *Hęc autem primatus in Martyrio dignitas maximè propria* Christi *fuit. Itaque refert Eusebius ex litteris Ecclesiarum Viennensis, & Lugdunensis, eam fuisse modestiam* SS. *Martyrum, qui nondum certamen finiuissent, vt si quis eos salutasset Martyres, ægrè ferrent.* Libenter enim, *ait Eusebius,* Martyris appellationem Christo fideli, & vero Martyri, primogenito mortuorum, Duci, & auctori vitæ, quæ est ex Deo, concesserant.

S. Augustin. ser. 2. de S. Stephano.

S. Paulinus Epist. 12. lib. 5. ad

12 ETENIM SPELVNCA ILLA] *Speluncas frequentius habitare solita Dæmonum caterua; quid*

quid niſi tenebras amarent, lucemque odiſſent Rectores tenebrarum? Speluncas Syracuſanas inſediſſe, habes ex hoc Encomiaſte; Leontinas, ex Actis SS. Alphij, Philadelphi, & Cyrini; Meneninas, ex tranſlatione Sanctæ Agrippinæ; Agyrgas ex Vita Sancti Philippi Presbyteri; Thermitanas, & Selinuntinas, ex hymno Sergij Monachi in Sanctum Calogerum. In ſuperiorem eius ſpelunca locum tranſlatæ ſunt reliquiæ S. Marciani, quod florente pace Chriſtianæ religionis factum credo. Ea ergo antra, vbi viſitur adhuc ſepulcrum Martyris, illa eadem ſunt, quæ abactis dæmonijs templum Deo ipſe conſecrauit.

VERVM ETIAM ZOSIMI] *qui floruit*
13 *anno Chriſti IↃCXL. Eius vitam ſuo loco reponemus. De Theodoſio Antiſtite paulo ante iam dixi.*

EXEMPLO BASILII] *Illuſtre hoc certa-*
14 *men lege apud Amphilochium in Vita Sancti Baſilij.*

HANTIMISSA DICITVR] *Græcus Codex*
15 *habet hantimiſia, apud Suidam hantimiſium, apud Nicephorum Homologetam, & Balſamonem hantiminſium voces Græcobarbaræ, ex Græcis, & Latinis conflatæ, ac propè menſalia ſunt, ſeù ſacræ veſtes ad ornatum altaris inſtratæ, ex quibus altare dictum Hantimiſſa, vel Antimiſia. Nam, vt Anonymus quidam, Epiſcopus Bellenſis, memorat cum Antiſtes templum dedicaſſet, pannum humi ſtratum, & menſæ circumuolutum, diſcindebat in partes, & Sacerdotibus diſtribuebat, qui ſacras iis menſas amicirent, atque ſine illis ſacra facere non poterant. Tradit eadem Balſamon ad Concilia. Haud tamen neceſſe erat, omnem menſam Hantimiſia inſtrui, ſed eam tantum, de qua conſecratane eſſet non conſtaret, vt aug-*

Suidas
Nicepb. Homol. in can.
Balſamon. Reſp. 13.
Anon. Epiſ. Bellenſis quæſitis.

Balſamon. ad Conc. vi. can. 31. & Conc. vii. can. 7.

tores ſunt Manuel Patriarcha, & Nicephorus Homologeta.

Ex his clarum eſt, cur hoc loco fixa dicatur Hantimiſſa, quòd altare temporarium, nec conſecratum eſſet, ſed hoc panno inſtratum. Antimenſia exponunt alij eſſe aras, ideſt quadras illas marmoreas, quæ loco ſacrarum menſarum ſeruiunt.

DECANTATISSIMAM] *ferè nemo ſcriptorum eſt, qui Syracuſarum magnitudinem, pulchritudinem, principatum, geſtas cum laude res, non extulerit. Diodorus* a *Siculus Metropolim dicit, ideſt, quæ pluribus imperaret vrbibus, Græcis nimirum, nam idem Diodorus lib. 12. cum inter Agragantinos, & Syracuſanos diu turbatum eſſe narraſſet, & inde duas in partes reliquarum vrbium diſſidia oborta, addit* Ipſæq; vrbes in Sicilia Græcæ ſummam imperij, & rerum adminiſtrationem ſponte apud Syracuſios eſſe permiſere. *Marcus Cicero,* b Græcarum vrbium maximam, & pulcherrimam *appellat; erant verò alia in Sicilia vrbes, quæ inter Græcas non cenſerentur: Valerius Maximus,* c Siciliæ caput, *Syracuſas appellat eodem ſenſu; Florus* d *item* Grande, & inuictum caput. *Eunemius,* e Naualibus quondam victorijs nobiles Syracuſas; *Solinus,* f Principem vrbium Siciliæ.

16

a lib. 14.

b Orat. in Verr. 6.
c lib. 21. c. 8
d lib. 2. c. 6.
e Pancegyr. Conſt. Cæſ.
f in Polyhiſtor. c. 11. ita etiã Iſidor. orig. lib. 14. c. 6.

PATRIAM TVAM] *Patria Martyri eſt, in qua per ferrum cælo natus, vt natalis dies ille eſt, quo cæſus: Tertullianus ait,* Tunc Paulus Ciuitatis Romanæ conſequitur natiuitatem, cum illic martyrij renaſcitur generoſitate. *Diuus Petrus Chryſologus,* Natalem Sanctorum, *inquit,* cum auditis cariſſimi, nolite putare illum dici diem, quo naſcuntur in terram de carne, ſed de terra in cælum,

17

Tertull. Scorp. c. 14

Chryſ. ſer. in S. Cypr. Mart.

ANIMADVERSIONES IN ODES FRAGMENTVM.

PRIMAM STELLAM] *Luciferum appellat Encomiaſtes Syracuſanus. His ſignificari videtur, ſicuti Sicilia Romani imperij prima prouincia fuit, ita in Chriſtiano etiam imperio primam inter occidentales prouinciam fuiſſe; ſed cum apud me certum ſit ea ſolum ſcribere, quæ in ſpirituale animorum commodum queant cedere, contentioneſque de honorum prærogatiuis declinare, ſi cui minus id placeat ob Sancti Iacobi in Hiſpaniam aduentum, vel Maſſilienſem nauigationem à pleriſque Chriſti diſcipulis ſuſceptam, non repugnauerim, quin Marcianus dicatur primus non inter omnes, quotquot in occidentem commigrarunt, ſed ex ijs, quos Diuus Petrus tranſmiſit.*

Ex his quæ de S. Marciano ſcripſimus, facile eſt agnoſcere Michaelem Bucchingerum a *in Ecel. hiſtoria Sicularum rerum parum gnarum fuiſſe, cum ſcripſit Siciliam ſub Carolo Magno ad Chriſti fidem conuerſam.* a in Leon. 3

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES AD VITAM S. PANCRATII.

1 VITA S. PANCRATII] *desumpta est ex Menæis, & Menologijs Græcorum ad 7. Idus Iulij, ex laudatione Gregorij Monachi, Hymno Sancti Iosephi Hymnographi, homilia Theophanis Ceramei. sepositi Acta Euagrij nomine insignita, nam vitiata arbitror. monebo tamen quid in ijs reperiatur.*

2 *Tauromenij quo tempore conditum.* TAVROMENIORVM] *Tauromenij vrbs est Siciliæ à Siculis incoli capta; dein verò adscitis Naxijs aucta; nam Dionysius Syracusarum Tyrannus excisa a Naxo (quod olympiadis 94. anno 2. Vrbis 350. accidisse Diodorus scribit.) Naxiorum agrum finitimis Siculis donauit, collem ergo Taurum à veteri Naxo duobus passuum millibus distantem siculi cum profugis Naxijs insedere, a vrbemque muro circumcinxere auctore Andromacho Timæi historici patre, anno 3. Olymp. 105. Vrbis C. 395. atque ab ea in Tauro mansione, vt idem Diodorus docet, Tauromenij deducta appellatio est. Fazellus b nomen interpretatus est, Taur i fortitudinem, qua Græcis μένος dicitur; etymon ex Tauro, & Menea coniugibus, quod vulgus secutum est & mox in alijs notis de eodem S. Pancratio narrabo, probare nequeo, cum nullum eius rei in laudatis scriptoribus vestigium se prodat. fabulas sæpè vulgus facilius recipit, quas nunquam dedoceas. Hinc interpreteris velim Plinij, & Solini verba; ille* a *ait*, Colonia Tauromenium, quæ ante Naxos: *hic verò* Peloritana ora nobilitatur Colonia Tauromenio, quam prisci Naxon vocabant; *nam reuera diuersæ fuerunt vrbes; Tauromenium colli insidet arduo, Naxus olim æquo in littore à Chalcidensibus Duce Theocle cõdita ex Thucydide,* b *& Strabone.* c

a Lib. 14.

Li. 14. & 16.

b Dec. 1. li. 2. c. 3.

c lib. 3. c. 8. in Polyhist. c. 11.

3 ANTIOCHIÆ VRBE] *Vide quæ latius fusum prosecutus in Vita Diui Marciani.*

4 PANCRATII PATER] *ita Acta Græca Cryptæ ferratæ, & Sancti Saluatoris, & M. S. codex in bibliotheca Cardinalis Sfondrati; sed in illis tunc triennis fuisse dicitur Pancratius: hic verò codex grãdiorẽ ætatem significat, cùm amicitiam D. Petri Pancratium iniuisse narret. Et planè si 40. Christi anno, Episcopus Tauromenij constitutus est, vt dicemus, nè minorem, quàm par erat, ætatem in eo requisiuisse Diuus Petrus videatur, post tricesimum Christi annum, à quo initium sumpsit Christi prædicatio, non triennis, sed adolescens facilius existimandus est.*

5 *Quis Deus Lyson.* COLEBATVR] *Deos omnes, qui auerruncandi mali gratia colerentur, Lysios antiquis dictos, auctor est Iulius Pollux: præcipuè tamen Iuppiter, & Bacchus id cognomenti tulere.* Pollux Onomast. *Alysius Iuppiter, qui templum, & lucum in Cretæ promontorio habuit, à vicino monte, dictus est, vt memorat Arati Græcus interpres, & à Sophocle Alexitor Iuppiter, malorum depulsor. præterea Lysiphobon Iouem antiqui coluere, quod metu solueret, cuius meminit Dionysius Halicarnassæus. Lyson autem idem, qui Lysius, & Alysius. extat nummus Syracusanorum, vulgatus ab erudito viro, Philippo Paruta, in quo Iuppiter Lyson; sed Liberi patris ædẽ, cognomento Lysij, apud Thebanos fuisse, scribit Pausanias. caussa cognominis, quod Thebanos, à Thracibus vinctos soluerit. Lysius Bacchus Sycionijs etiam cultus, idem* Pausanias. *alijs autem Lysius Bacchus à soluendo Græce dictus, quod siuè mala, siuè curas mero soluerit extat apud Guilielmum Choul vetus numisma, in cuius altera parte, est Bacchus hedera coronatus, cum Græca inscriptione Lyson: in altera insanientes Baccha manibus interse complexa inorbem, subscripto,* Dionysio Donũs *Bacchus autem idem, qui Dionysius. memorat Pausanias, apud Sycionios Lysij Bacchi signum fuisse ex ebore, & circa eum Bacchas è candido marmore, quas sacras Deo fœminas dixere, instinctu liberi Patris afflatas. nummus penes me extat, fortassè Tauromenitanorum, expresso Dionysij capite, cum inscriptione Lysonis.*

Pausan. in Bœoticis.

Aut Bacchus.

in Chorinthiacis.

Ad hac, Iuppiter æque ac Bacchus eadẽ superstitione serpentum visi, cultique. Nam Iouem forma Draconis illusisse Proserpinæ, tradit Arnobius. cum Olympiade, Alexandri Magni matre, concubuisse visus Draco, qui Iuppiter Ammon ex oraculo creditus, ita Plutarchus. exinde Alexander Iouem generis sui auctorem aut credebat esse, aut credi volebat, ex Q. Curtio, *quam ob caussam scitè illum adducit inderisum Lucianus in* Dialogis. *sed Imp. Adrianus in templo Iouis Olympij, quod Athenis magnificum extruxit, Draconem prò numine posuit, quem ex India depertauit, tradit Dio. at Indos Draconem coluisse, veluti Liberi patris simulacrum, auctor est Maximus Tyrius. Origo feri cultus ex fabula, quòd Bacchum è Iouis femore natum, Parcæ immanibus anguibus cinxere, qui tamen os pueri innoxiè lamberent. ex his incertum mihi, Iuppiterne, an Bacchus fuerit Lyson Tauromenitanus; cùm præsertim ab antiquis vtrique adscripta vaticinandi facultas. de Ioue tritum est tot oraculis, Dodonæi, Ammonis, Tryphonij. de Baccho tradit in Symposio Plutarchus, Nemo putauerit alienum à vero, Dæmonem forma Serpentis, simulacro Lyssonis adsedisse, seù verum illic serpentem opera Dæmonis fuisse, quem cæca olim gens adorarit. Nam cum superstitio dominaretur, non insolens. fuit colendorum Serpentum ritus, qui simulacra obuoluerent. ipsis in urbibus id factum humanitatis cultricibus, altricibus sapientiæ. Virgilius de Serpentibus, post Laocoontis, & liberorum patratam eadem,*

Sophocl. in Oedipo Epicolono. Diony. Halic. 16.

Arnob. cõtra gẽt. l. 5. Plut. in Alexandro. Q. Cur. l. 4.

Luc. Dial. Philippi & Alex. Dialog. in Adriano.

Max. Tyr. serm. 38.

Plut. Symp. l. 7. c. 10.

Cultus Draconum.

At ge-

At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones
Effugiunt, fæuæque petunt Tritonidis arcem,
Sub pedibuſque Deæ, clypeique ſub orbe teguntur.

Ad quem locum vetus, doctuſque interpres Seruius poetam obſeruat, reſpexiſſe ad Dracones, qui in templo vrbis Romę fuere, ac ſimulacro implicabantur. Romæ verò ſerpentem Aeſculapio ſacrum fuiſſe, Epidauro in Vrbem publica legatione aductum, cultumque dedicato in Inſula templo, Liuius, Plinius, & Gellius prodidere. Ab Athenienſibus etiam anguem ingentem intemplo ſeruatum, cuſtodem arcis, ſcribit Herodotus. Sed hęc antiquiora ſuperſtitionis exempla: recentiora retulerim. Imp. Adrianus Draconem ex Indis delatum, in templo Iouis Olympij, quod Athenis extruxerat, collocauit, quem prò numine colerent, Dio memorat. Non magnum igitur negotium, feras animantes in Sicilia cultas, quæ Romę, & Athenis, Italiæ, & Græciæ cultioribus vrbibus colebantur. Quid de barbaris nationibus cogitandum? ad ibiſtorias, quæ huiuſmodi ſuperſtitionum plenæ ſunt.

Liuius libr.

Plin.lib.29. c.4.

Gellius l.2. c.10.

Herod.Vrania.

Dio.in Adr.

COLEBATVR DEVS PHALCO] *Sicilia etiam ſuos olim ſibi finxit Deos Adranum, Butacidem, Chriſam, Palicos, alioſque. De Adrano Diodorus lib.14. Plutarchus in Timoleonte. De Butacide viro Crotoniata Olimpionice, & omnium ſui temporis ſpecioſiſſimo à Segeſtanis culto Herodotus libr. 5. Chriſa fanum propter viam erat, qua Aſſaro itur Ennam. Cic. Verr. VI. & nummus antiquus apud Parutam. De Palicis Seruius Sabinus in libr. 9. Aeneid. Stephanus de vrbibus. Quid ergo mirum de Phalcone ignoto Deo?*

6 Dij Siculi.

NON PROCVL A LITTORE] *aream templi fuiſſe crediderim, quam petram Phalconis etiamnum incolę appellant prope littus eius eberſoneſi, cui Naxos olim impoſita ex Thucyd. libr. 6. & Strab libr. 6. &* ſchiſò *nunc nomen habet: in hiſtoria enim Euagrij, de qua in hac Diui Pancratij vita ſub finem diſſero, templum euerſum, in mare proſiliſſe, & nauis Diui Panecratij ad locum appuliſſe dicitur, cui Phalco nomen erat. Fuit hoc eodem in littore delubrum Apollinis Archagetę à Tauromenitanis culti, Thucydides* c *enim.* Græcorum primi Chalcidenſes ex Euboœa nauigantes cum Thuche illius coloniæ deductore, Naxum incoluerunt, & aram Apollinis Archagetæ, quæ nunc extra vrbem viſitur, vbi quoties è ſicilia ſoluunt oracula petituri, primum ſacrificant. *In quibus poſtremis verbis non ea eſt ſententia, qui è Sicilia ſoluunt, Apollini ſacrificant, & oraculum de profectione, redituque petunt; ſed ſignificat eos, qui è Sicilia ſoluerent adeundi cauſſa oraculum aliquod, Apollini Archagetæ prius ſacrificare; vt enim docet Scholiaſtes Sophoclis ad œdipum. ſ. 114.* Σωροὺς *appellant eos, qui oracula adeunt, vt diſcant, quę perquirunt. Præter aram autem, ſimulacrum Apollini poſitum Appianus* d *edocet, ait enim de Cæſare Auguſto.* Præternauigato flumine onobala, & fano Veneris ad Archagetam appulit, precatus Deum poſitis ibi caſtris oppugnaturus Tauromenium; eſt autem Archageta parua ſtatua quam primam dedicaruut Naxij coloni miſsi in Siciliam. *Sed quam quam Naxus à Dionyſio iuniore funditus deleta ſit ex Diodoro,* f *arę tamen ſuperſtitio, & Apollinis ſimulacrum plures poſt annos remanſit; nam præter Appianum tam allatum Pauſanias, a qui ſub Imp. Antonino Pio ſcripſit, ſua ætate extitiſſe ait Naxi ruinarum fragmenta, Apollinis Archagetę aram, & ſimulacrum, quod à Naxi initijs extra vrbem fuit. extant Tauromenitanorum nummi, in quorum altera parte Apollinis caput cum corona ex lauro, & inſcriptione Greca AR. HAGETA, in altera tripus, vel tyra cum hac voce TAVROMENITAN: ſubdubitabam equidem an idem fuerit Phalco, & Apollo Archageta, & an aduentu Diui Pancratij Apollinis templum fuerit euerſum, quod deinde eius forte Sacerdotes collapſum reſtituerint; ſed cum ſola locorum propinquitas id non euincat, veterumque libidinem in nouis Dijs effingendis coerceri nunquam potuiſſe conſtet, non eſt cur in vnum idemque numen, ac templum commiſceam Phalconem, & Apollinem Archagetam, eorumque delubra.*

7

d lib. 6.

Apol. Archageta.

d li. 5. bell. ciuil.

f lib. 16.

a in Eliacis poſt.

DIRVIT PANCRATIVS] *rem tradunt viri antiqua fide; nam Gregorius Byzantinus ait* D. *Pancratium pleraque delubra expugnaſſe, ac funditus euertiſſe. Sanctus Ioſephus Hymnographus,* Idolorum fana, *Pancratius* Funditus demolitus. *Et rurſum:* Verbo delubris funditus in terram proſtratis *ſpeciatim verò templi huius meminit:* Corruit. *D. Pancratium alloquens,* E tuo conſpectu idolorum templum, oſtiumque gentibus patefactum. *En Diuus Ioſephus Phalconis templum digito fermè demonſtrat, quo per miraculum à B. Pancratio funditus euerſo, Tauromenitanis oſtium ad chriſtianam fidem apertum eſt. Eidem miraculo* D. *Pancratij robur eſt ab exemplis; Nam Sanctus Gregorius, Magnę Armeniæ Epiſcopus, templum Herculis iuxta fluuium Euphratem, ſola oratione, ab ipſis euertit fundamentis, itaetus Acta. S. Marcellus Apameę in Syria Epiſcopus, delubrum Iouis diruit, ex Martyrologio Romano: Sanctus Pelinus Epiſcopus Brunduſinus, templum Martis, S. Leo Epiſcopus templum Cereris in vrbe Catana deturbauit precibus ſuis vt in eius vita narratur.*

8

Greg. Biz. laud. in S. Pacratium.

S. Ioſeph Hymno. In S. Pancr.

Acta S. Gregor. Epiſc. apud Sur. 30. ſept.

PER LITTERAS] *Litterarum inſcriptionem fuiſſe referunt Acta illa ab Euagrio conſcripta, de quibus iam dicemus,* Lyſſoni Sceleſto, immundo inſenſibili, Tauromenitanorum Deo: *ſuſpenſas autem litteras narrant è collo idoli per Lycaonidem Nauarchum iam promouendæ rei Chriſtianæ deditum, & Pancratio adiunctum, eumque retuliſſe, Dęmonem diris modis tortum tandem obmutuiſſe: addunt etiam ſub horam noctis tertiam auditas tunc fuiſſe has voces,* Serue Dei viui, quod iuſſit ſanctimonia tua, iam fecimus, ſerue, & diſcipule veri Chriſti Dei aſcende ad ciuitatem tuam. *Scripſiſſe etiam Dæmoni S. Gregorium Thaumaturgum Ponti Epiſcopum lego;* a *is enim templum ingreſſus Dæmones, qui illic colebantur, & reſponſa reddebant, exterruit Chriſti nominis inuocatione, temploque expulit. rogatus ab Aedituo, vt Dæmones intemplũ reuocaret, breuem quamdam libelli particulam rupit, ſcriptoque in ea; Gregorius Satanæ ingredere, Aedituo dedit quam cum is accepiſſet,*

9

a Apud Greg. Nyſs. in eius vita.

Digitized by Google

altari imposuit. mox iussus à Gregorio Damon obtemperauit. Aedituus autem diuina Gregorij potestate, Damonibus imperante, commotus in Christum credidit, vt memorat S.Gregorius Nyssenus.

10 ALIA SIMVLACRA] *praeter lysonem, & Phalconem Theophanes Cerameus addit tertium idolũ Scamandri, Plato docet lib.de namine.pleraq.Heroum nomina à Poetis conficta, vt Hectorem, quòd vrbem tenuerit, patriamque tutatus sit, Astyanactá verò quòd eum filius Hectoris esset ad eum spectaret, vrbis imperium, comp osita voce ex ijs quæ apud Græcos vrbem, & Imperatorẽ significant, itaque, quem viri à nomine dignitatis, Astyanactia, mulieres à ciuilibus officijs, Scamandrum dixere. is ne Scamander Tauromenij cultus? sanè scamander fluuius in Sicilia, prope Segestam fuit, ex Diodoro: sed à Troianis Segestæ conditoribus inditum nomen; nam Strabo narrat, Troianos, qui in Siciliam traiecerant, Segesta condita, proximos fluuios Scamandrum, & Simoentem denominasse. Factum id quidem illis est, vt Troię fluuios, ex qua pulsi, adconseruandam patriæ memoriam, referrent. Igitur alterum horum fuit, aut, quemadmodum Hector Ilienſibus, ex Athenagora habitus pro Deo, ita Scamander fluuius Segestanis; aut fluuius ipse Scamander, ab ijsdem consecratus, eadem superstitione, qua ceteri Sicilia amnes, fonteſque. Alterutter Deus fuerit, à Segestanis ad Tauromenitas transmissus: Demum Acta Græca adijciunt Iouis, & Dianæ simulacra inter ea, quæ deiecit Pancratius.*

Plat.libr.de nomine.

Scamander

Diod. l. 20.

Strab. l. 13.

Athenag. legat. pro Christian.s

11 BONIFACIVM] *Theophanes Cerameus, & Menæa die 9. Iulij vocant Ducem seu Præfectum vrbis, & fuit forte è Duumuiris Tauromenitanę colonię. Sed Euagriana Acta, de quibus iam dixi, suam de more auxesim prosecuta appellant aliquando illustrem consulem, consulariaque insignia illi tribuunt, quę fuisse aiunt chlamydem, & scipionem; topactitem, ideſt loci fundatorem vocant ex recta, diuturnaque administratione. Proconsularem Siciliæ fuisse hæc significant. Sed hęc statim suspecta. Nam Antoninus a Pius Imperator prouincijs impositos, vel quos in alijs publica rei stationibus collocasset ornamentis consularibus donauit, Capitolino teste. Bonifacij verò ætas diù præcessit; fauere tamen posset Actis, quod eadem insignia procuratoribus suis Claudius sæpe concesserit ex Suetonio, b quamuis si id munus demandatum Bonifacio affirmes, diuinare velle videaris. Rursus Chlamydem Augustus c magistratibus permisit, quos Imperator in Prouincias mitteret, ademit verò ijs, quos senatus destinaret; Sicilia verò Proconsularis fuit, & in Senatus potestate, d quamquam plurimos post annos sub Theoderico Italiæ Rege Prouinciæ Rectores chlamydem induebant, teste Cassiodoro. Scipio item eburneus Consulum dum taxat gestamen fuit. Tam diuturna etiam administratio Bonifacij credi vix potest, minus autem ea appellatio fundatoris; quare licet Bonifacium existimem aliquem ex vrbis Tauromenitanę magistratibus, Proconsularem tamen Siciliæ non credam, cum in ea vrbe degere non soleret, & Acta illa in singulis admirationem inijcere quoquo tandem modo conentur. In suspicionem apud non-*

Magistrat' insignit.

a In vita Anton.

b In Claud. c.24.

c Dio l. 53.

d Dio.

Lib.6. formul.21.

Dionys. Halic.

Lucius Valer. Max.

Vopiscus in Aurel.Cassiod. libr.1. Ep.1.

nullos venit ipsum Bonifacij nomen, quod vix apud Romanos vsurpatum pro Caij æuo videretur; & apud veteres nunquam; sed leue id duco, nam Apollinarem Rauennatium Episcopum Pancratio supparem sub Præfectio passum Bonifacio legimus in eius vita.

LÆTA EIVS ECCLESIÆ] *cum prædixisset Isaias c.11.* Adijciet Dominus secundo manum suam ad possidendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyrijs, & ab Ægypto, & à Phetros, & ab Æthiopia, & ab Ælam, & à Sennaar, & ab Emath, & ab Insulis maris. *De suis legatis paulo post subdit,* Et volabunt in humeros Philistijm per mare, simul prędabuntur filios Orientis. *Hoc est, vt D.Hieronymus ibi ait, primum maritimis prędicent Palestinis, & per mare volucri cursu pergant ad cæteras gẽtes; sed iuxta LXX. interpretes legendum,* Volabunt in nauibus alienigenarum, mare simul prædabuntur. *Iam quantum emolumenti nobis siculis cesserit ex Diui Pauli in Siciliam appulsu attigimus in Diui Marciani vita, nunc Diui Petri aduentum gratulari nobis debemus, qui non modo Tauromenitanam Ecclesiam confirmauit, designato etiam Maximo Episcopo, sed alios etiam Episcopos alijs vrbibus dedit, vt suo loco dicemus de ijs agentes. Miror equidem à Paulo Æmilio Sanctorio a scriptum fuisse, B.Petrum in Europam enauigantem prouectum Tyrrheno freto inuisa Sicilia in Campaniam Neapolim accessisse: sed enim Principis Apostoli in Siciliam aduentum, super traditionem Ecclesiarum Siciliæ, plerique scriptorum docent, ex antiquis monumentis Metaphrastes tradit, B. Petrum in Siciliam Tauromenium appulisse, & apud Panctatium Episcopum diuertisse, quod anno 1. Principatus Claudij contigit; à Diuo Ioanne Chrysostomo idem fuisse scriptum, Constantinus Lascaris in schedis suis firmat, quas in Thesauro Mamertinę vrbis legimus. Sed vir doctus deceptus est, qui orationem Metaphrastis, qua B. Petrus Apostolus Tauromenium nauigasse traditur, Diuo Ioanni Chrysostomo tribuit: an ille in aliam Chrysostomi orationem incidit, quę non dum sit edita in lucem? Metaphrastis testimonium doctissimi viri Vincentius Bellouacensis, Guilelmus Spirensis, Petrus Galesinius, & Illustrissimus Baronius firmauere. In Siciliam vna cum B.Petro, quod ait Metaphrastes, venere eius discipuli Marcus, Sanctorum Euangeliorum scriptor, Apollinaris, Martialis, Russus: Menæa addunt Berylum. Magna Siciliæ felicitas, quę tot Ecclesię principum, quamquam ad breue tempus, hospitium esse meruit.*

12

D.Petr.Aduentus in Sicilian.

In vita B.Petri Apost.

Tauromenij cum esset B.Petrus Maximum catechesi probè instructum, vt auctor est Metaphrastes, baptizauit, & Episcopum ordinauit: institutum, vt Pancratio succederet, aiunt Vgo Heterianus, Petrus Galesinius, & Guilelmus Spirensis. Nemo ambigat, Petrum Apostolum, sollicitum studioſumq; ouium suarum pastorem, dum Tauromenij ageret, multos, quà per domos, quà per publicos conuentus ad Christum traxisse, Christianos in fidei constantia firmasse, instituisse Apostolicis legibus; nec dubitauerim ad pleraſque etiam Siciliæ vrbes Episcopos transmisisse.

S.Maxim.

13 DIVI LAVRENTII] *ita Gregorius Byzantinus*

tinus in Encomio Diui Pancratij. Dolemus verò adeo celebre sanctitatis monumentum fœda Saracenorum clade deiectum. Fama tamen fert templi veteris à Pancratio constituti ad orientem, & mare vestigia conspici in hortis Cœnobij Sanctæ Mariæ Iesu,

14 EPAPHRODITVM] *ita paucis restrinximus, quæ vera de tota hac re eredimus, quam multis exaggerant nugis Acta Euagriana. Atque in primis locorum nomina plurima, quò ille adiuerit, de suo cerebro fingunt; cum enim tot locorum meminerint, Toracinea Cernidoli, Clozoni, agri Palladij, Platani torrentis, melamphoricę ditionis, tractus nazici, ac nibeti, aliorumque, mirum planè est, nullum eorum vestigium conspici pęnes sicularum rerum scriptores: deindè adeò frequenter obiectos oculis cæleſtes radios ab Epaphroditi, aliorumque recens baptizatorum ore prosilientes, narrant, vt cuiuis Græcus scriptor magna ac mira cumulare voluisse videatur, & quæ de mentis illustratione, & doctrinę splendore verissimè dici potuerunt, ea ad corpus transferens oris, cruciſque radios explicarit. Xantippum prius dictum, ac Philosophum sapientia clarum, magnaque inter suos auctoritate fuisse Epaphroditum narrant. Addunt in eo volumine, quod illi videndum oblatum esse diximus, esse quatuor homines quasi vno ore loquentes; quibus verbis innuere vult consensum sacrorum Euangelistarum, sed male cautus scriptor non aduertit quatuor Euangelia tunc non fuisse adhuc omnia conscripta, cum saltem Euangelium S.Ioannis anno Christi 99. editum fuerit. crediderim, si hęc aduertisset impostor, qui Acta vitiauit, futurum fuisse vt diceret, offensum prophetico more fuisse Euangelium suo scribendum tempore. In baptizandis catechumenis eius antiqui moris Ecclesiastici meminerunt Acta, vt ad occidentem statuerentur, & ter diabolo renunciarent, eiusq. amicitiam detestarentur; mox ad Orientem conuersi Christo se submitterent, eiusq. fidem profiterentur. Cuius moris mentionem expresse reperies apud Cyrillum in mystag. c. 1.*

Eadem Euagriana Acta litteras afferunt à Diuo Marciano ad Pancratium scriptas, in quibus queritur, quod fines Diœceseos transilierit ab Apostolis constitutos, & ordinationem in aliena prouincia fecerit; subdunt deinde responsionem Diui Pancratij diuino imperio per sensiles voces ter insinuato se id fecisse dicentis; sed facilè Græculi cuiusuis iam impudentiam, quæ hæc intrusit deprehendo, Epistolarum enim sententia, atque scribendi ratio longissimè abest ab ea grauitate, quam Sanctissimorum Præsulum mores præ se tulere. Sed acrius vrgeo, quamuis enim admiserim ab Apostolorum temporibus constitutos fuisse Præsulibus diœceseos fines, vt mihi videor colligere ex Epistola synodica Patrum concilij Cõstantinopolitani ad Damasum Papam, & Canone Apostolico 35. quem egregie tuetur doctissimus vir Franciscus Turrianus è nostra Societate (quod ipsum alij ad posteriora tempora Nicæni concilij referunt.) At ea diuisio id maximè spectabat, nè auderet Episcopus extra suos fines in vrbibus sibi non subiectis quemquam sacris initiare, vel in sua diœceseos clericum alienum; hic verò nihil horum factum;

Epaphroditus enim è diœceseos erat Tauromenitana, & Tauromenij institutus est Diaconus; solum ergo queri potuisset Marcianus, quod ille Presbyter Pancratij in sua Diœceseos ipso incõsulto docuerit, templumq; construxerit. Sed hęc in illis rerum Christianorum initijs licuisse facile quiuis sibi persuadeat; & satis esse queat tum exemplum S.Polycarpi, à quo missus est Diuionem in Gallias Presbyter Benignus cum multis fratribus Aureliano Imp. tum auctoritas S.Ambrosij, qui in commentarijs suis in epistolam ad Ephes. ita scribit: Postquam omnibus locis Ecclesiæ sunt constitutæ, & officia ordinata, aliter composita res est, quàm cæperat: primum enim omnes docebant, & omnes baptizabant, quibuscumque diebus, vel temporibus fuisset occasio; nec enim Philippus tempus quæsiuit, aut diem, quo Eunuchum baptizaret, neque ieiunium interposuit. Neque Paulus, & Silas tempus distulerunt, quo optionem carceris baptizarent cum omnibus eius. Neque Petrus Diaconos habuit, aut diem quæsiuit, quando Cornelium cum omni domo eius baptizauit; nec ipse, sed baptizare iussit fratribus, qui cum illo ierant ad Cornelium ab Ioppe. Adhuc enim præter septem Diaconos nullus fuerat ordinatus: vt ergo cresceret plebs, & multiplicaretur, omnibus inter initia concessum est, & euangelizare, & baptizare, & scripturas in Ecclesia explanare. At vbi omnia loca circumplexa est Ecclesia, conuenticula constituta sunt, & Rectores, & cętera officia in Ecclesia sunt ordinata. *Hæc, & plura eo loco S.Ambrosius. vbi Ecclesiæ primordia intelligit ea tempora, quibus Apostoli viuerent: ac tum contentiones has inter Pancratium, & Marcianum extitisse, oportebat; nam Marcianus eadem Neronis persecutione, qua Apostoli Petrus, & Paulus, sublatus est; neq: etiam Christiana rei initijs Episcopi in Ecclesijs constituti tanquam milites in stationibus, à quibus vlterius progredi prohiberentur ad proximos populos, nondum fundata fide, & rebus Ecclesiæ constitutis. Facit etiam Canon XIV. Apostolorum, vbi non licere dicitur Episcopo relicta Parochia, in alienã transilire, nisi causa aliqua rationi consentanea eum cogat hoc facere, vt si maius lucrum iis, qui illic habitant, pietatis verbo conferre possit; præsertim iudicio, & exhortatione aliorum Episcoporum.*

Acta Beniigni. apud Surium 1. nou. Ambros. in Epistol. ad Ephes. in illud c. 4: & ipse dedit quosdam, Apostolos:

1. *Custodem*

De litteris mutuis Pãcratij, & Marciani.

IN CÆLVM COMMIGRANS] *Menæa,* 15 *ac Menologia ad 7. idus Iulias Pancratium aiunt à montanis interfectum. Codex M.SS. Cardinalis Sfondrati, ab Ethnicis, à Græcis Gregorius Encomiastes, quo nomine Ethnicos, vt sæpe fit, significat; Maurolycus etiam Artagatum paganum dicit. Idem ergo montani, Pagani, Græci hic videntur, qui Ethnici. in Euagrianis Actis sæpè montanorum fit mentio; subdubitaui, an significarent rusticos, & montium incolas; sed credo illo nomine magos intelligi. Ad septimum idus Iulias in Græcorum Menologijs Pancratij mors notatur, eoq; etiam versiculo id testantur.*

Libr. 1. c. 9.

Pancratius nona solium omnipotentis adiuit: *quamobrem in notis Baronij ad Martyrologium Romanum 3. Aprilis, vbi dicit de Diuo Pancratio Græcos agere in Menologio, 5. Idus Iunij, respondendum est, 7. Idus Iulij siue die nona eius mensis.*

Pro Canon. Apost.

Apud Barõ. t. 3. ann. 325

THEO-

16 THEOPHANIS CERAMEI] *Cur Philippi nomen in aliquo scriptum codice abraserim, dicam in Animaduersionibus ad eam Homiliam.*

17 ABARES] *vt impostoram hanc omnino cognoscas, altius exordiendum est. Scythę olim vno nomine, vt Strabo ait, omnes ad septemtrionem gentes appellabantur. Multitudo eorum innumera, quibus haud semper durauit prisca illa appellatio, quod Plinius iure conqueritur, propter inconstantiam scriptorum, ac rerum vices. Vnde obscuritas gentium, migrationum, & nominum mutationes. Sanè Abares (Auares Corippo Africano) inter Scythas, trans Caucasum, qui Hamaxobij dicebantur, enumerat Euagrius, ac Nicephorus. Ad Sauromatas spectare Hamaxobios, docet Plinius: Hamaxobios verò dictos ex Sauromatis, qui in Plaustris degerent. Et lux ex Pomponio Mela, qui de Mæotide*, huius, *ait*, flexum Buges amnis secat; Agathyrsi, & Sauromatæ ambiunt; quia prò sedibus plaustra habent, dicti Hamaxobitæ. *Porrò Abares ijdem, qui Huni, Paulus Diaconus.* Albom cùm Auaribus, qui primum Huni, postea de Regis proprij nomine Auares appellati sunt, fœdus perpetuum inijt. *Non omnes tamen Huni Auares, ex Iornande*: Huni, quasi fortissimarum gentium fœcundissimus cespes, in bifariam populorum rabiem pullularunt: nam alij Auliziagri *(al. Aliziagri)* ijdem, qui à Græcis Abares, siue Auares nuncupantur. *Itaque verum, quod ait Plinius*, Sauromatæ multis nominibus; *nam, vt iam diximus, à vitæ cultu Hamaxobij, à regum nomine prius Huni, dein Abares appellati. Sed impostoram historię iam planè cognosce.*

Quanam tempestate è Scythia Abares in Europam exundarunt? adi Euagrium Scholasticum, qui docet, Abares à Turcis finitimis pulsos ad Bosporum primùm commigrasse, inde in Europam transgressos, imperante Iustiniano, cuius permissu ad Istri ripas consedere. Istro traiecto, inuasere in Thraciam, Cagano Duce, vt idem tradit, Iustino Imperatore. Sed multo ante pseudo abares Illyrici partem, relicta Pannonia, occupauerant. Quippe Hunnorum Rex Attila varias è Scythia gentes in Italiam contraxerat. Furenti barbaro, & Romam contendenti, S. Leo Papa ad Mincium occurrit, cuius ille legatione commotus, & oratione perterrefactus, in Pannoniam, Danubium vltra, regressus est. Extincto Attila, filios de Regno, earumque gentium diuisione contendentes, Ardaricus Rex Gepidarum profligauit. Tum ab Imperatore Marciano Sauromatę, & quidam ex Hunis in Illyrico, ad Castrum Martenam, sedes accepere, vt memorat Iornandes. Verùm hos falso Abarum sibi nomen vsurpasse, tradit Nicephorus Callistus. Abares verò à Bulgaris internecione deletos, Suidas affirmat. Ex his mendacissima Acta planè cognosces. Bonifacius siculą classe, contra Abares nauale bellum gessit, in Ionio mari, siue quod aiunt, ad Dyrrachium: sanè quidem id factum oportuit sub aliquo Romanorum Principum à Caligula, cum viueret Pancratius, ad Traianum vsque: sed æuo illo non dum notus is hostis, nec in Europa visus: nam primùm Abares in Imperium inuasere, Imperat. Iustiniano, & Iustino: Pseudo Abares Illyricum tenuerant, concedente Marciano Principe, trecentis quinquaginta post defunctum Pancratium annis, eòq; amplius. Iam conuicta mendacij Acta. Quidquid pro ijs tuendis dixeris, veram historiam labefactabit. Illud hinc noscis, Acta post eruptionem Abarum in Europam composita.

18 DIACONISSÆ] *frequens Diaconissarum mentio apud ecclesiasticos scriptores. Duplex eius nominis acceptio. Sępe ita appellatæ, quæ Diaconorum fuerant vxores, quas scilicet ante Diaconatum duxerant, sed earum vsu tunc abstinebant; ac de ijs locutum D. Paulum, eum dixit* 1. *ad Timotheum* c. 3. v. 11. mulieres similiter pudicas, &c. *voluere Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus.* a *Aliæ ita dictæ non à quapiam manuum impositione, nam eas inter laicas adnumerat Concilium Nicęnum can.* 19. *sed à munere quod obibant. Olim enim collegia, & quasi monasteria viduarum instituta, vt suam nauarent operam in cura, institutione, & disciplina aliarum faminarum, ait idem Cornelius eadem epistola prima ad Timotheum cap. quinto: ac de his Viduis, quarum qualibet erat quasi Diaconissa D. Paulum intelligit, cum ait,* Vidua eligatur non minus Sexaginta annorum. *Iam hę postea vocatæ Diaconissę, vel certe in earum locum successere. Diaconissarum munera ex Epiphanio*, a & *Clemente*, b *Baronio*, c *Cornelio*, d *aliisq. hæc erant. Præerant ijs templi foribus, quà solis fęminis patebat in templum aditus; quare ab Ignatio* e *dicuntur*. Sacrorum Vestibulorum Custodes; *ad mulieres persecutionum tempore consilijs Episcopi iuuandas, & exhortationibus confirmandas mittebantur: in baptismo mulierum eas, quà oportebat nudabant: in confirmatione frontes earundem ab Episcopo inunctas oleo sancto abstergebant: mulierum cadauera ad sepulturam sacram ritu ecclesiastico abluebant, & componebant.*

Diaconißæ

a Vide in eum locum Cornelium à lapide.

a hæres 79. b lib. 3. cōstit. c. 15. c ann. 34 Chr. d 1. ad Timoth. ca. 5. e Epist. ad Antioch. & vide Baron. ann. 57.

19 PAVLINA] *in Actis Tauromenitanis dicitur Virgo; in Cryptæ Ferratæ, Archidiaconissa.*

20 SACRA ÆDES] *hoc forte Collegium, & sacram ædem innuit Theophanes Ceramita, qui exstructa à D. Pancratio docet.*

COLVMBÆ SPECIE] *sic de S. Iulia martyre crucifixa, Ado ad XI. Kal. Ianuar. idem S. Columbę contigit.*

21 *Acta Euagrio Pancratij discipulo inscripta, ex ijs quæ in vita eiusdem Pancratij, & in meis Animaduersionibus hactenus scripsi partim probata sunt, partim corrupta esse existimaui. Vt ea integra darem, & post Vitam S. Pancratij reponerem, non ausi, nam in sanctorum historiam aliquid, quod falsum esse deprehendi, conijcere, piaculum mihi est. Nil attingere, non decuit; nam præter antiquitatem, quæ fidei multum affert, ex ijs multa etiam decerpsisse scriptores ostendi. volui ergo, vt vidisti lector, pleraq. ex his Actis velin vitam, vel in Animaduersiones referre; nunc breuiter si quid elucet ibi omissum, hic transcribam in pauca contrahens, quæ ibi multis enarrantur, sic enim fiet vt nemo vnquam ea Acta desiderare possit, aut cum damno careat.*

Euagr. l. 5. c. 1.

Ergo Pancratium in vico Pyrgisco natum in Ponto faciunt, & cum eò Diuus Petrus

excurrisset, tractum ad fidem cum famulis, quos ipse Maximini aut Maximi in eo uico Episcopi cura commisit; distributis verò bonis omnibus in pauperes, ac retenta solum cruce aurea, quam eius Pater, quem sub finem Malem vocant, à Iudæo quodam redemerat, Diuo Petro adhæsisse, & cum illo Antiochiam nauigio admisse.

Sed Antiochiæ natum ex Mensis diximus, & S. Petrus in Pontum excurrisse videtur anno Christi 44. vt colligitur ex Actis Apostol. cap. 12. adiunctis ijs quę narrat Metaphrastes, qui etiam à Pancratio exceptum S. Petrum narrat eodem anno Romam euntem; antea ergo Antiochię Pancratium discipulum à Diuo Petro adscitum fuisse oportet. Pyrgisci nomen turriculam sonat; inde nomen Vico. Sed paulo post in his Actis Pyrgiscus significat telam aut tabulam in qua Ioseph pictor imaginem Christi depingit.

Vide ibi Cornel. 29. Iunij.

Referunt Acta suadente Paulo Apostolo D. Petrum Pancratium, & Marcianum sacris Episcopalibus initiatos in Siciliam delegasse Antiochia. Sed id nutat, nam Paulus post tres à sua conuersione annos Hierosolymis Petrum conuenit, ac non nisi post plures annes Antiochiæ cum Petro esse potuit; in Siciliam autem Antiochia illi discesserunt anno circiter 40.

Cum Lycaodine, & Romyllo Nauarchis ducentos nautas ad Christi fidem venisse Acta memorant, & Phalconis templum in mare à Pancratio signo crucis dirutum prosilijsse ad 30. stadia; loco exscensionis Phalconis nomen fuisse aiunt, & forte est Chersonesus seu promontorium illud, quod nunc dicitur, Schisò cui Naxos olim imposita, cuius reliquię in Tauromenium, vt dixi, confluxerunt. Et quamuis ibi portus nunc non sit vllus, nec vestigia appareant, forte tamen tunc iactis molibus sinus excipiendis nauigijs aptus fuit; nam memorat Polyanus libr. 5 stratagematum portum Naxiorum: sic de portu Mylensium Silius.

Lib. 14.

Et iusti quondam portus, nunc littore solo
Subsidium infidum fugientibus æquora Mylę.

Et de portu Vlyssis inter Catanam, & Xiphonium promontorium, de quo Virgilius, Portus ab accessu ventorum immotus, & ingens.

Lib. 3. Aeneid.

Ipsi Aetnæ ignibus saxisque liquefactis illùc deuolutis oppletum fuisse intuemur. Haud absimiles etiam portuum mutationes scimus fuisse in Panormitano, & in minore Portu Syracusano. Idem ergo huic portui accidere potuit. Quod de 30. stadijs, quò parietina excurrerint, dicitur, non lego alibi.

Sacerdotes idolorum in his Actis vt deos patrios vlciscerentur, vinctum Bonifacium victimam Deo Lyssoni sistunt: nam is non solum Christi fidem profitebatur, sed eò magis Pancratio fauebat, quò plura ac sapius idola corruerent eius opera. Is tamen è vinculis, & periculo eximitur à Pancratio non alia, quàm omnipotentis dei dextera quà Lyssonem contriuit, eiusq. Draconem mole etiam ipsa horrificum disrupit, & vtrumque proiecit in mare. Illud tamen mihi difficillimum est, denegatum sacrum baptisma Bonifacio fuisse à Pancratio, quia vt aiunt Acta, homo austerus erat, & sanguinis effusor dilatumq. id esse post mortem Pancratij, atq. adeo post 60. annos à suscepta fide, in qua constans perstitisse dicitur homo de Ecclesia Tauromenitana benemerentissimus.

Post bellicam nescioquam expeditionem rediens Bonifacius captiuos omnes vt ad Christum transirent effecit, repetijtq. panas ab Elido altero Vrbis præfecto, quòd Mariam & Seiam sorores Christianas occidisset; addunt verò Acta omnia Elidi membra post mortem in draconis speciem conuersa, præter manus, & pedes. Mirum certe; sed quid atrocius accidit anno Christi 950. Nam Sacerdos quidam Præpositus Eligensis Ecclesię, cum sibi suiq. Collegij Sacerdotibus coniuges haberet, Pontifice Romano, Episcopis, Rege ac monachis omnibus aduersantibus, in anguillas cum vxoribus, & liberis versos tradunt Guilelmus Malmesburius; Ioannes Capgrauus, Balacus centuria 2. scriptorum Britannię.

Expeditionē deinde sacrā Epaphroditi ad rusticorū animos fide Christi imbuendos Pancratij imperio inchoatam narrant Acta, eaq. occasione mutuas Marciani, & Pancratij epistolas, & congressus referunt, de quibus iam meminiin Animaduersionibus ad Vitam S. Marciani.

Pāeratius dicitur suum in Præsulatu Tauromenitano successorem delegisse Euagrium; sed vt Romam pergeret ad Petrum Apostolum ab eo recepturus consecrationem; quod factum esse narrant. Nugas hic vides; nā à S. Petro delectus successor Pancratij, vt in eius Vita diximus. Adde Pancratij ætatem ex istis Actis protractā ad Traiani tempora; sed diu ante S. Petrus in crucem actus fuerat. interim Archagatus Elidi patruus, & Prætorio Præfectus alijq. scelestissimi homines per insidias domi Pancratium, qui scamandrum idolum detestabatur, & precibus deo fusis contriuit, erudelissime gladijs, saxisq. impetitum obtruncant, & cadauer in voraginem conijciunt, quod deinde à discipulis repertum cælestis lucis indicio cum 12. augustioris formæ viris in theca auro argentoq. elaborata reconditū in spelunca repositum est. Sed Pancratius tertiò in sōno visus Euagrio respuit ea ornamenta, mandauitq. vt terram terræ cōmitteret; qua de caussa in sepulcro è marmore lacedæmonico conditum est, cui adiecta hęc epigraphe, Martyr Males Pancratius qui vixit annos LXXX. Nam Males Pancratij pater dicebatur. Multa hic difficilia, nam in loculis aureis, argenteisue ea tempestate nascentis Ecclesiæ paupertatem præseferentis condita Martyrum cadauera difficile creditu est. Datus tamen is cultus consequentibus seculis; Prudentius Hymno in S. Hippolytum M. ait.

Ipsa illas animæ exuuias, quæ continet intus
Ædicula, argento fulgurat ex solido.

Corpus S. Victoris Mart. in Gallia in arca argentea repertum anno 609. vti tradunt Aimonius libr. 3. cap. 90. hist. Franc. & Sigebertus in Chronico ad eum annum. Sed in vase aureo ossa B. Samuelis è Iudæa in Thraciam transtulit Arcadius Augustus ex S. Hieronymo in epist. aduers. Vigilantium.

Illa etiam inscriptio cum Patris memoria, & ętatis annis, non sapit antiquum, & sacrum inscribendi morem in Martyrum loculis.

Tan-

Digitized by Google

Tandem in ijsdem Actis narratur, Euagrium cum Bonifacio Romam adiuisse, & à B. Petro consecratum redijsse Tauromenium, ac baptizasse Bonifacium, qui antea vltus fuerat Pancratij mortem occiso Archagatho. depositoque Magistratu Bonifacius ad Pancratij Martyris templum nuper exstructum detonsa coma cum Tatiano presbytero, & Lyconide Diacono quousque vixit, ministrauit. Sed iam secunda hæc à Bonifacio sumpta vindicta secundò displicet mihi; non is est Christianæ religionis spiritus, ac sensus.

ANIMADVERSIONES
IN FRAGMENTVM HOMILIAE
THEOPHANIS CERAMEI
ARCHIEPISCOPI TAVROMENITANI.

1

THEOPHANIS] *Homiliam hanc cum plerisque alijs habuimus ex M.S. codice Meletij Athenensis Monachi montis sancti è familia S. Basilij, qui ex Oriente Messanam appulsus librum manu exaratum perbenigne commonstrauit. Præfixus ei M.S. hic titulus,* Sapientissimi, & Eloquentissimi Philippi Ceramitæ, qui post indutum habitum monasticum Philagathus appellatus est, *vt in mea Idea operis olim edita edixi. Sed iam Theophanis Cerameo, aut Ceramitæ eam adscribendam existimo his rationibus ductus. Homilia hæc pluribus vnius eiusdemq auctoris adiuncta vnum homiliarum corpus conficit, cuius latine reddendi prouinciam in se suscepit P. Franciscus Scorsus è nostra Societate, & vti spero, quà est Græcæ linguæ peritia & sedula diligentia insignis typis dabit; iam in Vaticana, & tribus Gallicanis bibliothecis, & in Hispania apud Monasterium S Laurentij, quod Escurialem vocant, vt ex indicibus homiliarum, & primis cuiusq. verbis ad ipsum transmissis liquet, easdem omnino esse compertum illi est; huic verò corpori tum initio, tum in calce adiectum est in alijs M. SS. Theophanis, in alijs Gregorij nomen, qui tamen vbique dicatur* Cerameus *sapientissimus, & eloquentissimus, & Archiepiscopus Tauromenitanus; ab omnibus verò M. SS. præterquàm è Meletiano, vt dixi, abest Philippi nomen. Quare labens in eam suspicionem, quam idem Scorsus suggerit, venio, vt Philippum exscriptorem fuisse credam, qui de more suum subscripserit nomen, eaq occasione exscriptores deinde alij ascitanter, vti fit, Philippum crediderint scripserintq. auctorem. Sed cur idem homiliarum corpus iam Theophanis, iam Gregorij nomen præseferat, non magis disquirendum arbitror, quàm cur plerique sermones modo huic, modo illi auctori inscripti, Augustino exempli caussa, aut Fulgentio tribuantur. erratum ergo existimo à legentibus, & exscribentibus homilias, nec in animum induco vt plagij reum alterutrum credam. Eumdem esse, qui duplici nomine modo Theophanes, modo Gregorius dicatur, non video quæ nam ratio suadeat; potuit quidem duplici idem insigniri nomine pro duplici statu religiosæ vitæ, & Præsulatus; sed tunc non rectè vtrumq. nomen cum Archiepiscopali dignitate iungeretur; non enim vtrumq. seorsim, dum esset Archiepiscopus vsurpare potuit. Auctor ergo homiliæ mea sententia est aut Theophanes, aut Gregorius, sed quinam sit eius operis parens, nescio. Theophanis tamen nomen inscripsi, quòd & celebrius sit, & frequentius vsurpatum in codicibus M.SS.*

Quamuis verò hic Theophanes nonnullis videtur esse ille, qui historiam conscripsit à Maximiani Imperio vsque ad Nicephori obitum; diuersus tamen est; nam historicus ille fuit Abbas seu Præfectus Agri, vti scribit Ioannes Curopolates; *Theophanes verò Agri Præfectus obijt anno circiter* 814. *vti narrat ad eum annum Baronius: at noster Theophanes in primâ Quadragesimæ Dominica die sermonem habuit de Sanctis Imaginibus, cùm post proscriptam Iconoclastarum hæresim festum annuum ea die institutum iam esset: ea autem institutio festi in annum Christi* 842. *incidit: posterior ergo est noster Theophanes Theophane historico. Ceramei aut Ceramitæ vox figulum sonat, & familiæ cognomen videtur; cum Philippus, quem fuisse exscriptorem homiliarum paulo ante sensi,* Cerameus *etiam dicatur, nec habeam quam illis communem patriam eo significatam nomine tribuam.*

Sed fragmentum huius homiliæ hic profero latine olim versum ab Augustino Florito nostræ Societatis; nam integram, vt spero cum alijs in lucem proferet idem Franciscus Scorsus, & hæc tantum pars ad rem meam pertinet; quæ enim initio affert, ad explicationem Euangelij faciunt, quod prælectum erat festo die S. Pancratij, quod æque grauiter ac pie ea oratione interpretatur auctor.

TAVRI, ET MENÆÆ] *in Actis S. Pancratij, Pseudo Euagrio conscriptis, de quibus in Animad. ad vitã S. Pãcratij meminimus fabella narratur, nimirum Taurum quemdam* Chananæum *à Syris captum, & Mercatori Romano venditum in* Calabriam *ductum ad* Reynaldum Toparcham, *cui vxor erat Menæa Macedonissa; sed cum Remaldus in eo bello, quod gessit contra Aquilinum in* Calabria *Regem, casus esset; Menæa Tauro nupsit: Mox Aquilinus*

2

Rex

Rex copias contra Taurum eduxit; isq; cum Menaa coniuge in Siciliam profugit, vbi Tauromenio condito nomen illi fecit ex suo & coniugis nomine: in animaduersione mox nugas hasce breuiter repellam. Sed laudo Theophanis nostri prudentiam, qui fama in vulgus dicta vsus, cum ingenij laude ad mores populi conformandos symbolicòs conuertit. Quod etiam à viris grauissimis factum est qui fabulas ad mores deduxerunt.

PANCRATII] *alludit hic Theophanes ad nominum etymon. Pancratius idem est ac omnium dominator. Menaam quasi maniam, interpretatur insaniam. Phalcon quasi φαλκων, concupiscentiam ac voluptatem, quæ vnumquemque trahit, sonat. Lyssa Græcis idem est ac rabies, inde per Lyssonem vim irascibilem notat. Scamandri nomen ἀπὸ τοῦ σκάπτω deducit, quæ caueam in qua gladiatores, & feræ decertabãt significat.* 3

ANIMADVERSIONES IN HOMILIAM GREGORII BYZANTINI.

1 QVM AD HANC SPIRITVALEM.] *Orationem hanc Græce exscripsimus ex M. S codice antiquo Octauij Comerarij Medici Sinopolitani: dein compertum à me est eamdem extare in duobus M. SS. Codicibus S. Saluatoris Messanæ, quibus titulus inscriptus, Orationes Panegyricæ, latine reddidit Pater Augustinus Florius Mazarienſis è nostra Societate. Ad Tauromenitanos dicta est oratio, ait enim Gregorius exterum se, ac peregrinum esse; non itaque Byzantij, neque in Monasterio Pagurienſi, cuius esset Monachus, sub finem demum à D. Pancratio petit defensionem ouilis sui quod verò illud sit, nisi Tauromenitanum, cuius D. Pancratius fuisset pastor? alibi verò hæc supplicare, minus aptum, & alienum videtur. At quo tempore habita oratio? existimo ante Saracenicam seruitutem eo argumento, quod ab alienigenarum incursionibus liberari eos petat, qui S. Pancratij memoriã colunt. cur diceret incursus, si seruitute nam premebãtur? an verò tãta rapina in tot postulationibus omittenda? cæterũ Monasterij Pagurieſis cuius vltr Gregorius Monach. fuit, mẽtio est in Concilio Niceno 11. cui interfuit Iannes Præfectus Pagurij act. IV. sed actione 1. Pegurij legitur, corrupte. vt reor pro, Pagurij.*

2 IMPOSITAS LIBATIONES] *dominante superstitione surgentes in templis colere, & alere mos fuit. Nota Lamunini Draconis superstitio, qui tibarijs à virgine porrectis pascebatur, pudicitia puellarum experimento. de qua vide Propertium lib. 4. eleg. 8. eandemque superstitionem persequitur Aelianus, & Plutarchus, apud quem pro*, Lamusium, *lege* lamuuium. *Romæ superstitio eadem, auoq; Plinij manebat*, Anguis, ait Aesculapius Epidauro Romam aduectus est vulgò pascitur: *fraude, & auaritia Sacerdotum id factum esse ex sacris monumentis cognoscimus. Daniel. 14. Itaque Draconem hunc Tauromenitanum libationes potius libasse, quam absumpsisse crediderim; nec sine magico carmine res peragebatur. D. Augustinus de Nephandis Ophitarum sacris.* Habent vnum colubrum, quem nutriunt, & venerantur, qui incantante sacerdote, egreditur de cauerna, & ascendit super altare innixum spelunc æ, & oblationes eorum lambit, & inuoluens se circa eas regreditur ad speluncam. *plura de his prastrigijs Sanctus Epiphanius.* S. Epiph. hæ. 37.

AQVILINVM.] *Quæ hic de Aquilino eiusq; exercitu narrat* Gregorius, *eorum vestigium nullum in historijs video. Sed eadem mirabilius memorant Acta illa nomen Euagrij præseferentia, de quibus multa superius; tradunt enim Aquilinum Calabriæ Regem alterius* Aquilini *nepotem (cuius armis Taurum, & Meneam coniuges Tauromenij conditores in Siciliam profugisse dicebant) obsidione cinxisse Tauromenium cum sexcentis armatorum millibus; Pancratium verò cum Euagrio presbytero, & Tatiano Diacono pro manibus ostentasse, imagines Christi, & Deiparæ, & signo Crucis effirmate tenebris obuoluisse; quamobrem illi, veluti in nocturna pugna, in sese inuicem tamquam in hostes irruebant, mox cum Dei Tauromeniorum opem implorarent, à Pancratio Euangelium edocti, baptizati sunt ad vnum omnes; & cum ijs in Calabriam profectus est Pancratius, vt Ecclesiam ibi constitueret, ibiq; permansit quousq; Rauenna D. Petrus Stephanum Episcopũ Rhegium misit. hæc autem quis probet? nõ regibus, sed Imperatoribus Romanis Sicilia, & Calabria tunc parebant: Numerabit tanti exercitus aduersus Tauromenitanos vnius colli incolas, fidẽ nõ impetrabit vnquã: tam subita tot bellatorum hominũ conuersio in eo rerum articulo miraculum fuisset, cui simile haud fortè legeris: Stephanus itẽ Rhegiensis Episcopus à D. Paulo, cũ Romam vinctus adduceretur, institutus est vt eius Ecclesia tabulas atq; traditio testantur. Quæ autem Greg. hic narrat, minus quidem difficilia sunt, si præsertim in exercitus nomine, mutuoq; conflictu, & conuersionis celeritate oratoriam aliquam auxesim agnoscas, non desunt sanè exempla quæ fidem iuuare possint, Elisæus magnam equitũ manum, quos ad eum cõprehendendum Rex Syriæ miserat, cæcitate percussit. Auctor Metensis Episcopus, Hunnis à quibus dux Attila captus fuerat, oculorum lumine priuatis, captiuis cum ciuibus elapsus est, ex Sigeberto, Iacobus, Episcopus Nisibenus exercitum* 4. Reg. c. 6.

Aelian. lib. de animal. 10. c. 16. Plut. in parallelis.

S. Aug. de hæres. ad Quod vult Deum.

Digitized by Google

Sigebet. Chron.

Saperij Persarum Regis, Nisibin obsidentis, profligauit, Deum prò vrbis muris deprecatus, cahronumque, & eulicum acie diuinitus impetrata; Theodoretus, & Nicephorus narrant. in Sicilia, cum Sarraceni Menæum castrum diripere ausi essent, in quo B. Martyris Agrippinæ corpus seruabatur, visa prò mœnibus Agrippina tutelari, repentino interitu perire, Menologium Græcorum. Hæc & talia miracula virtute Sanctorum sæpissimè patrata non ambigimus: sed alia sunt, quæ Historiam falsi conuincunt, quę paulo superius commemorauimus.

Theod. in Vit. S. Iaco. Nicepb. Call. l. 9. c. 28.

Men. Græc. ix. Kal. Iulij

PRIMÆ SEDIS] *Metropoles olim dicta sunt eæ vrbes, à quibus fides Christiana ad alias filiei propagatione transijsset. Tertullianus lib. de præscript. c. 20. sic ait de Apostolis,* In vrbem profecti eamdem doctrinam eiusdem fidei nationibus promulgauerunt, ac proinde Ecclesias apud vnamquamque ciuitatem constituerunt, à quibus traducem fidei, & semina doctrinæ, cæteræ deinde Ecclesiæ mutuatæ sunt, & quotidiè mutuantur, vt Ecclesiæ fiant. *Iam has vrbes eleganti voce dixere olim Metropoles, & earum Episcopos, primæ sedis Episcopos. Factum deinde est, vt Metropolitæ dicerentur Antistites, quibus alij subderentur, quos Ecclesia leni vocabulo suffraganeos vocat. Iam hic Diuus Panerarius, quod à Diuo Petro datus sit Tauromenitanis Antistes, dicitur meo iudicio primæ sedis Episcopus; quo etiam nomine non dubito, quin dictus etiam sit S. Marcianus Syracusijs à Diuo Petro præfectus.*

NOVELLVM GOLIATH] *Sarracenorum Principem puto nouellum Goliath appellari, qui per ea tempora Christianas vrbes vexabat; apposite enimuerò, nam Goliath alienæ nationis, & Religionis fuerat ab Hebræis. Sed hic subit animum cogitatio, nouellum Goliath dici Leonem Armenum, impium hæreticorum propugnatorem; moueor, quod ab Encomiaste, post hæreses procul auertendas, ponitur. Sanè Goliath merito dici potuit quòd hæreticus Iconoclasta, & à vera religione alienus. Nouellus verò, quod tunc forte imperio persequi Catholicos cœpisset; inde suspicio est, Encomium hoc circa Christi annum* IↃCCCXV, *à Gregorio dictum.*

ANIMADVERSIONES AD MARTYRIVM SANCTORVM PEREGRINI, ET LIBERTINI.

TRANSMISIT] *eorum Actorum initium est*, Annuente Dei omnipotentis misericordia, *in Domini Constantini Abbatis Caietani Bibliotheca Aniciana codex seruatur. Historia ex Græco vt suspicor Latinè conuersa, sed ab homine tum Græci, tum Latini sermonis parum perito; quare rem ipsam, quam docere volunt, attendi magis, quàm verborum proprietatem necesse fuit. Initio cum Liberatum adiuisse sepulchrum Peregrini narrent, subdunt*, ea tempestate ascetis Præfectus erat Agatho, &c. *& inter eos Peregrinum iam viuentem adnumerant; oportet ergo, vt verba illa* ea tempestate, *non referas ad tempus peregrinationis ad sepulchrum, sed vt significent, eo tempore, quo vixit Peregrinus. Ita etiam Agrigenti referunt. Pelagium hęc protulisse* Marcianum Syracusarum Episcopum de eadem superstitione damnatum hac in vrbe flammis absumptum. *Si autem, vt sonant, ea intelligas de morte Marciani Agrigenti obita, falsa erunt, mendacijque redarguentur ab ijs, quę in Vita Marciani scripsimus; potius ergo interpretor, vt dicunt, in hac Syracusarum Vrbe, & quare vt facilius erroris ansa tolleretur, reposui ea in vrbe.*

TRIGINTA] *apud Metaphrastem, & Menæa in Vita SS. Andronici, & Athanasię cœnobium traditur, cui nomen Octauum Decimum: Pontius Diaconus de S. Cypriano, cum peruenisset in locum, qui dicitur Sextus, quarto ab vrbe Milliario, expoliauit se birro & tradidit carnificibus; in Chalcedonensi concilio, martyrium S. Io: Baptistæ, quod est in septimo, ideſt ab vrbe Constantinopoli.*

PEREGRINVS] *ita in his Actis semper scribitur, sed apud Eucomiastem Pelegrinus legitur,*

Quamquam verò in ea quæ scripsi de S. Libertino Episcopo, & S. Peregrino Martyribus, intulerim quæ habentur in Actis ad me transmissis, visum tamen est operæ pretium si eadem Acta integre afferrem, nam forte plerisq. eorum desiderio tenebuntur. Sed quia exemplar est depravatum cum innumeris soloecismis, leniter mutauiverba, ne dicendi stylus ingratus omnino esset, mouerutque stomachum. Periodum verò nullam loco moui; nec vllam addidi, vt ipsa Acta habeas Auroncinnę dictionis mutatio fuit cum essem vrbis immotis, & cum eadem historiæ serie. Quod etiam in ijs vt facerem vsum ex consuetudine fuit.

ANI-

ANIMADVERSIONES IN SS. ZENAIDEM. ÆSIAM. ET SVSANNAM.

1 GRÆCORVM MENÆA] *quamuis Græci* Zeraidem *vocent; vsus inualuit, vt apud Latinos dicaretur,* Zenais.

ZENAIDIS MAGNORVM MIRACVLORVM EFFECTRICIS] *Græce habetur Thaumaturgæ, quo ex cognomento quiuis intelliget insignem præclarissima faminam, eiusq. miraculorum vim, ac magnitudinem. Eodem Thaumaturgi nomine appellari meruit magnus ille Gregorius Neocæsarea in Ponto Episcopus, & ex Diuis Siculis ob illustria, & ingentia ab eis patrata facinora, Sanctus Leo Catanensis Episcopus, eius vita. S. Agatho Pontifex M. Panormitanus, Menæa. S. Calogerus, Hymnus Sergij id testantur.*

3 Men. ad 8. Id. Iunij. Hym. in S. Calogerum

IN SANCTISSIMO IPSARVM MARTYRIO.] *Martyrij nomine ecclesiam hic accipe SS. Martyribus Zenaidi, Aesiæ, & Susannæ dicatam. Enimuero ecclesia in memoriam Martyris erecta Martyrium Græcis dicitur. In Concilio Chalcedonensi,* Martyrium S. Euphemiæ, *vbi sacra synodus celebrata est. In Actis S. Luciani,* Circa Nicomediam Martyrium Sanctorum Infantium; *nempe ecclesia Martyrum, qui à Maximiano infantes pro Christo occisi sunt.* Martyria extra Antiochiam *ex Leone Imperatore; quamquam nomen latius interdum pateat, & Martyrium idem sit, ac testimonium, itaque Tertullianus quod Latine* Tabernaculum testimonij *in Exodo dicitur, voce Græca* Tabernaculum Martyrij *nominat. adhoc Hierosolymis Basilica Constantiniana, quam magnus Constantinus, vt tradit Eusebius extruxit,* Martyrion *est appellata, vti scribit Cyrillus Hierosolymitanus, idest testimonium, Christi. Resurrectionis monumentum.*

Leo Imper. encom. in s. Ioã. Chrysos. Tert. de coron. milit. c. 9. Euseb. vita Const. lib. 3. c. 24. Cyrill. catech. 14.

ANIMADVERSIONES IN VITAM S. PHILIPPI AGYRIENSIS EX DIVO ATHANASIO.

DIVI ATHANASII] *duplicem reperi historiam de vita S Philippi Agyriensis, alteram scripsisse dicitur S. Athanasius Alexãdrinus Archiepiscopus, alteram Eusebius monachus. Si res gestas conferas, quas narrant, non multum differre sentias; plura tamen narrat miracula Eusebius, & pluribus, nam & verbosior est, & simpliciori stylo vtitur, vnde factum vt multa intrudat, quæ non multum sapiant. Sed in consignando tempore, quo vixit Philippus, maximopere discrepant; quare eo nos adhùc lumine destitutos dolemus, quod à doctis viris hac in re præcipuè expetebatur. Athanasius sub Nerone illum reponit, & à Diuo Petro in Siciliam missum Philippum asserit. Eusebius temporibus Arcadij Imperatoris in quinto seculo constituit. Huc ergo redit huius controuersiæ difficultas, vt quænam Acta probabiliora sint iudicemus.*

Pro Athanasij vita tria afferri posse video *argumenta non contemnenda. Primum est Commentariolum illum à grauissimo, doctissimoque Magni Athanasij nomine commendationem habere non vulgarem. Græcè scriptum, & quidem antiqua characterum forma opusculum istud habebat inter sua manuscripta doctissimus Antistes Antonius Augustinus iuris prudentia, & eruditione celebris. Rursus Messana cum essem in Collegio nostro illud latinè scriptum in vetusto codice reperi, & exscripsi: vtrumque autem exemplar D. Athanasij Archiepiscopi Alexandrini nomen præfert: duo præterea sunt, quæ tanto auctori opus addicant; nam D. Athanasius, quamquam illi cũ tot hæreticorum monstris bellandum fuit, scripsit tamen aliquot Sanctorum virorum vitas; ab his nimirum exempla virtutis, & in suis ærumnis solatia exquirebat; ad quorum societatem auidissime inhiabat; triumphos Antonij de Scythis hostibus litteris mandasse scimus: in vita S. Angeli descripta ab Enoch Patriarcha*

Anno 1650 quo hæc eduntur, id M. S. est apud eruditum, & Reuer. Abbatem Priorem S. Luciæ D. Mart. la Farina, qui ex Hisp. illud nuper asportauit cum alijs opusc. eiusd. Antistitis manuscriptis.

Digitized by Google

Hierosolymitano aduerti etiam potest, cum in proœmio causſam afferat Enoch, cur ad scribendam eam Angeli historiam manus admouerit, id se fecisse, ait, Athanasij Episcopi Alexandrini, & Hieronymi presbyteri Cardinalis vestigia imitantem, & aliorum doctrina, & Sanctitate præstantium hominum, qui magna virtute, & fide Vitas, & passiones Martyrum, & Christi Confessorum diuersis temporibus conscripserunt; opportunitatem verò conscribendæ de Philippo historiæ nancisci potuit Athanasius, reddiq; etiam certior, quamuis Alexandriæ esset, de rebus à Philippo olim gestis in Sicilia; cùm enim post eiusdem Philippi obitū, illius socius, cui nomen Eusebij faciunt, Alexandriam perrexisse dicatur, & præclara Philippi facinora in commentarium à se relata pluribus legenda obtulerit, mirum non erit, si ad Athanasij tempora ibi vel aliquot exemplaria, vel schedarum summam referentes peruenerint, ex quibus sui commentarioli conscribendi occasionem & materiam desumere potuerit Athanasius. Capito Siciliæ episcopus Nicæno concilio interfuit acer aduersus Arium propugnator, vt idē Athanasius refert ergò ab hoc etiam Episcopo edoceri facile potuit Athanasius de rebus à Philippo præclare gestis in Sicilia. Præterea licèt non sim nescius duos Athanasios inter Alexandriæ Episcopos recenseri, alterum eximiæ sanctitatis laude præstantem, & acerrimum Arianorum oppugnatorem; alterum verò, qui eam sedem occupauit anno 489. huic tamen secundo Athanasio eum commentariolū de Philippi rebus tribuere nequeo; is enim hæreticus fuit, Acephalorum patronus, nec honorificum, & sanctitatis indicem titulum vnquam habuit, cùm ergo Athanasij nomini Diui etiam titulus præfigatur, eò verosimilius opusculum istud magno illi scriptori, & Sanctissimo viro Athanasio addicitur. Si autem semel à D. Athanasio Alexandrino Archiepiscopo scripta fuisse hæc Acta de D. Philippo asseramus, non modo probabilissimè à tanti viri testimonio, sed omnino apertissimè ab eius ætate euincemus D. Philippum ad Arcadij longe ipso posterioris tempora trahi non posse, quod Eusebiana Acta voluerunt; atq; adeò iuxta ipsius Athanasij historiam, reuocandus erit Philippus ad ætatem B. Petri Apostolorum Principis.

Secundum argumentū pro Athanasij Actis desumo ex aliorum consensu; nam quæ ille scribit de D. Philippi ætate in primo Christianæ religionis sæculo, ea maxime probantur aliis scriptoribus, qui rem alitunde didicerūt, quàm ex hoc Athanasij commentariolo: atq; vt omittam perpetuam constantemq; Siculorum famam à Maioribus ad nos trasmissam, Acta D. Calogeri antiquitùs apud nostrates recepta memorant D. Philippum à D. Petro in Siciliam transmissum; in eamdem iuere sententiam auctor hymni Græce scripti, quem in M. S. codice Monasterij S. Philippi Fragalatis reperi: Carolus Stengelius in vita D. Petri c. 41, Pazellus a, Ioseph Carniualius b, Ioseph Bonfilius in sua Messana c, Galesinus in Martyrologio quarto idus Maij, Philippus Ferrarius in sua noua Topographia d, Gallicanum Breuiarium, quo diu vsa est Sicilia, Romanum Martyrologium e latine editum Romæ sub Gregorio XIII. ac dein Antuerpiæ anno 1586. Martyrologiū idē Italice scriptū: & quamuis modò in Martyrologio Romano non amplius dicatur à D. Petro missus in Siciliam Philippus, sed repositum ibi sit, à Romano Pontifice; id tamen factum reor, non quòd admissam olim opinionem falsam existimarit, sed eum animaduersum sit Acta, quæ ea cumferuntur, hoc habere initium, In diebus Arcadij Imperatoris, cauere falsitatis periculum voluit, Petri nomen in Romani Pontificis nomen cōmutans; sed adhuc coniectura pro his scriptoribus superstes est in eo Martyrologio licèt immutato; cùm enim dicat magnam Siciliæ partem à Philippo ad Christum traductam, præstari primo quidem sæculo id potuisse quiuis intelliget: sed in quinto sæculo, quò Philippum trahit Eusebius in suis Actis, cum iam diu in Sicilia res Christiana latissimè pateret, ea verba cōmodè dici nequeunt. Addo ipsum Baronium in Annalibus anno Christi 46. eidem fauere opinioni, Episcopos enim enumerans, quos à D. Petro habuit Sicilia, recenset Pancratium, Marcianum, Beryllum, & Philippum; idm verò Philippum hunc ab Agyrensi alium esse ne suspicari quidem poterit, qui in Siciliæ historia bene versatus sit: nec enim alterius Philippi vspiam memoriam reperit, quæ ad hanc rem facere possit. Quamuis verò Baronius in notis ad Martyrologium quinto sæculo dedisse Philippum Agyrensem videatur, dum laudat Acta Eusebiana quorum initium est, In diebus Arcadij Imperatoris; merito tamen laudandus ipse est pro sententia Philippum retrahente ad D. Petri tempora; nam suo Tomo 3. ad annum Christi 257. num. 3 in editione Colonensi anni 1609. ipse hoc professus est, Cum videris annotis in Martyrologium Annales discrepare, eas ex his emenda; nunquam hactenus concessum doleo, vt easdem singulas recognoscerem, licèt lucri cupidus typographus eas ab auctore posuerit esse recognitas in pagina liminari: idq; in re nostra facilius est, cum hæc Acta Athanasij nō viderit forte Baronius, sed Eusebiana tantum, quorum meminit quidem sed in examen non vocauit. Quarto id. Maij.

Tertium suppeditat argumentum ille idem D. Athanasij commentariolus, de quo quærimus: in eo enim nihil dissonum est, sibiq; ipsi repugnans. Contra verò in Eusebianis Actis, vt mox dicam, plura sunt inepta, expungenda, falsa, & sibi inuicem pugnantia.

At, inquies, illa Athanasij narratio degenerem se prodit ab ea in dicendo grauitate, quam Athanasius obiicit præsefert: rursus sub Nerone Romæ fuisse Theodosium Philippi Patrem memorat; iam reditus Theodosij in patriam, vbi filium primogenitum suscepisse dicitur, huius ætas ad negotiationem idonea, post illius filij mortem Philippi ortus à Deo precibus impetratus, ac demum eiusdem Philippi aduentus Romam, Diaconatus, Sacerdotijq; ordines ipsi collati, & in Siciliam profectio, plures sane annos hæc omnia requirunt, quàm sub Claudio Nerone vixerit D. Petrus. nāfere quadraginta, annos hæc reposcūt; Nero autē tredecim tātum annos eum sepiit mensibus ex Suet & Dione in imperio fuit; & D. Petrus occisus ab illo est ante annū fere, quàm Nero è viuis excederet. quæ ergo narrat Athanasius se se inuicē euertunt.

Sed

a Dec. 1. li. 10. c. 2.
b Descript. Sicil. f. 297.
c Lib. 1. f. 4.
d Verbo Argyrio.
e Quarto id. Maij.

Sed hæc repelli facilè possunt ab eo qui pro Athanasij Commentariolo stare velit. Nam nihil in ijs alienum est ab ea dicendi grauitate, quâ in breui narratiuncula de Vita Sancti viri ad manus, & eruditionem omnium destinata, tueri oporteat. Vix una aut altera periodus ibi est inter matris querelas in filij obitu, quæ vel ad palatum vulgi hæc sæpius legentis, vel ex consueto stylo Græcorum huiusmodi Acta conscribentium facta videatur; de qua adhuc fortè suspicari quis posset ab aliena exscriptorum manu, vt sæpe fit, profectam esse, & illuc intrusam per insulsum glossema.

Ad id quod addebatur de annorum numero, dicendum sub Tiberio Nerone, non sub Claudio Nerone fuisse Romæ Theodosium, & inde redeuntem suum primogenitum habuisse; imo cum eius coniux è Bethsaida fuisse dicatur, & affinis Diuo Petro, haud multum difficile videbitur, credidisse etiam ante Christi Domini mortem, quæ de Beata Anna, & integritate Virginea Deiparæ ab ipsis dicta fuisse, dum Deum ad impetrandam prolem deprecarentur, in ea historia enarrantur. nec à communi loquendi modo alienus iste etiam sensus videretur, si ijs historiæ verbis significari dicamus, sub Nerone fuisse Romæ Theodosium, cui antea obuenerat vt amisso primogenito filio secundum impetrarit Philippum. Sanè longè difficiliora sunt multa, quæ in Eusebij Actis, vt mox dicemus, continentur.

Quamuis autem in mei operis Idea ob ea Acta Eusebiana Philippum ex Oriente post annum quadringentesimum in Siciliam venisse crediderim; postquam tamen quæ hactenus de Athanasij Commentariolo dicta sunt, perpensa fuere, maiorem verisimilitudinem in ea sententia, quæ Philippum refert ad prima nascentis Ecclesiæ tempora, residere sentiendum est, præsertim cum Eusebiana Acta inquinata pessime fuisse dubitare nemo possit. Ab ijs tamen afferendis supersedere nolo, vt magis elucescat veritas, & cuique, permittam opinandi licentiam.

2 NARRATIO EVSEBII] *Græcè scripta reperitur in Bibliotheca Vaticana, Cryptæ Ferratæ, & Messanensis Cœnobij S. Saluatoris, & quam nos damus, inde vertit latinè P. Iacobus Sirmondus è Societate Iesu vir inprimis doctus. Eadem Acta latine extant in MSS. Codd Ecclesiarum Agyrensis, Catanensis, Syracusana, & Panormitana ex ijsdem Græcis fontibus deducta. Et sanè, quòd eadem Acta tot in locis seruentur, fidem illis conciliat, & ea de caussa fidem à me olim extorserunt, vt crederem omnino D. Philippum in Arcadij tempora deducendum, quamuis per omnium ora vulgatum in Sicilia viderem synebronon Diuo Petro eum fuisse; sed inquinata nimium eadem Acta fateri cogimur, vti mox constabit. eorum auctor Eusebius dicitur vt initio scriptum est, sed quia Philippi Socius Eusebius etiã dictus est, & eius vitam scripsisse traditur, factum est vt huius narrationis auctor credatur Eusebius ille qui fuit Diuo Philippo Socius, quod ad conciliandam fidem his Actis faceret. sed vel alius hæc scripsit Eusebius, vel si hæc Eusebio Diui Philippi socio tribuamus, alienam manum, & quidem imperitam nimis, accessisse credendum est; nec enim in animum*

inducam à sancti viri discipulo profectas esse nugas, quas modo referam hic contineri, & reijciam.

TEMPORIBVS ARCADII] *in Cod. MS. Syracusano Ecclesiæ legitur, in diebus Theodosij; & quamuis non multum seiuncta sint tempora, ea tamen res ostendit nutare ibi nomen Arcadij. Diu quidem perpendi, an expungendum inde esset nomen Arcadij, nam qui diligenter in Sanctorum Actis perlegendis versati sunt, sæpe ibi erratum esse in Imperatorum nominibus deprehendunt. Exempla suggeret Baronius die 9. Octobris de S. Dionysio Areopagita, die 7. Nouembris de S. Herculano, die 22. eiusdem Nouembris de S. Cæcilia, & sexcenta alia. sed ne aliunde ea petantur exempla, nobis sanè necesse fuit cum de Diuo Marciano ageremus, vt ab ipsa antiquissimi Encomiastis Syracusani laudatione glossema illud eradere, quòd sub Gallieno mortem obierit; quod ipsum de eodem Marciano deleuimus in Actis SS. Peregrini, & Liberini. In Actis etiam ss. Alphij, Philadelphi, & Cyrini Decium pro Licinio, & pro Diocletiano rescribendum fuit. In S. Eleutherij historia numquam reperies Messanæ in Sicilia eius memoriam coli; ita tamen legendum arbitramur. In S. Viti Actis multa miracula in Lucania perpetrasse dicitur, reponendum fuit in Sicilia. Et alia reperies exempla; quare subdubitaui, an eradendum esset Arcadij nomen, vt consentirent hæc Acta cum Diui Athanasij Commentariolo. Sed id non ausi satis fuit monere lectorem; cui etiam suggero, si id sequi velit, festum, cuius mense septembri meminit idem Eusebius, aliud fuisse ab Exaltatione S. Crucis existimandum erit, & verba illa, exaltationis S. Crucis, expungenda erunt: sicut etiam fœminam, quæ præerat cœnobio SS. Sergij, & Bacchi vt à dæmone liberaretur, non ad Philippum, sed ad eius Reliquias accessisse, & dum sacrum fieret exemptam fuisse, dicendum erit; nam sub Maximiano Sergius fuit.* 3

IN THRACIAE PROVINCIA] *in nonnullis Codd. habetur.* Intra Præsidatum Gaiæ seu Achaiæ. in alijs in terra Præsidatum: *atque hinc deceptus est Iacobus Contius, qui in suo libello de S. Philippi vita edito anno 1572. scripsit Theodosium Philippi Patrem in vrbe Persida natum. Mox Sagaris amnis meminit, qui Lydia est Fluuius Hygino in Ophiaco. Hesychius verò Lydiæ tribuit, & Phrygiæ, quem vocat Agarisum, sed Ptolomæus Sangarisum.* 4

EXALTATIONIS S. CRVCIS] *credet forte aliquis hinc redargui posse hæc Acta, quippe quæ festum Exaltationis S. Crucis recolat sub Arcadio, quod ad posteriora Heraclij tempora referendum est. Sed non rectè. Nam festum exaltationis S. Crucis à Constantini Imperatoris tempore celebrari consueuisse tum à latinis, tum à Græcis bene ostendit Baronius in notis ad Martyrologium ad diem XVIII. Kal. Octobris; nam vti in Græcorum Menologio narratur, a postquàm Helena Constantini parens Sanctissimum Crucis inuenta lignum adorauit cum Primoribus, id etiam expetebat plebs omnis; quare Patriarcha è suggestu extulit Sacrosanctum illud nostræ salutis vexillum, vt votis omnium faceret satis, atq. in eius exaltationis memoriam festus dies institutus est. Quod etiam vberius explicat Andreas Cretensis* 5

a Ad diem 14. Octob.

Digitized by Google

sis in oratione quam hoc ipse die de Exaltatione S. Crucis ad populum habuit, & recitat Surius ad eam diem.

PANES TRES EX SIMILAGINE] *sapit hæc res Hebræorum mores; quare eò minus verisimiliora hæc rituum hebraicorum vestigia in Christianis, quò longius à nascentia Ecclesiæ initijs recedimus; minùs ergo in Actis Eusebianis tolero, quæ ad Arcadij ætatem Philippum deuehunt.*

DIACONVS FACTVS EST] *ætatis tunc Philippum fuisse narrant hæc Acta annorum 21. sed M S. alius codex duodennem Romam adijsse narrat, quod cum D. Athanasij commentario consentit; sed hoc discrimine, quòd ille codex* Diaconum *fuisse dicat antequã Romam veniret, vt cæteri Codices Eusebianæ narrationis, Athanasius verò dicat post aliquot ãnos Romæ promotũ fuisse ad* Diaconorũ *gradum.*

ANTE AMBONEM] *pulpitum; sed vox est Græcobarbara. Marnefridus Strabo de rebus Eccles. cap. 6.* Ambo ab ambiendo dictus. *Germanus in histor. Ecclesiastica mystice interpretatur, aitq; formam præferre saxi, quòd Angelus reuoluit ab ostio Dominici Sepulchri, ex eo mulieribus annuncians Christi Resurrectionem.*

LIBRVM] *Sacrorum Euangeliorum volumen crediderim. Sed vereor nè redundent illa Pontificis verba,* quem manu mea scripsi virtute Spiritus sancti. *Nam hæc verba tantùm in librum S. Scripturæ canonicum cadunt. si tamen hæc verba D* Petro *Apostolorum* Coryphæo *tribuerentur cum ijs, qui Philippum à D. Petro missum in Siciliam credunt, minorem* difficultatem *ingererent, cum Diuus Marcus scriptis mandarit, quæ D. Petrus de* Christo *narrabat, & illud Euangelium auctoritate sua Apostolus confirmarit, ac legendum Ecclesiæ proposuerit; quare aliqui* Tertulliano *teste lib. 4. aduersus Marcionem D. Petri fuisse Euangelium Marci nomine editum crediderunt.*

LOCVS EST] *in M. SS. Cod. adscripta erãt hæ nugæ, quas meritò à me reiectas dices,* Quò immundi Spiritus immigrarunt ex Hierosolymis, post vrbis captiuitatem, cum eam ingressus esset Nabuchodonosor, & confregerunt portas templi, inueneruntq; eos in vasis aureis. existimantesq; pecunias in eis esse, aperuerunt vasa, statimque inde auolarunt, & habitare cœperunt in cauernis lapideis Agyrij prædicti, è regione montis Aetnæ. *Hæc M. S. Codici adsuta erant, quæ vt commentitia, ac fabulosa recidimus. atq; is locus vnus est ex corruptis, vitiatisque, quos superius adnotauimus. Vanum item est, quod addunt* Codd. *Catanensis, & Agyrensis:* Hosce Dæmones in vasis æreis à Rege Salomone inclusos fuisse.

AGYRIVM] *quæ patria* Diodori Siculi, *qui Augusto Cæsare Catholicam historiã scripsit, & de illa, in sua Bibliotheca, plura habet. variãt in vrbis nomine scriptores. Stephano* Agyrena; *Ptolomæo, & Antonino,* Agurium; *Diodoro, Dionysio, & Ciceroni* Agyrium. *Plinius* Agyrinos populos *habet;* Cicero Agyrinenses, *Diodorus* Agyrinæos: *consentiunt nummi veteres, in quibus* Agyrinæi. *perperam plerique scribunt* Argyrium, & Argyra, pro Agyrium. *hodie vrbi nomen,* S. Philippi d'Argyrò.

QVAM SATANAS] *Crateres Aetnæ inferni fauces fuisse multi credidere, nam vt omittam Poetas, qui dixerunt gygantes ad inferos à Ioue detrusos flammas expirare per crateres Aetnæ, satis clarè significantes in inferis puniri impios, & Ætnam fauces inferorum esse; plura suppetunt testimonia Sanctorum Patrum, christianorumque scriptorum, quos ordine percensebo, vt hoc semel absoluam, cum toties in Vitis Sanctorum nostratium de Ætnæ incendio fiat mentio, & huic opinioni, quam multi è philosophis facilius, quàm par est, contemnunt, adhærere videantur.*

Primus quem vomperio, testificatum fuisse, Aetnam, ac Vesuuium spiracula inferorum, D. Patricius fuit, Prusensis Episcopus, & Imperatore Tito Martyr. is ad Procorsulem adductus, cum eo disputatione congressus, duo loca, dixit, à Deo constituta, alterum piorum, & præmiorum, alterum impiorum, & pœnarum, in quo tenebræ, & ignis, quibus nocentes plecterentur. Mox in exemplum adducit, visam à se Pentapoleos regionem adhuc fumantem, flammatã in Sicilia Aetnam, & Vesuuium in Campania, haud procul Neapoli. ex quibus qui erumperet ignis, infernarum pœnarum fidem spectantibus faceret D. Patricium Episcopum, & Martyrem D. Pionius presbyter, itemque Martyr, consequatur, qui Decio *Imperatore Martyrium subijt. comprehensus à Palemone Pionius, adduci nullo modo potuit, vt simulacris immolaret, versusque ad Smyrnæos, quorum magna multitudo ad eum videndum confluxerat, egregiam orationẽ habuit pro Christiana religione, docens extremum Iudicij diem per ignem à Deo factum iri, atque ad exemplum impiorum, extare Pentapolitanam in Iudæa, et decapolitanam in Lydia regiones, igni combustas, & incendia Aetnæ in Sicilia. Habes igitur par Sanctissimorum Martyrum, qui nobis fidem faciunt, montes flagrantes haud casu abruptos, sed magna Dei sapientia constitutos, vt hominibus indices essent flammarum extremi Iudicij, igniumque infernorum.*

Eadem Tertulliani mens, qui gehennam interpretatur, ignis arcani subterraneum ad pœnam thesaurum. Paullo post, arcanum ignem à publico secernit: atque hunc esse, qui vsui humano; at illum, qui Dei iudicio apparet, siuè de Cælo fulmina stringentem, siuè de terræ penetrantem montium eructantem. Igitur Tertulliano ignis, qui ex montium verticibus erũpit, idem qui arcanus, qui sub terram ad pœnam noctium, Dei iudicio, seruatur. è nostra etiam re est D. Ioannes Chrysostomus, qui contra eos, qui negant inferos, ita ratiocinatur: quod si audito nomine gehennæ irrides, ac fidem non habes, illum ignem recordare Sodomorum; vidimus enim, vidimus, & in præsenti quoque vita gehennæ effigiem. quandoquidem enim multi futuri erant, qui ijs fidem minimè habituri essent, quæ post resurrectionem futura sunt, nunc eum ijdem audiant esse ignem inextinguibilẽ: à rebus præsentibus illos Deus erudiuit tale est igitur Sodomorum incendium & re si hæc de Sodomorum igne, qui de cælo pluit, D. Ioannes Chrysostomus docet, quid de igne, qui de montibus cauernisque subterraneis expirat, dicturus esset? iret ne pedibus in sententiam SS. Martyrum Patricij, & Pionij?

Dium

11 Aetnæ fauces inferorũ ex Patribus.

Menæa 28. April. & Cedren. hist.

Acta S. Pionij apud Ipponam. To. 7. 11. Mart.

Tertull. Apol. ca. 47. cap. 48.

D. Chrysostom. ho. 4. in c. 1. Epist. ad Rom.

10

11 Diod. l. 4.

Stephan. de Vrbib. Ptolom. l. Anton. Itin. Dionys.

Digitized by Google

D. Hieronymus eòdem collimat, *Aetnam esse fauces in tartarum occasione sumpta ex Ruffino, qui in Sicilia mortuus est. Dum enim illum, Sicula humo premi ait, inter gygantes duos Enceladum, & Porphyrionem, quos fabulosa antiquitas Aetnæ supposuit, satis ostendit, Ruffinum per Aetnæ crateres coniectum in tartarum.* Quemadmodum Theodoricus Rex in Vulcani ollas *pares cum gigantibus impietatis suæ pœnas dedisset. multo clarius rem nostram tuetur, D. Pacianus, Barcinonensis Episcopus, antiquus scriptor, qui sub Imp. Theodosio vixit, sub Christi annum CCCXXC. Lubet ipsa eadem viri Sanctissimi verba exscribere, ex paraneſi ad pœnitentiam.* Timete, dilectissimi, iusta iudicia, omittite errorem, damnate delicias. Properat iam tempus extremum: tartarus, & gehenna laxatos impijs sinus pandunt. Post animarum tempestiua supplicia, rediuiuis quoque perpetua corporibus pœna seruatur. Nemo Tytij iecur credat, & vulturem poetarum: ipse sibi materiam recrescentium corporum reparat ignis æternus. Gehennam recordemini. vim eius, & de præsentibus æstimate. cuius fumariola quędam maximos montes subterraneis ignibus decoquunt. æstuat indefessis flammarum globis Ætna, & Lisaniculus, & Vesuuius Campanus, & quo nobis iudicij perpetuitatem probent, dissiliunt, deuorantur, nec vllis tamen sęculis finiuntur, &c. *habes iam quid Sanctissimus Episcopus Pacianus prædicet? Aetnam ex gehennæ ignibus ardere, eiusque fumibulum esse.*

D. Pacian. paræn. ad pœnitent. exstat Tom. 3. Bibl. SS. PP.

D. Gregor. lib. 4. Dialog. c. 35.

Accedat auctoritas Romani Pontificis D. *Gregorij Magni, qui Aetnâ & Vulcanũ, adiacentem Siciliæ Insulam, ollas tormentorum inferorum appellat. Cum enim in* Dialogis *suis narrasset, Eumorphium quemdam, è vita iam iam exiturum, Stephanum Optionem, vt veniret, admonuisse, quod parata esset nauis, qua veherentur in Siciliam, subdit*: quod verò se ad Siciliam duci, testatus est, quid sentiri aliud potest, nisi quod præ ceteris locis, in eius terræ Insulis, eructante igne, tormentorum ollæ patuerunt? quæ, vt solent narrare, qui nouerunt, laxatis quotidiè finibus, excrescunt; vt mundi termino appropinquante, quantum certum est, illuc amplius exurendos colligi, tanto, & eadem tormentorum loca, amplius videantur aperiri. Quod Omnipotens Deus, ad correctionem viuentium in hoc mundo, voluit ostendi; vt mentes infidelium, quæ Inferni tormenta esse non credunt, tormentorum loca videant, quæ audita credere recusant. *hæc Diuus Gregorius quibus idem urget argumentũ, quod superius à D. Ioãne Chrysostomo pertractabatur. qua verò ratione* D. *Gregorius assereret Infernorum tormentorum ollas in Sicilia patuisse, apertaque loca supplicioru̇m in ea spectari, nisi pro certo haberet, flagrantes Aetham, & Vulcanum esse fauces in tartarum? Quam ob causſam crediderim, ignem ex Aetna, & Vulcano exundantem à Nonno Monacho diuinum procul dubio esse, affirmari: quemadmodum D. Patricius Prusensis ignem Vesuij diuinum dixerat.*

Nonus col. ec. profan. istor. D. greg. Naz.

Antiquis scriptoribus pleraque recentiorum adnectantur, qui melioris notæ, Gaufredus Viterbiensis de Sicilia.

Gotfred. in Chron.

Mons ibi flammarum, quos euomit, Aetna vocatur.

Hoc ibi tartareum dicitur esse caput.

Petrus Blesensis, Anglus, qui Guilielmi II. Siciliæ Regis, præceptor fuit, in Angliam regressus ad Richardum Syracusanum, hanc causſam scripsit, cur in Siciliam reuerti nollet. quis, quæso, ait, ibi securus inhabitet, vbi præter ceteras passiones Montes ignem Infernalem semper euomunt, & fœtorem sulphureum euaporant? nam ibi proculdubio porta est Inferi, de qua dictum est: à porta inferi erue, domine, animam meam: portæ inquam montis, & Inferi sunt Montes Trinacriæ, vbi absorbentur à terra homines, & descendunt in infernũ viuentes, &c. *Extrema verba ad eladem Catanensem respiciunt. Tum enim templum, Catanæ maximum ex Aetnæo terræmotu conciderat, multos oppresserat.*

P. Blesens. Epistol.

Ad hæc Cesarius Monachus rogatus, quid sentiendum esset de montibus Vulcano, & Aetna, in quos pleraque animę demissa leguntur, esset ne illic purgatorius ignis, an inferorum, ita respondet: Os dicunt esse Inferni, quia nullus electorum, sed reprobi tantùm in eos demittantur. *Simon Maiolus, Episcopus Vulturarienſis, de Aetna crateribus* verisimile est, *inquit*, quidquid reliqui philosophi, in ijs locis quædam esse tartari ostia, aut loca puniendis animabus destinata, quod & Surius tradidit. *Demùm Doctissimus Robertus S. R. E. Cardinalis Bellarminus nostræ Societatis libris de purgatorio, dum probat, inferos locum esse intrà terræ viscera, præter alia argumenta in libris de Christo allata;* accedunt, *ait*, variæ eruptiones ignis, quæ in terra apparent, quas non temerè B. Gregorius putat esse indicia quædam Inferni, intra viscera terræ exsistentis. Nam scribit, se certa relatione cognouisse, eadem hora, qua obijt Rex Theodoricus, Arianus, visam fuisse animam eius eiactari in foueam Vulcani, quæ est in Sicilia. *Iuxtà Siciliam, rectius diceretur. Nam Aetna in Sicilia est, Insula verò Vulcanus Siciliæ adiacet. Eodem modo corrigendum Idacij Chronicon, in quo scriptum ex Diui Gregorij Dialogis, Theodoricum visum à quodam Sacerdote, vinctum trahi in Siciliam in ollam ignis. præterea idem Bellarminus probat, ignem purgatorium esse corporeum, verumque, & eiusdem speciei cum nostro elementari: idque confirmat, ex ignis eruptionibus Aetnæ montis, aliorumque locorum flagrantium.*

Cæsar. illustr. mir. lib. 12.

Sim. maiolus dier. canicul. colloquio 16.

Sur. comēt. an. d. 1537.

Bellarm. de purgat. l. 2. c. 6.

Allata l. 4. de Christo c. 9.

D. Gregor. Dial. lib. 4. c. 35. & 30.

Idac. in Chron. l. 2.

Bellarm. de Purgat. l. 2. c. 11.

Vulgata fama, testimonijs tot SS. Patrum, Doctorumque virorum firmata, multis etiam exemplis, visisque comprobata est. Quę mirè sanè consilio seruis suis ostensa voluit Deus, monendis hominibus, & à scelere retrahendis. Quippe clementissimè nobiscum agit Deus optimus, cum sontis alicuius exitum, pœnamque eui, visum ei fuerit, palam facit. Plerumque etiam illum repręsentat habitu rei damnati, catenis vinctum, tractumque in æternorum cruciatuum carcerem, ac demum in ora flagrantium montium, Aetna, Vulcani, Vesuij. Sic in hoc Deus hominum sensui se accommodat, seu quod ita reverà sit, horum montium craterem esse fauces inferorum, quod viri sancti, ijdemque docti quos suprà retulimus, sentiunt. Ex his visis nonnulla narrabo, vt necessarium ad probationem nostri argumenti, ita ad audiendum non iniucundum erit.

D. Gregor. Dialog. l. 4. c. 30.

Diuus Gregorius Magnus Pontifex in Dialogis memorat, vim reliquiarum Sanctitatis, in

in Insula Lipara solitariam vitã agenti, Theodoricum Regem visum inter Ioannem PP. & Symmachum patricium, quos iniustè occiderat, discinctum, discalceatumq. & vinctis manibus deductum, in ollam Vulcani iactatum esse. Attamen Eumorphium, & Stephanum optionem in Siciliam vectos, & in Aetnam demersos.

Cap. 35.

Aimoin. hist. Franc. lib. 4. c. 34.

De Dagoberto, Francorum Rege, Aimoinus Monachus scribit; B. Ioanni, Eremitæ Siculo, oranti apparuisse haud procul in mari, deformes, truculenta facie, Damones, vinctum Regem Dagobertum per spatia maris agitantes, infligisque verberibus ad Vulcania loca trahentes, qui cruciatus inter, & verbera, quorumdam Sanctorum suffragia postulare audiebatur. Cum repente aperto Cœlo, inter fulmina, in fluctus cum fragore ruentia, visi sunt descendisse viri, mirabili decore fulgentes. Erant vero, quos Dagobertus in auxilium vocarat suum, SS. Dionysius Episcopus, & Mauritius, & Martinus Confessor, hi arreptam à Damonibus animam secum in cœlum sustulerunt, concinentes: Beatus, quem elegisti, & assumpsisti, domine; habitabit in atrijs tuis.

psal. 64. 5.

P. Damian. vita S. Odilonis.

Loca pœnarum in Sicilia esse, Beatus Petrus Damianus contestatur. Memorat is, virum sanctum Dei seruum, qui in Insula, seu rupe, iuxta Siciliam, ineluctus viuebat, ex aduerso Montis Aetnæ, hac ad Odilonem perferendæ curasse: sunt vicina nobis loca, exquibus grauissima flammarum furentium euomuntur incendia: in quibus etiam locis anima reproborum diuersa luunt, pro meritorum qualitate, tormenta. Ad quorum semper exaggeranda supplicia, innumerabiles sunt Damones deputati; qui intolerabiles eorum pœnas quotidie renouant, & eos ad rediuiua supplicia indesinenter instaurant. Quos tamen ego frequenter audiui querulis lamentationibus eiulantes, & lacrymabili vociferatione defientes, quod orationibus, & eleemosynis quorundam, aduersus eos concertantium, frequenter ex eorum manibus eriperentur anima damnatorum. Inter cetera de Cluniacensium cœtu, & eorum Abbate permaximam querimoniam faciunt, quia quam sæpe per eos sui iuris vernaculos perdit. Hæc ex viro Dei cum cognouisset D. Odilo, anniuersariam omnium defunctorum memoriam in Monasterijs suis instituit, quæ deinde Romani Pontificis auctoritate, in vniuersa Ecclesia sancita est.

Cæs. Illust. miracul. or. lib. 12.

Imperatore Henrico, & Rege Siciliæ, vt Cæsarius refert, Decanus Ecclesiæ Panhormitanæ, natione Theutonicus, cum equum amisisset, illum quæsitum, seruum misit suum. Huic homo seruus occurrit; rogatque, quò iret, quidque quæreret? respondit ille: equum quærere Dominis sui: hic senex, posse se dixit, equumq; in Aetna esse, vbi eum haberet Dominus suus, Rex Arcturus: non subdit, die domino tuo, vt ad diem XIV. illuc veniat ad sollemnem eius conuentum. Id si retuleris, sanè grauiter tu plectere. Reuersus seruus, quæ à seno audierat, hero retulit, non sine metu. Decanus ad Arcturi Regis conuentum, aulamque, audiens se inuitatum, seruum irrisit. Sed ingrauescente in morbum, prædicto die, mortuus est.

Sub idem tempus cum viri quidem montem Aetnam vbambularent, validam vocem in hæc verba percepere: præparate ignem modico post interuallo, idem clamatum est secundo ac tertio præparate focum magnum. *Sed respondere auditus nescio quis,* cui præparabo? *& ille:* dilectus amicus noster, Dux Zeringiæ, qui nobis plurimum seruiuit, huc venit. *ceterum viri illi diem, horamque prænotantes, Friderico, Henrici filio, Siciliæ Regi, audita per litteras significarunt; rogantes numne aliquis, Zeringiæ dux, defunctus esset? compertumque est, eodem die, eademque hora, Bertolphum, Ducem Zeringiæ immanem tyrannum, ac fidei catholicæ desertorem, è vita exisse, idem Cæsarius auctor est. Similia his spectra visa, auditaque, ad Vulcanum, Insulam Siciliæ proximam, & ad Vesuuium Campaniæ montem, commemorant Leo, Episcopus Ostiensis, & Beatus Petrus Damianus.*

Leo Ost. l. 2 ca. 84. hist. Cal. P. Dam. l. 5. Ep. ad Domitium.

Equis igitur tot virisdoctrina, & sanctitate præstantibus se contra obijciat; totque reuelationibus ac visis à Deo exhibitis, docendis hominibus, Aetnam quasi caminum esse, ex quo perpetui ignes ex inferorum fornacibus eructarent. Igitur Aetnæ, (vt ceterorum montium ardentium,) & inferorum ignes communicãt inter se. Facilè verò est, illius fauces, quarum ima comprehensa est profunditas, in infinitam prope altitudinem demergi, & per subterraneas cauernas, fistulasque in cor terræ, ad inferos protendi: ex quo ignis, qui altissimus semper effertur, expirat. Quod maximè mirandum est, videtur id subodoratus Seneca, Ethnicus Philosophus; sed à nostris potuit accepisse. Is Aetnæum ignem neutiquam in ipso monte alimentum, sed viam habere existimat; sed præstat ipsum Senecam loquentem audire: Ætnam consumi, & subsidere, ex hoc colligunt, quod aliquando longius nauigantibus solebat ostendi. Potest hoc accidere, non quia montis altitudo desedit, sed quia ignis euanuit, & minus vehemens, ac largus effertur: ob eamdem caussam fumo quoque per diem segniore: neutrum autem incredibile est: nec montem, qui deuoretur, quotidie minui, nec ignem non manere eumdem. Qui non ipse ex se est, sed in aliqua inferna valle conceptus exæstuat, & alibi pascitur, in ipso monte non alimentum habet, sed viam. Hæc Seneca. Quare Aetnei ignes in penitissimo terræ sinu conceptaculum habent, crateres verò montis sunt spiramentum Inferni ignis.

Seneca Ep. 79. ad Luc.

Philostr. l. 5 15. & 6. Iustin. l. 4 Seuer. de Aetna. Bemb. de Aetna. Faz. dec. 1. lib. 1. Philoth. de Aetna.

Non latet, ignis caussam ad abstrusa naturæ miracula philosophos referre, vt Apollonius apud Philostratum, Iustinus ex Pompeio, & Cornelius Seuerus ex antiquis, ex recentibus verò Petrus Bembus, Thomas Fazellus, & Antonius Philotheus, quos adeant, qui scire desiderant. At sola natura non videtur esse posse adequata causa Aetnei ignis. Nam si materies ignis est sulphur, bitumen, alumen, & id generis ignem fouentia, quibus cauernæ montis abundant, quæque gignunt humida nutrimenta; pro causa verò efficiente est conflictus proximi maris, exhalationesque, & ventus, qui vbi per foramenta cauernarum incubuit diu luctatur, & sulphureæ materiei ignem concipit; cum hæc causæ sint ferè perpetuæ, cur incendia montis non sunt perpetua, non in singulos mille annos, sed in dies? cum sæpe

Digitized by Google

ſæpe in plurimos annos intermittuntur? abſumitur, inquies, ignis materia, ſulphur, bitumen, alumen: quorum defectu, flamma reſtinguitur. at id dici non poteſt. nam materies ignis perpetua eſt; vt continuo abſumitur, ita continuo reparatur, cum enim naturę vi, omnia calore, & humore concipiantur, ac generentur; dum Aetnæ viſcera, cauernæq; ardent attritu maris, ventorumque flatibus, non modo hæc ſui ipſius calore aliquid ſemper conſumit, ſed aliquid quod abſumat, ſemper progignit; humectante mari interna montis alliſu, aſperſuque undarum, quas venti etiam per cauernas deferunt. cum igitur ignis materies, ſulphur, ac bitumen continuo renaſcantur, Aetna ſemper ardeat, neceſſe eſt, abundante alimento. id tamen experimento non comperimus, neque enim Aetna ſemper ignes profundit.

Igitur præter naturales haſce cauſſas, quæ conferunt quidem nutriendis ignibus, ad arcanum, & ſubterraneum pœnarum theſaurũ, vt Tertullianus appellat, recurrendum eſt, enimverò ad infernum ſtagnum ignis, & ſulphuris, de quo Diuus Ioannes, apprehenſa eſt, *ait,* bestia, & cum ea pſeudopropheta: viui miſſi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardentis ſulphure. *& rurſum:* Diabolus miſſus eſt in ſtagnum ignis, & ſulphuris. *& alio loco:* pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure. *Sanè hoc ſtagnum, intra gremium terræ, conceptaculum eſt ignis perpetui, vnde per cauernoſas terræ parties, ad montium hiatus deductus expirat, monendis impijs, metuque obiecta gehennæ perterrendis, vt peccare deſinant. Quam ob cauſſam Caſſiodorus ardentium montium cauſſas, quod inter medias vndas nunquam incendia deficiant, ad arcana Dei transfert:* potentia ſiquidem diuina, *inquit Caſſiodorus,* ſic de contrarijs rebus miraculum facit eſſe perpetuum, vt palam conſumpta, occultiſſimis inſtaurèt augmentis, quæ vult temporibus ſtare diuturnis.

MESSANAM APPVLERVNT] *Codd. M. SS. Meſſanam, inde Agyrium. vetus eſt Meſſanæ traditio, Philippum ea loca incoluiſſe, vbi ædes eſt Sanctæ Mariæ, cognomento latinæ. Meſſana verò profectum, in ſpecu conſtitiſſe, tribus ab vrbe paſſuum millibus, ex eoq; multa Dæmonia expuliſſe. extat rei monumẽtum, ara in ſpecu, atque ex marmore ſtatua, ac prope Monaſterium Ordinis Sancti Baſilij, adeſque Diui Philippi nomini ſacra in eaque Crux, quam Diui Philippi fuiſſe, quæ Dæmones expulit, fama fert.*

CONSEDIT PHILIPPVS] *ea eſt radices montis, occidentem verſus, & à Diuo Philippo nomen habet: in cuius memoriam, vulgo colitur, multiſque miraculis floret.*

TRIPLEX EST COLVMNARVM ORDO] *tribus columnis, vertunt Codd. Catanenſis, & Agyrenſis, itemque* Contius.

TOPARCHÆ] *paullo poſt, memorat Toparchæ ditionem; & rurſum Orbianum Toparcham. Sed hæc Agyrij Toparchia, eo ævo, mihi ſuſpecta. equidem Agyræum Toparchã, interpretor virum aliquem inter Agyræos Principem.*

MVNERA EIS OFFERRE] *epulum crediderim. nam antiquum inſtitutum fuit, vt tam die natali, quam funerum, cibos in templa pauperibus afferrent, ibique ederent, qui mos ad Chriſtianos etiam manauit. Quandoquidem, vt auctor eſt Tertullianus, illis ipſis diebus, oblationes faciebant, vnaque in tẽplo epulabantur; quod poſtea Nicænæ Synodi decreto ſublatum eſt.* Tertull. de coron. mil.

FACVLTATES SVAS IN SEPVLCHRIS] *Ethniciſmi reliquiæ, ex auaritia Sacerdotũ. id moris apud veteres fuit, vt cum quis è domeſticis obierit, obolum illi in os deponerent, quem apud inferos Charonti pro portorio darent irridet Lucianus. Sed Albani pecuniam cum defunctis ſepeliebant, Strabo. idem mos, ex hoc loco, fuiſſe apud Agyræos videtur.* 18 Luciã. dial. de luctu. Strab. l. 1.

GABRIELE DVCE MILITIÆ] *Michaelem, crediderim reſtituendum. is enim eſt Dux militiæ cœleſtis. Significat Diuus Ioannes in Apocalypſi, dum Michaelem, & Angelos in cœlo depugnaſſe memorat cum Dracone eumque debellaſſe, & in tartarum deturbaſſe. enimverò Michaelem appellat primatem cœleſtis exercitus, præpoſitum Paradiſi, Principem militiæ Angelorum.* 19 D. Ioann. Apoc. c. 12.

PROTENSVM ECCLESIAE VELVM] *Vela alba, picta, pretioſa, ædium ſacrarum menſis, foribuſque ornandis, vetere more protendebantur. eumque in vſum à viris Principibus offerri ſolita. Nazianzenus.* 20 Nazianz. carmine de vita.

Tabulas nitentes non peto, non fulgidum
Aurum, ſacraq; vela, quæ menſam tegant.

Pretioſa igitur, quòd hæc in exemplum eorum adducat, quæ ab Im. Theodoſio, ad quem ſcribit, perat. Diuus Paulinus. Paul. nat. 6. S. Felicj.

Cedo, an pretiosa ferant donaria, neque
Officij sumptu superent, qui pulchra tegendis
Vela ferant foribus, seu picto splendida lino,
Siuè coloratis sextum fucata figuris.

KATOPEDONTES] *ideſt inferius ruentes. loco nomen à ſitu præcipiti, an à ruentibus ab alto ſaxis, vt hiſtoria inducat? in M. S. Cod. Syracuſano habetur,* Rapiuntas; *in Catanenſi,* Catopiduntas *vtrumque corruptè.* 21

INSTAR CRVCIS EXTRVENDAE] *vetus is mos, vt ſacræ ædes ea forma conſtruerentur. Quod reuerentię Chriſti Crucis datũ. Beda,* prope Ciuitatem Sichem, quæ nunc Neapolis dicitur, Eccleſia quadrifida eſt, hoc eſt in modum Crucis facta. 22 Beda de locis ſanctis cap. 15.

ACCIDENTES PORRO AD FERETRVM EIVS] *Vetus opinio apud Agyræos fuit Diui Philippi corpus antiquis temporibus in eius ade conditum, in loco, cui Catana nomen: effoſſumque à maioribus, integrum illud repertum, ac mox illatum in idem ſepulchrum ſuperpoſito ſaxo cum Diui Philippi imagine. Anno Chriſti* CIↃIↃXCIX. *ad* XII. *Kal. Februarias, Ioſephus Saladinus Abbas Commẽdatarius S. Philippi, dum fundamenta altè molitur, extruendæ aræ, D. Philippi corpus defodit, quo facinore Iurati patres, Populuſq; commoti, rem detulere ad Bernardinum Cardinium, Maquedæ Ducem, atque in Sicilia Proregem, conqueſti, ipſis inſcijs, D. Philippi corpus defoſſum: miſſus à Prorege Ioannes Oſorius Regiæ Monarchiæ Iudex, cuius prudentia compoſita turba. Sacra verò oſſa eumdem in locum ritè condita ſunt, quæ, quinque poſt* 23

d annos,

oa. Apoc. 19. 20. 21.

Caſſiodor.

13

14

15

16

17

annos, Philippus Georgius, Visitator omnium iurium Regij Patronatus ne ob nimiam sepulchri humiditatem, in quo condebantur, corrumperentur, in commodius, ac ornatius sacellum, anno CIↃIↃCIV. *ad* VIII. *Kal. Augusti, sollemni ritu transtulit.*

VIXIT ANNOS CIRCITER LXIII.] *ita Graci Codd. at Catanensis, & Syracusanus, vixit annos LIII. errore librarij, deest numerus denarius.*

ANIMADVERSIONES AD VITAM S. PEREGRINI CONFESSORIS.

1 GRÆCIA] *dictitant aliqui Dium Peregrinum Luccensem fuisse; sed opinandi ansam dedit corpus, & Lucca esse dicitur: eũ tamen Luccensem Peregrinum à nostro diuersum existimauerim.*

2 TRIOCALA] *in antiquissimo nummo,* Triacala, *reperi inscriptum. Stephanus de Vrbibus,* Tricalon, *postea* Tricala; *gentile verò nomen* Tricalini. *Cicero in Verrem 7.* in Tricalino, quem locum fugitiui iam ante tenuerunt, &c. *Sed constanter Diodorus* a Triocala, *Silius item lib.* 14. Triocalini *à Plinio* b *dicuntur incolæ: corrupte igitur apud Ptolomæum lib.* 3. *c.* 4. Triocla *scriptum. destructam Vrbẽ Silius docet,* Et mox seruili vastata Triocala bello.

a Lib. 36.
b Plin. lib. 3. c. 8.

3 CONTINGIT] *in Sancti Niconis actis dicitur venisse Constantinopolim, cum tamen venerit Byzantium, quæ postea Constantinopolis dicta est.*

4 IN ANTRI PROXIMI] *æque distat ab antiquissimis Triocalitanis vestigijs, atque à paruo Calatabillottæ Oppido, & nũc incolitur.*

5 DRACO] *Serpentes mirę magnitudinis extitisse ex Dione in Aug.* c *Plinio,* d *Strabone,* e *aliisque cognosces. Commemorat Lucas Tudensis, Imp. Theodosio Serpentem fuisse, quem vix octo iuga traxere. Celebris etiam est Rhodius Draco apud Bosium de Hierosolymitana religione: legi potest* Baronius *anno* 324. *nu.* 97. *& seqq.*

c Lib. 5. c.
d Lib. 8. c. 11. & 14.
e Libr. 16.

6 HISTORIIS LEGIMVS] *Romæ vt Metaphrastes tradit Draco erat sub* Capitolio *delitescẽs, cui Kalẽdis singulis Virgines in victimas obÿcerentur: Draco item Antiochię fuit, cui quotannis hominem Græcanica sorte delectum mactabant: cum autem vt* Metaphrastes, *& Græcorum* Menæa *tradunt, viri Christiani filia sorte educta esset, quæ* Draconi *immolaretur, parens Virginis statо sacrificij die adstidens, in hiantis bellua fauces pollicem S. Ioann. Baptistæ magna fide coniecit, & interemit. apud Thespienses infra Heliconem montem, cum in ciues insigni feritate Draco sęuiret, ephœbi quotannis singuli sorte ducti ferę exponebantur, Pausanias in Bœoticis. Illud in his Actis displicuit, quod nimium vorax Draco iste Triocalitanus sit, nam singulis diebus puerum illi datum referunt. Antiocheno, & Thessalonicensi singulis annis, Romano Kal singulis victima, quã deglutirent, dabatur. Siculo autem in dies singulos; at quomodo tanta voracitati suffecisset oppidum illud? crediderim, vel à scriptore Actorum per auxesim id fuisse additum, vel singulis diebus certi tẽporis in orbem recurrentibus, mẽsis verbi causa, aut anni, datũ fuisse puerũ*

6 Metaph. in vita s. Silu. Metaph. 29 Aug.

7 PIÆQVE FÆMINAE] *in actis dicitur,* quę puro corde Domino seruiebat: *hinc inferri posse videtur, eam fuisse iam antea, vel ab ipsomet* Peregrino, *vel ab alijs ad fidem Christianam traductam.*

8 SAXVM EDVXIT] *in æde D. Peregrini in oppido Calatabillottæ visendum etiam nunc proponitur in die festo S. Peregrini. Hæreseos Macedonianæ simulatio pane lapideo prodita est teste Sozomeno.*

Eccles. hist. lib. 8. c. 5.

9 DECIDERET] *Viri plures sanctitate præstantes vbique gentium immanes huiusmodi serpentes diuina virtute occidisse commemorãtur, vel precibus, vel signo* Crucis, *vel excreatione: Romæ S. Siluester in* Capitolio *Draconẽ clausit, ex eius Actis; S. Marcellus in Gallia, ex Fortunato apud Sur. die* 1. *Nou. apud Nicomediam S. Arsacius ex Sozomeno lib.* 4. *c.* 15. *S. Hilarion Epidauri, vt ex Hieronymo in eius vita S. Donatus in Epiro ex Sozomeno lib.* 7. *c* 25.; *S. Theodorus ex* Metaphraste: *S. Crescentius Vrbini, eius acta: S. Victor apud Virdunenses ex Mosandro to.* 7. *Surij* 6. *Nou. Leo Papa* IV. *Romæ ex Anastasio Bibliothecario.*

10 FVERIT] *Christianæ religionis iam in oppidum inuectæ indicium est, non solum fœminę illius pietas, cuius filius sospes fuit hoc miraculo, sed voces laudantium Deum, gratesq; illi redditę, vt Acta memorant.*

11 ICONAS] *ita etiam de S. Siluestri imaginibus notat Baron. & Spondanus ad ann.* 315.

ANI

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES
IN PASSIONEM
SANCTI ELEVTHERII

1 REM NOSTRAM] *hæc acta ex manu S. Cod. Ecclesiæ Syracusanæ excerpsi: ea ex Græco exẽplari traducta videntur, incertum, an ex* Metaphraste, *cui consentiunt, an ex alio exemplari, ex quo idẽ* Metaphrastes *accepisset: quòd verò noster Interpres haud satis feliciter ex Græco vertit, dictionem immutare visum est, paucissimis rebus, iisque leuibus vecisis, quas quisuis castigandas censuerit, & apud* Metaphrastem *videre poterit. contuli eadem acta cum iis, quæ sunt in antiquo M.S. Cod. Ecclesiæ Reatinæ.*

2 PATREM SENATORII ORDINIS, ET CONSVLAREM] *nomen Patris acta Syracusana, & Metaphrastes non habet. exaratus codex Reatinus* Eugenium *illustrem virum nominat, Equilinus Eleutherium: sed in consularibus fastis ab Auꝛ usto ad Adrianum, neminem reperias, qui Eugenius, vel Eleutherius vocetur. Eleutherij verò patrem Consulem III fuisse tradunt* Metaphrastes, Equilinus, *& omnes M. SS. Cod.: qui tertium consulatum adepti Imperat. Domitiano, Nerua, Traiano, & Adriano sub quibus Eleutherij patrem vixisse oportuit, hi sunt ex Consularibus Fastis,* C. Silius Italus, L. Virginius Rufus, M. Cornelius Fronto Sex. Pompeius Colliga, L. Licinius Sura. *Eleutherium alicuius ex his filium extitisse non facile affirmauerim.*

3 MATER ANTIA FVIT] *apud M. Bellinum, Eleucius, & Aneta, corruptè pro, Eleutherius, & Antia Metaphrastes Euanthiam appellat. Sed martyrologia latina, M. SS. Cod. & Græca menologia Antiam dicunt. in tabula Æneta, quæ Venetijs inuenitur, eamque habes apud Onuphrium leguntur,* C. Antius, *& Iulius Quadratus Coss. extra ordinem Imper. Domitiano, inde collegas nobilitatem gentis Antiæ.*

4 QVAE PAVLVM] *eodem modo loquuntur acta Reatina: addunt Metaphrastes, & Nicephorus* Callixtus Antiam *à Paulo Apostolo ad fidem conuersam, instructamque.*

5 SANCTO ANACLETO PONTIFICI TRADIDIT.] *in Codice Reatino scriptum est Eleutherium ab Episcopo Dinamio sacras literas edoctum, & Episcopum institutum: nugæ videntur. Menologia Græcorum, Metaphrastes, & ex eo Nicephorus à Pontifice Aniceto, sed falsi sunt, alterius Eleutherij nomine, qui Aniceti Papæ Diaconus fuit, eiq; post Pium & Soterem in Pontificatu successit: sanè errorem ipsa temporum ratio conuincit; nam Eleutherius Episcopus, iisdem Metaphraste, & Nicephoro auctoribus sub Adriano Principe sublatus: at Anicetus verò post eum Antiochum Adrianum Pontifex fuit.*

INGRESSVS ADOLESCENTIAM INTER DIACONOS] *M. SS. Codd. Nicephorus, & Equilinus perhibent, Eleutherium Anno XVI. Diaconum, XVIII. Presbyterũ, XX. Episcopum creatum Ado & Bellinus Presbyterum dicunt: Sed Episcopum fuisse certum est. nam Episcopum nominant Romanum Martyrologium, Beda, Vsuardus, Galesinius, Maurolycus, Rhegino Abbas Prumiensis, Nicephorus, Menologia Græca, Equilinus, Mombritius. Eleutherium autem Diaconum, Presbyter, & Episcopus ante legitimam ætatem creatus est, propter eximiam eius sanctitatem, & prudentiam, vt mox dicam.* 6

VIGESIMVM AGENS ANNVM EPISCOPVS, ETC.] *apud Clementem Romanum scriptum est, Episcopum non minorem annis quinquaginta esse debere; quod si grandior natu aliquis non inueniretur, tum iuuenem, qui testimonio virtutis probatus esset, institui posse: certe olim in Episcoporum numerum, non nisi seniores adlecti,* itaque præsident, *ait de Episcopis Tertullianus,* probati quique Seniores. *ac iure, quod in Episcopo, ob eius muneris præstantiam, ac venerationem, docendis, regendisque populis, auctoritas, morum grauitas, & prudentia requirantur; quæ ætate, annisque maturescunt. hinc Patres non nisi maturam ætatem probant ad Euangelium prædicandum, populosque instruendos. Sæpe tamen cum multis in ætate dispensatum est. itaque S. Clemens Martyr Ancyranus annos natus XX Episcopus creatus est, vt memorat in eius vita Metaphrastes. Demas Episcopus Magnesiarũ, adolescens fuit, quam ob caussam S. Ignatius ita Magnesianos hortatus est:* Et vos decet nõ contemnere ætatem Episcopi, sed iuxta Dei Patris arbitrium omnem impertiri illi reuerentiã, quemadmodum noui facere sanctos Presbyteros, non respicientes ad eam, quæ videtur adolescentiam, sed ad prudentiam, quam habet in Deo, &c. *adolescens præterea fuit Timotheus Ephesijs à B. Paulo Episcopus impositus, ideò Apostolus ad eum scripsit:* nemo adolescentiã tuam contemnat. *quibus vtriusque Epistolæ locis, cum Ignatij, tum Pauli Apostoli vocabulum, quod latini vertere* adolescentiam, *Græce est,* iuuenturem, *quod ætatem illam significat quæ à primo, & vigesimo anno incipit. Itaque Vgo Cardinalis, penes quem sit fides, adolescentiam, ætatemque Timothei Episcopi explicans,* nondum, *ait,* illum tres, & viginti annos natum. *Auctor est Eusebius, Sanctum Gregorium Thaumaturgum, eiusque germanum fratrem Athenodorum, quinquennio integro in Originis schola versatos, eos in Sacrosanctis Dei eloquijs fecisse progressus, vt dum adhuc ambo admodum adolescentes essẽt, Ecclesiarum in Ponto Episcopi crearentur, &*

7 Clem. l. 2. const. Apost. cap. 1.

Tertull. Apolog.

Greg. super c. 1. Ezech. hom 2. Nazianz. 2. or. in sanct. lu.

Metaph. ad Sur. tom. 1. S. Ignat. ep. 3. ad Magnesianos.

Epist. 1. ad Timot. c. 4.

Euseb. l. 6. c. 23.

Metaph. apud Sur. tom. 2.

Equil. lib. 2 cap. 10.

In Bellin. ad 14. Kal. Maias. Græca menol. ad 15. Kal. Febr.

Onuphr. lib. 3. com. in Fastos suos.

Lib. 3. c. 29.

Digitized by Google

Sap. 4. *sanè vt scriptura sacra affirmat*, senectus venerabilis non diuturnitate, neque annorum numero *æstimatur, sed prudentia, & sanctitate vitæ. neque cum his sine caussa dispensatum est. nam Paulus Apostolus Timotheum adolescentem Episcopum ordinauit, diuino monitus oraculo, vt ex illis verbis apud eumdem constare potest; secundum præcedentes in se prophetias. Demas, Eleutherius, & Clemens Ancyranus, ob insignes virtutes, & Spiritus Sancti dona, quibus eorum adolescentia illustrabatur, promoti sunt.*

Epist. 1. ad Timoth. c. 1

At *quo nam Christi anno Eleutherius Episcopus ab Anacleto institutus est? certus annus non constat, sane extinctus est Anacletus decimo fere sui Pontificatus anno, Chr. CXII. Traiani Imperatoris XIII. certum est autem annos quattuor Eleutheriam sub Anacleto vixisse, & aliquot ante annos à matre Antia in eius disciplinam traditum. iam quis diuinet, in quem Anacleti annum incidat Eleutherij ordinatio? nosse enim oportebit annum, quo puer Anacleto Pontifici, à matre oblatus est. haud dubie Christi annum* CXII. *præcessit. Sed mirum, quantum variant Scriptores in tradendo Eleutherij Pontificatu. Prouincias quinque inter se longe dissitas ab ijs commemoratas reperio; Forum Iulium, Campaniam, Apuliam, Siciliam, Illyricum. Quot verò Prouincia, tot Vrbes nominantur. Beda Rabanus, & Notkerus Eleutherium Episcopum in Aquileia fuisse dicunt, quæ Fori Iulij Vrbs primaria est. Sed in tabulis Aquileiensis Ecclesiæ, vt pranotauit Baronius, Episcopus Eleutherius non inuenitur. Verum fortasse apud Bedam, Rabanum, & Notkerum ex errore librarij scriptum est* in Aquileia, *pro*, in Apulia. *ita enim Beda scribit*: apud Mesanam (*Notkerus* apud Mesenam) Apuliæ Ciuitatem, Natale SS. MM. Eleutherij Episcopi, & Antiæ matris eius. Hic Eleutherius in Aquileia Episcopus ordinatus est. *In quibus postremis verbis conijcio, in Apulia, voluisse eos dicere, vt ante dixerant, non* Aquileia. *Abbas Maurolycus Eleutherium apud Misenum Campaniæ Episcopum locat. erroris caussam ei forte dedit, quòd cum ille legeret in Vsuardi, Adonis, aliorumque corruptis codicibus, apud Misenum in* Apulia, *natale S.* Eleutherij Episcopi, *sciretque Misenum in Campania esse, mutata voce Apuliæ restituit, apud Misenum in* Campania. *Sed miramur, virum Messanensem, tanti Pontificis honore patriam exuisse.*

Codex Syracusanus manu exaratus, Beda, Vsuardus, Ado, Rhegino in Chronico, Equilinus, Bellinus, aliique Episcopum *Eleutherium in Apuliam missum scribunt. Sed in Vrbis nomine variant. Beda, Vsuardus, Ado, & Bellinus* Mesanam *appellant*, Equilinus Cannas; *codex Syracusanus* Equum, *Rhegino* Mesenũ. *Sed is ex vitiosis codicibus Vsuardi, & Adonis accepisse visus est, apud quos corrupte legitur* Misenum, *vel* Misenam *pro Messanam: quemadmodum ex emendatis codicibus legunt apud Vsuardum, Molanus; apud* Adonem, *Mosander. Ceterum præter Cannas, ignotæ Vrbes in Apulia* Equum, *Mesenum, & Messana. Quæ verò ratione horum scriptorum codices corrigendi sint, mox demonstrabo.*

Martyrologium Romanum, Menologia Græcorum, Metaphrastes, & Nicephorus Episcopum *Illyrici* Eleutherium *vocant. Sed vetus Breuiarium Gallicanum, quo Sicilia olim vsa est, & Galesinius Messanensem* Episcopum *in Sicilia: idemque sentire videntur Beda, Vsuardus, Ado, alijque, qui apud Messanam Apuliæ* Episcopum *collocant, ex errore librariorum. ita enim eorum Martyrologijs legitur* apud Messanam, Apuliæ Ciuitatem, natalis Sanctorum Martyrum Eleutherij Episcopi, & Antiæ matris eius. *dele vocem* Apuliæ, *ac substitue* Siciliæ, *erratum enim manifestum. Geographi omnes conuincunt. nam Messana Ciuitas in Sicilia, iuxta Promontorium Pelorum, Calabriam contra sita: in Apulia verò cognominem Vrbem fuisse, nullus, quod sciam scriptorum veterum, recentiumque commemorat.*

Nec discrepare videtur Romanum Martyrologium; quamquam enim dicat, Eleutherium Episcopum *Illyrici, attamen diem eius natalem Messanæ tribuit, an* Eleutherius *Illyrici* Episcopus *primùm ordinatus, deinde Messanam in Siciliam translatus est? exempla multa habes, ipsis Ecclesiæ initijs. nam Dionysius Areopagita à Paulo Apostolo* Episcopus *Athenis impositus, à Sancto Clemente Papa Lutetiam Parisiorum in Gallias missus est. Publium Melitæ Insulæ* Episcopum *Paulus Apostolus instituit; inde Athenas idem fortasse Clemens (nam Dionysio successit) transtulit. Sanctus Alexander, Cæsareæ Cappadocum* Episcopus, *Hierosolyma voti caussa veniens, eius Ecclesiæ gubernationem diuina reuelatione susceptit, vt tradit Eusebius. Plura translatorum* Episcoporum *exempla habes apud Socratem. Idem igitur de Eleutherio dici posset; ab Anacleto Pontifice* Episcopum *Illyricis datum deinde Messanam in Siciliam missum, siue ab Euaristo, siue Alexandro, seu Xysto Anacleti successoribus, quam ob caussam dies natalis Eleutherij Episcopi à Romano Martyrologio ceteriscque tribuitur Vrbi Messanæ. Non alia sane videtur esse caussa, nisi translatæ sedis: vt quemadmodum* Dionysius Athenis *in Gallias destinatus est à Clemente, Publius Melitæ Athenas; ita* Eleutherius *ex Illyrico Messanam. quod ita poscerent temporum, rerumque Ecclesiæ necessitas, quam fortasse ob rem Galesinius in Martyrologio suo ita scripsit:* Messanæ, Sanctorum Martyrum Eleutherij Episcopi & Antiæ matris, *vocemque (Illyrici) vt videtur sustulit. Idemque præstitum à Beda, Vsuardo, & Adone, apud quos ita legitur:* apud Messanam Apuliæ (*Siciliæ restitue, vt antea dictum est*) Ciuitatem, natalis Sanctorum Martyrum Eleutherij Episcopi, & Antiæ matris.

Euseb. l. 6. c. 9. Socrat. hist. Eccles. l. 7. c. 35.

Sane nos Messanæ perscrutati sumus patria tabularia, nullis Eleutherij monumentis repertis. Sed haud mirum, nullum exstare vestigium præter diei natalis honorem: monumenta, siquæ fuerant, temporum iniurijs periere.

IMPERATOREM ADRIANVM TVM EX ORIENTE REVERTENTEM] *Adrianus è Syria in Vrbem venit, primo Imperij anno, qui fuit* Christi CXX. *& rursum, extremo iam sui principatus, Oriente composito, Romam reuersus est, anno Chr.* CXXXVIII. *hanc Eleutherij eadem referre oportet ad secundam*

eundam Adriani ex Oriente reuersionem, eiusque Imperij extrema; nam in iisdem Actis Eleutherius Adriano Imperatori impio, Imperij finem, interitumque comminatus prædixit, & is eodem fere anno obtigit, quo Eleutherius interfectus est. ex his Acta Reatina corrigas, quæ Eleutherium memorant ab Adriano Romam retrahi iussum, anno Imperij eius XXV. cum ex Oriente Romam venit. In quo duobus peccatis est. altero, quod Adrianus Romæ secundo reuersus est, anno Imperij XIX. altero, quòd Imperium Adriani nequaquam in tot annos prorogatum est. nam imperauit Adrianus, vt scribit Spartianus, annis XXI. mensibus undecim: Aurelius Victor, obijsse ait, anno Imperij XXII. absque mense. Sed verius quod Dio tradit; imperauit annos XX. menses undecim.

Emendes præterea, quod Breuiarium Gallicanum tradit: Eleutherium pro Christo cæsum, circa annum Christi CXXI. qui incidit in annum II. Adriani. Sed annus Adriani, postquam ex Oriente regressus est, quo Eleutherius martyrium expleuit XX. fuit, vt diximus, incidit que in annum Christi CXXXV.

9 MISSVS PROPERE FELIX COMES *i*] *in manu SS. Codd. & ab Equilino*, Felix comes *nominatur*; *à Metaphraste*, vnus ex Ducibus exercitus. *Initio comites dicti, qui Imperatorem ad bellum comitarentur; deinde nomen ad belli præcipue munia translatum est.*

10 QVO IN VRBEM AD QVÆSTIONEM PERTRAHERET] *duas ob causas, Eleutherius Romam trahi iussus ad iudicium; altera, quod Ciuis Romanus: altera, quod ex summis religionis nostræ fastigijs fuit. nam Romani Ciues ad iudicium capitis, Romam è Prouincijs amandabantur. Plinius epistola, qua Traianum de Christianis consuluit*: fuerunt, *ait*, alij similis amentiæ, quos quia Ciues Romani erant, annotaui in Vrbem transmittendos. *ad hoc celebriores Episcopi, vt in eos animaduerteretur Romam perduci iubebantur: Imperatore Traiano, Ignatius Antiochiæ Episcopus, & Onesimus Episcopus Ephesiorũ, sub Adriano Eleutherius Episcopus Messanæ, in Vrbem transmissi.*

Plin. epist. ad Traian.

11 QVI PHILIPPVM NON PROHIBVISTI] *Philippus Diaconus is fuit, vt ex Actibus Apostolorum constat. Verum Syracusanus codex Philippum hunc Apostolum, quemadmodum Tertullianus libro de Baptismo nominat, ampliore fortasse vocabulo, quo præter duodecim Apostolos, à Christo Domino delectos, alij quoque ad propagandum Euangelium missi, Apostoli dicti sunt. quam ob causam Tertullianus: Apostoli, ait, quos hac appellatione missos interpretatur.*

Acta Ap. c. 8.

Tertull. l. de Baptis. c. 18.

Lib. de præscript. aduers. Hæreticos.

12 IN NOMINE PATRIS] *Baptismi formam tenuit; non attulit integram.*

13 SOLEM TESTOR] *Iulianus Apostata in Actis S. Artemij Martyris*; per Solem mihi clarissimum, non ferам. *Mos temporum, & Ethnicismi, Iuuenalis.*

Per Solis radios, Tarpeiaque fulmina iurat.

Acta S. Artem. apud Sur. die 29 Octob.

Iuuen. satyr. 11.

14 AD QVEM COROEBVS PRÆFECTVS ACCEDENS] *Metaphrastes Præfectum Vrbis dicit, Beda comitem nominat. Equidem Fr[illegible] factum militarem crediderim. eius varia nomenclatura. Acta Reatina* Consibonem *appellant, Metaphrastes* Corebonem, *Nicephorus* Ceraborem, *Equilinus* Coreborem, *& alias corruptius*, Cerberum; *Beda* Correuum, *Romanum Martyrologium recte* Coroebum.

15 VT EFFVSIONE SANGVINIS PRO CHRISTO INTINCTVS] *Eximium Martyrij elogium: Tertullianus libro de Baptismo*: Et quidem nobis etiam secundum lauacrum, vnum, & ipsum, sanguinis scilicet, de quo Dominus, habeo, inquit, Baptismo tingui, cum iam tinctus fuisset, *& mox*, hic est Baptismus, qui & lauacrum non acceptum repræsentat, & perditum reddit. *Idem Tertullianus libro de Patientia, martyrium dicit secundam intinctionem; In Scorpiaco*, secunda solatia, & extrema præsidia, dimicationem martyrij, & lauacrum sanguinis exinde securum: *& paullo post*: sordes quidem baptismate abluuntur, maculæ verò martyrio candidantur.

Tertull. l. de Bapt. c. 16.

Lib. de patient. c. 13. In scor. c. 6 Cap. 12.

16 VBI DEI SPIRITV NVTRIEBATVR] *ita in Actis Syracusanis. Sed Metaphrastes, & liber Reatinus perhibent, Eleutherio per hos dies cibum à Columba deportatum.*

17 IMPERIVM TVVM IPSE EVERTET] *& oraculum eodem anno completum est, quo Adrianus miserè periit, & scelestus Imperator sauitiæ, quam aduersum Christianos exercuerat, sæua morte pœnas luit.* Adi Dionem: *ex hoc Eleutherij oraculo, quo* Adriani *Imperium à Deo euersum iri prædixit, conijcio, quod supra memoraui, Eleutherij eadem extremo* Adriani *principatu contigisse; nec enim longius differri oportuit, vt sua oraculo fides staret* apud Ethnicos clarior.

18 CERVICEM PERCVSSORIBVS OBTVLIT] *non minor est scriptorum dissensio de Eleutherij cædis, ac de Pontificatus loco. Nicephorus Callistus*; Eleutherius, *ait*, Episcopus consecratus Illyrici, Prouinciam laudabiliter administrauit, & sanguine suo Martyr consecrauit. *Maurolycus Natalem celebrat apud Misenum in Campania: sed illi corruptos codices erroris locum dedisse, supra explicauimus. Romanum Martyrologium, quamquam nominat Eleutherium Illyrici* Episcopum, *Messanæ passum demonstrat. Messana item sublatum tradunt, Galesinius, & Breuiarium Gallicanum. Huc etiam videntur inclinare Vsuardus*, Ado *alijque, qui* Messana in Apulia *diem eius natalem agi perhibent. Namque mendum apud eos esse, iam dixi; & pro* Apulia, *Sicilia, reponendum, quod facile probari posset ex Imper.* Adriani *in Siciliam aduentu. de quo Spartianus hæc scribit*: In Siciliam nauigauit, inque Aetnam Montem conscendit, vt Solis ortum videret, arcus specie, vt dicitur, varium. *Idemque habetur ex antiqui numismatis inscriptione, in quo sculptus Adriani vultus cum eius nomine, & altera ex parte vir adstat colloquentis specie eum Cerere spicis ornata, inscriptumque est*, Aduentui Aug. Siciliæ:

Spartian. Adrian.

Num ne igitur eum Imper. Adrianus in Siciliam venit, Eleutherium Messanæ Episcopum, pro fide interemit? Ceterum Beda, Metaphrastes, M.SS. Codd. Syracusanus, & Reatinus Martyrologium Rhabani, & S. Notkeri, quos secuti sumus, donec lux maior affulserit, Eleu-

Eleutherium Romę passum affirmant. Interea Siciliæ placitum tribuere ; ac tueri possumus, sin minus loco ędis, saltem sede Pontificatus, quo Siciliam illustrauit. secuti auctores, quos ante recensui.

Si Eleutherius Messanæ passus est, Antia mater ad Siciliæ Sanctos spectabit, si verò Romæ, non item. idemque de Corebo dicendum. dum lis est sub iudice, possessionem, in qua sumus, æquum est, vt teneamus.

19 Equilin. lib. 2. c. 20. lib. 4. c. 61. CERTAMEN FINIVERE XIIII. KALENDAS MAII] *Equilinus historiam certaminis Eleutherij retulit lib. 2. & rursum li. 4. & si verò Liberalem nominet lib. 2. Eleutherium lib. 4; eamdem tamen historiam esse, quam duobus locis recensuit, quisis aduertet. Nam Eleutherius Græce, Latino vocabulo Liberalis dicitur. Verum in vno à se ipso differt, in quo plane errat: dum diuersos Martyrij dies tradit, lib. 2. Eleutherium, quem Liberalem vocat, cum Antia passum ait, III. Kalendas Ianuarias: sed lib. 4. XIV. Kalendas Maias, quod verum est:*

Supęrest, vt de loco sepultura Sanctorum Martyrum Eleutherij, & Antiæ dicamus, in quo dissentiunt inter se scriptores. nam Metaphrastes, qui Eleutherium Illyrici Episcopum facit; post quam, ait, cum Matre certamen expleuit, qui pij erant ex Illyrico, & Martyrio interfuerant, eorum reliquias extulere; iisque, qui Romæ erant fideles, eas inquirentibus, vbi nam essent, significauere: vtrique vero vngŭentis conditos pie sepeliuere, quibus plane demonstratur Roma sepultos fuisse. cōtrà Equilinus, qui Eleutherium Cannensem Episcopum memorat; ciues ait Cannenses Eleutherij, & Antiæ corpora Cannas in Apuliam transtulisse, ibique honorifice condidisse codex vero Syracusanus, plures ait ex vrbe Apulia, quam Equum vocant, Eleutherium, in vrbem ad-ductum, secutos fuisse, completoque certamine, nocta tulisse corpora, & in patriā transmisisse.

Ceterum hodie Sanctorum Eleutherij, & Antiæ corpora Reate, quæ vrbs est Vmbriæ, in Sabinis, requiescunt. quo illuc ano translata fuerint, nihil comperti habeo: Reatinis ipsis ignotū est. ea in vrbe, præcipuus est Sanctissimis Martyribus cultus, ob ingentia ab eis patrata miracula; nam cum Dæmon, iuxta quamdam statuam, viros fęminasque prætereuntes infestaret, vrbemque ingenti metu occuparet, Episcopus, cineśque Reatini corpora Sanctorum Martyrum Eleutherij, & Antiæ translata in Ecclesiam Sancti Ioannis Euangelistæ, statuam iuxta constructam, in subterranea ędis crypta reuerenter, ac pie locauere, indeq; Dæmonem abegere, Reate eo metu, magnisque periculis erepta. Deinde Sanctorum Martyrum promeritis plura miracula secuta sunt. postquam verò Rogerius, Rex Siciliæ, vrbem Reatem copijs suis deleuit, ciues per septēnium extorres patria fuere: extincto Rogerio, nemine obstante, regressi ciuitatem restaurarunt; tunc Innocentius, huius nominis III. Pontifex Maximus, Reatini populi rogatu, illuc aduenit, vt afflictam vrbem sua præsentia recrearet. Pontifex vero, vt Sanctorum Martyrum cultum, longo temporum interuallo exoletum, renouaret, de Dominorum Cardinalium consilio, eorum corpora transtulit in nouam Cryptam eiusdem ędis, sub aram maximam. translationis dies festus agebatur ad XVII. Kalendas Septembres. hęc ex M. SS. Codd. Reatinis. Rursum verò circa annum Domini CIↃIↃLXI. eorumdem Sanctorum Martyrum inuenta corpora sub aram Sancti Eleutherij, haud compertum, qua illuc ratione deportata fuissent, in ędē Reatinę vrbis maximam solenni pompa delata sunt, ex literis D. Marij Fasanelli Reatini.

ANIMADVERSIONES
AD MARTYRIVM
SS. VICTORIS, ET CORONÆ.

1 IMP. M. AVRELIO, ET LVCIO VERO.] *Sanctorum Martyrum Victoris, & Coronę, certamen misit ad me Constantinus frater meus, Congregationis Casinensis Abbas, exscriptum ex codice manu exarato, qui Feltriæ seruatur in Cœnobio S. Hieronymi. eadem historia in vulgus edita Venetijs, anno CIↃIↃXXXIII. dictionem paululū immutauimus, gratā rem lecturi facturos esse existimantes. idem certamen scripsit Metaphrastes, isque à Feltrensi codice in paucis dissentit.*

Metaph. apud Lurium.

2 VICTOR MILES CHRISTIANVS IN SICILIA] *mirabitur non nemo, quod Victorem, & Coronam Siciliæ venaticarum; multis, maximeque fidis in tradendo eorum ortu, dieque, ac loco ędis contradicentibus. eadem me causa huc traxit, diuersitas scriptorum. nam Beda, S. Notkerus, & Ado, Victorem è Cilicia militem scripsere, ac pridie Idus Maias vnà cum Corona interfectum à Sebastiano, Alexandriæ duce; quæ Alexandria minor est, & Stephano, Concilioque Constantinopolitano Ciliciæ adscribitur. eodem die necem perpessos, sed in Syria Romani Fasti, & Vsuardus docent, & plerique latinorum, qui Martyrologia scripsere, Galesinius, Maurolycus, Bellinus, Episcopus Equilinus, alijque. sed ij nec generis, nec vrbis, in qua Victor cæsus est, meminere. adijcit ea Metaphrastes, qui ędem Damasci contigisse, quæ Syriæ ciuitas est, prodit; sed Victorem*

Beda in Martyrol. pridie id° Maias. S. Notkerus Mart. Ado in Martyr. eodem die Steph. de vrbibus. Cōci. Cōstātinopol. Rom. Martyrol. Vsuardus in Martyr.

Victorem genere Italum, quod etiam Menologia confirmant. quamquam in die cædis, & inter se, & à ceteris discrepant. nam Menologia Victoris, & Coronæ necem in III. Idus Nouembres reijciunt; Metaphrastes in XVIII. Kalendas Decembres. contra, Victorem, & Coronam in Sicilia martyrium expleuisse, tradunt libri Feltrenses, cùm manuscripti, tum editi in vulgus: itemque Breuiaria, quorum Venetijs vsus, penes Cœnobij Virgines S. Laurentij. idsmque firmant S. Antoninus, Petrus Episcopus Equilinus, Manerbius, Abbas Camaldulensis, Iacobus Ianuensis, & Philippus Ferrarius. addunt Manerbius, & M. Marulus, passos Messanæ. animaduertis, mi lector, quæ rerum diuersitas? illi Alexandriæ in Cilicia, hi Damascij in Syria, plures Messanæ in Sicilia Victorem, & Coronam pro fide interfectos commemorant.

Menol. ad 3. Id. Nou.

Metap. 18. Kal. Decē. apud Lur. méseMaio.

S. Antonin. p. p. t. 7. Equili. ad XIV. Kal. Octob. Menerb. & Iacob. in Victis. Ferrarius in noua Topographia. M. Marul. lib. 5. c. 6.

Certum mihi, Victorem genere Italum fuisse. ipsi Græci docent, Metaphrastes, & Menologia, haud vltro daturi, nisi pernossent. nec contra sunt Beda, & Ado, qui militem, è Cilicia dicunt. Neque enim de patria, ortuque, sed de militari statione loqui videntur; idque aiunt, Victorem è militibus fuisse, qui in præsidio Ciliciæ tum collocati. hi vero Itali. subibat olim ratio, qua controuersia ista videbatur posse conciliari Victores fuisse duos, & Coronas duas. neque enim difficile erat, duo Martyrum paria in infinita propemodū multitudine exstitisse. atque ex his alterum par in Syria, siue Cilicia, alterū in Sicilia vitam finiuisse. Martyrologia dein cum perlegerem, reperi alios in eamdem cogitationem veniſſe. Nam Galesinius diuersos putat Victores, ac diuersis diebus pro Christo occisos, alterum cum Corona, pridie Idus Maias, in Syria; alterum cum Stephana Martyrem in Sicilia, ad XIV. Kalendas Octobris, quod in notis suis sumpsisse, ait, ex tabulis manuscriptis. quin is addit Victorem tertium cum Stephanide, ad III. Idus Nouembres, secutus Menologia. Sed Victores, & Coronas item tres, Martyrum paria tria S. Notkerus memorat in Martyrologio suo. duoque diuersa ab iis, quæ tradit Galesinius X. Kal. Martias, Victoris, & Coronæ. VIII. Idus Maij, in Ægypto Victoris, & Stephanæ. pridie Idus Maias, in Syria S. Victoris, & Stephanæ Martyris. Iam vero Victores duos, ac duas exstitisse Coronas multo ante Galesinium tradiderat Petrus Episcopus Equilinus, cum quo Philippus Ferrarius in sua Topographia consentit.

Pet. Equil. l. 4. ca. 168. & li. 8. c. 89.

Nos vero attentius perspectare, imus in alia omnia. neque in animum inducimus, Victores, quos Equilinus, Galesinius, & Ferrarius commemorant, duos, ac diuersos fuisse, sed dumtaxat vnum, quem cum Corona, quæ eadem ac Græce Stephana, trucidatum aiunt plerique in Syria, nonnulli in Cilicia, multi demū in Sicilia. mouet me, quod apud Equilinum fere recenseatur eadē historia vtriusque Victoris, & Coronæ, eadem Martyrij ratio, non modo sub eodem Imperatore Antonino, & Sebastiano Præside, sed eadem quæstione, ijsdemque tormentis, & torquentium etiam ijsdem interrogationibus, ac reorum responsis, verbisq; quæ in longa rerum serie ægre comperias. nisi dixeris, aliam esse narrationem certaminis, qua Victor Siculus occubuit; sed ab Equilino duobus per errorem tributam, quæ vnius esset. rectius sane Galesinius, qui Victoris in Sicilia cum Stephana, sub Imp. Antonino, paucis meminit; suppresso etiam nomine Præsidis, ac genere mortis. in Sicilia, ait, Sanctorum Victoris, & Stephanæ Martyrum, ob constantes fidei Christianæ confessiones in summa Antonini Cæsaris persecutione eximie nobilium.

Neque diuersi cædis dies, quibus Victor cum Coronæ exstinctus; quamuis diuersis diebus, variasob causas, colatur. ad pridie Idus Maias, quòd eo die cœlo natus, ad XIV. Kalendas Octobris, quòd è Sicilia Feltriam translatus est, vt Acta Feltrensis Ecclesiæ docent. ac fortasse scriptores fefellit translationis dies, quem cædis putarūt. quam ob causam Victores duos inuexerunt. hunc igitur Victorem, quid si dixerimus militem Siculum, quod plerique affirmant, ac nisi velis in Sicilia, vel in Syria cæsum, vel in Cilicia? neque refragantur, vt diximus, Beda, & Ado, qui militem in Ciliciæ custodia collocant. fauet vero Metaphrastes, & Menologia, qui Italum dicunt. Nam Siculos annumeratos Italis, nemo ignorat, & iure consulti veteres docent. Sed facessunt negocium manuscripti codices Feltrenses, & fama penes eos à maioribus tradita, Victorem cum Corona martyrium in Sicilia expleuisse, inde Feltriam transportatum, vrbem patriam, vt moriens Victor prædixerat. Si de nus id, & Coronam nostram esse, ac Siciliæ necesse est vendicemus. at rogas me, quid de Victore sentiam? ingenue dicam: distractis adeo auctoribus, quò nam inclinem, incertus sum; arduumque est discernere à corruptis sincera, verum à falso, nisi rerum lux maior affulserit; Interea haud liquere pronuntio. Verum quòd in antiqua huius gloriæ possessione sumus, externis etiam fauentibus, acriter retinemus, religio fuit, nō cognita adhuc causa, vltro cedere, restituturi, cum quis, iudicata lite, nos pellat.

Vlpian. ad edictū de Iudicijs l. 9. & de offic. cōs. de verbor. signific. c. 99.

Hic adnectere hymnum lubet, qui in Ecclesia Feltrensi ad solemnia Sanctorum Victoris, & Coronæ concinitur, nam pro nobis ille est:

Gratus lætitiæ nuntius aduenit,
Deuota Dominum mente colentibus:
Pandantur celeri cardine fortibus
Christi militibus fores.
E bello redeunt; inclyta, lucidis
Sertis conspicui, præmia gloriæ,
Prostratis referunt hostibus impijs,
Cordis robore maximo.
Certatim properet turma fidelium,
Occurrat varijs candida flosculis:
Cernat purpureo sanguine fulgidos,
Et læto excipiat sinu.
Dux hos Trinacriæ non quatit horridus
Diris supplicijs, ac cruciatibus;
Quorum mens stabilis tollitur altius,
Solum suspiciens Deum.
Certarunt validis viribus, & fidem
Seruarunt solidam, morteque inuida
Occisi superant, dona perennia
Inuictis Deus attulit.
Christo, martyribus qui morientibus
Vitæ perpetuæ præmia contulit,
Et Patri ingenito gloria personet,
Cum Sancto quoque Spiritu. Amen.

VICTOR MILES IN SICILIA AGEBAT] Christianis militia nō interdicta, adhuc sub

sub Impp. Ethnicis, modò ab ijs abstinerent, quæ Idololatriæ obnoxia essent, cauerentque ne quid aduersus Deum, & Christi fidem committerent. Quod argumentum fusè persequitur Tertullianus, & vetera exempla docent. ne dum enim cohortes, sed integræ legiones Christianorum militum in Romanis exercitibus stipendia fecere. vt legio Melitina fulminatrix sub M. Aurelio, vti Xiphilinus ad Dionem, & Apollinaris Hieropolitanus apud Eusebium referunt, legio Thebæa sub Diocletiano, & Maximiano, ex Actis apud S. Eucherium Lugdunensem.

Tertull. de Idolol. & de coron. milit. Xiphil. in M. Aurel. Euseb. l. 1. c. 5. Euch. ap. Sur. 22. sep

4 DOMINORVM NOSTRORVM EDICTIS ASSENTIRE] *clarum ex his Actis, Imp. M. Aurelium, promulgatis edictis, Christianos vexasse: quod etiam probat in Annalibus suis Baronius. anno 164.*

Baron. to. 2. Annal.

5 SACRAMENTO MILITIÆ RELIGATVS ES] *è vetere disciplina nemini permissum cum hoste pugnare, nisi militiæ Sacramẽto se prius obstrinxisset. Fl. Vegetius, iurant milites omnia se strenuè facturos, quæ præceperit Imperator, nunquam deserturos, nec mortem recusaturos pro Romana Republica. Lege ad eum locum Godefoalchi Steuechij cõmentarios. quod igitur milites iurabant, mandata Principum se executuros, ideò Victori dictum à Iudice, pareret Imperatoribus, quibus Sacramento militiæ se obligasset. Verum ita Christiani iuriiurando parendum intelligebant, quoad possent, & liceret, illæsa Christi fide. nemini enim in scelere obtemperandum.*

Veget. de re mili. libr. 2. c. 5.

6 LECTOR ES, AN DIACONVS] *ex Sancti Ignatij epistola ad Antiochenos, satis constat, præter Episcopos, & Presbyteros, fuisse olim in ecclesia alios Clericorum ordines; Diaconos, Subdiaconos, Lectores, Cantores Exorcistas, & Ostiarios. Quod igitur Sebastianus Præses Victorem interrogat Lector sit, an Diaconus? fortasse quòd Lectores penes se sacros libros haberent, ijque potissimum à Diaconis legerentur, eam ob caussam, alienus à fide Præses sapientiam ab eo munere, quo Lectores, & Diaconi fungebantur, metitus est.*

S. Ign. ep. ad Antioc.

7 ARTEMQVE EXECRATVS LIBROS EXVSSIT] *is olim ardor fuit eorum, qui Christi fidem induebant, ita vetus interpres Actorũ Apostol. ait ibi, multi autem ex eis, qui fuerãt curiosa sectati contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus. Alij interpretantur, multi ex ijs, qui curiosas artes exercuerant. Curiosę autem artes eædem, quæ Magicę, Curiosi, Magiæ studio dediti. huc collimat Tertullianus, qui Imperatorem Adrianum in Apologetico, curiositatum omnium exploratorem dicit; quippe Marius Maximus memorat, Adrianum Matheseos peritum fuisse, cunctaque de se scisse, & omnium dierum, vsque ad horam mortis, futuros actus præscripsisse. clariùs Dio apud Xiphilinum, cum Adrianus maximè curiosus esset, tum verò diuinationibus vtebatur, & Magicis artibus cuiusuis generis. porro is vsus latinæ vocis, curiosus. Horatius.*

Act. Apost. c. 19. Tertul. Apol. c. 5. Mar. Max. ap. Spart. in Aelio Verο. Dio apud Xiphil. Adriano. Horatius.

An quæ mouere cereas imagines,
Vt ipse nosti curiosus, & polo
Deripere Lunam vocibus possim meis.

EXCORIARE VICTORIS CORPVS IVBET] *Crudelissimum supplicium, ac ferme à Persis ortum, de quibus Ammianus Marcellinus*: cutes vivis hominibus detrahunt particulatim, vel solidas. *Basilius Seleucia in Isauria Episcopus, de punito à S. Thecla Orõtio*: Persarum more ipsum excorians, pelle sua denudauit.

8 Ammian. Mar. l. 23. Basil. l. 2. de mir. S. Theclæ.

MILITIS VXOR, CVI CORONA NOMEN] *in Actis Græce scriptis, Stephana dicitur, Coronam latino vocabulo appellamus. quod ita obtinuit vsus. hæc verò in Actis Feltrẽsibus vocatur vxor militis cuiusdam è castris; viduam tum fuisse Menæa tradunt. at castra, & exercitus tum in Sicilia? aperiam, quid hoc loco coniectem. Aula Imperatoris, Prætorium & castra ex assentatione temporis dicta est. inde Præfectus Prætorio*, Præfectus aulæ, *dictus Plutarcho, & Spartiano*; Præfectus castrorum, *Herodiano. Eadem ex adulatione idem vocabulum ad aulicos, & comitatũ Principis translatum; nam Aelius Lampridius Aulicum ministerium*, ministros castrenses *vocat. vetus lapis. A SVPELLECTILI CASTRENSI. Tertullianus* militiam regiarum familiarum *appellat*, & coronas castrenses, *quibus ex aula Cæsaris ad eius solemnia coronabantur. Quod igitur proprie de comitatu Principis dictum, dubitauerim sit ne hoc loco, quamquam minus proprie, vsurpatum, atque in his Actis militem è Castris appellari, qui è proconsulari cohorte, ministerioue fuisset. Alioqui quorsum miles in Sicilia, quæ sub Imperatore M. Aurelio Antonino pacata Prouincia? Victorem igitur militem, & virum Coronæ militem è castris fuisse coniicio è comitatu Proconsularis Siciliæ. neque id certò, sed cum metu dico. an verò miles è castris dictus, quòd esset è statione militum, qui in Prouincijs aduersum latrocinia collocabantur? De Tiberio Suetonius c. 37. ait* in primis tuendæ pacis à grassaturis, & latrocinijs, seditionumque licentia curam habuit: stationes militum per Italiam solito frequentiores disposuit. *Tertullianus ait*, latronibus vestigandis per vniuersas Prouincias militaris statio sortitur, *idque præsidij magis in Sicilia necessarij, quæ sæpius à seruitijs vexata. Florente Rep. Seruis Ducibus Cluno, Cleone, Oario, Saluio, Athenione, ex Diodoro lib. 36. post Dominatũ Augusti Cæsaris à Soluto. vt ait Strabo lib. 6: sub Gallieno in Sicilia seruile bellum latronibus euagantibus extitit, vt refert Trebellius Pollio in Gallieno.*

9

Plutarch. in Galba. Spart. in Adriano. Herod. l. 5. Lampr. in Alex. Seuero. Tertull. de cor. mil. c. 13.

10 CORONAM EMISSIS ARBORIBVS DISTRACTAM] *Romanum Martyrologium, Vsuardus, alijque Coronam inter arbores discerptam tradunt. Beda, S. Notkerus, Ado, & Metaphrastes inter palmas duas. neminem moueat hoc supplicij genus, vt Coronam è Sicilia expungat. quamuis enim ævo nostro Sicilia non abundet palmis, attamen multis illa in locis, vbi cultę, proueniunt, quibus eadem proceritas, & decor, sed non eadem felicitas, quarum fructus agre miteſcunt.*

11 B. VICTORIS CORPVS E SICILIA IN VRBEM FELTRIAM DELATVM EST] *corpora Sanctorum Victoris, & Coronæ condita sunt in æde, quæ Sancto Victori extra Feltriam, duobus ferme passuum millibus ex-*

struc-

Digitized by Google

structum, dicatumque est, vbi dies eorum natalis pridie Idus Maias colitur: festus verò dies translationis agitur XIV. kal. Octob. magna populi affluentis frequentia, quo tempore praclara Sanctorum Martyrum merita crebris à Deo miraculis ostenduntur. Neque solùm in Vrbe Feltria, sed per totam Diœcesim ea translatio celebratur.

Sacellum, in quo Sanctorum Victoris, & Coronæ corpora bonæ primùm condebantur. Ioannes Vidoriensis, fama inclytus anno post Christum natum CIↃXCVI. ornauit, quod à filio eius Arbone, eodem Episcopo Feltrię, quinque intrà annos dedicatum est. Inde in arcam sublata; quo patefacta est, cum Carolus, huius nominis Imperator Quartus in videndi cupidine teneretur, denuò anno CIↃCCCCXLVIII. plumbeo loculo inclusa in magnificum marmor illata. Inscriptiones, quæ testificentur à nobis antè dictas, subijciamus.

PRIOR INSCRIPTIO.

In Sacello Sanctorum Martyrum Victoris, & Coronæ. à Tergo.

Ab ineunte redemptione publica, anno CIↃXCVI. quo stellarum casus, quoque Christianorum motus in Paganos. Ioannes Vidoriensis clam pietate, & armis, quam diuitijs, & gloria pollens, honor patriæ, confectum senio, fundator aulæ, XVI. die Septembris, à filio suo Arbone Pontifice Beatissimis Martyribus Victori, & Coronæ commendatus.

SECVNDA INSCRIPTIO.

A tergo arcæ Sanctorum Martyrum.

Anno CIↃCC. ab Incarnatione Verbi. 11. Idus Maias, Imp. Henrico Cæsare III. dedicatum est Sanctuarium hoc ipsi Deo cœli, & Beatæ Mariæ semper Virgini, & hic continentur reliquiæ Apostolorum Petri, & Pauli, Philippi, Iacobi, Stephani Protomartyris, Stephani Papæ, & Martyris, Marcellini, & Petri, & Sanctorum Militum Christi Mauritij, Marcellini, Georgij, & Christophori, & Beatorum Victoris, & Coronæ Martyrum, quorum corpora hic infra requiescunt in Christo Iesu, dictante Arbone, indigno Pontifice.

TERTIA INSCRIPTIO.

Anno Domini CIↃCCCLV. Maij XXVI. Imperante Carolo Imperatore Præsidente Antistite Iacobo Feltri, & Bel. Episcopa, corpora inclytorum Martyrum Victoris, & Coronæ in hac fuerunt recondita tumba, à dictoque Imperatore visa.

QVARTA INSCRIPTIO.

Circa Arcam Sanctorum Martyrum.

Anno CIↃCCCCXLVIII. mense Martio Indictione III. Sanctorum Martyrum Victoris, & Coronæ corpora ex humo religiosè hùc eximus, quæ plumbo, ac duplici marmore claudunturdominante Illustrissimo Senatu Venetiarum, Antistite Henrico Scarrampo de Asti. Prætore Ludouico Fuscareno, utriusque iuris interprete.

Illud hic monuerim, Romæ in ecclesia Sancti Pancratij extra vrbem, aram esse in qua corpora Sanctorum Martyrum Victoris, & Coronæ, illuc anno CIↃIↃLXX Pij V. Pontificis Maximi iussu delata conduntur. Sed partem aliquam corporis necesse est accipiamus, cum satis constet, corpora in vrbe Feltriæ asseruari.

ANIMADVERSIONES IN SS. MARTYRES IVXTA MEGARAM.

QVÆ de his Martyribus, *supra* Megaram coronatis, dicimus, *desumpta sunt ex Actis SS. Alphij, Philadelphi, & Cyrini. Porro incertum est mihi, cuiates hi Martyres fuerint. nam hisce latebris vrbes tres proximæ, Leontini in Mediterraneis, Morgantium, & Megara litorales. Non latet quid pro Leontinis dicas; horum Mart. ævo, Morgãtium, & Megaram non extitisse, ac proinde illos non nisi Leontinos esse potuisse. nam Strabo qui Tiberij ætate scripsit*, vrbes, *ait*, perierũt Naxos, & Megara. *Et paullo post*: Morgetibus Morgantium fuit domicilium, quæ vrbs hodie non exstat. *At verumne? Megaram, quæ prius Hybla, & Morgantium, Strabonis ævo, nõ exstasse, ac funditus excisas? sane æquum est, vt duarum Siciliæ veterum vrbium memoriam, aduersus Strabonem, vindicemus.*

trabo l. 6.

Morgantium, *Siciliæ vrbs, Megaram inter, & Catanam. de qua Stephanus* Morgentium vrbs Italiæ, à Morgentibus, dicitur & Morgẽtia *vel emenda*, Siciliæ, *vel eam vrbẽ intellige, vnde in Siciliã deducta colonia est. Morgentia Silio dicta*: frõdosis Morgentia cãpis. *Sed Livio* Murgantiũ: *Cic. & Plin.* Murgentini. *rectius Diodoro, &*

Stepha. de vrbibus. Silius l. 14. Liu. l. 39. Cic. 3. Act. 4. in Ver. Plin. l. 3. c. 8. Diod. l. 14

Digitized by Google

Strabo l. 6. ro, & viri docti corrigunt, itemque Straboni Morgãtii ita etiam nummi veteres, quos vidi.

Morgantium igitur, colonia fuit à Morgetibus Italiæ populis in Siciliam deducta, vt Strabo, & Stephanus memorant; deleta verò à Carthaginiensibus, vt idem Strabo significat. Aretius, & Fazellus, nuperi scriptores, penes quos sit fides, bello Punico II. id factum tradunt; sed restitutam oportuit, nam Murgentinos extasse, M. Tullius suo suo demonstrat, & suo etiam Plinius, Vespasiano Principe. numne igitur falsus est Strabo? nec defisse Morgantium, nisi dominatu Sarracenorum, ex Petro Diacono colligimus.

Pet. Diac, Appen. ad hist. S. Pla. Thucydides lib. 6. *Iam verò Hybla, vrbs Siciliæ vetustissima à Siculorum Rege Hyblone dicta, dein à colonis Megarensibus illuc duce Lamo, vt ait Thucydides, deductis, Megara appellata est, esseque Hyblæi, atque ac Megarenses dicti. Hyblam verò eamdem atque Megaram fuisse ex Strabone, Pausania, & Stephano discimus.*

Pompon. de situ Orbis libr. 2. cap. 7. *Porro Megaram, quam Strabo ait ætate sua non extasse, contrà Pomponius Mela, qui proximè post Strabonem, sub Imp. Claudio vixit, inter ceteras Siciliæ vrbes ad Ionium mare, extare memorat; quod firmant Plinius, & Ptolomæus. quid igitur dicendum de Morgantij, & Megara interitu, antiquis scriptoribus inter se dissentientibus? Equidem crediderim Megaram, tempestate Strabonis, à magnitudine sua excidisse, eamque eum fensisse velle, nõ tamen omninò interisse, quod Mela, Plinius, Ptolomæus affirmant. atque hanc ipse mentibus scriptorũ ex Pausania erui, qui illos proximè consecutus est. is ætate sua, Megarã extasse ait, in Catanensium finibus, sed rediectam in vici formam. idem de Morgantio censuerim. Gaudete igitur hos Beatos Martyres, in monte supra Megaram, pro Christi fide martyrio coronatos fuisse diximus? Leõtinosne an Megarenses? an Morgentinos? mihi non liquere pronuncio.*

Ptolom. lib. 3. ca. 4.

Pausan. in Eliacis l.

Flumen Alsiabodie Cassia nominatur mõs, in quo hi Christiani exteros occultabantur, existimatur esse, cui nomen hodie Diauolopri, *de utroque vide nota ad Vitam S. Neophyti Episcopi Leontini.*

ANIMADVERSIONES IN MARTYRIVM SS. NICONIS ET SOCIORVM

I Menæa ad x. Kal. Ap.

SANCTVS NICON] *hæc publicamus, in Latinum versa, ex Græcorum Menæis. putamus Quinctianum, quo Siciliæ præfecto, Niconis certamen expleuit, illum ipsum esse, qui Diuã Agatham Virginem, & Martyrem pro Christi fide occidit. Moueor, quòd de eo loquitur, vt de homine fama noto, qualis Quinctianus fuit, non modò ob impiam eadem Beatissimæ Virginis Agathæ, sed genere mortis, quo miserè extinctus, haustus flumine, scelera eius Deo vindicante, quam ob causam martyrium SS. Niconis, sociorumque in tempora Imp. Decij reiecimus, sub quo Quinctianus Siciliæ consularis fuit (quamquam non sine metu) donec lux maior oboriatur.*

2 EX NEAPOLITANORVM REGIONE] *Græca habent: Niconem verò in celeberrima vrbe Neapoli Italiæ in Campania natũ (id enim sonat vox* Ormomenos *in Sanctorũ Actis) Menæa idem indicant, dum aiunt; Niconem, confecto bello, in domum propriam ad matrem reuertisse, & rursum ex Insula Mytilene in Italiam traiecisse, vbi matrem inuisit, morienti adstitit, vitaque functam sepultura donauit.*

3 BELLO AVTEM MOX CONFLATO] *num hæc bella exstitere, quæ sub duobus Philippis contigerunt?*

4 CRVCIS SIGNO MVNITVS] *mira vis Sãctissimæ Crucis, qua Nicon miles adhuc Ethnicus, cum seminuisset, in confertissimum hostium agmen insiliens, fugauit, profligauitq; eadem D. Martini, dum adhuc catechumenus sub Iuliano apostata militaret, eximia fides: cuius viri præclara illa vox: Ego signo crucis, non clypeo, aut galea, hostium cuneos penetrabo securus.*

5 AD CONSTANTINOPOLIS ORAM NAVIGAT] *Græce etiam dicitur Constantinopoli, sed* Byzantij *rectius dixissent, nam Nicon vixit, persequentibus ecclesiam Tyrannis, qua tempestate Byzantium illic fuit, sed enim vrbs Constantinopolis, nondum condita à Magno Constantino. Sed scriptor Actorum id voluit: Niconem ad oram nauigasse, vbi postmodum Constantinopolis fuit.*

IN

6 IN GANI MONTEM] *Gani montes, circa Thraciam, Grigora, & Suidæ: versus Macedoniam, Nicetæ.*

7 MOX EPISCOPVM] *haud crediderim, D. Niconem regendæ alicui ecclesiæ ordinatū fuisse Episcopum. multa me mouent. Primùm nec Romanum Martyrologium, nec Menologia Græcorum, Niconem Episcopum nominant. Secundùm, præter morem est, vt Episcopus ab Episcopo, ex suo arbitratu ordinetur, vt his Actis ordinatum Niconem vides. Tertiùm quæ in finem Nicon creatus esset Episcopus, cum nulli ecclesiæ præpositus fuisse legatur? Quartū quem Acta Episcopum dicunt, mox præfecturam omnium Monachorum suscepisse tradunt igitur hoc loco nomen Episcopi latè sumptum, idemque est Episcopus, atque Monasterij Antistes, præsesque, & cœtus Monachorum custos: ita* Plutarchus *de* Maximo Pontifice, erat Sacrarum Virginum Episcopus. Plutarc. in Numa.

8 MYTILENEM CVM OMNIBVS VENIT] *cum omnibus etiam in Italiam transmisisse, certum mihi est; nam* S. *Iosephus Hymnographus* Niconem *ait ab Oriente* cum discipulorum, quasi stellarum, choro profectum in Occidentem, suis illum radijs illustrasse. *idemq; in extremo hymno,* ad cœlum sublatum, *dicit,* duplicem Martyrum centuriam, veluti chorum, Deo attulisse. *Quod verò D. Nicon Tauromenij passus est, duas hasce Martyrum centurias, in eodem loco, cum eo, pro Christo cæsas fuisse, necesse est affirmemus.*

OMNES CORAM SE SISTI IVBET] *Scriptores variant in numero, itemq; in loco passionis. Iosephus Hymnographus, duas Martyrum centurias memorat. Menæa item Niconem, socios q;* CXCIX. *Menologium Sirleti cõsentit in numero, in loco cædis dissentit, itemq; in die, nam ad nonum Kal. Apr. sic meminit: SS. Martyrum Niconis, & sociorum* CXCIX *qui in vrbe Cæsarea Palæstinæ, propter Christianæ fidei confessionem, martyrij palmam adepti sunt. Martyrologium verò Romanum cum Menæis consentit in die Natali, sed in loco & in numero discrepat. ita enim ait:* Cæsareæ in Palæstina, SS. Mart. Niconis, & aliorum CXCIX. *quoniam verò Acta SS. Niconis, & sociorum Martyrum, quibus potior fides, in Sicilia ad Tauromenium cæsos à Quinctiano Præfecto, constanter affirmant, censuerim in Romanum Martyrologium, & in illud Menologium irrepsisse errorem, corrigendumque esse illud in numero Martyrum, vtrumq; in loco passionis, ac pro* Cæsareæ in Palæstina, *reponendum esse,* Tauromenij in Sicilia, *ad quod spectare hos Martyres, perfectis Actis, nemo dubitabit.* 9 Iosephu. Hym. in S. Niconem Menol. Sirleti ad 9. Kal. Apr. Martyrol. Rom. ad x. Kal. Apr.

ANIMADVERSIONES

IN HYMNVM SS. NICONIS, ET SOC. MARTYRVM.

1 HYMNVS S. IOSEPHI] *ex Græcorum Menæis exscriptus, & in latinum versus à Patre Augustino Florito Societatis Iesu.*

2 AD CERTAMINIS SCAMMATA ARMAVISTI] *eadem vsus metaphora Tertullianus ad Martyres:* itaque epistates vester Christus *Iesus*, qui vos spiritu vnxit, & ad hoc scamma produxit. *idcirco ad martyrij agonem. Hieronymus ad disputationis propositum transtulit.* cum ergo ista quærantur, cur tu omissis, super quibus pugna est, de scammate, & loco certaminis egrediens, in peregrinis & longe alienis quæstionibus immoraris, *scamma igitur, locus certaminis fuit, in quo athletæ congrediebantur; ita dictum, quod fossa cingeretur.* Tertull. ad Martyres. Hieron. ad Pammach.

3 DENIQVE POST MORTEM CORPVS TVVM] *S. Niconis corpus miraculis ab ipsa cæde conspicuum, ac celebre fuit.*

ANIMADVERSIONES IN MARTYRIVM SS. MILITVM XX.

PERSEQVENTE CHRISTIANOS DECIO] *Martyrium hoc militum viginti excerptum est ex Graeca Historia SS. Alphij, Philadelphi, & Cyrini. Quod enim ea Historia iusto longior est, multisque exagmentata certaminibus SS. Mart. in eaq; legenda ob longitudinem sui, rerumq; implicationem, aut aberrare mens alicui poterat, aut animus fastidio affici, satius esse duximus, si recisam inde vniuscuiusq; vitã seorsim ederem'.*

2 IN CVSTODIAS CONIECIT] *quo loco fuerit is carcer, diximus Notis ad Martyriũ SS. Alphij, Philadelphi, & Cyrini.*

TRES POST MENSES] *accipio menses tres ab aduentu SS. Alphij, Philadelphi, & Cyrini, in vrbem Leontinorum. ex eo moueor, quòd iisdem Actis aliquot post dies à SS. Martyrum cade, qua mense Maio facta est, nouem menses numerantur: quos si relegas, eorum Leontinos aduentum contigisse inuenies Sept. mense.*

4 CONVOCATO AD PRAETORIVM POPVLO] *quorsum populus ad Prætorium conuocatur? an quòd illuc in credi populo non licuit, vt Notis ad S. Agathã dictum est? Gulerius Maximus proconsul Africę, animaduersurus in S. Cyprianum, populum Chartaginẽsem ad prætorium conuenire iussit; notauit id Pontius Diaconus, cum ait* mane multa turba conuenit ad Sexti *(quo loco S. Cyprianus coronatus est)* secundum præceptum Galerij Maximi proconsulis. *id autem fortasse factum à Præsidibus, vt publice de Christianis, ceterorum exemplo, supplicium sumeretur. sed tyrannorum consilia in contrarium versa; nam visa cede Martyrum, plures ad martyrium & Christi fidem inflammabantur.*

Pont. Diacon. in vit. S. Cypr.

5 TVM PRAECEPIT TERTVLLVS EOS SVBLIME SVSPENSOS] *nec moribus, nec legibus in hos milites Christianos animaduersum est, sed ex odio, & animo furit ire, ideoque contra veterem morem fuit de militibus fuste puniendis. Tacitus ait* prostratos verberibus multant. *Sueton. in Tiberio,* Centurionem, stratum humi, pene ad necem verberauit. *Acta SS. Mart. Papiæ, & Mauri militum,* tunc iussit Præfectus eos teneri in terram, & fustibus cædi.

6 PALMARVM FVSTIBVS ACRITER CAEDI] *Fustuario in eos animaduersum est, vt in milites. nam fustuarium pœna militaris fuit. Cicero in Antonium:* si Consul ille, fustuarium meruerunt legiones, quæ Consulem reliquerunt, *Liuius:* Fustuarium meretur, qui signa relinquit, aut præsidio decedit, *perrò ritu prisco milites, qui deliquissent, vel vite, vel fuste feriebantur; sed vitibus plerumq; Romanos, extraneos verò fustibus castigare mos fuit. Liuius de Scipione inquit,* quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, vitibus; si extraneus, virgis cæcidit. *vitis igitur minus ignominiosa pœna, quam fustis. quoniam verò sub Imperatoribus, & tyrannis, haud quidem ex veterum institutis, sed omnia ex libidine agebantur, difficile est diuinare ex ipso supplicij genere, num ne Romani fuerint, an externi, hi milites XX. martyrio coronati.*

Cic. ora. 3. in Anton. Liu. lib. 5.

Liu. lib. 7.

7 INITIA DIXIT HAEC TORMENTORVM SVNT] *sæpe fustibus inchoabantur Christianorum quæstiones. hinc Tertullianus ait;* alios ignis, alios gladius, alios bestiæ Christianos probauerunt, alij fustibus interim, & vngulis insuper, degustata martyria in carcere esuriunt. *S. Cyprianus ad Confessores, in metallo constitutos:* quod autem fustibus cæsi pri grauiter, & afflicti per huiusmodi pœnas initiastis confessionis vestræ primordia, execranda nobis ista res non est; neq; enim ad fustes Christianum corpus expauit, cuius est spes omnis in ligno.

Tertullia.

S. Cypria. ep. ad Nemesian.

8 GLADIO IN EOS ANIMADVERTI IVBET] *in milites, quamquam damnatos pietatis, gladio animaduersum est, habita militiæ reuerentia; nam gladius militare supplicium fuit. ignotum id quidem priscę Reipublicæ, nãque loco olim securis fuit, haud multo tamen ante imperium videtur cœpisse, atque in militias & aduersum milites usurpatum. Lucan. de milite, qui Pompeium decollauit.*

Luc. lib. 8

Time nervos, venasque secat, nodosaque frangit
Ossa diu: non dum artis erat caput ense rotare.

Experientia dein artem fecit. Sueton. in Caligula; miles, decollandi artifex; quibuscumq; è custodia caput amputabat.

Suet. Caligul. c. 30.

9 LINEIS INVOLVTOS] *nota Christianorum erga Martyres officia, quos in linteis candidis sepelire consueuerant, quo ex more illud à Prudentio dictum, in laudem Eulaliæ, Virginis.*

Prudent. hymno in S. Eulaliã.

Ecce niuem glacialis hyems
Ingerit, & tegit omne forum:
Membra tegit simul Eulaliæ,
Axe iacentia sub gelido,
Pallioli vice linteoli.

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES
AD MARTYRIVM
S. AGATHAE
EX GRÆCO VERSVM.

1

MARTYRIVM] *Græce exscriptum est è M. S. Cod. Vaticano; in latinum vertit P. Augustinus Floritus è nostra Societate, in eo pleraq; sunt, quæ non habet Metaphrastes, aut in quibus à Metaphraste dissentit. quæ suis locis notamus.*

2 Volaterr. l. 13. de viris mulieribusq; Illustr. Beda.

DECIO CÆSARE] *ita omnes MM. SS. Codd. Græci, latinique plane igitur errant Volaterranus, qui sub Gallo, & Volusiano; & Beda, Aldhelmus, aliique, qui Agatham, Imper. Diocletiano, martyrio affectam memorant.*

3 Aldhel. epist. lib. de virginitate Hier. Rub. Hist. Rauê. Baron. in Annal.

QVINCTIANO SICILIENSI PROVINCIÆ PRÆFECTO] *à quo Rauennæ Præside, Sanctam Fuscam pro fide occisum, tradit Hieronymus Rubeus; verum si Agatha & Fusca ab eodem Quinctiano interfectæ sunt, eodem vtraq; secundo Decij anno, vt tradit Baronius, & Christi CCLIV eodemque mense, occidi nõ potuere; nam Agatha Nonis, Fusca Idibus Februarijs sublata, vt docent Martyrologia; at Quinctianus, post demortuam Agatham, eodem ferme die, misere periit, Symæthо Fluuio haustus. quinam igitur Idibus Februarij, occisa ab eo Fusca est, qui Nonis animam in amne profuderat? alterum horum dicendum est, vel Agatham & Fuscam anno eodem, sed à diuerso Quinctiano morte affectas; vel ab eodem, sed diuerso anno, & alio sub Principe nam Quinctianus anno I. Decij, Christi CCLII. Consularis erat Siciliæ, & S. Nicomem, socios; pro fide occidisse videtur.*

4 Orosius l. 7 capit. 21. Greg. Nyss. in vita S. Greg. Taunat.

PROMVLGATVM EST EDICTVM] *Orosius de Imp. Decio* septimus post Neronem, feralia sparsit edicta. *Gregorius Nyssenus de eodem*, ad gentium Præsides mittit edicta, terribiles supplicij minas in eos statuẽs, vt omnibus probris, contumelijs, & cruciatibus afficerent eos, qui nomen Christi adorabant, &c. *Deciana persecutionis immanitatem lege apud Eusebium, & præterea apud eumdem Nyssenum.*

Eusebius l. 5. c. 34.

5

VIRGO PANHORMI INSIGNI, PRÆCLAROQ; GENERE NATA] *Vrbes duæ Panhormus, & Catana præclaro ambitu de Agatha certant, & suam quaque ciuem vendicat. Cum inquit hoc seculo in eam curam incumberet Clemens VIII. vt Romanum Breuiarium recognosceretur, & ea quæ forte deprauata essent, corrigerentur, diuturna altercatione de S. Agathæ patria inter Panhormitanos, & Catanenses certatum est; tandem id statuit Pontifex, vt in Romano Breuiario non diceretur,* Catanæ orta, *sed,* Quam Panhormitani, & Catanenses suam esse dicunt; *in Græco verò Breuiario Romæ typis edito nil immutatum est, sed vti antea, ita etiam deinceps dicta est,* Panormi nata. *longum esset rationes ac testes pro vtraque vrbe afferre, neque è re mea; longe à concertationibus abesse volo; pietati fouendæ studeo: nec deerunt, opinor, qui proferent.*

6

EO PRÆTEXTV, QVOD CHRISTO NOMEN DEDISSET] *tantum impijs Imperatoribus, Præsidibusque odium Christiani nominis fuit, vt qui eo censerentur, nullum ob flagitium, sed vnum ob nomen, capitis damnarentur; hinc illa Plinij Proconsulis Bithyniæ consultatio cum Imp. Traiano:* nomen ipsum, si flagitijs careat, an flagitij cohærentia nomina puniantur. *Sed has querimonias persequuuntur Iustinus Martyr, Athenagoras, Tertullianus in eorum libris Apologeticis.*

Plin. epist. ad Imper. Traianum.

7

PANHORMO EGREDITVR] *porta, quæ à B. Agatha Panormi dicitur, esse creditur illa, vnde à militibus educta est. Sed tunc non eò vsque protendebatur vrbs: an verò Neapolis, quæ inter Panormi suburbia celebratur, tunc eò pertingeret, incertum mihi est: a proximo ade D. Agathæ nomen illi portæ p stica faisse facilius crediderim.*

8 Vibi sequ. de flum.

AD QVEMDAM FLVVIVM] *is est, Oretus Vibio dictus. Panhormo abest trecentis prope passibus.*

9

QVO CALCEAMENTI CORRIGIA DISSOLVITVR] *Græcanicis tùm crepidulis Siculæ virgines in calceatu vtebantur. de ijs Gellius:* omnia enim ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infime teguntur, cetera prope nuda, & tenuibus habenis iuncta sunt, soleas dixere: nonnumquam voce Græca crepidulas. *Muliebres calceos, quod multis habenis, inflexisque corrigijs vincirentur, Ouidius vincula appellat, loquens de Hercule:*

A. Gell. Noct. Att.

Fregerat armillas, nõ illa ad brachia factas:
Scindebant magni viucula parua pedes.

Ouid. li. 2. fast.

10

ATQVE IS PROFECTO LAPIS] *Panhor-*

Digitized by Google

hormi, in qde S. Agathę, extra vrbem, ad meridiem, saxum ostenditur, ad quod fama est, Agatham calceamentorum soluta vincula astrinxisse. ei saxo impressa vestigia Virginis, colunt Panhormit. miraculum hoc saxi scaturientis oleum, Metaphrastes non habet, nos verò ex M. S. Codd. Vaticano damus. iam diu autem desijt oleum effundere.

11 EXSTAT NOSTRA ADVSQVE TEMPORA] *ignotum mihi est quo tempore vixerit, scripseritque hic auctor.*

12 CVIDAM MATRI FAMILIAS TRADE] *ha libidonosorum artes fuere. ita Valerianus Christianam Virginem Lucillam Maximæ sacrilegæ fœminæ in custodiam dedit. Acta S. Stephani PP.* Apud Bar. to. 2. Ann. 259.

13 NOMINE APHRODISIÆ] *censuerimne, immutatum hoc esse sorti nomen? nam mulieres, quæ pudicitiam vulgabant, alia sumebant nomina, vt vitæ, generisque infamiam, mutato nomine, occultarent. Plautus.* Plautus.

Namque hodie earum mutarentur nomina,
Facerentque indignum genere quæstum corpore.

14 ERANT FILIÆ QVINQVE] *totidem filias tribuit Metaphrastes, sed nouem Acta M. S.*

15 IN SECRETARIVM EAM IVBET ADDVCI] *in Græco in Secreto: secretum, seu secretarium locus fuit, in quo Iudices examinabant causas: Seruius:* ducuntur iudices vsq; ad fores secretarij, ibidemque officium remanet, illi verò ingressi solium ascendunt, & sedet *hęc secreta cancellorum septis claudebantur.* Seru. in lib 1. Aeneid. *Ammianus Marcellinus de Aduocatis,* cum intra cancellorum venerint sepia, & agi cæperint alicuius fortunæ, vel salus. Ammian. lib. 30 *Sidonius Apollinaris de Constantino Theodorici,* circumstitit sellam comes armiger, pellitorum turba satellitum; ne absit, admittitur; ne obstrepat, eliminatur, sicque pro foribus immurmurat, exclusa velis, inclusa cancellis. Sidon. l. 1. epist. *Quod igitur cancellis clausum, secretumque, oppansis velis,* secretarium *dicitur.*

16 SEDENSQVE IN TRIBVNALI] *Isidorus,* Tribunal, *ait,* est locus editus, ad quem gradibus ascendebatur. in medio sella, in qua sederet, qui ius diceret. inferius subsellia scribarum, in imo aduocati, litigantes, rei. Isid. Etym. lib.

17 NOBILI, ILLVSTRIQVE GENERE PROGNATA SVM] *Græca vox vtrumque referre potest, illustre, & clarissimum. vide quæ ad Acta latina afferemus, quibus Agatha spectabili genere dicitur.*

18 QVORVM ORA IN ÆS CONVERTERE SOLETIS] *idem B. Agnetis ludibrium ad Symphronium Præfectum vrbi ex Ambrosio,* Dij tui, aut ærei sunt, ex quibus cucumæ melius fiunt ad vsus hominum, aut lapidei, ex quibus sternuntur plateæ. Diuinitas ergo non in lapidibus vanis habitat, sed in cælis, non in ære, aut aliquo metallo, sed in Regno Superno Christi. *Sed hoc argumentum pluribus persequitur Arnobius, & M. Minucius Felix.* Ambr. l. 4. epist. 34. Arnob. aduersus gentes. Minuc. in Octauio.

19 IN TENEBRICOSVM CARCEREM DETRVDI MANDAT] *extat hodie carcer, multos pedes humi depressus, quem muniunt vndique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta, sed inculta tenebris, quale Roma Tullianum fuit. hinc tenebræ sæpius pro inferno carcere vsurpatæ, vt apud Pacuuium, qui minatur malam mansionem, famem, equuleum.*

Nam te in tenebris sæua lacerabo fame.
Clausum, & fatigans artus torto distraham. Pacuu. Duloreste ap. Nonium V. Torto.

Liuius, vt in carcere instar furis, ac latronis, vir clarissimus includatur, & in robore, ac tenebris exspiret. *robur autem in Tulliano fuit. Seneca,* video carcerem publicum, saxis ingentibus structum, angustis foraminibus tenuem lucis vmbram recipientem, in hunc coniecti, robur Tullianum prospiciunt, & quoties iacentes ferrati postis fidor excitat, exanimantur, & alienum supplicium aspectando, suum discunt. *scitè vocat Cassiodorus* Plutonis apud superos hospitium, locum perpetua nocte cæcatum, Auernum, inferos. Liu. lib. 8. Senec. declamat. V. Cassiodo. variar. lec. 11.

20 IN CARCEREM PERINDE, ATQVE AD FESTAS CHOREAS] *Græca vox ἑορταὶ, vtrumque significat, tum choreas, tum epulas; quod habent Acta latina.*

21 ET QVID DE TVA SALVTE CONSIDERASTI] *Tyrannorum mos fuit, vt abducerent Sanctos Martyres à Christo sub falsæ commiserationis specie, proponere illis tœtis florem ante tempus recidendum, vt recte notat Desiderius Heraldus in Tertullianum.* Def. Hera. in c. 24. Apol. Tert.

22 QVINCTIANVS IVBET PENDENTEM VIRGINEM FLAGRIS CAEDI] *Acta latina:* insit in equuleo suspendi, & torqueri. *ad equuleum autem damnati, manibus superne vinctis appendebantur, & cædebantur. vide notas nostras ad Acta latina.*

23 VTI FRVMENTVM ETC.] *ex præclarissima illa Christi Domini voce;* nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, &c. *tamquam ex pharetra, plures à SS. Martyr. eductæ aduersum tyrannos sagittæ, vt hæc Diua Agatha, vt illa Diui Ignatij,* frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, & subigar, vt panis mundus Christo inueniar. D. Ign. ap. Irenæum l. 5. S. Hier. de scrip. eccl.

24 MAMILLAM VIRGINI DIRE TORQVERI, AC LACERARI IVBET] *Catanæ, opinio manauit in vulgus, mamillas duas B. Agathę exsectas, totidemque restitutas, sed ab ijs alias. at vetera manusc. tùm latina, tùm Græca, mamillam vnam Virgini à carnifice auulsam docent, eamdemque mox pectori per miraculum restitutam. idem affirmat Metaphrastes. ex mamillis Agathæ duabus, altera Catanę inclusa auro, altera in ecclesia Tarentina demonstrabatur. Locus in quo lacerata, abscissaque Agathæ mamilla, Oratorium D. Beryllo dictum est, iuxta ecclesiam Sanctissimæ Martyris; in eo vas est ex nigro lapide Tauromenitano albicantibus venis distincto, et mamillæ ex candido marmore, cum inscriptione.*

D.O.M.

Digitized by Google

D. O. M.

Hic Quinctiani impietas, quod in matre clementer fuxit in Agatha crudeliter amputauit. Anno Domini CCLII.

LOCus haud multos ante annos exornatus fuit: sed corrigendus Agathæ cadis annus, qui CCLIII. fuit. Sancta Macra Virgine, abscissa etiam fuerunt mamilla & diuinitus restituta vnguento cælitus delato, quod tamen respuebat ignara, vnde demitteretur, postquam per prunas ardentes volutata est orans in cælum euolauit, vt videas eius martyrium plane geminũ fuisse martyrio nostræ Agathæ. meminit S. Macræ Martyrologium Romanum, quam passam dicit in persecutione Diocletiani. item Ado Eduardus in hist. Romensi lib. 4. cap. 51. Petrus de Natalibus lib. 2. cap. 50.

6. Ian.

25 ALTERAM TAMEN INTVS IN ANIMA MAMILLAM HABEO] *Virginitatem, & pudicum amorem Iesu, quæ sponsi Iesu delicia, & amores castissimi, idemque iucundissimi.*

26 A PRIMIS ÆTATVLÆ MEÆ ANNIS, CHRISTO DEO DEVOVI] *Græce* ex infantia ætatis, *Acta latina*, ab infantia mea Christo Domino consecraui. *vsum rationis præcessisse in B. Agatha fuisse oportuit, si adeò matura Virginitatem suam Christo, cœlesti sponso, consecrauit; infantia enim anno septimo finitur, nec longe ab eo anno discedendum esse significatur.*

27 PETRVS APOSTOLVS APPARET] *in carcere locus ostenditur, in quo B. Agatha Petrus Apostolus apparuit; atque ille est ad læuũ angulum, cum carcerem introgressus fueris, quo loco vetus porta est, qua sese Apostolus videri voluit in custodiam intulisse. imibi pictura antiqua rem docet.*

28 EGO VERO PVELLVLA] *in Actis item latinis*, licet sim puella, *Græca habent virgo. Hinc discimus, Agatham cum certamen ingressa est, tenera ætate fuisse.*

29 ADEO VT E SPLENDORE CVSTODIA EFFVGERET] *in latinis Actis*: vt præ pauore custodes fugerent. *Custodes enim pro foribus carceris adsidebant: quare in ijsdem Græcis Actis, proxime scriptum est*: en patent fores, nec qui foris seruet, adest.

30 ET CARCERIS CVSTODES IN DISCRIMEN ADDVCAM] *nam si custodia interfecisset sese, vel effugisset, milites carceri præpositi, pro culpa puniebantur, Callistratus ait.*

Callistrat. digest. de custod. reorum leg. 12

31 MOX IVBET STERNI SOLVM TESTIS ACVTISSIMIS] *locus is, quo nostro, extra vrbem Catanam, ad Septentrionem; B. Agatha fornacem appellant, supra quam constructa adicula, Thomæ Guerrerij pietate.*

SILVANVM, ET AMICVM EIVS PHALCONIVM] *Metaphrastes appellat*, Vulterium, & Theophilum, *Acta latina* Silicianum, & Falconium. *Idem ne? dicique Vulterius Siluanus, aut Siluinus, & Phalconius Theophilus, sane assessores Quinctiani fuere, quos Acta latina, consiliarios vocant. nam Præsidi ad iudicia adsidebant; his olim salarium a Præside debatur, constat ex Papiniano. Pescennius Niger instituit, vt a Fisco daretur. Spartianus*, addidit Consiliarijs salaria, ne eos grauaret, quibus adsidebant, dicens, iudicem nec dare debere, nec accipere.

32

Papinian. de off. assess. l. 4. & de varijs, & extr. cogn. l. 4. Spart. in Pescennio.

CIVES OMNES] *non Christiani modò, sed Ethnici, atque illi amore in Agatham; hi verò metu terræ motus, & odio in Tyrannum.*

33

AD PRÆTORIVM CONCVRRERENT] *Metaphrastes etiam populum, ait adcurrisse ad prætorium; sed Acta latina, omnes ciues concurrerunt ad Secretarium iudicis, an in prætorio Secretarium, seu Tribunal Præsidis, vbi ius dicebatur? ignota adium loca apud Catanenses, quidam aiunt, Prætorium in ea vrbis regione fuisse, quæ hodie a templo Collegij Societatis Iesu, & Antonij Leti adibus occupatur. sanè verò in ijs magnifica domus vestigia spectantur; at veteris Prætorij fuisse, quis affirmare certò queat? creditum plerisque, Prætorium iuxta B. Agathæ carcerem fuisse, ad Orientem cernuntur illic ruinæ, vulgusque appellat palatium Quinctiani. sed neque id verum. nam ruinæ, quas Quinctiani domum vulgus putat, veteris sunt amphitheatri, quod eo loco celeberrimum fuit. visuntur adhuc cameræ, graduſque terra obruti. amphitheatro proximus erat carcer publicus ad Occidentem. supra carcerem coniectauerim Prætorium, ac Secretarium fuisse, mouet me, quod illic Agathæ iussa torqueri, mamilla abscissa. quo loco, vt diximus, oratorium D. Beryllo structum est; is verò locus supra carcerem ad occidentẽ. id verò cum metu dixerim. fortasse enim Agatha in carcere torta: nec modò locus, in quo secta illi est mamilla, sed in quo substrato igne, testisque volutata est, ea tempestate intra ambitum carceris continebatur. credibile autem est, terræ motu, quem carnificina B. Agathæ concitauit, amphitheatrum, vnaque Prætorium corruisse vt ea loca exscinderentur, in quibus tot scelera patrata, & spectata.*

43

IVBET D. AGATHAM IN CARCEREM PELLI] *pro gradibus, quibus ad eadem descenditur, vnde in carcerem ingressus est, saxum visitur, & in veneratione habetur, in quo impressa vestigia B. Virginis Agathæ remansere, dum a satellitibus in custodiam propellitur. vetus, ac vera traditio. Iam verò de positu carceris, ambituque dicendum est. Carcer olim Catanæ iuxta amphitheatrum situs, qua parte occidentem spectabat. Sed incertum an in extrema vrbe, vt ævo nostro manet? an etiam proxima loca carcere concluderentur, in quibus excisa Agathæ mamilla, testisque, ac subiectis ignibus volutata est? affirmare ausim. ingens enim publicorum carcerum ambitus. ac vero simile est, Agatham in area carceris tortam, inde ereptam tormentis, in obscurissimum carceris locum perductam, qui nunc manet, in quem magni rei contrudebantur. enimverò morte Virginis Sanctissimæ*

35

con-

Digitized by Google

conſeeratus, eique dedicatus, ſummâ colitur veneratione.

Hodie forma carceris mutata: eius olim foris non eo, quo nunc loco vetus porta ſpectabat occidentem; nunc ingredienti carcerem, ad lauam eſt. lata erat palmos circiter quattuor, alta ſex. longitudo autem carceris palmorum fere trium, & viginti, latitudo decem. altitudo decem cum dimidio. muri craſſities palmos ſeptem. is verò carcer maxime tum tenebricoſus. nullis enim feneſtris lucem excipiebat. carcerem aperuere ad Septemtrionem, cùm Chriſtiani ſacrauere. an cùm Nortamni Principes ornauere? enimverò crediderim inſtauratum, ornatumque picturis, Angerij Cataneuſis Epiſcopi, & Rogerij Comitis pietate, qui beneficiorum in D. Agatham memor, cuius viſis, monitiſque, vt à Senioribus audiuiſſe meminis dū Sarracenos è Sicilia pellendos, excitauerat; recuperata iam Inſula vrbem Catanam, & vicina oppida Aetium, & Mottam tinam, & vicina oppida Aetium, & Mottam Catanenſi eccleſia dono dedit, quæ ſub D. Agathæ nomine conſtructa erat. in carceris pariete, qui vergit ad Orientem pictus aſpicitur Rogerius vrbem Catanam B. Agathę offerens, traditam tabellam manutenenti, in qua ſcriptum, do tibi Catanam, cum iuribus, & pertinentijs ſuis & infra, Rogerius Comes. Ceterū anno CIↃYↃC. Statua D. Agathę ex marmore candido, ſparſa auro, poſita ibi eſt, tutela, & ornamentum carceris. cauſſam, auctoremque docet inſcriptio hęc ante aram.

Tres fratres de Franchis obtulerunt ex Voto.

Impoſita eſt carceri ędicula D. Petro Apoſtolo, monumentum Catanenſium, quòd Virginem Agatham eo loco firmaſſet. neque ad carcerem ingreſſus eſt, niſi per oratorium eidē Martyri ſacrum, quod exſtructum, aut inſtauratum pietate, opibuſque Thomæ Guerrerij illuc hodie duos, ac viginti per gradus deſcenditur, an quòd omnia ruinis opplentibus excreuere? an quòd olim carcer profundus, ac ſubterraneus, quale Tullianum Romæ apud Salluſtium, Athenis Barathrum apud Xenophontem?

Salluſt. cō iurat Cati. Xenopho. l. 1. Hellen. & Suid.

36 HOC VBI COGNOVIT POPVLVS] *Chriſtiani id præſtitere, quorum ingens tum Catanæ multitudo, an vnà etiam Ethnici? haud difficile, honorante Deo Virginem, ac Martyrem ſuam, non modo Chriſtianos viros ſed Ethnicos ſolemnia funeris Agathę perſoluiſſe, quos notum ex Actis, conſequente anno, ad eius ſepulchrum confugiſſe, velumque abſtuliſſe, remedium aduerſus ignem, ex Aetna prorumpentem. id argumento eſt, non modò fidelibus, ſed fidei noſtrę hoſtibus, Agatham in honore habitam, ac ſepulchrum eius cognitum: enimverò terræmotu exterriti, qui in ędē Agathę contigit, ea ſibi ratione Deum placandum eſſe rati ſunt, vt quam impiè Quinctianus occiderat, ipſi piè ſepelirent.*

37 SEPELIVIT EODEM LOCO, QVO SACRVM ILLI POSITVM EST TEMPLVM] *Metaphraſtes innuit templum Diuę Agathę exſtructum fuiſſe eodem anno, quo martyrium expleuit; nam paganos ait trepidos Aetnę incendio, quod mox proximo anno conflagrauit, ad templum Virginis properaſſe: id verò templum videtur eſſe ſacellum illud quod deinde amplificata ędę, quam Catanenſes veterem appellant, D. Lucię dedicatum eſt, ibi enim tradunt D. Luciam Syracuſis cum Eutychia matre quadrageſimo ſeptimo anno poſt D. Agathæ martyrium profectam, ad eiuſdem D. Agathę ſepulchrum pro matris valetudine preces fudiſſe; id tamen certò non affirmauerim; locus enim ille, quo tempeſtate D. Agatha ad cœlum euolauit, in ambitu carceris cōprehenſus videtur; nec quiſquam probauerit Cęſaribus Chriſtianam fidem acriter perſequentibus, id à noſtris præſtari potuiſſe, vt publici carceris partem in eccleſiam verterint; quare poſt pacatiora Reipublicę Chriſtianę tempora, ędem illam prope carcerem poſitam crediderim; nec veteris appellatio, quam illi templo dedere inuidi Catanenſes, rem euincit; vetus enim dici potuit, non quod fuerit primū D. Agathę templum, ſed quòd præceſſerit ad maximam à Rogerio Comite exſtructam ad eiuſdem D. Agathę cultum amplificandum prima ergò ſacra ędes ſtatim ab eius obitu ſtructa, cuius Acta Metaphraſtis meminere, alia videtur ab ea, quam modò veterem appellant, alioque vrbis loco condita eſt; ſed vbinam fuerit, compertum mihi non eſt. ſi tamen illeidem locus ad fines quidem carceris, ſed extra illum fuiſſe dicatur, minorem ſanè difficultatis ſpeciem præſeferret ea, quam dixi, Catanenſium fama de primo D. Agathę templo.*

INTEREA QVIDAM ADOLESCENS] *tutelarem Angelum, & cuſtodem Beatiſſimę Martyris exſtitiſſe, pia ac ſolida eſt coniectura.* 38

TABVLAM MARMOREAM] *Acta latina tabulam breuem ex marmore Antanius Philothęus, qui noſtra ferme ętate vixit, hāc tabulam ex fama refert, Catana religioſiſſime conſeruari in præſentem uſque diem. ſcripſit autem anno CIↃIↃX. ſed fama ſępe errat, vulgique ſermone doctus ſcriptor falſus eſt, nam hęc tabula Cremonam deportata eſt. quo auctore, quo tempore. variant ſcriptores.* 39 Ant. Phil. Aetnæ deſcript.

Bartholomæus Paternonius tradit, quo tempore Dux Maniaces corpus B. Agathę ſuſtulit tum equites, qui eò venerant ex Gallia Ciſalpina, ſublatam Cremonam deportaſſe. Agathę verò corpus à Maniace Conſtantinopolim delatum eſt, anno Domini CIↃXL. ſed Ludouic. Cauitellius, Catanæ ait, Vrbe Siciliæ, per Preſbyterum Cremonenſem, tabula D. Agathæ, cū eius humero fuit aſportata Cremonam, & repoſita in templo tunc erecto in eius honorem, prope portam pertuſij: idque fuit anno IↃCLXXXIX. *verùm Antonius Campus ex ſcriptoribus Sicardo Epiſcopo, & Iacobo Bedenaſco factum memorat, Alboino in Italia regnante, qui fato functus eſt anno Chriſti* IↃLXXIV., *vt Carolus Sigonius auctor eſt. Ceterum ſeruata Cremonæ tabula, haud illa eſt integra. nam in eius eccleſię monumentis ſcriptum ſcio, partem tabulę lapideę. quòd verò duas inter imagines includitur, nemini permiſſum eſt eam videre, ſed in magna habetur veneratione. deferunt Cremonenſes aduerſum magna incendia, præſensque remedium ſępe experti ſunt.* Barth. Patern. Ludou. Cauit in ann. Cremon. c. 33. Ant. Campus in hiſt. Cremon. Sigon. de Regn. Ital. l. 1.

MENS SANCTA, SPONTANEA, HO- 40
NOR

NOR EX DEO, ET PATRIÆ LIBERATIO] *elogium, ac perinſigne monumentum maximarum Beatiſſimæ Martyris Agathæ virtutum, & meritorum. illud explicabimus numero 28. animaduerſionis ad Paſſionem ex latinis codicibus exſcriptam.*

41 PATRIÆ LIBERATIO] *felix Patriæ cui B. Agatha Chriſti Domini ſponſa, ac receptа iam cœlo, ſuam pollicita opem, ac tutelam, ſuamque prætulit beneuolentiam: præclarum teſtimonium amoris optimæ filiæ in parentem ſuam. ſed nec deſunt Patriæ liberationis argumenta, tùm Panhormi, tùm Catanæ. ſed vide notam 28. ad Acta latina.*

42 ET AD S. MARTYR. CAPVT INTVS REPOSITA] *idem habent acta latina ex quibus plane errare eos cognoſcis, qui ſibi perſuaſere, tabulam hanc marmoream ſepulchro fuiſſe impoſitam exteriore cum inſcriptione, contra Actorum fidem.*

Fazell. decad. 1. l. 2. c. 4.

43 TRASMITTERE COGITANS, CVM SVIS EQVIS IN SCAPHAM INSCENDIT] *Metaphraſtes, de Quinctiano ait;* ingreſſus pontem ab equis in Symæthum proiectus. *at Græcis actis. nõ conſentiũt latina. Codex M. S. Syracuſanus,* dum Symæthum *ait,* naui traſmittit. *cod. M. S. Mazarenſis:* dum tranſiret flumen per nauẽ; S. *Mariæ Maioris;* dum fluuium naui traijcit. *ſed nulla hic diſſenſio, nam in verſione Metaphraſtis legendũ eſt,* Pontonem, *vt eſt in nonnullis codicibus latinis. Pontones autem ſunt naues, quibus in traijciendis amnibus loco pontium vtimur l. vlt. ff. de ſeruit. ruſtic. prædiorum. Cæſar 3. bellor. ciuil. & ea vox reſpondet Græcæ* πορθμεῖον, *quam in M. SS. Græcis exemplaribus pleriſque vſurpari video.*

44 EXACTO ANNO] *anno Chriſti* CC-LIV.

45 VELVM QVOD ARCÆ ERAT SVPER IMPOSITVM TOLLENTES] *ſcribit Fazellus, Aetna flagrante, Catanenſes inſcriptum Agathæ ſaxum cum deprehendiſſent, miraculo perculſos tumulum aperuiſſe; velumque, quo Sanctæ Martyris corpus tegebatur, aduerſum ignes abſtuliſſe; idem ferme ait Antonius Philotheus: addit Bartholomæus Paternonius in B. Agathæ vita, quam ſiculo carmine compoſuit, velum quo corpus operiebatur in ſepulcro, viuenti Agathæ tegumentum capitis exſtitiſſe. quod audacter eſt dictũ; nam reclamat hiſtoria, Græcique codd. & latini MM. SS., qui omnes docent, paganos ad ſepulchrum B. Agathæ confugiſſe. velumque abſtuliſſe, quo tumulus velabatur. Metaphraſtes:* & circumfuſum arcæ velum auferentes. *Codex Vatic.* tum auferentes velum arcæ circumpoſitum. *codex S. Mariæ Maioris,* auferentes velum, quo erat coopertum ſepulchrũ. *idem habent codd. Syracuſanus, Panhormitanus, & Mazarenſis. Breuiarium Romanũ* paganorum multitudo, fugiens ad ſepulchrũ Virginis, tulerunt velum eius contra ignem, *velum* eius, *minime quidem Virginis, vt quidam exiſtimant, quo vinens tegendo capiti vtebatur, vel mortua inuoluebatur, ſed ſepulchri accipio, quod ſepulchro ſuper impoſitum erat. & ea plane ſententia eſt: quorſum enim ad ſepulchrum Virginis aduerſum eſt? vt velum ſepulchri aduerſum flammas raperetur. & ratio ſuadet, ablatum enim à paganis & promptius erat, exſtimulante periculo, vrgente incendio idemque tuetur priſcus mos. enimverò ſepulchra Martyrum velis obtegebantur, vt mox dicetur.*

Ant. Phil. Aetnæ deſcript. Barth Patern. in vita D. Agat.

Concludo igitur velum, contra ignem è ſepulchro raptum, Agathæ ſepulchri tegmen fuiſſe. hoc clarius ſole. quod verò Fazellus, de ſaxo ait & epigrammate ſepulchri, ſuperius refutatum à me eſt. adijce, contra acta dici, Catanenſes, tunc deprehendiſſe inſcriptum Agathæ ſepulchrum, cum Ætna flagrare cœpit, ideſt poſt annum ab exceſſu D. Agathæ. eodem enim die, quo depoſita eſt, ab Angelis delata tabella, cum inſigni elogio, & in tumulum illata, omnibus inſpectantibus.

Sane hoc velum, quod è ſepulchro B. Agathæ ab Ethnicis raptum, Aetnæque obiectum, ignes reſtinxit, fama eſt, illud eſſe, quod Catanæ, magna cum religione, in ſacrario adis maximæ ſeruatur. quid? profitear ne hoc velum illud ipſum eſſe, quod ſepulchri integumentum fuit? plura occurrebant, quæ retrahere quempiam poſſent. primùm velorũ mos ad ſepulcra. vela enim antiquissimus ſiue pura ſiue picta, foribus prætendebantur, obumbrãdo loco, in quo ſita ſepulchra SS. Martyrum. Diuus Paulinus. D. Paulin.

Cedo, alij pretioſa ferant donaria, meq;
Officij ſumptu ſuperent, qui pulchra tegendis
Vela ferant foribus, ſeu puro ſplendida lino,
Siue coloratis textum fucata figuris.

Id certum eſt, vela, ſiue anteſores, ſiue ante ſepulchra, ſuſpendebantur. Gregorius Turonenſis, acceſſi haud temerarius ad locũ ſepulchri, pr oiectuſque ſolo, orationem fudi, ſecretius à pendentibus velis, vno ſub veſtimento iniecto filo, crucis ad hoc ſignaculum depinxi, Protinus dolore ſedato, abſceſſi, *& paullo poſt,* acceſſit iterum quærere ſanitatem ad tumulum, tactuſque à pendentibus velis, protinus ſtetit venæ pulſus, *porro in hunc vſum hoc* D. *Agathæ velum ineptum eſt. conuincit veli forma, quod latum palmos duos, ac ſemis, longum palmos 18. ſecundùm religio maiorum retrabit, quæ ſacro velo, quo B. Agatha velare ſolita caput, nequaquã rude ſaxũ operuiſſet. ſed hæc duo leuia ſunt. ſed enim vela non modò ſepulchris prætendebantur, reuerentiæ, & religionis ergo, ſed etiam inſternebantur, vt paullo ante retulimus ex* Metaphraſte, *aliiſque MM. SS. codd. cum Græcis, tum latinis, de velo D. Agathæ, quo ſepulchrum eius amicichatur. neque impedimento eſt, quin velo capitis ſepulchrum inſterneretur. quid enim hic contra religionis noſtræ cæremonias? ſacrum Virginis caput: ſacrum Martyris ſepulchrum, ſacer vſus vtriuſque volandi capitis iuxta, atque ſepulchri. nihil eſt igitur, quod vetet, ſi dicas, velũ capitis fuiſſe, ſimul ac ſepulchri; idem velaſſe Virginem; mox Martyrem.* At inquies, *vetat id veli tenuitas, nam inſtragula ſepulchrorum craſſiora fuiſſe oportuit. ſed hoc multo leuius: tenue, ais, velum eſt: quid tũ? religionem veterum commendat, honorandis*

D. Gregor. Turo. l. 4 miracu. B. Mart. c. 1. & 2.

Digitized by Google

Martyribus profusam. verum vt profitear, quod ipse sentiam, quæ modo memoraui, nihil me mouent, sed mouet paululum ipsa veli forma, quin indubitato affirmem, velum hoc esse, quo sepulchrum D. Agathæ instratum est. vt enim dixi, latum palmos duos, ac semis, 18. verò longum. parum igitur aptum sepulchro velum. nam iusto breuius, nec velare frontem sepulchri, nec tegere potuit operculum, quod acuminatum, ac maiore pallio obtegendum fuit, ineptum igitur operimentum, quod sepulchrum non operiret, in quem vsum adhibeatur? dicet aliquis, fortasse is velorum vsus: tegmina sepulchrorũ operiebantur, intectis frontibus, ac vela sepulchris obtegendis ad pietatem, & ornatum adhibebantur. sepulchrum verò Diuæ Agathæ longum est palmos ferme octo, latum palmos duos, & dimidium; cui ornando satisferat veli huius longitudo, & latitudo. sed contra est Metaphrastes, qui ait. & circumfusũ arcæ velum auferentes. *idem ferme habet M. S. codex Vaticanus.* tum auferentes velum arcæ circumpositum. *En vides, velum sepulchro D. Agathæ impositum ea latitudine fuit, vt illud ambiret, & circumdaret: at velum istud adeo breue est, vt summum dumtaxat operculi fastigium obtegat, arcamque intectam relinquat addubito igitur, fuerit ne hoc velum, quod sepulchri D. Agathæ operimentum fuit, atque ex eo aduersum erumpentes Aetnæ ignes desumptum est; quin etiam id negarem, nisi me Catanensis siue ecclesiæ, seu populi traditio reuocaret, quam euertere religio fuit. æquum est, interdum famæ potius, quam iudicio nostro credere.*

Ceterum videnda adhuc duo sunt, veli, & adhuc seruatur vsus, & color. Catanæ opinio est in vulgus velum hoc esse, quo Beata Agatha caput solita velare, at rumoris difficultatem facessit. nam æuo illo, vela capitũ breuia, ac fere quadrata. quale est velum capitis D. Luciæ, latum iuxtaq; longum palmos duos ac semis, de quo nostris ad S. Luciã notis. verum B. Agathæ velum multo longius nam latum quidem palmos duos, & semis, sed longum 18. *an maiora Syracusanis fuere vela, quibus alibi alia Virgines vtebantur, velando capiti? ijs enim intortis, obuoluebãt caput, collumque, ac pectus, ore detecto. sculptus id docet vetus lapis Catanæ, supra fores Antistitum domus.*

Sed nihil is me turbat, non enim est antiqui illius seculi, de quo sermo, quoq; Agatha & Lucia, Sicularum Virginum decora, vixere. neq; is habitus videtur Virginis, qui honestior esse debuit, velato ore. etenim nedum Christianæ Virgines, sed honestæ mulieres, non modò capite velato, sed operta facie, fòras prodibant. Tertull. oro te siue mater, siue soror, siue filia virgo, secundum annorũ nomina dixerim, vela caput: si mater propter filios; si soror propter fratres; si filia propter patres: omnes in te ætates periclitantur. Indue armaturam pudoris, circumduc vallum verecundiæ, murum sexui tuo strue, qui nec tuos emittat oculos, nec admittat alienos. *paulloq; post, effrontes Virgines reprehendit his verbis:* mitris, & lanis quædam velant caput, sed colligãt, à fronte quidem protectæ, quà proprie autem caput est, nudæ. aliæ modice linteolis; credo ne caput premant, nec ad aures vsq; demissis, cerebro tenus operiuntur; sciãt, quia totum caput mulier est. limites, & fines eius eo vsq; porriguntur, vnde incipit uestis; quantum resoluti crines occupare possunt, tãta est uelaminis regio, ut ceruices quoq; ambiantur. *Clemens item Alexandrinus præceptum Apostoli de mulieribus velandis, ita interpretatur, vt non tantum velamine capita tegerent, sed eodem in frontem promisso, vultum obumbrarent, quid igitur censuerim? an vela capitum diuersa pro tempore? breuia, quale Syracusanum, quibus Virgines primatum intra larem vtebantur, vt expeditiores essent: longiora, quale est de quo loquimur, quibus in publicum egrediebantur, & virginalẽ verecundiam præseferebant operta facie. hæc excogitata à me sunt traditioni tuendæ, (quã magnifacio. ac veneror) esse velum, quo Diua Agatha, dum viueret, velando capiti vsa est: ego verò hoc censeo, atque ex Fazelli, Philothei, & Bartholomæi Monachi dictis dumtaxat probo, velum hoc esse, quo D. Agathæ corpus, aut caput, à Christianis in sepulcro tectum est.*

Clem. Alex. in Pædag. l. 2. c. 10.

Tertull. de uelãd. virginibus.

Quis demum veli color? existimant pleriq; vulgarium, oppansum à paganis velum erũpenti incendio, ex Aetnæ crateribus, albi coloris primum fuisse, sed igni Aetnæo similem colorem, quem modò retinet, ad conspectum eius imbibisse. tuentur rem pictura in Catanensis ecclesiæ tecto, in quo tabellæ duæ sunt in altera velum è sepulchro sublatum, coloris albi, in altera, delatum aduersus ignem, coloris fœculenti, qualis Aetnæus ignis, & pictura ante annos CCCCXL. *sed hoc vulgi cõmentum puto. neq; ea est tecti pictura, quam vulgus male opinatur. vidi ipse, acuratissimeque obseruaui depicta in ecclesiæ tecto vela. atque in vtraque tabella, eiusdem planè coloris sunt; sed alterum vitio temporis, aut forte stillicidiorum paululum exalbuit. addo addubitare me, vt dixi, exstiterit ne hoc velũ quod restinguendis primum ignibus, ex Aetna erumpentibus obiectum est. illud maxime admirandum, perdurasse velum integrum, & incorruptum, supra annos fere* CIↃCCCC. *velum autem oloseri cum, ac pertenue est, coloris phœnicei, capita virgulis ex auro distincta. Catanenses* grimpiam *Beatæ Agathæ appellant.*

ANI-

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES IN PASSIONEM S. AGATHAE EX CODD. LATINIS.

IN PROVINCIA SICILIÆ] *passionem S. Agathæ emendatam dam' ex quinque MM. SS. Codd. latinis inter se collatis, tribus Siculis ecclesiarum Syracusana, Panhormitana, Mazariensis, & duobus Romanis, altero S. Mariæ Maioris, altero Congregationis Oratorij. super martyrium ex Græco translatum, placuit illam dare, ob antiquitatis eius reuerentiam. quippe ex testimoniis recitatis D. Augustinus, quod paullo post, loco suo, proferam: num ne hæc Passionis sunt Acta quæ per Notarios excipiebantur? nam de more consignata loco, consulibus, die, & præsidet Acta consularia. an scripta à viris christianis qui martyrio eius interfuissent? moueor, quod vbi in latinis Codd. de adolescente, qui tabulam marmoream elogio D. Agathæ inciſum, detulit, ita legitur:* vnde suspicati sunt omnes, quod Angelus eius fuerit. *in M. S. cod. Mazar. habetur:* vnde suspicati sumus omnes, &c. *si vera est lectio, hæc Acta descripsit; quippe æqualis D. Agathæ martyrio fuit. ad marginem adscripsimus varietatem M. SS.*

1

2 Fasti Capitolini. Acta S. Pionij Mart. apud Surium. Gordonus Chron. ad Ann. 251.

DECIO TER CONSVLE] *Imp. Decij Cons. III. meminere etiam Fasti Capitolini, & Acta S. Pionij Mart., quæ notata sunt Coss. Decio III. & Grato II. sed is consulatus Decij III. & Grati II. à multis præteritur. causas vide apud Gordonum in Chronico. proin haud facile est, annum hunc consulis Decij cum annis Christi comparare: vt ex eo cognoscamus, quo anno Christi, Diua Agatha martyrio affecta fuerit, quamobrem alij anno Christi CCLII. illud collocant, plerique CCLIII. quidam CCLIV. nos media consectabimur. nec falsu. quippe D. Agatha anno Imperij Decij II. Martyr fuit, qui anno Christi Domini CCLIII. respondet. non ignoro Baronium collocare II. Decij consulatum, anno Christi CCLIV. sed vir doctissimus ita censuit, permotus inscriptione, Veronæ reperta, qua Impp. Philippi anno Chr. CCLIV. occisi dicuntur. sed Iosephus Scaliger inscriptionem illam supposititiam, & spuriam esse ait, peccatumque in ea triennij metathronismo. cum illi Impp. casi sint Christi anno vulgari CCL. proin hoc anno quamquam sub finem, Imperium Decij cœpit. idem affirmat Onuphrius, Gordonus, alijque viri docti igitur annus secundus Decij, itemque consulatus, in annum Christi CCLIII. incidit, quo sublata est D. Agatha.*

Onuphr. in Fastis. Gord. in Chron. 3

Bar. annal. tom. 2. Ios. Scalig. Notis ad Chron. Eusebij.

NOBILISSIMIS ORTAM NATALIBVS, DEI FAMVLAM] *legi in actis quibusdam, quæ in tabulario Panhormitano seruantur, Agathen fuisse Agathonij viri christiani filiam, domo, familiaque Altisloris multaque alia de Agathone, & Agathe educatione; quæ plane conficta, & in tabulario Panhormitano vrbis illata, vt eorum auctoritate probarentur. nec probabilia, nec cohærentia rebus sunt; immo pugnantia cum MM. SS. codd. maxime fidis, cum Græcis, tum latinis, quibus D. Agatha dicitur, ab infantia sua Deo consecrata. quo plane significatur ortam esse ex parentibus christianis: præterea nonnulla dicit indigna, quæ pro ætate, & nobilitate D. Agathæ nec credantur, nec dicantur: Actorum stylus recentis, cuique barbari: nullus præfixus auctor, nulla temporum nota. Actæ Græcæ Catanæ Acta quædam legi, in quibus Agatha patre Reo, matre Apollonia nascitur: vtraque æque reijcio eamdem ob caussam.*

ERAT DE GENERE IGNOBILI NATVS] *ne mireris consularem Siciliæ, hominis è populi fæce, libidinosum, auarum, ac rapacem, quippe tum temporis Prouinciarum magistratus ad vitam Principum conformabantur. Optimi Principes Prouincijs bonos Præsides imponebant (quod de Impp. Antonino Pio memorat Capitolinus, & de Alexandro Seuero Lampridius) pessimi pessimos. itaque Lampridius de Imp. Commodo:* misit homines ad Prouincias regendas, vel criminum socios, vel criminosis commendatos. *& rursum:* vendidit Prouincias, & administrationes. *& de Imp. Heliogabalo,* honores, & dignitates omnes vendidit, vel in libertos contulit, polluitque ignobilitate hominum perditorum.

4

HABEBAT NOVEM FILIAS] *Græca Acta habent, quinque.*

5

PER DIES XXXV] *ita Acta latina, quæ videre licuit. sed Græca, dies XXX.*

6

IVSSIT AD SECRETARIVM SVVM PERDVCI] *Secretarium fuisse locum cancellis septum, & in eo Tribunal Proconsulis quo per gradus ascendebatur, docui Notis ad Acta Græca.*

7

8 Isid. l. 9. origin. c. 4.

SPECTABILIS GENERE] *Isidorus:* primi ordines Senatorum dicuntur illustres secundi

cundi Spectabiles, tertij clarissimi. *Sed hi tituli minime quidem, florente Republica, in usu fuere, verum sub Imperatoribus, vt inter se viri, familiaque distinguerentur. quòd verò præcipui Senatorum, patricij fuere, ij primùm inter illustres nominati. ex quo claret, Agatham è præcipua nobilitate fuisse, atque ex parentibus Senatorij ordinis, & in numerum patriciorum adscitis, vt mirum non sit, si tanto ambitu Quinctianus Agatham sibi nuptam expetierit, nobilissimam fœminam, ex illustri familia Senatoria, & Patricia, ideóque inter Senatores præcipua. ex municipijs verò, & coloniis Siciliæ, (vtraque autem vrbs Panhormus, & Catana Colonia) plures in Senatum Romanum assumptos, & magistratibus Reipubl. perfunctos certum est.*

IN QVA SERVITVS CHRISTI COMPROBATVR] *Ambrosius*; nulla maior est dignitas, quàm seruire Christo. *Romanus Martyr ad equuleum damnatus, apparitoribus nobilitatem in vilium pœna exprobantibus, respondit apud Prudentium.*

Ambr. exhortat. ad Virg.

Prud. Hymno in S. Romanum.

Abstrue me nobilem
Sanguis parentum præstet, aut lex curiæ.
Generosa Christi secta nobilitat viros;
Cui quique seruit, vere ille est nobilis.

10 DAEMONIA SVNT QVORVM EFFIGIES ÆRE VESTITIS] *eadem ratione Arnobius Ethnicos deridet*: simulacra ista, quæ vos terrent, quæque templis in omnibus prostrati, atque humiles adoratis, ossa, lapides, æra sunt, argentum, aurum, testa, lignum sumptum ex arbore, aut commixtum glutinum gypso.

Arnob. adu. gent lib. 6.

11 SIT TALIS IGITVR VXOR TVA] *numne ad hæc D. Agathæ responsum videtur allusisse Arnobius? hoccine, ait, nobis Deos importatis, insinuatis, infligitis, quorum similes nec vos esse, neque alium velitis quemquã sanguinis vobis gradu, & iure familiaritatis adiunctum? D. Augustin. 2. de ciuit. dei c. 5. idē argumentum persecutus in Dea Berecynthia demum concludit*: talis mater Deum, qualem habere matrem, puderet quemlibet, etiam pessimum virum.

lib. 5.

12 IN INIVRIAM IVDICIS] *iudices sub Imperatoribus appellati omnes magistratus, vrbis, Italiæ, Prouinciæ.*

13 SI FERAS IN ME IMMITTAS] *eximia hæc D. Agathæ fides respicit Danielem demissum in lacum leonum, atque ad tres illos adolescentes à Rege Nabochodonosor in ignem coniectos. nam, & illi Deus leones mansuefecit, & his exussit flammam ignis de fornace, fecitque quasi ventum roris flantem. Virgo etiam illa Antiochena ad Lupanar dãnata, apud D. Ambrosium*; Christe, *inquit*, qui domuisti Virgini (*Danieli*) feros leones, potes etiam domare hominum feras mentes. Chaldæis rorauit ignis, Iudæis se vnda suspendit, misericordia tua, non natura sua.

Daniel. c. 6 & cap. 3.

14 AGATHA LÆTISSIMA, ETC. ET QVASI AD EPVLAS INVITATA] *ad hanc Sanctissimæ Virginis Agathæ lætitiam, quæ illa mirum in modum à Deo affecta est, in agone certaminis sui respexit D. Augustin.*

D. Aug. lib. soliloq. ca. 22.

in soliloquijs: hanc tuam dulcedinem ineffabilem, & illa gustauerat Virgo, de qua legimus, quod lætissime, & glorianter ibat ad carcerem, & quasi ad epulas inuitata. *Quem locum recitasse velui, vt intelligerent omnes hæc Acta latina esse antiquissima, & multos ante D. Augustinum annos, in ecclesijs lecta solita*; Acta ne Præsidialia fuerint, superius dixi: porrò D. Ambrosius *ita laudat christianas virgines è fortitudine animi*: apud nos puellæ de mortis appetentia sublimes, vsque ad cælum erectæ virtutum gradus, quid Theclam, quid Agnem, quid Pelagiam loquar? quę tamquam nobilia vitulamina pullulantes ad mortem, quasi ad immortalitatem, festinauerunt. inter leones virgo exultauit, & rudentes bestias expectauit intrepida.

D. Ambr. in psal. 104

15 IVSSIT IN EQVVLEO SVSPENDI] *Acta Græca, D. Agatham aiunt, pendentem flagris cæsam. igitur pendentem in equuleo, verberatam significant. de equulei tormento, eiusque forma, Baronius notis ad Martyrologium Romanum. iii. Kal. Feb.*

16 NON POTEST TRITICVM IN HORREO REPONI, ETC.] *Tertullianus de persecutione, quam necessariam dicit ad probationem seruorum Dei, seu reprobationem*: hæc pala illa, *ait*, quæ & nunc Dominicam aream purgat, ecclesiam scilicet, confusum aceruum fidelium euentilans, & discernens frumentum martyrum, & paleas negatorum. *D. Cyprianus in eamdem ferè sententiam, ad SS. Confessores*: Æstas ecce, messium fertilitate fœcunda est, & area frugibus plena sed vos qui gloriam seminastis, frugem gloriæ metitis: atque in Domini area constituti, exuri paleas inextinguibili igne conspicitis; ipsi, vt tritici grana purgata, & frumenta pretiosa iam purgati, & conditi, hospitium carceris, horreum computatis.

17 HABEO MAMILLAS INTEGRAS INTVS IN ANIMA MEA] *pluries à SS. Martyribus hisce responsionum aculeis vulnerati iudices. S. Martyr Probus, Imp. Diocletiano, cùm ei Numerius Maximus Ciliciæ Præses incisurum se linguam comminaretur, respondit*: & si organum linguæ meæ incidi præcipias, tamen habeo interiorem, & immortalem linguam, per quam responsa possũ reddere. *Tharacus Martyr, cum ei nouacula abscinderentur aures*; aures meas, *ait*, abscidisti, sed aures cordis mei fortes sunt, & firmæ. *Idem, cum eisurum se oculos Præses minaretur, dixit*: & si oculos tuleris meos, sed cordis oculos cæcare non poteris. *expunctis dein oculis dixit*, ecce oculos corporis mei abstulisti, sed nunquam tibi dabitur, vt oculos fidei vitos possis tollere. *S. Victor Martyr eruto à Præfecto oculo*; quid magnum, *inquit* feçisti? abstulisti corporis oculos, qui vanitatẽ vident: sed oculi cordis, quos auferre non potes, verum lumen intuentur: *mox verò detracta pelle, dixit*: quamquam corium corporis ferro detrahitur, attamen non adimitur menti Christus, ac fides. *eius Acta*.

D. Cypria ep. 16. edition. Pam.

18 CIRCA MEDIVM NOCTIS VENIT QVIDAM SENEX] *Petrus Apostolus fuit*,

Senis,

Digitized by Google

Græcis ſpecie, quod habent Acta Græca.

19 QVI VERBO CVRAT OMNIA] *Diua Agatha adſidem Christianis hoc loco respicit, quam oratio, omni fide plena, est apud Sanctum Metaphrastem*; ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus. *eòdem videtur alluſiſſe S. Martyr Andronicus, qui à Maximo Proconſule Ciliciæ plagis afflictus in quæſtione, cum à Dorotheo eſſet in carcere quæreturque ab eo, quomodo ſanus eſſet, reſpondit*: medicus noſter grandis eſt, & pius, non medicamentum ponit, aut emplaſtrum, ſed ſolo ſermone curat omnes, qui credunt in eum.

20 ET MAMILLA RESTAVRATA] *altera enim mamilla dum taxat ferro ſecta, vt dixi. & paullò poſt*; vt mamillam meam integerrimum meo pectori reſtitueret. *S. Damaſus*, pectore quàm fuerit valido, torta mamilla docet patulo. *quod igitur ſuperius habet*, ego mamillas habeo integras in anima mea, & licet vbera tua ſerperit, & amputari fecerit. *ex communi loquendi vſu deſumptum eſt. nã eadem hæc Acta ſupra commemorant*: iratus Quinctilianus iuſſit, eam in mamilla torqueri, & tortam diutius iuſſit abſcindi. *idem ex Græcis Actis conſtat.*

S. Damaſ. hymno in D. Agathæ.

22 MAMILLAM MEAM INTEGERRIMAM MEO PECTORI RESTITVERET] *eadem igitur mamilla fuit, quæ in locum ſuum reſtituta eſt.*

23 TVM TESTAS ACVTAS] *nota cruciamenta, ex Actis Martyrum. Paulinus ad Victricium*: geminata mox corpori pœna, acuto teſtarum fragmine laniata immanibus plagis membra ſubſtratus es. *& in natali D. Felicis*: Iterantur tragmina teſtæ,

Arceat vt ſomnos pœnalis acumine lectus.

D. Paulin. epiſt. quod optantib'. & Natal. 4. D. Felic.

23 PARS PARIETIS CONCIDIT] *de his dictum, Notis ad Acta Græca.*

IPSE AVTEM A POSTERVLA SECRETARII FVGIENS] *à porta, quæ in poſteriore adium parte, eum in vſum poſticæ in domibus, & occultæ ianuæ, vt in diſcrimine quæreretur fuga ſalus. Tacitus* Vitellius, capta vrbe, per auerſam palatij partem, Auentinum, in domum vxoris, ſellula deferetur: vt ſi diem latebra vitauiſſet, Terracinam ad cohortes, fratremque perfugeret. *Oroſius*: ægre per pſeudothyrum in palatium refugiens furorem excitatæ plebis euaſit. *pſeudothyrum autem idem quod poſticum. Horatius.*

Tacit. hiſt. libr. 3.

Oroſius.

Hor. l. 1. ep.

Atria ſeruantem poſtico falle clientem.

Virgilius.

Virg. 2. Æneid.

Limen erat, cæcæque fores, & peruius vſus
Tectorum inter ſe Priami, poſteſque relicti
A tergo. *poſticum Seruius interpretatur.*

25 POPVLVM IN IANVIS RELIQVIT] *dictum ex vita eorum, eius adcurrentes ad Conſularis fores effregiſſe, neque in eius ædes ingredi auſos; nam prouinciales interdiu amplexum, ingreſſuque in ædes Præſidis, niſi quibus ius permitteret. ex eo Vologeſes, frater Tiridatis Parthorum Regis, Corbulone Duce, petiiſſe apud Tacitum legitur*, ne quam imaginem ſeruitij, aditurus Romam Tiridates perferret, neu ferrum traderet, aut complexu prouincias obtinentium arceretur, foribuſque eorum aſſiſteret. *Saluianus*: ianuas non modo illuſtrium poteſtatum, ſed etiam Præſidum, aut Præpoſitorum non omnes paſſim intrare præſumunt; niſi quos aut iudex vocauerit, aut negotium introduxerit, aut ipſa honoris proprij dignitas introire permiſerit.

Tacitus.

Saluianus.

POSVERVNT IN SARCOPHAGO NOVO] *ſepulchrum B. Agathæ in veteri eius eccleſia, hoc quo manet, quod antiquitus ante aram S. Lucię ſitum, in eius ſacello, quo loco illa D. Agatha ſepulta eſt, vt ex fama ſuperius memorauimus. ante annos aliquot è patente ſacello in adiculam aſportatum, prope abſidam, à lęua, occluſumque, & antico velatum ſtragulo, aucta veneratione, colitur. ſepulchri area ex marmore, tegumen faſtigiatum ex lapide Syracuſano.* 26

DVM AROMATIBVS CONDIRETVR CORPVS] *chriſtianis olim, vexantibus eccleſiam tyrannis, ſumma cura fuiſſe, SS. Martyrum corpora, profuſaque in ſepeliendis ſtudia, ex eorum Hiſtorijs notum. itaque D. Cyprianus epiſtola ad Clerum Carthaginenſem, eodem Imp. Decio ſcripta*, corporibus, ait, etiam omnium, qui & ſi torti non ſunt, in carcere tamen glorioſo exitu mortis excedunt, impertiatur & vigilatia, & cura propẽſior. *Porrò fortiſſimorum Martyrum corpora, differta odoribus, pretioſiſque linteis circumuoluta ſepulturæ dabantur. hinc comminationes illæ Numerij Maximi, Ciliciæ proconſulis, ad S. Martyrem Tharaeum*: putas, quia mulierculæ poſt mortem corpus tuum habeant aromatibus condire? ego recogito, vt reliquias tuas perdam. *& paullo poſt.* non ſic te perdam, vt reliquias tuas mulierculæ in linteamine inuoluant, & vnguentis, & odoribus adornent. 27

D. Cypr. epiſt. ad Cl. Carthag.

MENTEM SANCTAM] *in Græcis exemplaribus ita legitur, mens ſancta ſpontanea, honor ex Deo, Patriæ liberatio. deſunt verba quæ his nominibus adnecti debeant; inde in plures explicationes diſſum eſt; alij ita declarant, mens ſancta ſpontanea ſit vobis, ô Catanenſes, erga hanc Virginem; honor à Deo tribuetur huic ſepulchro, & erit vobis Patriæ liberatio à periculis. Alij, datur eſt Agatha mens ſancta ſpontanea, honor à Deo; dabitur vobis veſtra patriæ liberatio, vt id vertat honori Virginis. Alij, mentem ſanctam habuit, ſpontaneam obtulit, honorem Deo dedit, Patriæ veſtræ liberationem obtinuit, quaſi dicant Angeli hinc ergo cognoſcetis ô Catanenſes, qualis ſit Agatha, quam modo pro Chriſto occidi vidiſtis. Alij liberationem ſuæ patriæ Agatham obtinuiſſe interpretantur, in quo ſenſu ſubdubitari etiam poteſt, an de patria, in qua illa terra nata eſt, an ea, vbi cœlo nata ſit; vt enim dies natalis dicitur vel qui terra, vel qui cœlo dedit Sanctum, ita in patria idem dubitari poteſt. hæc omnia incertum relin quunt animum, nec patriam, vbi orta ſit Agatha hinc agnoſci poſſe confirmant; præſertim cum vtraque vrbs, quæ in hanc contentionem venit, recenſere poſſit inſignia à D. Agatha accepta beneficia. id ſolũ monet Metaphraſtem piſſimum, ac doctiſſimum hominem, qui initio vitæ à ſe conſcripta D. Agatham Panhormi natam dixit, & ſub finem memorat hanc Angelicam inſcriptionẽ, ne ſibi ipſi aduerſetur, intellexiſſe illam de* 28

eorum

eorum patria, quibus eum Angeli colloquebantur, eamque illis verbi, indicari, non autem de patria D. Agathæ.

29 TVNC QVINCTIANVS ARRIPVIT ITER CVM OFFICIO.] *Conſulari eum comitatu, & milite, idem enim cohors Prætoria, atque apparitores officium, milites iudicibus ſeruientes. rerum multa nomina, & munera: lictores, quorum primus qui ſcteris præeſt, Princeps dictus, optio, Commentarienſis, Cornicularius, Frumentarij, Numerarij, qui & Tabularij, Teſſerarius, Equiſtrator, Speculatores, Beneficiarij, Exceptores, Actuarij, Domeſtici, vel Protectores, Adiutores officiorum, alijque, quorum frequens mentio cum in Actis SS. Martyrum, tum in Sacris ſcriptoribus, Imperatorum legibus, & iuriſconſultis, cod. de Diu off & de off. proconſ. quæ omnia ex militia & legionibus translata ad officia Magiſtratuum, Aſconius: Accenſus nomen eſt ordinis, & promotionis in militia; vt nunc dicitur Princeps, vel Commentarienſis, aut Cornicularius. hæc enim nomina de legionaria militia ſumpta ſunt.*

Codd. de diu. off. l. 3, de off. pro conſ. & de bon. damnat. lib. 6. Aſcon. cõment. in 3. Verr.

IN MEDIO FLVMINE] *Symætho, hodie la Giarretta dicitur.* 30

PAGANORVM MVLTITVDO] *apud iuriſconſultos pagani, à pago dicti, plebs ruſtica; ſed hic pagani, non modo circa Aetnam accolæ, ſed à Chriſti fide alieni, & qui Deorum adhuc ſuperſtitione tenebantur, quare S. Damaſus: ait* Ethnica turba, rogum fugiens, huius & ipſa meretur opem. 31

S. Damaſ. hym. in D. Agatham.

STETIT IGNIS DIVINITVS.] *idem mirac alum eius B. Agathæ ſpiritu facilitatum. Catanenſes enim diuinam vim in ignes ſemel edoctis, cum Aetna flagrat, obiicere veſtimenta, vt anno Chriſti* CIↃCLXIX. CIↃCCCXXIX. CIↃCCCCVIII. CIↃCCCCXLIV. CIↃIↃXXXV. CIↃIↃXXXVI. *lege Matthæum Siluagium libro de tribus Peregrinis, Antonium Philotheum in Aetnæ Topographia & Thom. Fazell. alioſq; de his incendijs agentes.* 32

Matth. Siluag. c. 43. Ant. Phil. Aetnæ Topog. Fazel. dec. 1. l. 2. c. 4

ANIMADVERSIONES IN TRANSLATIONEM DIVAE AGATHAE

MAVRITIVS NOMINE *hanc hiſtoriam à Mauritio, Epiſcopo Catanenſi, compoſitam exſcripſimus ex MS. cod. Catanenſi, qui in eius eccleſiæ theſauro ſeruatur. ſed illud præmoneo te mi lector, diſcrepare Venetos ſcriptores ab his, quæ de B. Agathæ translatione Mauritius Epiſcopus literis mandauit. nam Andreas Dandulus in hiſtoria Venetorum principum tradit, Henricum Dandulum, Venetiarum Ducem, capta Conſtantinopoli, anno Chriſti* CIↃCCIV. *corpora SS. Luciæ, & Agathæ reperiſſe atq; Henricum Ducem S. Luciæ corpus Venetias deſtinaſſe, D. Agathæ quibuſdam Siculis peregrinis conceſſiſſe, quos Franciſcus Sanſouinus, qui ex Andrea Dandulo ea deſumpſit, milites voluntarios appellat. equidem credidierim, in B. Agathæ corpore, Andream Dandulum, quique eam ſecutus eſt, Sanſouinum, plane deceptos; niſi nomine corporis, aliquam corporis partem intellexerimus. apud me valet plurimum, ſuper antiquiſſimam eccleſiarum Siciliæ traditionem, Mauritij Catanenſis Epiſcopi auctoritas, & fides. oculatus teſtis, & ſcriptor rerum noſtrarum, externis ſcriptoribus antehabendus: eique credendum eſt, & quoad rationem translationis & præteritum tempus. eo enim ferè B. Agathæ Conſtantinopoli in Siciliam translata eſt, anno Chriſti Domini* CIↃCXXVI.

IBI SEPVLTA LONGO QVIEVIT TEMPORE] *per annos* IↃCCLXXXVII. *nam B. Agatha deceſſit anno Chriſti* CCLIII. *Conſtantinopolim à Maniace deportata, anno* CIↃXL.

VERVM POST MVLTA ANNORVM CVRRICVLA] *Quo anno Saraceni Siciliã diuexare cœperint, variant ſcriptores, nam Fazellus, & Maurolycus eos ex Africa traieciſſe memorant anno* 812. *Imp. Michaele Balbo: ſed reponendum arbitror ex ipſorum ſententia anno* 821. *nam menſe Decembri anni* 820. *Michael Balbus cœpit imperium. Liber M. S. Philippi Paruæ populationes Saracenorum in Sicilia cœptas ait anno* 816. *Genebrardus anno* 817. *Leo Oſtienſis anno* 820. *Goltzius in hiſt. Siciliæ anno* 821. *Homodei M. S. codex anno* 823., *Petrus Bartolus anno* 826., *M. S. liber Angeli Antiſceptij anno* 817 *menſe Iulio, cui conſentit Baronius. M. S. liber Petri de Vigintimilliis Domini Graitenſ anno* 828. *menſe Iulio. idem Goltzius qui afflictam à Saracenis Siciliam dixerat anno* 821. *addit paullo poſt liberatam, ſed tandem occupatam fuiſſe ab illis anno* 829. *credidierim Saracenos in Siciliam elaſſe tranſgreſſos anno* 821. *imperante Michaele Balbo, eamq; fœdis populationib' poſt captas aliquot vrbes vexaſſe.* 3

vexaſſe, ſed paullo poſt fuiſſe pulſos, neſcio an externis, an indigenarum armis. Sane Eugenius II. Pontifex M. Siconem *Ducem Beneuentanum in Saracenos Siciliam occupantes incitauit ex Platina in Eugenio, ſed iterum eos reuocauit* Euphemius *militię Dux anno 827. conati quidem ſunt Veneti claſſe Barbaros ex hac Inſula pellere, ſed fruſtra. cum longe maiores eſſent nauales copię Saracenorum. itaque Gregorius IV. Pontifex Maximus afflictis Siciliæ rebus commotus legatos ad Imperatores Ludouicum, & Lotharium miſit, vt quàm primùm ſiculis opem ferrent: ſed his moram trahentibus, quòd id bellum ad Imp. Conſtantinopolitanum ſpectare dicerent, ſe tamen communibus impenſis, copiiſq; rem gerere paratos; Bonifacius* Comes *ad tuendam Sardiniam deſtinatus cum fratre Bertorio, & auxilijs Etruſcienſibus, claſſe in Africam delatus tantam pleriſque prœlijs edidit Barbarorum ſtragem, vt ſuos illi è Sicilia reuocare coacti ſint, ne in extremum diſcrimen adducerentur, quam victoriam in annum 828. Sigonius refert, Huldricus Mutius German. Chron. lib. 10. in annum 838. annoigitur circiter 829. Abramus Afriæ Rex accitus ab Euphemio Siciliæ Prœfecto, qui iam ab Imp. Michaele Balbo deſciuerat, Alcamum Ducem cum valida Saracenorum claſſe tranſmiſit, memorantur barbaræ crudelitatis exempla, nonnullos nimirum è Siculis eius iuſſu feruentibus ſuppoſito igne caccabis coctos.*

Anno circiter 844. Saraceni Duce Saba grauius Siciliam oppreſſere; porro tota tandem Inſula potiti ſunt, præter Syracuſas, & Tauromenium, quas vrbes veluti æmula priſtinæ felicitatis fortuna maioribus cladibus reſeruauerat, Syracuſę tandem captę anno 878. Tauromenium anno circiter 902. Georgius Maniaces anno 1037, avt paullo poſt per ſummam vim ac militarem prudentiam, partem Siciliæ Barbaris eripuit, ſed cum reuocatus Byzantium ab Imp. fuiſſet, à Saracenis receptum impigre eſt quidquid in Sicilia amiſerant, donec tandem Rogerius Comes *cum Normannis ab illorum tyrannide, Siciliam exemit.*

4 CONSTANTINOPOLITANVS AVDIENS IMPERATOR] *Michael Paphlago à Zoe Auguſta in imperium euectus, is Georgium Maniacem, Patricium, cum ſummo Imperio Ducem in Siciliam miſit, qui Saracenos ex inſula pelleret. vide Ioannem Curopalatem, ex noſtris verò Fazellum.*

Ioa. Curopal. in Imper. Mich. Fazel. poſt decad. l. 6.

5 CORPVS DEO DILECTÆ VIRGINIS AGATHÆ CVM MVLTIS ALIORVM SS. CORPORIBVS] *expertauit tum Maniaces Conſtantinopolim corpora SS. VV. & MM. Agathę, & Luciæ ex ſcriptoribus noſtris omnibus SS. Eutychij, Epiſcopi Syracuſani, & Clementis Abbatis item Syracuſani, ex MS. cod. eccleſiæ Syracuſanæ: præterea corpus S. Leonis, Epiſcopi Catanenſis, ex fama. vidimus etiam, quod ait* Mauritius *Epiſcopus, tranſtuliſſe alia corpora SS. Siculorum, quę nobis ignota.*

6 IBIQ; DECENTER A QVIBVSDAM LOCI INCOLIS EST CONDITVM] *corpus B. Agathæ, Conſtantinopolim, ad Theodoram Auguſtam, delatum à Maniace, collocatum eſt in monaſterio Virginum, cui cognomentum S. Mariæ ex ſchedis Conſtantini Laſcaris Byzantini, quę* Meſſanę *in theſauro ciuitatis aſſeruantur.*

AD AVRES VSQVE PRINCIPIS] *tum verò imperabat Ioannes* Comnenus. 7

CELEBRATA MISSA SVPER VIRGINIS GLORIOSÆ RELIQVIAS] *vetus is mos, vt Martyrum corpora ſub aris eſſent, in quibus Deo ſacrificaretur. ita S. Gregorius, Epiſcopus Agrigentinus, ſuper corpus B. Agrippinę ſacrificium obtulit, acta tranſlationis S.* Agrippinæ. 8

SICILIA A SICVLO HERCVLIS FILIO NVNCVPATA] *Solinus*, a Siculo, Neptuni filio, *Silius Italicus* à Siculo, Ligurũ Duce, *Siciliam dictam ait.* 9

Solin. in Polyhiſt. c. 11. Sil. lib. 14.

Poſt dirum Antiphatæ ſceptrum, & Cyclopea regna
Vomere verterunt primum noua rura Sicano;
Pyrene miſit populos, qui nomen ab amne
Aſcitum patrio, terræ impoſuere vacanti.
Mox ligurum pubes, Siculo ductore, nouauit
Poſſeſſis bello mutata vocabula regnis.
Nec res dedecori fuit, aut mutaſſe pudebat
Sicanum Siculo nomen.

Rectius Thucydides, & Diodorus, à Siculis, qui ex Italia in Inſulam traiecere, Siciliam nominatam aiunt.

Thucydides l. 6. Diod. Sic. l. 5.

VNA PROVINCIARVM ITALIÆ ESSE PERSCRIBITVR] *Vlpianus*, Inſulæ, Italiæ adiacentes, eius pars eſſe cenſentur, ſicut & aliæ Prouinciæ. *& alio loco*: Prouinciam Siciliam inter continentes accipere nos oportet, quæ modico freto ab Italia diuiditur. *Strabo Siciliam*, quaſi additamentum Italiæ, *appellat. factum ex eo, vt cum interdictum Senatoribus eſſet peregrinari extra Italiam, adiri Sicilia poſſet, quia Prouincia vicina, & quaſi ſub vrbana, Dio, & Tacitus.* 10

Vlpian. l. 9 ad edictũ de iud. l. 9. Stra. lib. 6. Tac. lib. 12

A QVA PARVI ADMODVM FRETI SEIVNCTA DISSIDIO] *Plinius*: verum ante omnes claritate Sicilia, quondam Brutio agro cohærens, mox interfuſo mari, auuiſa. 12. M. in longitudinem freto, in latitudinem autem M[illia] paſſ. iuxta columnam Rheginã *Rectius dixiſſet Plinius, iuxta Cœnym, qui Peloro obuertitur; illic enim breuiſſimus eſt traiectus, vbi è Sicilia Pelorum, ex agro Brutio Cœnys fauces freti coarctant. idem Plin.* Siculum fretum, ac duo aduerſa promontoria, ex Italia Cœnys, ex Sicilia Pelorum 12. ſtadiorum internallo. *quamquam Thucydides paſſuum duo millia & quingentos à Peloro ad Cœnym eſſe tradat: ſed breuiſſimum freti interuallum eſſe paſſ.* CIↃIↃ. *docet etiam Polybius, Diodorus, alijque. Silius exaudiri canes, & gallos, quod nos experientia docet, memorat.* 11

lib. 3. ca. 8. cap. 5.

Sed

Sed ſpatium, quod diſſociat conſortia terræ
Latratus, fama eſt, ſic arcta intercluenit vnda,
Et matutinos volucrum tranſmittere cantus.

12 SED PERICVLOSO SEIVNCTA DISSIDIO] *formidatis Scyllę ſcopulis, Charybdiſque vorticibus. Pomponius*, Siciliæ vt ferunt, aliquando continens, & agro Brutio annexa, pòſt freto maris Siculi abſciſſa eſt; id anguſtum, & anceps alterno curſu, modo in Thuſcum, modo in Ionium pelagus perfluit, atrox, ſæuum & Scyllæ, Charybdiſque ſæuis nominibus inclytum. *Scylla ſaxum eſt: Charybdis mare; vtrumque noxium appulſis:* lib. 2. c. 7. Pli. l. 3. c. 8. *Plin.*, in eo freto eſt ſcopulus Scylla; item Charybdis, mare vorticoſum, ambo clara ſæuitia.

13 TRIBVS PROMONTORIIS] *de his ſcriptores rerum geographicarum omnes, Strabo Solinus, Pomponius. Poetæ verò Ouidius, Silius, Dionyſius Afer.*

14 CHARYBDIM, ET SCYLLAM HABET] *has fabulas quis Poetarum non decantauit? Homerus, Virgilius, Ouidius, Silius. adi praterea Ariſtotelem de admirandis auditionibus, Strabonem Senecam.*

15 QVOD IACIVM DICITVR] *corrupte: vetus opidi nomen*, Acis, *cuius meminit, Antoninus. quod à proximo flumine Aci, de quo Silius:* lib. 14.

Quippe per Ætnæos Acis petit æquora fines.

Solinus, Acin quamuis demiſſum Ætna nullus frigore anteuertit. Solin. c. 11

16 QVIBVS IN NOVA CAPSA REPOSITIS] *arca, qua corpus B. Agathæ Catanam Meſſana delatum eſt, velata ſerico villoſo, coloris coccinei, ſeruatur in Oratorio S. Berylli, iuxta veterem eccleſiam Diuæ Agathæ cum inſcriptione haud antiqua.*

D. O. M.

Sacroſanctum Agathæ corpus à Giliberto, & Goſcelmo in pharetris Conſtantinopoli Meſſanam, hinc Catanam, hac arca delatum eſt. Pont. Max. Honorio, Antiſtite Catanenſi Mauritio, 16. Kal. Septemb. Anno Domini CIↃCXXVI.

Sed ex hac Mauritij Epiſcopi hiſtoria cognoſcis, reliquias B. Agathæ Conſtantinopoli Meſſanam, hinc verò Acin repertatas in pharetris; ſed in arca, ex opido Aci Catanam.

17 VBI QVO DEBVIT, LOCO POSITA *Beatiſſimæ Agathæ corpus Catanæ ſeruatur in æde maxima, eius cultui dedicata. cuius reliquiæ bis in anno oſtenduntur, menſibus Februario, & Auguſto. die natali, & translationis. ſunt autem mamilla incluſa auro, brachia, tibiæ, crura thecis argenteis ſex, ſeorſim tecta. ex ijs pes conſpicitur, itemque manus, integra adhuc carne, magna ſpectantium pietate, nec ſine lacrymis; cætera in argentea ſtatua integuntur. ſed integrum corpus, haud ſane crediderim. quin deeſſe multa; nam vt ex D. Gregorio diſcimus, Monaſterium S. Stephani in Inſula Caprea, reliquijs S. Martyris Agathæ, à Ioanne Epiſcopo Surrentino, facta à* D. Gregorio poteſtate, *conſecratum eſt, quas Sauinus Abbas penes ſe habuiſſet. Ad hæc humerus D. Agathæ, vna cum tabella marmorea Cremonam aſportatus eſt, ex Cauitellio. altera mamilla in eccleſia Tarentina relicta, ex* Mauritio *Epiſcopo, Tarento in vrbem Galipolim tranſlata. integra S. Agathæ maxilla ſeruatur in conuentu S. Catharinæ, fratrum ab obſeruantia S. Franciſci prope opidum S. Petri Galatini in Apulia, ex Notis Fratris mei Domni Conſtantini Caietani, Abbatis Caſſinenſis. Salerni in æde S. Matthæi eſt B. Agathæ brachij ſiniſtri pars, quę manui committitur. & vetus eſt traditio, in eccleſia Salernitana, brachium eſſe S. Agathæ, ex literis P. Benedicti Macedonij ſocietatis noſtræ. Panhormi brachium eſt B. Agathæ: ſed brachij partem aliquam accipies. Meſſanæ item brachij pars donum Catanenſium multis ad hoc in eccleſijs particulæ reliquiarum B. Agathæ viſuntur.* D. Greg. l. 1. epiſt. 51.

Lubet hic deſcribere, quod in manu ſcripto libro, Cœnobij S. Dominici, in vrbe Catana, notatum eſt, ſcriptumque à Ioanne Falco, ex eadem familia. Die 19. Aprilis, 4. Indict. anno Chriſti CIↃlↃI. *die lunę, horæ 11. noctis, Reuerendiſſimus Dominus Iacobus de Guzman, Catanenſis Epiſcopus, vna cum magnifico Aluaro de Paternione Patricio, & Bartholomęo Aſmundo Iurato, Magiſtro Matthæo Iuuene Theſaurario, & Vicario Generali in ſpiritualibus, fratre Andr. de Paternione Decano maioris eccleſiæ, et Magiſtro Vincentio Arcifel aurifice, fuit in cuſtodia Beatiſſimę Virginis, & Martyris Agathæ; cupiens autem videre caput Sanctiſſ. Virginis, thecæ foramen aperiri iuſſit, eductumque, quod in ea ſeruabatur, caput. quod ſine vlla labe inuentum eſt, & incorruptum, aliquot in eo capilli coloris auellanæ, eius oculi clauſi, aures exſiccatæ, os paruum, apertumque, candidiſſimi dentes, faciei pellis deſiccata. naſus adhuc integer, & venuſtiſſim°. caput verò opertum erat albo velo oloſereio. (eadē theca ante ann. pene LX. à Reuerendiſſ. Ioanne Catanenſi aperta fuerat) mox Reuerendiſſimus Epiſcopus Iacobus, ceteriq; viderunt eiuſdem Beatiſſimæ Martyris Agathæ corpus, & omnia eius viſcera ſiccata, ſpiramentia miſtum, ac pene diuinum odorem. qui verò intererant, veneratiſacras reliquias, eaſque cum*

Digitized by Google

cum lacrymis exoſculati, Deum laudantes abſceſſere.

Illud fortaſſe alicui inauditum quod ſubijciam. corpus B. Agathæ, quod Catanæ eſſe alio, Veronæ eſſe, ait Raphael Barata, diuque in eccleſia Veronenſi latuiſſe, ac inuentum anno Chriſti CIↃCCCLIII. à Petro Scaligero Epiſcopo eius hæc ſunt verba: Sanctæ Agathæ Virginis, & Martyris oſſa requieſcunt in eccleſia Cathedrali Veronæ, in monumento eminenti, ſuper altare ſuum, vt ex his verſibus, in ipſo monumento inciſis.

Virginis hic Agathæ ſunt oſſa repoſta beatæ,
Præſule Scaligero ſubPetro ſtirpe reperta
Per quem ſtructa ſacræ ſurgunt hic ſaxa fauillæ,
Mille trecentenis ſub quinquaginta, tribuſque.

Hæc Raphael. vt verò commentationibus omnis tollatur locus verba ſubiungo Martyrologij, eccleſiæ Veronenſis: apud Siciliam in Ciuitate Catanenſium, natale S. Agathæ Virg. & Martyr., quæ poſt alapas, & carcerē, poſt equuleum, poſt mamillarum abſciſſionē, poſt volutationem in teſtulis, & carbonibus, tandem ſub *Iudice* Quinctiano conſumata eſt: cuius corpus, poſt multa tempora, in præſenti eccleſia, ſed diuino nutu, inuentum fuit, & hic honorificè colitur.

Sanè olim mos fuit, vt Martyris corpus interdum plures diuideretur in partes, diuerſiſque in locis, & altaribus reconderetur. quo verò eadem virtute partes reliquiarum Martyris, qua corpus integrum, pollerent patrijs miraculis, ac præterea altaria haberentur ſepulchra Martyrum, exinde factum, vt totius appellatio corporis ad partes tranſierit. quare vnius eiuſdemque Martyris corpus, diuerſis in locis, haberi dicebatur, in quibus partes corporis condita babebantur. itaque Baſilius XL. *Martyres varijs in ciuitatibus conditos eſſe memorat, quod qualibet earum partem aliquam reliquiarum penes ſe haberet. eamque in rem ſcripſit Gregorius Nazianzenus de Martyribus*: eſt adeo frequens horum luctæ, certaminumque veneratio, vt exiguus puluis, aut reliquiæ veterum oſſium, totius ad honorem ſufficiant: & nonnullorum ſaltem appellationem reliquiarum omninò expertem, ſcio locis certis inditam eſſe pro toto Martyre, quę tamen eamdem vim obtinuerit. O rem prodigioſam. *hæc Gregorius. vide Baronium in apparatu ad Martyrologium Romanum.*

Ex his ſoluo nodum: nomine corporis S. Agathæ, quæ Veronę eſſe dicitur, partem aliquam intelligas neceſſe eſt. nam Beatiſſimę Agathę corpus Catanæ eſſe, oſtendique, hoc ipſo ſole clarius eſt.

Baſil. ora. n 40. M ar yres.

Greg. Na zianz. de animi ſub niſſ.

18 QVEMDAM DE ISTIS TERRÆ MAGNATIBVS HENRICVM] *is Henrici Manfredi Marchionis filius fuit. in vetere inſtrumento dicitur, gener Rogerij & Eremburgę Comitis, cuius filiā Flandinam vxorē duxit, ex qua Simonem Comitem Policaſtri, & Dominum Paternionis ſuſcepit. & in altero inſtrumento, idem Henricus Comes, & Marchio ſororem ſuam dicit Adelaſiam Rogerij Comitis coniugē tertiā. Henrici filius Simō eumdem Rogerium auum ſuum nominat. huius Henrici egregia exſtant pietatis monumēta. nam eccleſiam S. M. de Valle Ioſaphat, ſitam apud Paternionem, ab Epiſcopis Hugone Syracuſano, & Mauritio Catanenſi conſecratam, anno Chriſti Domini CIↃCXXII. multis prędijs locupletauit. anno verò CIↃCXXXVI. Ioanni Monacho, eumque ſectari volentibus, eccleſiam S. Leonis dono dedit, in Aetna monte ſitam, quam agris, opibuſque auxit. exſtant antiqua donationum inſtrumenta, in tabularijs Monaſterij Catanenſis S. Nicolai de Arena, Ordinis S Benedicti.*

IN CASTRO, QVOD GERACIVM DICITVR] *mediterraneum Siciliæ opidum ſupra Cephalędium. Maurolyco* Hieracium, & Geracium, *quod forte ait, eſſe vetus* Triracium, *vel ex eius reliquijs: ſed Plinio Tiracenſes dicti. Fazello, & Aretio* Geracis. *Aretius*, Iereaſes *Plinij eſſe ait: ſed apud Plinium* Ietenſes *ſcriptum. quamquam in alio codice*, Letenſes *habetur. rectius Fazellus Geracium putat, Saracenorum opidum, quod hodie titulo Marchionatus inſigne eſt.* 19

Maurol. li. 1. rer. ſicanicar. Pli. l. 3. c. 8. Faze. dec. 1. l. 10. Aret. de ſitu Siciliæ

AD LOCVM, QVI TRIVM MONASTERIORVM NVNCVPATVR] *Fazello* Trimoſteris *dicitur, quod nomen ab illo corruptum, pagus eſt.* 20

BLANDINI MONACHI] *nolui reſecare illud miraculorum Auctarium huic epiſtolæ à Blandino* Monacho *ſuperadditum; nam quamuis adeò celebre ſit D. Agathę patrocinium, eiuſque interceſſionis vis apud Deum, vt paucorum miraculorum narratione non egeat; proderit tamen nonnulla recenſere, quæ aliorum multitudinem indicent nihil enim adeò facit ad adſtruendam veritatem tranſlati ſacri corporis, quā miraculorū diuinitus editorum auctoritas. quod argumentum in primis vſurpant frequentiſſime Patres cum hac de re agunt, vti fecit S. Ambroſius ſerm. 91. de Inuentione Sanctorum Geruaſij, & Protaſij lib. 10. epiſt. 85. S. Auguſt. epiſtola 137. hb. 22 de ciuit. cap. 8. Greg. Turonenſis in vita S. Nicetij Epiſcopi Lugdunenſis; vbi rectè ait*, nec dubitare quiſquam poterat præſentem eſſe Confeſſorem, cum videbant talia infirmis remediorum munera præſtari. 21

SVPERVENIENTES AB HISPANIIS PIRATÆ] *Arabes, & Saraceni. multa enim eā tempeſtate loca, vrbeſque Hiſpaniarum à Saracenis, Maurisque tenebantur. adi ſcriptores rerum Hiſpanicarum. Catanam illi adiuere à Gentilibus fraude capiendam nonnullam Saracenorum proditione, quæ tùm Catanæ erant; nam gentiles eiuſdem gentis, & nominis Saracenos is ſcriptor intelligit. rectè vero à Gentiles: nam Saraceni, qui primùm Hiſpanias, dein Siciliam occupauere, ex Africa exundarant. quamquam verò Rogerius Comes Saracenos in Sicilia debellarat, eo tamen ęuo, ingens eorum numerus, cùm in agris colendis, tùm in vrbibus, ſeruitutem ſeruiebat.* 22

EODEM DIE CVM SYRACVSANIS CERTAMEN INEVNT] *dies, qui hac Syracuſarum clade inſignitus eſt, fuit* 11. *Kal.* 23

Digitized by Google

Augusti. vetus Martyrologium, manu exaratum ecclesiæ Syracusanæ: Ad 11. *Kalend. Augusti:* ipso die, gladius Saracenorum Syracusanam vrbem perculit, in qua multi gladio sunt mancipati, & quamplures captiuitate, & exilio relegati. *post idem Martyrologium* Anno ..... Indict. 5. 11. Kal. Augusti, capta est eadem ciuitas à ..... pirata Regis Mauritaniæ ..... *cetera corrupta erant, nec legi poterant. Indictio autem* 5. *incidit in annum Christi* CIↃCXXVII. *quo cladē Syracusanam Blandinus Monachus factam memorat.*

24 IN INSVLA QVÆ VVLGO LINGVA DICITVR] *ingens illa moles, instar falcis, à natura iacta, quæ portum Maurertinum, inter fluxu maris, effecit, quòd eo vtrinque alluueretur, ætate superiore, insula dicta est à* D. *Hyacintho, hodie* Brachium S. Rainerij. *extremum verò, ac tenue isthmi, ad ostium portus,* lingua Phari; *in huius Isthmi vertice, templum olim D. Nicolao sacrum fuit, cuius hoc loco meminit Blandinus. quod templum dein à Rogerio Rege, laxiore spatio, à fundamentis exstructum, opibusque auctum & Saluatori dedicatum est, adiuncto cœnobio quod ceterorum omnium caput è D. Basilij familia constituit. causam habes in vita S. Bartholomæi Abbatis, & Monasterij fundatoris, in Isthmo portus Messanæ. demum eodem loco, Carolus V. Imperator, & Siciliæ Rex, Cœnobio in aduersum litus translato, arcem condidit eidem Saluatori sacram.*

APVD CASTRVM, QVOD PALATIOLVM DICTVM ERAT] *Palatiolum item à Maurolyco dicitur: à Fazello, & Mario Aretio* Palazolus, *oppidulum* Mediterraneum. *Fazellus vetustas Acras putat, à Syracusanis conditas ex Thucydide: Aretius Patiorum Ptolemæi.* 25 Thuc. li. 6. Ptol. lib. 3. cap. 4.

ANIMADVERSIONES IN MARTYRIVM SS. IVDAEORVM

8 IN IPSO FERE VRBIS INGRESSV] *hic locus, vbi Hebræus energumenus obuiam occurrit SS. Martyribus, & à Dæmone liberatus est, fuisse traditur ades S. Mariæ à Palmerijs quę mille passibus Leontino, ad Septemtrionem distat. fidem faciunt proxima spelunca.*

2 HABITABAT IN VICINIS SPELVNCIS DÆMON] *vasti circa Leontinum spęcus, Lestrigonum olim sedes,* Solino. *plures verò spelunceas à Dæmonibus in Sicilia obsessas, magno mortalium damno, prater hac Acta, tostantur Vita SS. Agrippinæ, Calogeri, Philippi Presbyteri, aliorumq;.* Soli. Polyhist. ca. 11.

3 DATVRVM SE TERTVLLVM ESCAM FERIS] *nihil fefellit. quod enim Dæmon pollicitus, diuino iussu, exsecrandus carnifex exercitus est. adimi rectula Sanctorum Martyrum Alphij, Philadelphi, & Cyr.*

IRENT AD PRESBYTEROS IN SPELVNCIS LATENTES] *metu persecutionis Decij, & Valeriani, quam atrocissimam in Sicilia fuisse, alias diximus.* 4

DET VOBIS DOMINVS] *enim verò martyrium Dei donum est. S. Cyprianus,* non est in tua potestate ait, sed in Dei dignatione martyrium. *alids verò, martyrium dicit esse diuina promissionis, ac muneris; ex alto tribui, nec capi, nisi Dei imperio.* D. Cypr. l. de mortal. lib. de lau de martyrij. 5

LAPIDIBVS OBRVTI] *supplicium, quo apud Iudæos impietatis rei consiebantur. præter ceteros, idololatra, & qui Deum blasphemassent. multa sunt exempla in vetere, neque infirma mente.*

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES
IN MARTYRIVM
SS. ALPHII PHILADELPHI,
ET CYRINI.

MARTYRIVM SS. ALPHII, PHIL., ET CYR] *in Greco codice antiquo Monasterij Cryptæ Ferratæ, in agro Tusculano; exstat historia SS. Alph. Philadelphi, & Cyrini, quam, vt extremo libro adnotatum est, anno* Christi IↃCCCCXXC. *Basilius Monachus exscripsit: in latinum eam transtulit P. Iacobus Sirmũdus nostræ societatis vir græce, latineque doctus. sed quò prolixior hæc historia, eò minus legitima, nec antiqua illa, siue à Notarijs excepta, siue à Christianis scripta, censenda est: antiqua enim acta SS. MM. breuia, & candida. sane historiam pius aliquis Monachus, vetustis actis, & veritati insistens, videtur composuisse, & auxisse: sed in multiloquio peccatum est, quà contra dignitatem, quà contra historiæ fidem. errata quædam recenseo: Iudæos ad Christum conuersos, ita loquentes facit*: abiuramus Monothelitarum fidem, quæ vnam asserit voluntatem: *at hæc hæresis pro æuo Decij inaudita. docet, ordinationem Episcoporum fieri Romæ nequiuisse, præterquam XXV. die* Martij, *quod contra maiorum morem, vt notum est, è Pontificum Vitis. Romanum Pontificem ait confirmando Neophyto Leontino Episcopo, synodum Romę coegisse, ad quam accersi ab eo vicin Episcopi, prudentiores Ecclesię viri,* Chartularij, Monasteriorum *in vrbe Rectores, & omnes Romæ viri Principes. conuenisse vero supplicaturos in templum SS. Apostolorum* Principis. *sed hos ecclesiæ mores Valeriani, & Gallieni principatu fuisse, quis credat? Eorumdẽ temporibus, tradit natiuitatem* Deiparæ Virginis *celebratam, & exaltationem S.* Crucis: *at ij festi dies nondum instituti. hæc* Constantino Imperatore *effulgere, cœpit: illa nondum S. Augustini quo celebrabatur, vt bene aduertit Baronius in notis ad Martyrologium Rom. die* 8. *Septemb. memorat Elisabettam, cum Ioanne Baptista, insciis sua à Deo seruatos; quod ex Apocryphis scriptum est. Romę ait monasterium fuisse, extra vrbem. quod Augustiorum, & S. Marci appellat, quod tum fuisse addubitauerim: Martyres duos è loco Herculis exstractos, & Leõtinum à Neophyto Episcopo translatos, Sacerdotibus psallentibus, Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nostri, clamante populo, Kyrie Eleison, atque hanc vocem sæpius à plebe repetitam. ad hæc Episcopum, clerumque, ac populum processisse psallentes, in translatione SS. MM. & litanias cantantes, ab æde maxima S. Mariæ ad SS. MM. Alphij, Philadelphi, & Cyrini. quæ omnia pro illo æuo inepte dicta.*

Hæc, & alia quædam leuia reperies in historia hac Cryptæ ferratæ; quæ ab eo addita crediderim, qui historiam auxit. duo igitur mihi facienda duxi: suspecta, ac leuia recidere, & vniuscuiusque certamen seorsim dare, quod Notis ad SS. XX. milites præmonuimus Habetur in Bibliotheca S. Saluatoris Messanæ Græca vita eorumdem SS. MM., *conferre eum ista Cryptæ ferratæ non potuimus, sed differre neutiquam censemus,* Leo Corinthius Notarius Traynensis *Græcum quoddam M. S. Autographum in latinum sermonem vertit anno Christi* 1312.; *sed anno* 1517. *in arcula quadam Reliquiarum SS. Alphij, Philadelphi, & Cyrini inuenta est Græca historia eorum martyrij, quam vertit in latinum* Siluester Sigona, *Leontinus, ediditque Panormiani,* 1522. *eadem est illi, quam nos edimus, sed in extrema parte mutilata. & in ea nonnulli errores; incertum, vitio interpretis, an Græci exemplaris: illos locis suis examinabimus.*

IMPERANTE APVD ROMANOS DECIO] *Non celauerim hoc loco Actorum errorem, quibus præscriptum est, horum Martyrum certamen obtigisse, imperante apud Romanos Licinio; idem erratum in Menæa, idem in* Martyrologium Romanum *irrepsit in quo ad IV. Idus Decembris scriptum est,* Mercurium, socioſque milites gladio cæſos, Tertullo Siciliæ Præside, Imp. Licinio: *sed ad IV. Idus Iulias,* Epiphanem Imp. Diocletiano, Tertullo Siciliæ Præside, extinctam. *alterum horum falsum. nam* Mercurius, *Alph. Philadelphus,* Cyrinus, *& Epiphanes sub eodem Iudice Tertullo, intra quinque menses, ac dies duos martyrium expleuere. verùm iudicio meo vtrumque à vero alienum est: neq; Imp. Licinio, neque Diocletiano puto hos Martyres interfectos. & quidem Liciniano gladio mori non potuisse satis constat; nam Licinij persecutio Orientem solum vexauit, Occidentem verò non attigit, vt historiæ Ecclesiasticæ gnaris notum est, sed enim, qui in Occidente, & Occidentem versus haberent, eui præerat imperio Magnus Constantinus, ea persecutione tuti, intactique: ergo nulla ratione fieri potest, vt Mercurius, Alphius, Philadelphus,*

delphus, & Cyrinus, Imp. Licinio, eadem in Sicilia passi sint. idem de alijs iudicium, eorum Synebronis, ex Actis enim certa res est, Alphium, Philadelphum, & Cyrinum germanos fratres, & praterea Mercurium, socioſque milites, quibus illi in custodiam traditi à Tertullo, & Epiphanem Alexandri conjugem, qui eidem Tertullo à consilijs fuit, eadem persecutione, vnà omnes necem toleraviſſe. qui consiſtat igitur, alios sub Diocletiano, alios sub Licinio interfectos à Actorum verò mens vtrumque Cæſarem aſpernatur.

Equidem indubitatò affirmo, fortiſſimos Martyres Alphium, Philadelphum, & Cyrinum, Mercurium, & Epiphanem perſecutione Decij, & Valeriani martyrium conſummaviſſe, id clarum eſt ex iiſdem Actis. nam eorum initio dicitur, Imperatori ſecundum in Imperio Valeriano; *alias,* Valeriani imperij conſortem: *rurſum, Imperatorem in Orientem profectum Valeriano demandaſſe, vt christianos acerrimè perſequeretur: quæ omnia, vt à Licinio procul ſunt, ita Imp. Decio conueniunt. is enim vt tradit Trebellius, aduerſum Perſas, in Orientem profecturus, Valeriano ſummam eum cenſura poteſtatem contulit. inde factum eſt, vt imperij conſors, & poſt Imperatorem ſecundus appellaretur. ſanè Acta perturbata, & corrupta, occaſione nominis Valeriani. quòd enim is P. Licinius Valerianus dictus ſit, haud difficile fuit, turbari ſcriptoris mentem, & aberrare manum; ſcriptumque ab eo eſſe* Licinium, *pro* Decio, *cui eſſet ob oculos proximè ſcribendus* Licinius Valerianus. *Decium etiã in his actis reponendum eſſe docet Baronius in Notis ad* Martyrolog. *Romanum die* 10. *Maij, &* 12. *Iulij, quare videtur corrigendum* Romanum Martyrolog. *ad* 4. *Idus Decembris, atque ad* 4. *Idus Iulias vtrobique enim pro* Imp. Licinio, *&* Imper. Diocletiano, *reponendum,* Imp. Decio.

Trebell. Pollio in Valeriano

3 ET IN REGNO SECVNDVS VALERIANVS] *Id dictum, quod* Valerianus *Præfectus vrbi, populo, Senatui, Præſidibus Prouinciarum ſummo cum Imperio eſſet: ſumma verò ea poteſtas vnà cum cenſura* Valeriano *decreta eſt, Imp. Decij literis, & Senatuſcon ſulto, quod habes apud Trebellium Pollionem: ſed vrbana præfectura Romæ dignitas ſecunda ab Imperat. fuit.* Iuuenalis *de Seiano ait,*

Iuuen. ſat. 10.

deinde ex facie toto orbe ſecunda. *Vetus Interpres,* quia Præfectus vrbis fuit, ſecundus à Cæſare Tiberio. *Caſſiodorus in hiſtoria,* Philippus tunc habebat maximam inter alios iudices poteſtatem, & poſt Principem ſecundus appellabatur, ideſt, Præfectus vrbi.

Caſſiodor. hiſt. Trip. l. 4. c. 28.

4 EDIXIT AVTEM PER OMNES REGIONES] *de edicto Decij aduerſum Chriſtianos, diximus in Notis ad Acta Græca D. Agathæ.*

5 ET ADOLESCENTES ALPHIVS, PHILADELPHVS, ET CYR.] *in tenera, & floreſcente ætate paſſi ſunt. Alphius quidem annos natus* 22. *&* 8. *menſes. Philadelphus annos* 21. *Cyrinus* 19. *& menſes* 8. *Acta Græca.*

6 ET CYRINVS] *Græcorum Menæa perperam habent* Cyrillum, *pro* Cyrino.

7 VENIT PER ID TEMPVS ONESIMVS IN VASCONVM PROVINCIAM INGRESSVSQVE VRBEM PRÆFECTAM] *Alphium, Philadelphum, & Cyrinum origine Vaſcones, vrbe ortos Præfecta, præter codices* Crypta ferratæ, *tradunt Acta Leontina. ceteri ſcriptores non nihil variant. Menæa, fuiſſe aiunt,* ex Prouincia Vaſconum, vrbe Præfectorum: *Menologia Illuſtriſſ. Cardinalis Sirleti, & P. Andreæ Schotti ex Soc. Ieſus,* ex regione Bazachinorum Præfectorũ. MM. *SS. codd. Sancti Saluatoris propè Meſſanam,* ex regione Mazachinorum, vrbe Præfecta. *verum nomen* Bazachinorum, *ſeu* Mazachinorum *corruptum crediderim ex voce Vaſconum græcè perperam in Actis ſcripta. ceterum Vaſcones Straboni, Plinio, & Ptolomæo, Hiſpaniæ populi: Plinius,* per Pyrenæum Cerretani, dein Vaſcones. *Aurel. Prudentius.*

Menolog. Sirleti. Menol. P. Schotti.

Nos Vaſco Hiberos diuidit,
Binis remotos Alpibus,
Trans Cotianorum iuga,
Trans & Pyrenas ningidos.

Strab. lib. 3. Plin. li 3. cap. 3. Ptol. lib. 2. cap. 6. Prud. hymno in Sanct. Laur.

Acta SS. Alphij, Philadelphi, & Cyrini alio loco aiunt, eos veniſſe in Siciliam. ex Vaſconum, & Britanniæ partibus, *vt ſignificaretur, ex longè ſemotis regionibus ad nos appuliſſe, quòd Vaſcones ſaltus Auſinio, ſunt Hiſpaniæ tractus à Pyrenæo ad Oceanum. Præfecta Armoricis finitima; Armoricorum verò Prouincia ad Oceanum minor Britannia dicta à Britannis militibus, no uis colonis Maximi tyranni ex Gaufrido Epiſcopo (extat MS. in biblioth. Vaticana num.* IↃCCCCXLIV.) *id autem imperante Græciano accidit; ex quo intelligas, hanc SS. MM. Hiſtoriam poſt tempora Imp. Graciani compoſitam fuiſſe. haud rectè apud Fazellum ſcriptum eſt: SS. Philadelphi opidum (SS. Fratrum nos dicimus) nobilitatur ortu Philadelphi, Alphij, & Cyrini,* reliquijs, *dicendum erat.*

Auſ. ep. 15.

Gaufr. Ep. de reb. Britanic.

Faz. dec. 1. l. 9. c. 4.

8 A VITALI VIRO NOBILI] *Matrem verò horum* Martyrum *extrema Acta Benedictam appellant,* ac fuiſſe *aiunt,* ex vrbe loculta. *ea Cæſarum gladio Martyr fuit, & coronam, antè filios, pro Chriſto promerita, grande illis oppetendæ mortis documentum reliquit: vtrumque Leontini anniuerſario die feſto colunt.*

9 PER EOS DIES DECIVS ITER ADORNABAT IN ORIENTEM] *bellum illaturus aduerſum Perſas. vrbe diſceſſit Octobri menſe,* quo Valerianus vnà cum Decio in procinctu agebat, *vt ait Trebellius ſed vbi Valerianus ad* 6. *Kal. Nouembr. cenſor creatus eſt, Romæ ſubſtitit, vt vice Decij præſideret imperio videretur. Itaque leges ſcripſit, & edicta vulgauit aduerſum* Chriſtianos *nominibus Decij, ac ſuo. & ſi verò Imp. Decius Octobri menſe agebat in procinctu, aliquot tamen ante menſes, iter illud adornabat, quo tempore SS. Confeſſores ad eum miſſi ſunt à Nigellione, ac fermè menſe Iulio, vel Auguſto. nam Septembri in Siciliam perueniſſe ſuperius probauimus, anno I. Imperij Decij, Chriſti* CCLII.

10 APPARVERVNT ILLIS APOSTOLI] *SS. Apoſtolos Petrum, & Paulum, Romæ cuſto-*

Digitized by Google

custodes, & præsides, fuisse credideris.

11 ERASMVM GLADIO PERCVTI IVSSIT] *eius corpus Leontinos in Siciliam dein translatum est, ita extrema Acta. accidit post annos nouem ab eius morte.*

12 COMMISIT EOS SILVANO] *incertum sit ne is Siluanus Quinctiani Consularis assessor, qui ruina parietis ex terræmotu, in S. Agathæ martyrio, contritus est. certe in eadem tempora incidit; nam Siluani huius in Siciliam aduentus accidit mense Septembri, cadente consequente Februario, intra quinque menses.*

13 IBI TVM FORTE ERAT TERTVLLVS PROVINCIÆ RECTOR] *at hoc tempore Siciliam regebat Quinctianus, vt claret ex Actis S. Agathæ, qui male periit, Symacho hausius, mense Februario. illud certum Quinctiano ex Stincto, Tertullum regendam Siciliam accepisse. sed inde à scriptore Actorũ. Tertullus Siciliæ rector habitus est, quòd regendam accepisset post Quinctianum, & ante Quinctianum in Sicilia erat cum iure gladij, siue iussu eiusdem Quinctiani Consularis, siue extra ordinem missus ab Imp. Decio, ad Christianos vexandos, quòd Deorum esset eximius cultor, ac suoptè ingenio crudelis. vsitatum id immanissimis Imppp. Christianæ religionis persecutoribus, ita à Diocletiano, & Maximiano Augg. super Caluisianum Consularem, Misopogon in Siciliam ad affligendam Christi fidem missus, ex Actis S. Euplij Martyris id liquet.*

14 RADI EORVM CAPITA IVSSIT] *Capilli in ignominiam semiraſi.* Cyprianus *de Christianis ad metalla damnatis*, panis illic exiguus, vestis algentibus deest, semitonsi capitis capillus horrescit. *id verò ludibrij genus à seruitijs ad Christianos translatum; seruis enim qui in ergastulis, pistrinis, machinisq; habebantur, semiraſi erant*, Apuleius, frontes literati, & capillum semiraſi, & pedes annulati. *inde illud* Catulli *de extrema conditionis homine*, à semiraſo tonderetur vitore. *radebatur autem fortasse vertex capitis.* Iuuenalis *seruorum pœna parasito commiuatur, his verbis.*

pulsandum vertice nudo
Præbebis quandoque caput, nec flagra timebis
Dura pati.

Aliam rasuræ causſam in Actis S. Martinæ Virg. reperio, quia nimirum ineptè credidit Præses ibi latere magiæ vim, qua fieret vt tormenta sperneret.

15 TVM EFFORMATO IN IVGVM LIGNO] *vetus ignominiæ genus, & seruorum castigatio, quare Isidorus ait, furcifer dicebatur olim, qui ob leue delictum cogebatur a dominis, ignominiæ magis, quam supplicij causſa, furcam circa viam ferre, prædicans peccatum suum, & monere ceteros, ne quid simile peccarent. sed interdum pœna capitalis fuit, vt ex Suetonio in Nerone, & Sext. Aurelio Victore discis. enim verò nudus homo per publicum ductus, furca capiti eius inserta, virgis vsque ad mortem cædebatur, ex Eutropio. furcæ descriptionem habes apud Dionysium & Plutarchum in Coriolano, & Romanis quæstionibus, & Lipsium.*

AD MASCHALORVM MONTEM] *qui est ad Aetnæ radices, Tauromenium inter, & Catanam.* Diodorus Maschalam *memorat vrbem Africæ, Græcorum Coloniam ab Eumelo Agathoclis Siciliæ Regis Duce captam. veteribus igitur notum nomen, haud nuperum, vt nonnulli putant.*

AD SYMÆTHVM FLVVIVM *in Actis perperam* Semithus; *antiquis scriptoribus* Symæthus; *flumen est Thucydidi, in agro Leõtino; Strabonis, in agro Catanæo: recte enim introrsum exoriens Leontinos primùm, exin Catanæos agros finitimos perluit. Symæthus igitur fluuius Leontinos inter, & Catanã perperam Ptolomæus inter Catanam, & Tauromenium locat. hodie Symætho nomen est la Giarretta, à Scapha, quastraijcitur, vt probat Cluuer. in sic: antiqua.*

AQVIS SVBITO CONELVENTIBVS OBRVTI] *Octo fuere milites, quos Symæthus hausit, ita Acta Græca Cryptæ ferratæ.*

ET SANCTOS PERDVXERVNT LEONTINOS] *Acta, pro* Leontinis, *sæpe numero habent,* Mesopolim Leontinorum, *ex ijsdẽ alij accepere. Philippus Ferrarius in noua Topographia:* Mesopolis, *ait*, Pagus olim fuit Leontinorum, *& aliàs*, Mesopolis locus in agro Leontino, à Leontina Ciuitate parum distans, cuius hodie nihil exstat, sic dictus q in medio fuerit. *sed vir alioqui doctus, vt externus excusatione dignus, si aberrat. etenim Mesopolis Leontinorum, Leontini ipsi. quippe Acta vt* Leontinorum Mesopolim, *ita* Romanorum Megalopolim *nominant, ideſt Leontinos, Romam; porrò Leontinos ipsos, Mesopolim Leontinorum dictos, antiqua vestigia conuincunt. nam in vrbe Leontinis, carcer monstratur, & percelitur, in quem SS. Martyres coniecti sunt: item quæ locus cadis, eorumque sepulturæ; vt dubitandum non sit, Mesopolim Leontinorum, esse vrbem Leontinos.*

Quam verò ob causſam, Actorum scriptori dicta est Mesopolis Leontinorum? veniebat in mentem, pro Mesopoli, *forte legendum esse*, Neapolim Leontinorum, *quam sub Dionysio iuniore, mœnibus septam fuisse, commemorat Diodorus Siculus. interpretabar autem nouã vrbem, veteri additam, ita etiam Neapolis, & Syracusis, & Panhormi fuit. sed perspectare, in alia omnia eundum esse censui; non enim mendum est exarati codicis, nec semel apud hunc scriptorem, sed sapissimè & continenter Mesopolis Leontinorum dicta est. igitur, vt quod sentio, dicam, situm vrbis dum floreret, subijcio, quam Polybius ita describit* Vrbs Leontinorum, si totius loci inclinationem spectes, vergit ad Septemtriones. per mediam verò vrbem, plana quædam porrigitur conuallis; in qua & magistratuum est Curia & iudiciorum sedes, denique Forum ipsum. vtrumque huius conuallis latus colles præterxunt, continuis præcipitijs asperi: atque super collium horum supercilia est planities domibus, templisque referta. partes opidi sunt duæ: vna, quæ ab extremo dictæ conuallis Meridionali, Syracusas ducit; altera, quæ ab extremo Septemtrionibus obuersa, ad eam pos-

Plutarc. in Cor. 3. qu. 22.
Lipsi. de cruce. 16
17
Thucydi. lib. 6. Str. lib. 6.
Ptol. lib. 3. cap. 4.
Cluu. lib. 1. c. 10.
18
19
Phil. Ferr. nouatopographia
Diod. li. 16
Apuleius.
Catull.
Iuuenal.
apud Mõbritium.
Isid. lib. 10 orig.
Suet. Ner. c. 49. Sext. Aur. in Ner. Eutrop. libro 7. Dion. Halic. lib. 7.

pos fert, quos vocant Leontinos, & agrum coli aptum. præruptam rupem alterius collis, eam nempe, quæ ad occasum spectat, amnis præterlabitur, quem dicunt Lissum. sub ima rupe, continua series extenditur domorum multarum, quæ pari interuallo omnes à fluuio distant. inter has & amnem, illa, quam diximus, via est interiecta. *hæc Polybius. antiqua vrbis mole destructa, vallis iterum, quæ medium fuisset vrbis, dumtaxat habitata est. fane vrbem adeò opulentam, & magnam memorat Pausonias, olim delatam à Syracusanis, ætate sua restitutam fuisse. floruit autē Pausanias, imperante Antonino Pio, sub annum Christi Domini CLV. credibile est, inualidis sùm Siciliæ vebus, haud quidem totā antiquæ Leontinorum vrbis ambitum, sed spatium, quod in medio vallis, restitutum: atq; ita durasse ad tempus, vsquequo Actorum scriptor vixit. vnde Leontinorum Mesopolis, quod idem, atque mediurbium, ab eo dicta est. in eius nomine antiqui etiam scriptores variant. nam Marciano Heracleotæ, Ptolomæo, Ciceroni Leontinum dicitur, in vetustis nummis, Leontinum, & Leontini. Plutarcho, Liuio, Pomponio, & Plinio Leontini. certè quidem Leontini antiquissima Siciliæ vrbs. primi Læstrigones, gens Cyclopum vastos illic specus occupauere. Silius*

Pausan. in Eliacis.

Marc. Herac. de situ Orbis. Ptol. lib. 3. cap. 4. Cic. Ver. 4 Plutarc. in Marcel. & Dione. Liu. lib. 34. Pompon. l. 2. c. 6. Plin. l. 5. c. 8. Sil. l. 14.

Prima Leontinos vastarunt prælia campos,
Regnatam duro quondam Læstrigone terram.

Solin. in polih. c. 11 Isac. in Lycoph. Diod. li. 12 Thucydid. lib. 6.

vnde loco nomen. nam Læstrigonum sedes Solino: & Læstrigonij campi, Plinio dicti. dein Læstrigones Leontini, vt Isacius ait, & ager Leontinus. post Læstrigones, vrbem Siculi tenuere: demum colonia Chalcidonsium fuit ex Diodoro. nam vt Thucydides tradit, Græcorum primi Chalcidenses, ex Eubœa nauigantes, Duce Theocle, coloniam Naxum in Sicilia condidere. anno insequente, Archias è Corintho Syracusas condidit, an auxit? septimo post anno Theocles, & Chalcidenses Naxo profecti, Leontinos, eiectis Siculis, incoluere

Strab. lib. 6

hinc scriptum à Strabone, Leontini à Naxijs Siculis orti. *vrbs olim celebris ortu Gorgiæ Philosophi, & Oratoris clarissimi, & agro fertilis; sed multò illustrior, & fœcundior sanguine innumerabilium Martyrum, quibus Armato, & Tertullo Siciliam administrantibus, ornata est.*

20 INTRODVCTI IGITVR IN PRÆTORIVM] *vetus prætorium fama est, in edita rupe fuisse; eius adhuc ostenduntur ruinæ. Leontini, Tertylli domum, appellant, in vrbis regione, cui nomen*, Sancta Mariæ

21 IN CARCEREM DVCI IVSSIT] *Carcer, antrum fuit, infra Prætorium. hoc auo magno in honore habetur, SS. MM. Leontinis dicatus.*

22 MESSANENSIVM VRBEM ADIIT] *sæuam in his vrbibus carnificinam Christianorum Tertullum exercuisse, facile est ex eius immanitate conijcere.*

23 AFFERRI IVSSIT XII. FVSTES] *è fustibus solitos auspicari Tyrannos Martyrum supplicia, diximus in Notis ad martyrium SS. XX. Militum.*

EORVMQVE PEDES CIPPIS LIGNEIS INCLVDI 24 *existimauerim tormentum esse, cuius meminit Prudentius, hymno in Sanct. Vincentium,*

In hoc barathrum conijcit
Truculentus hostis Martyrem,
Lignoque plantis inserit,
Diuaricatis cruribus.

VT FIERI IVBERET VNCINOS] 25 *Vncini, & vnci, ferrum incuruum ad reos torquendos comparatum. Horatius*, nec seuerus vncus abest. *Ammianus*, intendebantur eculei, vncosque parabat carnifex: laniabantur eo corpora. *hinc Marcellino*, vnci; & cruentæ quæstiones. *interdum, igni ardente vnco, torquebantur. Prudentius*; stridentibus laniatur vncis.

Horatius Ammian. lib. 7. Marcel. libro 26. Prud. hymno 5.

TERTVLLVS EXIENS E BALNEO] 26 *Leontinis ex stant vestigia balneorum propter ædem S. Ioannis. ex eo* balnea S. Ioannis *appellantur.*

EOS MAGOS ESSE] *nota gentilium* 27 *nugamenta, aduersum Christianos.*

MISSIS, QVI IANVAS OBSERVARENT 28 *missus est à Tertullo Alexander, eius adsessor qui cum pro foribus carceris custodiæ præsset, miraculo ad Christum se vertit. vide vitam S. Neophyti.*

ADSTITIT VIR GRANDÆVVS] 29 *Sanctus Andreas Apostolus, eorum tutelaris.*

BOIIS IPSORVM CARNES DILANIARI] 30 *neruis taurinis.*

COLLIQVEFIERI IN LEBETE PLVMBVM] 31 *liquens plumbum, vetus supplicium fuit, Horatius*, nec seuerus vncus abeit, liquidumque plumbum. *et in vsu sub Constantino, cuius illud est rescriptum*: vt ora, fauceſque ingesto plumbo liquenti, clauderentur, qui castitatem prodidissent.

FVMVM AD CAPITA ADMOVERI] 32 *fumi cruciatum sæpius vsurpatum à Tyrannis aduersum Christianos, in historijs SS. Martyrum leges, et exsecrabere.*

VRBEM TOTAM OBIRE] 33 *notum supplicij, atque ludibrij genus, & mos traducendi per vrbem Martyres, ex eorum Actis. sed ad vocem præconis traduci soliti. Acta de SS. Martyribus Mario, & Martha*: præcepit Muscianus eos circumagi, & clamari voce præconis ad populum; Deos blasphemare nolite. *illi verò è contra clamabant*: Non sunt Dij, sed Dæmones.

RENATI SVNT CAPILLI] 34 *his renati sunt capilli: verissimum de his* SS. *Martyrib. illud Domini Iesu elogium*: capillus de capite vestro non peribit.

TVRBA AVTEM INGENS, QVÆ SEQVEBATVR ETC.] 35 *hanc Christianorum constantiam, libertatemque, & in Martyres officia caritatis aliàs leges. Carthagine, effudere se Christiani ad Martyrium S. Cypriani, nullo metu Proconsulis. Pontius Diaconus de Cypriano, ad Martyrium damnato fit ait*, post hanc sententiam, turba fratrum dicebat, & nos cum ipso decollemur: propter hoc tumultus fratrum exortus est, & multa turba eum prosecuta est.

CRATICVLAM INGENTEM, ET PATELLAM] 36 *Craticula, & sartagines nota*

Mar-

Digitized by Google

Martyrum cruciamenta, & crebrissima in eorum Actis.

37 AT THECLA, ET IVSTINA] *fœminæ fuerunt sanctissimæ, & Martyrum obsequentissimæ. vide earum vitas.*

38 PECVNIIS ALEXANDRVM PROMERITÆ CARCEREM INTRARVNT] *eximia Christianorum studia erga Martyres cognoscis. hinc illud Tertulliani de lapsis, pacẽ expetentibus à Confessoribus, custodia vinctis:* nec vlli magis aditum carceris redimunt, quàm qui ecclesiam prodiderunt.

Tertull. de pudic. c. 22

39 LINGVAM EXTRA PRODVCTAM ABSCIDERVNT] *vbi decidit lingua S. Alphij, quando spiritum Domino reddidit, fons aquæ scaturijt, quæ* aqua sancta *à Leontinis vulgò dicitur, vt à sanctis fratribus reuelatum est, cuius aquæ virtute multa in dies miracula præstantur.*

40 CADAVERA IN CISTERNAM SICCAM PROIICI] *Puteus, in quem proiecta corpora SS. Martyrum, esse dicitur, qui in ecclesia S. Mercurij apud Leontinos visitur; sed prope puteum fons aquæ est, piscina Leontinis dicta, multis in dies miraculis clara. locus is, in quo puteus est, à ciuibus creditur esse* vetus Strobelius, *cuius sæpe Acta meminere, quo Cæsarum, extra vrbem aliquantulo spatio ad occasum situs, vt Acta habent, nunc intra illam est, incluso spatio ob eximiã Leontinorum religionem in SS. Martyres; nec procul est spelunca, in qua Martyres primũ conditi à B. Thecla. situs igitur, & vicinitas suadent, locum hunc esse veterem Strobelium*

DEPONVNT IN CELLA PARVA VBI, ET SPELVNCA ERAT] *Leontinis in ecclesia Sanctorum Alphij, Philadelphi & Cyrini, ostenditur hæc spelunca, in qua Sancti Martyres à Thecla, & Iustina compositi sunt. in eaque exstant sepulchra, viuo saxo incisa:* 42

IN SPELVNCA ASSERVABANT FEMINÆ VENERANDAM CRVCEM] *ad Sanctorum Martyrum conditoria, Cruces de more statuebantur, in Actis S. Gregorij Episcopi in Armenia:* itaque accensis lampadib⁹, & cereis, transfert (*Gregorius*) capsas Martyrum, & harum vnamquamque proprius accipit locus: & diuinus Gregorius signum Dominicæ Passionis, venerandam Christi Crucem, statuit in vnaquaque earum. *persecutione autem flagrante, pij Christiani signum Sanctæ Crucis omni habebant. Acta SS Indes & Dõne:* Præfectus aufert ab eis claues, & cum aperuisset, inuenit, sed non vt ipse sperabat, sed ea, quæ erant vere veneranda, nempe diuinæ Crucis signum &c. *vtrumque morem hic animaduertis: cruces item ex auro, argentoque ad collum suspensas gestabant. notum ex Actis S. Procopij Martyris, & ex Historia Thebæa.* 42

Acta Sar. Grego. ap. Sur. to. 5.

VBI RELIGIOSVM EORVM TEMPLVM EXSTRVCTVM EST] *penes Leontinos fama est, veterem ecclesiam SS. MM. Alphij, Philadelphi, & Cyrini, in noua gremio contineri; quòd illa, ob vetustatem simul & angustias, diruta, in ampliorem formam constructa sit.* 43

ANIMADVERSIONES IN MIRACVLA SANCTOR. ALPHII PHILADELPHI ET CYRINI

QVI SICILIAM ADMINISTRARAT] *Tertullus supra quadriennium videtur Siciliam rexisse, ab anno secundo Decij, ad annũ vsque quartum Valeriani, & Gallieni. successerat Quintiano, qui Februario mense malè periit, Christi anno CCLIII quo etiam anno, mense Maio morte affecti sunt Sancti Alphius, Philadelphus &, Cyr.* 2

SVPRA LEONTINOS, VBI PRÆRVPTÆ VALLES] *is locus esse dicitur, cui hodie nomen,* Pancalus, *vrbe Leontinis distat duobus passuum millibus.* 2

VISIQVE SANCTI MARTYRES GLADIOS GERENTES] *simile prodigium, diuinique numinis aduersum impios vltionem, leges in libris Machabeorum de Heliodoro. nec diuersus exitus fuit Iuliani Apostatæ impij, quem ministerio vtroque Angelorum perisse, tradit Nazianzenus, & S. Mercurij hasta transfixum, Helladius apud Damascenum; SS. Martyrum Mercurij, & Artemij, qui ambo olim egregij milites Christiani, Nicephorus.* 3

Machab. lib. 2. c. 3. Nazianz. ora. in Iul. Hellad. in vita S. Bas. Damasce. de imagin. orat. Nicephor. l. 10. c. 35.

EXIRENT EXTRA VRBEM] *dictum est in fine vitæ SS. MM. Alphij, Philadelphi, & Cyrini num. 41., & 42. eorum corpora in ædes Iustinæ, & Thecla delata in spelunca quadam fuisse posita, vbi ea singulis diebus venerabantur ipsa, & earum familia. Nunc verò in primi miraculi narratione num. 6. à Leontino quodam dicitur Thecla, alijsq;* 4

Digitized by Google

alijſque, vt extra vrbem exirent, ad videndum Tertulli caput, quod ſupra ſpeluncam apparuerat diuinitus, in qua condita erant SS. Corpora. Nonnulla in his repugnantia videtur ineſſe, nam ſi in Thecla ædibus SS. Corpora fuerant condita, cur extra vrbem exeundum erat ad illorum ſpeluncam ad videndum Tertulli caput? ſed nulla quidem repugnantia eſt, ſi duplicem dicemus domum Thecla fuiſſe intra vrbem alteram, in qua degebat, alteram ſuburbanam, in qua Sanct. Martyrum corpora condiderat, vt ſecretiùs, remotiùſque preces fundere ad illorum ſepulchra poſſet, vt id dicam non coniectura impellit, ſed clariſſima verba, quæ in Actis B. Agathonis Liparitani Epiſcopi habentur. Primùm enim cùm renunciatum eſſet Thecle, Tertullum iuſſiſſe eam comprehendi, ſed eius Conſiliarios obſtitiſſe, hæc leguntur Thecla ſubitò abijt in eum locum, vbi Sancti iacebãt. *& paullo pòſt* Veſpere autem egreſſæ ſunt Thecia, & Iuſtina è loco, vbi erant Sancti pueri, domumque reuerſæ inuenerunt, &c. *En domum diuerſam ab illa, in qua erant B. Pueri, ad quam reuerſæ ſunt SS. Thecla, & Iuſtina. paullòpoſt de S. Agathone, & eius ſocijs hæc leguntur.* (venientes diuerſati ſunt in ædibus Theclæ atque ad illas Agatho. Beatæ eſtis, propter quas tam multa miranda Sancti fecerunt, orauitque, vt ad Martyrum ſedem ducere vellet; profectiſque illis ad ſpeluncam, vbi ingreſſus eſt Epiſcopus, flagrantiſſimum odorem percepit) *ſi ergo profecti ſunt ex ædibus Thecle, vbi verſati erant, ad ſpeluncam SS. MM.; neceſſe eſt dicamus diuerſam fuiſſe domum Thecla, vbi Sanctiſſimas reliquias repoſuerat. & certè id Thecla diuitiſſ congruum eſt: in illis ſuburbanis ædibus deinde templum ædificatum. Amplificataque vrbe, quæ ſuburbana erat domus vrbana facta eſt.*

() ✠ ()

ANIMADVERSIONES IN TRANSLATIONEM SS. MM. ALPHII PHILADELPHI ET CYR.

1 TRANSLATIO] *ſcripſit Translationis hiſtoriam, carmine Siculo, Paulus Melius Leontinus.*

2 SED EORVM CORPORA QVO TEMPORE] *Rumor eſt apud Leõtinos, corpora SS. MM. Alphij, Philadelphi, & Cyrini, nouo Tyrannorum metu intumeſcente, à B. Thecla fuiſſe aſportata in opida ſuæ ditionis, Myrtum, & Sanctis Philadelphi, quod* SS. fratrum *rectiùs appellaueris. diſtat ab hoc opido, mille paſſibus ad Septemtrionem, & mare, vetus* Aluntium, *in monte ſitum, in cuius edito cliuo, ades eſt SS. Alphio, Philadelpho, & Cyrino dicata; ea ſubtèr concamerata, vbi fama tradit, illorum corpora occultata fuiſſe, nam B. Theclam, cùm Myrtum* Opidum *ditionis ſuæ peteret, hic ſubſtitiſſe aiunt, atque eam ædem tendendis Sanctorum Martyrum corporibus exſtruxiſſe. hinc aſportata in opidum* Sanctorum fratrum *ut vocant, poſtea quam conditum eſt. Sed multa ſunt machinæ aduerſus vulgare hoc commentum.*

Primùm aduerſantur Acta, quibus traditur B. Theclam condidiſſe Leontinis corpora Sanctorum Martyrum, eccleſia ſuper exſtructa; illamque octo poſt annos, ac menſes quattuor in ſinu pacis animam efflauiſſe, & eadem in ade ſepultam, à læua SS. MM. Alphij, Philadelphi, & Cyrini. falsò igitur fama tradit, Alphium, Philadelphum, & Cyr. aliò translatos à B. Thecla, quando Actis firmetur Leontinis illa fuiſſe, cum B. Thecla ſupremum diem obijt. quin ex ſerie Epiſcoporum eccleſiæ Leontinæ ſatis conſtat, corpora Alphij, Philadelphi, & Cyrini Leontinis adhuc fuiſſe, vſque ad Epiſcopum Lucianum qui ferme vixit anno CCCXC. *Fac ab alio id factum. at quonam metu ſubiente? vel Diocletiani, & Maximiani perſecutione, vel Maxentij factum oportuit. nam dein nullo Tyrannorum metus, florente* Conſtantini *principatu, ſub quo pax aurea, atque; Iulianum Apoſtatam excipio qui nihil huc in re mouit. at Leontinis fuiſſe corpora, annum vltra* CCCXC. *iam probatum eſt. Ad hæc quo ſcriptore, quaue ratione, aut coniectura probet quiſquam, ea opida B. Thecla Toparchiam exſtitiſſe, qua tempeſtate Romani Cæſares Siciliam tenuere?*

Demum aio; opida Myrtum *& Sanctorum fratrum ævo Imperatorum non exſtabant, erant tùm ſine nomine terra; nec condita ſũt niſi Saracenorum, Nortmannorumque Principum*

cipum dominatu.

Equidem non eo inficias, aliquo Siciliæ metu, translationem hanc obtigisse. quoties enim ea ferro, flammisque peruastata, à Gothis, Vandalis, Saracenis numine, cum immanitate Saracenorum, vniuersa fere Sicilia excisa est, vrbibus, opidisque è solo æquatis, tum à Christianis, pijsque viris delata corpora ad ea loca, habitaque in ecclesia Aluntina? sanè res palam est, tempus & ratio in occulto. Porrò ad Aluntinam eadem, ex opido SS. fratrum, sollemnis supplicatio quotannis habetur, natali die SS. Alphij, Philadelphi, & Cyrini: atque in ea patrantur multa miracula, pluresque diuersis è morbis curantur. quo verò tempore, quaue ratione, corpora in Monasterium Fragalense delata sint, perinde mihi obscurum est.

Hac tempestate, pars corporum Sanctorũ Alphij, Philadelphi, & Cyrini Leontinis magno cultu, ac veneratione seruatur, in ecclesia eorum nomini dicata: pars in opido, vt vocant Sanctorum fratrum. *capita, haud illa quidem integra, Messanæ in Monasterio Sancti Saluatoris ordinis S. Basilij. vetus est opinio, reliquias SS. MM., quæ in opido Sãctorum fratrum habentur, inuentas fuisse, in vetere ecclesia, illorum nomini dedicata in proximo monte, in quo antiquum Aluntium fuit, ex eaque ecclesia in opidum delata, quod mille passibus distat.*

AD QVARTVM NONAS SEPTEMBRIS] *quo die, Leontini dies agitur festus translationis Sanctorum Alphij, Philadelphi, & Cyrini.* 3

ANIMADVERSIONES
IN MARTYRIVM
SANCT. EPIPHANES.

1 VICO MAGDALINORVM] *corrupte*, Mandinorum, *in Actis Leontinis, à Sigona versis. Acta Cryptæ ferratæ*, è vico Magdalinorum. *fortassè vicus non procul Leontinis fuit, quam ob causã Agathinus Castilionus Epiphanem Leontinis natam scripsit.*

2 QVINTO POST DISCESSVM EIVS DIE] *ita Sancti Alphius, Philadelphus, & Cyrinus prædixerant, Epiphanem quinto à discessu viri sui die certamen inituram.*

3 TESTARE PALAM, TE CHRISTVM EIVRARE] *Christum alij palàm, clàm alij negabant. palàm, qui dato Præsidi libello, negare se Christum profitebantur, quinæ palàm inuocabant Deos, adorabãt simulacra, aris thura adolebant, sacrificabant idolis, guttabant immolata, Imperatoris imaginem venerabantur thure, merùe, per eius genium iurabant, maledicta in Christum iaciebant. qui vnum aliquod horum feciſſet, Christum palàm eiurabat. Plinius ad Traianum*, propositus est libellus, sine auctore, multorum nomina continens, qui negarent, se esse christianos, aut fuisse; cum præeunte me, Deos appellarent, & imagini tuæ, quam propter hoc iusseram cum simulacris numinum afferri thure, ac vino supplicarent: præterea maledicerent Christo. quorum nihil cogi posse dicũtur, qui sunt reuera Christiani, *clàm verò alij fidem abiurabant, sed ne sacrificare, aliaue palàm exequi cogerentur, Præsidem, libello accepto, pecunia redimebant, vnde* libellatici *dicti, Sancto Cypriano.* Plin. l. 7. epistolar.

PER DEOS IVRO MAXIMOS] *iurandi apud veteres formula; de quibus lege Barnabam Brissonium.* 4 Barn. Brisson. lib. 8. de formul.

PER CAPVT IMPERATORIS] *is iurandi mos veteribus fuit. Ouidius;* per matrem iuro, Cæsareumque caput. *eadem obsecrandi formula, Potamiena virgo ad Præfectum Alexandrię*, per caput Imperatoris, quod tu vereris, obtestor, *apud Palladium. sed licuisse Christianis, iurare per salutem Principis, docet Tertullianus.* 5 Ouid. 3. de pont. eleg. 2. Palla. Lausiaca c. 1. Tertull in Apol. c. 32

NVDARI EAM IVBET] *Christianas mulieres ab impudentissimis Præsidibus ad ignominiam nudatas, notum ex Actis Martyrum.* 6

BOIIS CÆDI] *neruis taurinis.* 7

PERCVTIET TE ANGELVS DEI GLADIO OCCVLTO] *Oraculum fuit in fra leges, Tertullum gladijs Angelorum trucidatum.* 8

ET CIPPO AFFIGI] *Cippus lignum fuit, in quod inserebantur pedes, manusque, & caput. quod supplicium Plauto, codex ex robore fuit.* Detrudam te ad molas, inde ad puteum, atque robustum codicem *Apuleio robur.* ò subtilitas digna carcere, & robore. *ità Liuio*, vt in carcere, inter fures, & latrones, vir clarissimus includatur, & in robore, ac tenebris expiret. 9 Plaut. in Pœnulo. Apul. Apolog. 2. Liu. lib. 38

A QVO NOMEN SVMENTES, CHRISTIANI NVNCVPAMVR] *à Christo Christiani primùm Antiochię dicti, Lucas in Actibus Apostolorum. auctoritate Apostolorum ita cognominatos, docet Sanctus Athanasius.* 10 Lucas Act. c. 11 S. Athan. disp. cõtra Arium

Digitized by Google

11 VERITVS NE POPVLVS INSVRGERET, *Gentiles magiſtratus populorum ſtudia erga Chriſtianos interdum reformidaſſe, illorumque turbis abſterritos, temperaſſe ſe ab his necandis, docemur Actis S. Agathæ, S. Petri Alexandrini Epiſcopi, & Martyris, aliorumque; ea caritas non modo Chriſtianorum fuit, ſed etiam Gentilium. Acta S. Fructuoſi Terraconenſis Epiſcopi, & Martyris:* cum duceretur Fructuoſus Epiſcopus cum Diaconibus ſuis ad Amphitheatrum, populus Fructuoſum Epiſcopum dolere cœpit, quia magno eum amore proſequebatur, non tantùm fratres, ſed etiam Ethnici.

12 ATQVE HÆC QVIDEM IN HVNC ILLI MODVM DISSEREBANT] *vides non tàm timori Præſidum, populi vim formidantium, cuius eximia eſſent ſtudia in viros, feminaſque Principes, & benemerentes, quæ Deo tribuendum eſſe, ne in multò plures illi ſequirent. enimverò Deus iratum mare finibus coercet ſuis, & quouſque perueniat, præſcribit.*

13 IMPIE NON COGITASTI TE QVOQ; VBERIBVS LACTATVM] *Sanc. Agatha Quinctianum, cuius iuſſu altera illi mamilla reſecta, ita appellauit:* crudelis tyranne. non te pudet, amputare in femina, quod ipſe in matre ſuxiſti?

14 PRO TVI NOMINIS CONFESSIONE HÆC PATIOR] *ſæpiſſime Martyres Chriſti fidē in ipſa morte profeſſi. S. Euplius Martyr Catanenſis:* ſuccurre Chriſte: propter te hæc patior, Chriſte. & dixit ſæpius.

15 STATIM REDDIT SPIRITVM] *Sanc. Martyrem Epiphanem ad 4. Idus Maias, Deo ſpiritū reddidiſſe, certò conſtat ex Actis cùm Cryptæ ferratæ, tùm Leontinis, at in Romano Martyrologio, Natalis dies S. Epiphanes, ad 4. Id. Iulias memoratur, his verbis:* apud Salentinos S. Epiphanæ, quæ ſub Diocletiano Imperatore, & Tertillo Præſide, vberibus precisis reddidit ſpiritum. *ſed tripliciter hic erratum, in natali menſe, in loco cædis, in nomine Imperatoris. vt errorum, mi lector, ratio conſtet; ſcias velim, quod auditum mihi, à viris Leontinis, in vetere Romano Martyrologio, nullam SS. MM. Leontinorum, mentionem olim factam, ſed cum Gregorius P. M. XIII. id emendauit, additos fuiſſe, opera Pauli Bellarditæ, Leontini, & Liparæorū Epiſcopi, qui tum erat Gregorij PP. Cappellanus, quòd igitur ei fides habita eſt in hiſtoria Patria, cuius ille haud multum gnarus erat adiecta in Martyrologium permixta erroribus, quę ad natales dies Sanctorum Leontinorum ſpectabant. neque enim Epiphanes apud Salentinos, (qui error eſt librariorū, ex omonymia vocis) paſſa, neque ſub Imper. Diocletiano, ad 4 Idus Iulias, ſed apud Leontinos, ſub Imp. Valeriano ad 4. Idus Maias itaque Romanum Martyrologium, ita eſſet corrigendum,* apud Leontinos S. Epiphanæ, quæ ſub Imp. Valeriano, & Tertullo Præſide vberibus præcisis reddidit ſpiritum. *Baronius notis ad Rom. Martyrologium, agonem ait S. Epiphanes. cum illo SS. MM. Alphij, Philadelphi, & Cyrini deſcriptum eſſe, paſſamque anno Chriſti CCCVIII. ſed certò labitur; nam paſſa eſt, anno CCLIII. quo etiam anno paſſi ſunt SS. MM. Alphius, Philadelphus, & Cyr., perſecutione Decij, & Valeriani, vt ex eorum Actis certum eſt. ceterum natalem diem S. Epiphanes in 4. Idus Maias reijciendum eſſe, Acta Leontina, & Cryptæ ferratæ conuincunt; nam ex ijs certum eſt, Alexandrū Epiphanes virum, fugam capeſſiuiſſe, cùm adhuc viuerent SS. Alphius, Philad. & Cyr. ad quos in carcere detentos miſſi, qui perquirerent; tùm quinto ab eius fuga die, Epiphanem comprehenſam, & Tertullo ſiſtiiuſſam. qui dies, ab* Alexandri *fuga, quintus, poſtridie Martyrij SS.* Alphij, *Philad., & Cyr. fuit quorum eadem prima interrogatione, Tertullo D. Epiphane exprobauit. illa ſtatim è Prætorio in carcerem coniecta eſt, ac proximo die excruciata, præ acerbitate dolorum, Deo ſpiritum reddidit. ex his hęc iniri ratio poteſt. Alexāder, vir S. Epiphanes, fugit Nonis Maij SS. Alphius, Philad. & Cyr. martyrium expleuere 6. Idus Maij: S. Epiphane comprehenſa 5. Idus Maij, qui dies à fuga mariti, quintus fuit. torta obiit præ dolore 4. Idus Maij. igitur in Rom. Martyrologio error in menſe eſt, non in die, ac pro* 4. Idus Maij, *poſitum* 4. Idus Iulij.

16 VETVIT NEQVIS EAM SEPELIRET *vetere inſtituto, qui magnorum ſcelerum dānati eſſent, vt perduelles, parricidæ, ſuſpendioſi, ſepultura prohibebantur. hæc dein ſæuitia ad quoduis leue crimen translata à Tyrānis. Tyberius viam ſtrauit. Tacitus de eius crudelitate,* damnati, publicatis bonis, ſepultura prohibebantur. *Suetonius in Tiberio,* nemo punitorum non in Gemonias abiectus, vncoque tractus. *Vnco autem tractis ſepultura, Tiberis fuit. ſed Martyres ſepeliri vetiti à Tyrannis, ne Chriſtiani conditos in ſepulchris veneratione proſequerentur, vt memorat Euſebius, & ex Actis Martyrum conſtat.*

Tac. Ann. lib. 6.

Suet. Tib.

Euſeb. l. 8. cap. 5.

17 VIDENT SANCTOS, CORPVS GESTANTES] *dum Sanctos Alphium, Philadelphum, & Cyrinum B. Epiphanes ſandapilarios legis, admirare Dei maximi beneuolentiam erga Sanctos Martyres ſuos, qua eorum condi corpora procurat. ita S. Clementem Romanum in mari pontico parata edicula, & ſepulchro ex marmore ſepeliuit. S. Catharinā Virginem, & Martyrem Alexandrinam in monte Sina, miris honoribus, ſepulturæ dedit vide, quæ diximus, Notis ad SS. Luciam, & Geminianum.*

Martyr. Rom. ad 4. Id. Iul.

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES
IN MARTYRIVM
SS. STRATONICI
CLEONICI,
ET IN
S. THALLELAEVM
CONFESSOREM.

IN SELENODII LATEBRAS SECESSERE] *nomẽ hodie monti, Sperone, qui ſupra vetus Morgantiũ: viſitur adhuc ſpecus, & in veneratione habetur.*

APVD AMNEM EX THERREO MONTE PROFL] *nullam apud Scriptores huius montis mẽtio; ſed crediderim fuiſſe montem, ex quo flumen Tereas profluat. hoc enim flumen mille paſſus à Leontino diſtat. vnde Diodorus Siculus lib. 14, dicit. Poſthac aduerſus Leontinos ducens prope vrbem ad Teriam amnem, caſtra poſuit, qui etiam, vt ex Thucydide patet, inter Leontinos, & Catanam, antiquiſſimis temporibus fuit terminus. Nec literarum aliqua diuerſitas videtur obſtare, quod mons Therreus appellatur, flumen Tereas. nam à Diodoro Tyrias dicitur, & ipſe Symæthus apud multos auctores varios charactères obtinuit, vnde mirari neutiquam debeamus, ſi pius ſcriptor, qui rem potius enarrare, quam verba locorum vocabula, perſequi voluit, paulum mutauerit, in ſcribendo montis nomine. Porrò hoc flumen nunc* D. Leonardi *appellatur, ab alijs* la Giarretta, *ſed perperam, nã* la Giarretta *Symæthus eſt, vt diximus. prope Catanam fluuius: vnde & Catanenſis fluuius dicitur. at Terias, ſiue flumen* D. Leonardi, *vt nuper probauimus, prope Leontinos, ex quibus Symæthus decem paſſuum millia diſtat. Fuſius de hac re Cluuer. lib. 1. cap. 10. de Sicilia antiqua.*

QVIBVS DEIN ALEXANDER] *vberius hæc in vita S. Neophyti habentur.*

B. EPIPHANE] *cuius martyrium proxime expoſitum eſt.*

QVID HIC NOS RESIDEMVS] *veriſſimum, quod ſcripſit ad Gentiles Tertullianus,* nec quidquam tamen profecit exquiſitior quæque crudelitas veſtra: illecebra eſt magis ſectæ. plures efficimur, quoties metimur à vobis: ſemen eſt ſanguis Chriſtianorum. *ſæpius verò feminarù martyrium, fax ad martyriũ viris fuit. ita Tranquillinus vir clariſſimus, cum* S. *Zoes martyrium à Sebaſtiano audiuiſſet, in has prorupit voces,* feminæ nos ad coronam præcedunt: vt quid viuimus? *Acta Sanctorum Martyr. Sebaſtiani, & ſoc.* Acta SS. MM. Sebaſt. & ſoc. 6

AFFERVNTVR A VALERIANO LITERÆ *Sanctorum Cleonici, & Stratonici martyrium menſe Iulio conſumatum eſt, imperantibus Treboniano Gallo, & Voluſiano, tres, aut quattuor poſt Decium exſtinctum menſes; ſed perſecutione eadem Decij, & Valeriani nomine perdurante. igitur hæ literæ à Valeriano ſcriptæ, cum nondum cognitum eſſet de nece Decij. an à Valeriano Imperat. datæ? qui Gallo imperium inuadente, à militibus Alpinis Imperator, & ipſe acclamatus eſt.* 6

MEIQ; MEMORES ESTOTE] *magno ambitu, martyrum preces à Chriſtianis olim expetitæ, quòd impetrare mererentur, quidquid poſtularent: S. Cyprianus ad Moyſen, & Maximum Confeſſores:* nunc eſt, fratres cariſſimi, vt memores mei ſitis, vt inter magnas, atque diuinas cogitationes veſtras, nos quoque animo, ac mente voluatis. cum vox illa purificationis confeſſionis illuſtris, & iugi honoris ſui tenore laudabilis, ad Dei aures penetrat: & aperto ſibi cœlo, de his ſubacti mundi partibus ad ſuperna tranſmiſſa, impetrat de Chriſti bonitate, quod poſtulat. quid enim petitis de indulgentia Domini, quod nõ impetrare vereamini, qui ſic Dei mandata ſeruaſtis, &c. *idem Cyprianus ad Confeſſores:* erit hoc beneuolentiæ veſtræ, ſi volueritis noſtri memores eſſe, cum in vobis Dominus martyrium cœperit. *Prudentius in Romanum Martyrem:* 7 S. Cypr. Epiſt. 16. Prud. hymno in Ro. Mart.

Puerum poposcit carnifex, mater dedit;

Tertull. in Apolog. c. vlt.

Nec inmorata est fletibus : tantum osculum
Impressit vuum : vale, ait, dulcissime :
Et cum Beatus regna Christi intraueris
Memento matris, iam patrone ex filio.

plura exempla in Actis Martyrum reperies.

8 QVI TVM FORTE EXAMINABAT CHRISTIANOS] *quid de ijs factum, nullis Actis proditum est.*

CVI NOMEN HERACLEVS] *paullo post, in Actis loeus Herculis dicitur, ab aliquo fortasse Herculis monumento, quem in Leontinum agrum venisse, & ob exhibitos sibi honores singulari hominis fauore complexum, aterna sua illic præsentia monumenta reliquisse, scribit Diodorus Siculus.* 9 Diod. lib. 4

ANIMADVERSIONES IN SS. MARTYRES INNVMERABILES.

MONVMENTVM hoc ex *Historia græca Sanctorũ Alphij, Philadelphi, & Cyrini sumpsimus. maxime dolemus eorum Acta intercidisse. nec mireris, Tertullianum hominem impium, ac crudelem tot luſtraſſe Ciuitates, exagitandis Christianis, & si enim Prouinciæ Præsides soliti deligere urbes Metropoles, quò Christianos puniendos duci iuberent, cum tamen vrbium magistratus ijs inquirendis visi segniores, Consulares ipsi ciuitates adibant. Hyperbolem illam vocis, Innumerabiles, vsurpat Romanum Martyrologium tertio Nonas Nouembris, & pridie Nonas Octobris. cum anno 1611. Paullus Quintus Pontifex M. Leontina ecclesiæ Patronorum Officia probasset, superiorum permissũ Romæ tunc edita est Leon, vbi Christus nubibus insidens subiectam hominum multitudinem ijs verbis inuitat, [Venite Benedicti Patris mei,] hęc verò inscriptio est adiecta. [Innumerabiles Sancti Martyres, qui diuersis temporibus in ciuitate Leontinorum pro Christi fide occisi sunt.*

ANIMADVERSIONES IN CERTAMEN S. MART. EVTHALIAE.

1 MORTVO DIVINA VLTIONE TERTVLLO] *lege commiseraudum eius exitũ, Narratione miraculorum SS. Alphij, Philadelphi, & Cyrini. ex quorum actis certamen hoc descripsimus*

2 IN STROBELIO, AD OCCIDENTEM IACERE] *quo loco spelunca erat, in qua SS. MM. Alphium, Philadelphum, & Cyrinum B. Thecla condiderat.*

3 VERE HI SANCTI] *his Actis, eum Sancti, vel SS. Martyres appellantur, fere semper Alphius, Philadelphus, & Cyrinus intelliguntur.*

PERCVTIET TE ANGELVS DEI] *sane verò immanissimus hic sororis, matrisque carnifex à Sanctis Angelis percussus, miserè animam effudit. infelicem Seruiliani mortem in Narratione miraculorum Sanctorum Alphij, Philadelphi, & Cyrini, lege.* 4

CONFESTIM ADFVERVNT SS. MARTYRES] *quem non rapiat in admirationem tantum Virginum decus, & incitamentum ad amandam castitatem, Cœlitum ope defensam. sed nudam Theclam, & belluis in escam obiectam circumfusum cœleste lumen operuit, Basilius Seleucienſis. nudam item* 5 Basil. Sel. uc. Epist. in vita Sanc. Theclæ.

Diuam

Ambr.l.4. ep. 34. 6

Diuam Agnetem in proſtibulo, Angeli amictu candido induere, D. Ambroſius.

S.Hieron. ad Paulã epiſt. 15. Ad Riparium epiſc. 33.

SICVTI SANCTORVM FVNERA CVRARE MOS ERAT] *iam inde ab eccleſiæ initijs, Martyrum funera magna cura, & honore peragebantur. Sanctus Hieronymus planctum magnum, quem Protomartyri Stephano, Chriſtiani fecere, pompam funeris, & exequiarum frequentiam interpretatur, & aduerſus Vigilantium: vt, ait,* Stephani corpus tanti funeris ambitione præcederent, &c. *Pontius Diaconus, Sanctum Cyprianum magno triumpho ſepultum eſſe, ſcribit. Euſebius de Martyribus Nicomedienſibus, decoro & celebri funere terræ mandatos.*

Pont. in vita S.Cypr. Euſeb. l. 8. c. 5.

ANIMADVERSIONES IN TRANSLATIONEM S. ERASMI MARTYR.

1 SANCTVS ERASMVS MARTYR.] *De eius certamine, copioſius dicitur in martyrio Sanctorũ Alphij, Philadelphi, & Cyrini: nos translationem præcipue ſcribimus; ea enim facit vt inter ſanctos Siculos illum adnumeremus.*

2 SED IS VALERIANO *qui tum Cenſor erat, ſumma cum poteſtate.*

3 AD PORTVM S. HIPPOLYTI] *vide Notas ad vitam S. Neophyti Epiſcopi.*

4 Petron. Satyr. IN AVRE DEXTERA INAVREM AVREAM HABERET] *inaures ex auro, proprium inſigne Arabum fuit. Petronius in Satyrico:* circumcide nos, vt Iudæi videamur; & pertunde aures, vt imitemur Arabes; & increta facies, vt ſuos Gallia ciues putet. *ſed Plinius morem hunc populorum omnium Orientis fuiſſe ſignificat.* aures, *ait,* hominis tantum immobiles; nec in alia parte feminis maius impendium, margaritis dependentibus: in Oriente quidem, & viris aurum geſtare, eo loci decus exiſtimatur. *ſane de aceolis fluuij Euphratis, tradit Iuuenalis.*

Plin. libro 33. c. 37.

Natus ad Euphratem, molles quod in aure fenestræ
Arguerint.

Iuuenal. Satyr I.

De Iſmaelitis, Iudicum ca. 8. de Iſraelitis Geneſis cap. 35. & Exodi cap. 35. de Huſitanis Iob. cap. 32 idem forte mos apud Vaſcones fuit, vnde domo S. Eraſmus. nam ijs, qui Romanis Barbari, tribuit Plautus: incedunt cum anulatis auribus.

Plau. pæn.

ANIMADVERSIONES IN TRANSLATIONEM SANCTÆ AGRIPPINÆ

1 AGRIPPINA VIRGO ET MARTYR] *hiſtoriam Translationis S. Agrippinę, quæ anno 1572. Panhormi in vulgus edita eſt, nos collatam dam. cũ M.SS. codd. eccleſiarum, Syracuſanę, Panhormitanæ, & Meſſanę; ſed dictione paululum perpolita. Nauuli quidam in ea ſunt, quos locis oſtendemus ſuis.*

CORPVS IN ECCLESIA B. PAVLI APOSTOLI REPOSITVM EST] *paucos ante annos, reliquiæ quædam B. Agrippinę Romæ delatę ſunt, ex cœmeterio S. Priscillę deſumptæ. alterius Agrippinæ reliquias eſſe, diuerſa loca ſepulturę conuincunt.*

EO TEMPORE S. PARAMONVS] *in M.S. cod. Syracuſano, Paronenius. an Pat. Nonius, more Romano? Agrippina etiam Romæ nata. ſed non affirmo. quid enim mores antiquos quęſierim, in corrupta Republica? Martyrologium Romanum, & Græci in Menologio meminere S. Paramonis Martyris ſub Imp Decio, & Aquilino Præſide. numne idem ſit illi, quem nominant hac Acta, neſcio.*

2

AD FLVMEN VSQVE] *Tyberim.* 4

PROPTER LOCVM QVEMDAM, QVI GRÆCE LITHOS, LATINE PETRA DICITVR 5

Digitized by Google

CITVB] *ignotus locus, sed haud multum ab Emporio Agrigentino distasse, ex hac historia cognoscitur.*

6 E QVODAM MONASTERIO S. STEPHANI] *monasterium Virginum S. Stephani, in Agrigentino territorio memoratur à D. Gregorio Papa. idem ne, quod traditur in hac historia? haud liquet.*

S. Gregor. l. 7. ep. 24.

7 QVI S. ELISABETHAM CVM PRÆCVRSORE TVO IOANNE BAPTISTA SERVASTI] *Herodes impius in laniena illa infantium, Ioannem etiam infantem quæsiit adnecem; sed Zachariam, quod Elisabetham coniugem, & Ioannem puerum furori eius subtraxisset, occidit; auctor D. Petrus Alexandrinus. Elisabetha verò fuga lapsa, filium in montium latebris occultauit, Nicephorus Callistus. l. 1. cap. 14. Cedrenus in compen. hist. Baro. A.C. 1.*

S. Pet. Alexan. in reg. eccl. in V. Sinod. c. 1. ap. Theod.

8 AD ECCLESIAM S. GREORGII] *nubeculam hanc quis dissellam? translectio corporis S. Agrippinæ in Siciliam, anno Christi CCLXI. facta est. qua tempestate Georgius nondum martyrio affectus fuerat. nam passus sub Imp. Diocletiano, vt habent Menologia Græcorum, XL. ferme post annos, ab Agrippinæ translatione. vtrum alterius D. Georgij hæc ædes fuerit? nam D. Georgius memoratur primus Vellaunorum Episcopus, vnus ex LXXII. Christi discipulis, à Petro Apostolo in Galliam cum D. Frontone, primo Petracoricensium Episcopo missus, Beda, Vsuardus Ado. an dicere scriptor voluit, eo loco constitisse Bassam, cum D. Agrippinæ corpore, vbi postea D. Georgij ecclesia ædificata est?*

Beda. Vsuard. Ado in Martyrol 25. Octob.

9 PROGRESSÆ CVM CEREIS, ET TVRIBVLO] *ab antiquis temporibus, hic honos Episcopis exhibitus. in actis Sanctorum Martyrum Alphij, Philadelphi, & Cyrini, populus Leontinus Neophyto Episcopo cum cereis, & odoribus obuiam processit. Sanctissimo Episcopo Ioanni Chrysostomo, cum ardentibus tædis, obuiam ijt populus Constantinopolitanus, Sozomenus. eidem ad exilium Propontidis relegato, omnes facti obuiam cum cereis accensis, Theodoretus. D. Fulgentio Episcopo Ruspensi, ab exilio redeunti, legimus, popvlvm per omnes prolixi itineris vias in occursum eius tetendisse cum lucernis, & lampadibus, & arborum frondibus.*

Sozom. l. 8 c. 8. Theod. l. 5 c. 34. Script. vitæ S. Fulg ap. Surium.

10 EN INSTAT TEMPVS] *spiritu prophetico claruisse D. Gregorium Episcopum Agrigentinum, in eius vita diximus.*

11 DIVINVM CELEBRAVIT MYSTERIVM SVPRA CORPVS SANCTÆ MARTYR.] *loculos Martyrum altaria exstitisse, ad quæ missa sacrificium offerretur, mos vetus, ac notus.*

12 IN LOCVM, QVI DICITVR DRAPHON PERVENERVNT] *hodie loco, & spelunca nomen Lamia, passibus ferme mille ab oppido distat.*

Menæum item castellum habent Acta Sanctorum Mart Alphij, Philadelphi, & Cyrini: memorat Diodorus Olympiadis LXXX. anno II. à Deucetio Siculorum Rege, Menæum vrbem conditam. ad quem locum. Laurentius Rhodomanus Menaum, *recte scribendum esse notat: Ptolemæo Mena, Ciceroni* Menænij, *Plinio* Menanini. *consentiunt veteres Siciliæ tabulæ à Philippo Paruta editæ, in quibus* Menanini. *Martius Niger Calatagironum esse putat. longe errat: hodie adhuc nomen Oppido, iuxta Palicorum lacum, & à Calatagirone XII. P. M. distat.*

Diod. li. 11 Ptol. l. 2. c. 4. Cic. Ver. 3 Plin. l. 3 c. 8.

IN EA DÆMONES IAM OLIM HABITABANT] *plures in Sicilia spelunceas à Dæmonibus infestas, sæpius dixi. Acta habent hos Dæmones fuisse, quos Paulus Apostolus eiecit è filia Dioscori; ex apocryphis sumpta est, quam ob causam stylo confodimus.* 13

MVLTA DE SVIS FORTVNIS MARTYRVM CORPORA REDIMEBAT] *etiam inde ab exoriente Christi fide Menanina ecclesia à Præsidibus vexata est. pro dolor, tot Martyrum Acta periere.* 14

CONVIXERAT MARITO ANNOS VIII. SINE EO X. TRANSEGERAT] *ita in edito exemplari, in Autographo Menanino nulla extat denarij numeri nota.* 15

LOCVLVM S. MARTYR. LVCE ILLVSTRATVM] *obseruasti, mi lector, S. Agrippinæ corpus, toto itinere, diuina luce affulgens, Vrbe Roma Menæum in Siciliam deportatum. idem D. Martyri, Menaninorum tutelari, signum in bonum à Deo datum, quod clientibus faceret suis, aduersum tempestates nam turbato interdum cœlo, supra D. Agrippinæ ædem, clarissimum lumen accenditur, atros inter nubium globos. Ego omine ciuium Diuæ opem accipientium, vt enim fulgor cœptus, procellæ finis est. id miraculi frequentissime à D. Agrippina, ab omni quo, patratum ad hæc vsque tempora. præcipue memorauerim, quod anno Christi Domini MDLVIII. Octobri mense obtigit. fœda nox vrbi ingruerat: venti, imbres, tonitrua, fulgura Menis exitium minitari videbantur. ecce tibi lux, solito maior, lætiorque super Agrippinianæ templi fastigium: alij velut accensam facem, alij speciem stellarum quinque videre videbantur. ac circumiecta per campanariæ turrim pinna totidem luminibus intra horæ quinquies, aut sexies visa claruere. quibus affulgentibus, horribilis illa tempestas remittebat. omninò cessauit, extremum cum præluxere; gratantibus, lætantibusque ciuibus, per vrbis vias: quorum ingens multitudo ad ædem confluxerat, Dei beneuolentiam, & scelerum veniam cum lacrymis poscens. Aplerisque in turrim ascensum. manensque adhuc lumen, manibus prehendebatur, haud vlla roxa, magnoque metuentium animorum voluptate. non ignoro, è caussis naturalibus hæc plerumque profecta: sed hos ignes, eodem sæpius loco fulgentes, eum neque is altior tota vrbe sit, finemque, cum falserint, tempestati fore, supra humanum est.* 16

SANCTÆ DEI GENITR. MARIÆ IN SVSIS DE REGIONE CVI A SCVSA NOMEN EST] *correximus ex MS. cod. Menanino. nam corrupte habebatur in exemplaribus editis: Sanctæ Mariæ in suis in locum, qui vocatur Acausa.* 17

EAD-M IN VRBE PRO CHRISTI NOMINE FERRO TRVCIDATÆ SVNT *Martyrologium Romanum meminit ad 4. Id. Augusti,* Carthagine, Sanctarum Virginum & Mar- 18

Digitized by Google

& Martyrum Baſſæ, Paulę, & Agathonicæ. *paſſas autem Impp. Valeriano, & Gallieno, quod Martyrologia cum edita, tum manuſcripta non habent, ex hac hiſtoria diſcimus, anno Chriſti CCLXI. quo D. Martyr. Agrippinæ corpus in Siciliam ab illis exportatum cenſemus. paſſę ſunt duos poſt menſes, & dies 24. a ſacro corpore Menæ depoſito.*

19 OPERATVS EST MIRACVLA] *plurimis etiam in dies D. Mart. Agrippina miraculis fulget, pulſis ex mortalium corporibus, cuiuſuis generis morbis, atque Dæmonijs, quibus torquendis, magna S. Agrippinæ potentia, præſentiſſimum nomen. non prætermiſerim, quod anno MIↃ. LVIII. 16. Kal. Auguſti accidit. adducta eſt Menas energumena mulier, cui Agatha nomen fuit: perlecta D. Agrippinæ hiſtoria, de Dæmonio ab ea electo ſed identidem, inter legendum, inclamans, ne ebriam illam (Agrippinam) compellarent, mox ſenſit vltionem: en, inquiens, venit: iam appropinquat, igneum flagrum intorquens, cędit, laceratque. O tergum, ò tergum, iuſſumque effugium: feminæ crinium pars relicta, pars vt nouacula ſecta, ſignum fugæ petenti datum. liber miraculorum, cuius hac hiſtoria meminit ad noſtras non peruenit manus.*

20 EXINDE MVLTOS POST ANNOS ÆDEM EVPREXIA CONSTRVXIT] *exſtruxiſſe opinor domi ſuæ, modica ſubſtructione; cum noſtra religio, Tyrannorum metu ſe contineret. ſuper ędiculam, quam ab Euprexia ędificatam, fama tradit, magnificentius dein templum, quod nunc viſitur, conſtructum eſt.*

21 VIDET AGRIPPINAM DICENTEM, CAVE EVPREXIA, NEQVISQVAM LOCVM COGNOSCAT, ETC.] *migraturus è vita D. Antonius, monachos ſuos ſic allocutus eſt:* vos igitur humo tegite, vos patris operite corpuſculum; & illud quoque ſenis veſtri cuſtodite mandatum, vt nemo, præter veſtram dilectionem, locum tumuli mei nouerit. *Athanaſius in eius vita.* S. Athan. in vita Antonij.

22 MONASTICVM INDVTA HABITVM *antiquiſſimam in Sicilia monaſticam inſtitutionem fuiſſe, & iam inde ab Apoſtolorum temporibus, ex actis S. Panteratij, item S. Peregrini conſtat. Ceterum putauerim, feminas, quæ diuino cultui ſe dedicaſſent, nigras veſtes ſumpſiſſe. D. Hieronymus:* ſin autem ſola iueris, quod & magis exiſtimo, vtique inter ſeruos adoleſcentes, inter maritatas feminas, atque nupturas, inter laſciuas puellas, & comatos, calamiſtratoſque iuuenes, furuarũ veſtium puella gradiens. *paulò poſt.* veſtis ipſa vilis, & pulla animi tacentis indicium. *Feminæ item diuino cultui addictæ in ſacris ędibus habebant. memorat Nicephorus,* Conſtantinum ſacratis viduis, ac virginibus ad ſanctiora diuinorum templorum ſacraria excubantibus, annonas annuas tribuiſſe, quæ ad liberalitatem ſplendidam magis, quam ad vſum neceſſarium pertinerent. Hier. epiſt. Niceph. l. 18. c. 26.

23 HOC CERTO SCITVR INTVS IN ECCLESIA S. THESAVRVM CONDI] *D. Agrippinæ corpus recondi intra ſpatium templi, vetus eſt, conſtanſque penes Menanos fama. medio fere ę is, ingreſſus eſt in ima latebrarum, partemque in dexteram flectitur ad ędiculam, quæ ſtructa ab Euprexia traditur. ex ea per gradus deſcenditur in ſpecum altitudine immenſa. per ea latebrarum, Agrippinam ab Euprexia abditam, haud leuis coniectura eſt.*

24 VIXERVNT AVTEM EVPREXIA ET FILIA EIVS] *ſanctæ virgo Euprexia diutiſſime vixit annos plus minus CXVIII. ſic enim corpus D. Agrippinæ Menas delatum eſt, anno Chriſti CCLXI. quo anno Theognia filia 14. annos ægebat. Euprexiam totidem natam annos ſupponit. igitur Euprexia anno Domini CCLXI. annum agebat 28. eccleſiam B. Agrippinę ſtruxit, pace reddita à Conſtantino, quod anno Chriſti CCCXII. feliciter euenit. poſt exſtructam eccleſiam, annos XL. vixit, vt hiſtoria habet. ergo ad annum uſque CCCLII. proceſſit. hinc ſi numerum ineas, inuenies Euprexiam vixiſſe annos CXVIII. Theognam CIV.*

25 PASSA EST] *præter diem natalem, & tranſlationis, Menis D. Agrippinæ feſtus dies agitur octauus Iulij menſis. quo ſolemnis proceſſio habetur, ſtatuaque D. Agrippinę per vrbem, extraque vrbis muros traducitur magno affluxu populorum. hanc ſane ſtatuã D. Virginis, & Martyris Agrippinæ, vetus opinio eſt, trecentos ante annos, ab eximio artifice factam; opus eſſe memoratur Iacobi Matinati, Meſſanenſis. in ea duo coniuncta, nec ſine miraculo: eximia oris pulchritudo, & pietas; vt neſcias, vtra dulci oculos, & animum paſcat. Ad hæc ſimulacrũ adeo viuidum, vt qui viderit, viuentem in eo Agrippinam, iure dixerit.*

ANI-

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES
IN
DIVAE AGRIPPINAE
HYMNVM.

1 QVI LAPIDIBVS] *hic Hymnus in S. Agrippinam, exſcriptus à me eſt ex Græco cod. MS. Monaſterij S. Philippi Fragalatis de familia S. Baſilij. verſus eſt in latinum à Patre Auguſtino Florito, noſtræ Societatis. Nos edendum in vulgus exiſtimauimus, vt cum hiſtoria Translationis comparatus, fidem illi faceret.*

2 TE LAPIDE ONERANT] *ad ſupplicia B. Agrippinæ alluſio eſt, quod in pleriſque eorum ſacer poſta præſtat.*

3 PORRO AGARENORVM AVDACIAM] *meminere miraculi huius menologia Græcorum.*

4 INSTAR PVLCHERRIMÆ COLVMBÆ VOLANS] *paullo poſt:* tamquam aurea columba, ſigno crucis præmunita, Agarenos noctu in Caſtellum tuum irrumpentes, omninò perdidiſti, ſeruans Chriſti fideles ab eorũ immanitate. *D Agrippinam columbam putauerim appellatam, haud quidem quod in columbæ ſpecie viſa ſit, ſed ob pulchritudinem ſui, diuinamque ſpeciem, ac præfulgentem, qua apparuit; quod adiuncta explicant, pulcherrima, & aurea columba.*

5 CRVCEM PRÆFERENS VIRGO AGRIPPINA] *quam forte ob cauſſam Diua Agrippina, crucem manu geſtans, depingitur.*

ANIMADVERSIONES
IN
S. GREGORIVM
AGRIGENTINVM.

QVAE ad Sanctum Gregorium Epiſcopum Agrigentinum ſpectabant, collegimus ex hiſtoria Tranſlationis Diuæ Agrippinæ. ea translatio poſt annum ab exceſſu Beatiſſimæ Martyris, ac Virginis facta, ideſt anno Chriſti Domini CCLXII. decimoſexto Kalend. Iunij. eiuſdem martyrium ſuperiore anno obtigerat. ex his Diui Gregorij Agrigentinorum Epiſcopi tempora cognoſcas. Agrigenti dies eius feſtus agitur 10. Kalendas Iulij.

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES
IN VITAM
SANCTAE THECLAE

1 THECLA] *habuit, & Sicilia Theclã suam, feminam nobilissimam, & Sanctissimam, quã Leontinis debet, cuius ecclesia columna, parens, & nutrix fuit. Thecla, & Iustina apud Leontinos, officio SS. Virginum coluntur: sed Acta SS. MM. Alphij, Philadelphi, & Cyrini, quæ sæpissime earum meminere, virgines nunquam compellant: nec quidpiã contra tradunt.*

2 S. MARTYR. ISIDORÆ FILIA] *eius certamen, supra retulimus.*

3 HEBRÆI CVIVSDAM FILIVM] *lege martyrium Sanctorum Iudæorum.*

4 PROVECTA ÆTATE EPISCOPVS] *S. Andream Apostolum crediderim, tutelarem, Sanctorum Alphij, Philadelphi, & Cyrini, vt ex eorum Actis notum est.*

5 REDEMPTIS PECVNIA CVSTODIBVS] *redemisse olim Christianos aditum earceris, ad visendos Sanctos Confessores, diximus notis ad Sanctos Alphium, Philadelphum, & Cyrinum.*

6 VINCTOS CHRISTI CONFESSORES VISERE] *insigne Christianorum studium vinctos in custodijs Confessores, interdum ẽt glomeratim visentium, leges apud S. Cyprianum, epist. 5.*

7 CATENAS EXOSCVLARI] *eximia, ac permira christianorum erga Martyres officia exstitisse, qui legere eorum historias, pernorunt. in Actis S. Alexandri PP. dixit Alexander*: desine, has osculari boias. inquire autem Domini mei Petri Apostoli vincula, & ea potius osculare. Albina his auditis, cum multo studio, ac desiderio peruenit ad illa &c. *Martyrologium Romanum*: Philadelphiæ, in Arabia, SS. MM. Zenonis, & Zenæ serui eius, qui catenas Domini sui vincti exosculans, a militibus tentus, parem cum Domino Martyrij coronam accepit. *porrò tanta erat Confessorum gloria in catenis, ac decus, vt ad eas osculandas, humirepentes christiani accederent. Tertullianus de Christiana femina loquens, si iungatur cum viro gentili*: quis, *ait*, in carcerem ad osculanda vincula Martyris reptare patietur?

Acta S. Alexan. PP.

Martyrol. Rom. ad 9. Kal. Iui.

Tertull. li. ad vxorẽ cap. 4.

8 ET POPVLORVM STVDIA] *His abterritos Præsides, à ea de Martyrum interdũ temperasse se, diximus Natis ad Sanctam Epiphanem.*

9 SS. MM. CORPORA AVRO REDIMERE] *redimi solita SS. MM. corpora à christianis, obsequio pietatis, curaque, & bona resepultura, ex sacra historia notum est. De B. Euprexia femina Menanina: multa de suis fortunis Martyrum corpora ab incendio redimebat, & venerandis sepulchris condebat: Acta S. Aggippinæ.*

Acta Trãslatio. S. Agripp. Vir. & Mart.

IN ABDITA SPELVNCA] *de ea vide extrema Acta SS. Alphij, Philadelphi, & Cyrini.*

10

OPES SVAS, QVAE ILLI INGENTES ERANT] *agris, & pecore maxime diues fuit. famulos Theclæ fuisse numero* CCCLII. *tradunt Acta SS. Alphij, Philadelphi, & Cyrini. ingentem seruorum vim in Sicilia fuisse, distimus ex seruorum motibus, qui sæpissim ea exarsere: neque antiquis modo temporibus, sed ipso imperante Gallieno, sub quo S. Thecla vixit. nam Principe Gallieno, Siciliam seruili bello vexatam, tradit Trebellius Pollio.*

11

Trebell. in Gall. ducbus.

IN AEDES MARTYRVM CONSTRVENDAS] *memorant Acta, ad eas ædes ornandas Syros Architectos tres Nicolaum, Eusebium, & Eusignium ex Africa, vbi tum degebant, Leontinos traiecisse, nec nisi Sanctorum Alphij, Philadelphi, & Cyrini visu commonitos. in eorum historia, & præterea S. Neophyti Episcopi, de his ecclesijs dictum à me est.*

12

AEDES AMPLISSIMIS MVNERIBVS EXORNAVIT] *dona in ecclesiarum exstructionem, cultumque data à Thecla, relataq; in tabulas, inuenio in Actis fuisse prædia XVIII. & pecorum millia 9. præter ea, quæ vitæ fine ecclesijs distribuit.*

13

IN PACE SPIRITVM DEO REDDIDIT] *Gallieni principatu obijt. etenim memorant Acta Neophytum Leontinorum Episcopum, anno Christi* CCLVIII. *Romam petiuisse, intra triennium Vrbe reuersum, id est anno Christi* CCLXI. *quo pax à Gallieno ecclesiæ data est, ecclesias à Thecla conditas sacrasse. quibus peractis, Thecla à Sanctis Alphio, Philadelpho, & Cyrino de obitu suo per visum monita est; qui Ianuario mense contigit. igitur mortem obijt Christi anno* CCLXII. *ineũte, Imp. Valeriano, & Gallieno.*

14

SEPVLTA EST IN LÆVA PARTE TEMPLI SS. MM.] *piorum hominum hæc studia fuere. in Actis S. Patrocli Martyris*, tunc Eusebius ædificauit super corpus sancti viri paruam parua facultate ecclesiam: ibique iuxta corpus sanctorum, sibi etiam sepulturam poposcerat affuturam, vt Confessor Domini vicinus esse mereretur Sanctissimo Martyri.

15

Acta S. Patrocl ap. Surium 21. Ianuarij.

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES IN VITAM SANCTI DONATI

1 OMNES NVMERO CCLXXXIV.] *præter familiam B. Donati, Iudæos præterea* IↃCCLII. *eius opere ad fidem adductos, significant Acta Cryptæ Ferratæ.*

2 EVSTRATIVM, ET CHARITONEM DIACONOS] *domestico Donato, ordinatus est filius eius Eustratius, qui in Antiano gregem pro eo pie gubernauit annis viginti quinque: post Eustratium Chariton annis triginta: eadem Acta.*

✣

ANIMADVERSIONES IN VITAM SS. MM. BABYLÆ ET SOC.

1 BABYLAS EGR. CHRISTI MARTYR] *transtulimus hanc vitam ex Græcorum Menæis, ad 9. Kalend. Februarias. sed cur in hūc locum reiecerimus D. Babylæ martyrium, nobis tradenda ratio videtur. Haud recens quæstio est, plures ne Babylæ fuerint, Episcopi Antiocheni. eruo ex Suida, qui vtrum Babylas Episcopus Antiochenus, Imp. Decio, an Numeriano claruerit, in dubio relinquit. sanè Babylam, celebrem Episcopum Antiochenum, Decio Imp. sublatum, tradunt Eusebius, Epiphanius, Hieronymus, Martyrologium Rom. Bedæ, Vsuardi, Numeriano Cæsare, Metaphrastes, Nicephorus Callistus, Menologium Græcorum, HRabanus: proin conciliandis rebus à quibusdam Babylæ duo excogitati sunt. sed Illustriss. Baronius certi erroris arguit eos, qui Babylam, Episcopum Antiochenum, Imp. Numeriano passum tradunt, cum nullus eius nominis Episcopus Antiochenæ ecclesiæ tunc præfuerit, vt constat ex Catalogo Episcoporum Antiochenorum, quos recenset Eusebius, & Nicephorus Constantinopolitanus, atque adeo eos putat conuinci errare, qui Babylas duos ciuitatis Antiochiæ prompserunt. vnum verò Babylam, eumdemque Episcopum Antiochenum fuisse censet sub Decio, inde permotus quod cum plerique veterum scriptorum, tum Græci, tum Latini Babylam Episcopum Antiochiæ tradiderint, alterius Babylæ Antiocheni, cum discipulis item suis martyrio coronati, numquam meminerint. At pro tenuitate ingenij nostri, in primis falso scriptores reprehendas, qui Babylas duos Antiochenos memorant, cum Menologium Græcorum duos promat, alterum Episcopum cum tribus pueris, alterum ludimagistrum cum pueris* LXXXIV. *obtruncatos; atque hos præter Babylam Antiochenum in Sicilia pro fide occisum, ad hoc certum est, Babylas duos Antiochenos fuisse, Sacerdotio inauguratos, quod multa conuincunt; diuersum genus vtriusque vitæ, ac mortis, locus passionis diuersus, socij diuersi, quippe alter Babylas Antiochiæ Episcopus fuit, alter presbyter: ille Antiochiæ interemptus, cum pueris tribus, Vrbano, Prilidiano, & Epolonio: hic in Sicilia cum duobus discipulis Agapio, & Timotheo. sublatos verò crediderim sub diuersis tyrannis; Babylam Episcopum Imperat. Decio, Babylam presbyterum Numeriano. Quod qui minus aduerterunt, duos Babylas in vnum confundentes, in diuersas sententias discessere, atque alij sub Numeriano collocauere. sed hæc non nisi ex coniectura pronuncio cessurus facile solidioribus.*

Falsi quidem sunt, qui vtrumque Babylam Antiochiæ Episcopum existimauerunt cum contra sint tabulæ Episcoporum Antiochenæ sedis, vt Doctissimus Baronius recte censet. qui verò Babylas duos Antiochenos, alterum Episcopum, alterum Presbyterum negant, Græca ignorasse, aut Græcorum Menæa non legisse se produnt, quę Babylæ Presbyteri Antio-

Suidas, V. Babylas. Euſebius Chron. Et hiſt Eccl. l. 6. c. 32. Epiph. de menſur. & ponder. Hieron de ſcrip. Eccl. in orig. Martyrol. ad 9. Kal. Febr. Metaphr. in vita S. Anton. M. apud Sur. tom. 5. Nicepho. Menol. 4. Sept. Hraban. Martyrol. 9. Kal. Feb Baron. notis ad Ro Martyrol. & in ann. Io. 2. Menolog. Græc. 4. die Sept.

Digitized by Google

chiæ, cuius vitam damus, meminere, qui a Babyla Episcopo plane diuersus est, vt perlecta vtriusque vita constat. igitur Babylę Antiocheni tres extitere. primus Episcopus Imper. Decio interfectus, alter puerorum magister. de vtroque Menologium Sirleti agit, ad prid. Non. Septembris, sed de Babyla Episcopo latina Martyrologia ad 9. Kal. Febr. tertius Babylas Antiochenus Presbyter fuit, in Sicilia cum Agapio, ac Timotheo, pro fide cæsus, vt coniectamus Numeriano Imp.

EIVS PATRIA THEOPOLIS] *vrbes Syriæ, Antiochiam eius Metropolim, Seleuciam Apameam, Laodiceam Seleucus Nicanor condidit. Maximam à suo patre Antiochiam denominauit, Seleuciam à seipso, Apameam ab vxore sua. Laodiceam à matre, Strabo, Antiochia dein Theopolis dicta, imperante Iustiniano, sub annum* Christi IↃXXVIII. *causa, quod cum magno terræmotu concuteretur, à ciuibus Christi nomine foribus inscripto, vt religiosus quidam vir, oraculo diuino monitus fuerat, ira Dei resedit, Nicephor., Euagr., Cedrenus, Stephanus, Theophanes.*

Str. lib. 16.

Niceph. l. 7. c. 3.

Euagr. l. 4. c. 6.

Cedren. in Annal. in Iustinian.

VT AMPLISSIMO, QVO PRÆDITVS ERAT SACERDOTIO] *in Græco, factus autem Sacerdos.*

3 Steph. de vrbib. V. Theopolis Theoph. l. 6.

ANIMADVERSIONES IN MARTYRIVM SS. VITI, MODESTI, ET CRESCENTIÆ.

1 MARTYRIVM SS. VITI, MODESTI, ET CRESCENTIÆ] *ex scripsimus ex Græcis membranis* MM. *SS. Bibliothecæ S. Saluatoris Messanæ. in latinum sermonem vertit Pater Augustinus Floritus, nostræ Societatis, vt ciuis Diuos promereretur suos. Habes idem certamen ex latinis codd.* MM. *SS. apud Surium.*

2 IMMANISSIMO DIOCLETIANO IMPER.] *certum est Beatissimos Martyres Vitum, Modestum, & Crescentiam martyrio affectos, Imp. Diocletiano; sed incertum, quo eius imperij anno. Io. Iacobus Hadria tradit, Valerianum Præsidem in Sicilia à Diocletiano missum, anno 4. Imperij; Vitum, Modestum, & Crescentiam extrema passos, anno Domini* CCLXXXVIII. *haud tamen video quo Hadriæ nixus hæc firmet: quin consistere neutiquam possunt. nam annus 4. Diocletiani incidit in annum Christi* CCLXXXVII. *sed Vitus martyrio coronatus videtur nonnisi post duos circiter annos ab aduentu Valeriani Præsidis in Siciliam, ac proinde vltra annum Diocletiani 6. Christi* CCLXXXIX. *alij verò S. Viti martyrium reijciũt in vltimum Diocletiani annum, Christi Domini* CCCIII. *nos sectati media, in annum Christi* CCXCIV. *ex coniectura reiecimus.*

Io. Iac. Hadria Topograph. Mazar.

3 S. VITVS MAGNAM MIRACVLORVM VIM IN SICILIA PERPETRABAT] *in MS. cod. erat, Lucania. putauerim ita scriptum, quod Vitus in Lucania suprẽmum diem obijt. vnde nonnullis erroris locus Vitum in Lucania natum asserendi; nos verò reposuimus, Sicilia, in qua vsuram lucis hausit; ne in posterum de Viti patria quisquam ambigeret, omnisque de ea quæstio præcideretur. nam certò falsi sunt, quinescio cuius manuscripti fide, Vitum in Lucania ortũ tum tradidere, aduersum quos pugnant omnia Martyrologia, cum manu exarata, quæ in Siciliæ ecclesijs asseruantur, tum edita, maximeque Romanum: Bedæ, Vsuardi, Adonis, ac ceterorum recentium. quippe Vitum in Sicilia natum, è Sicilia in Lucaniam vectum, inde Romam ad Diocletianum adductũ, reuectumque in Lucaniam, ad Silarum fluuium obdormiuisse, historiæ memorant. quam ob causam antiqui Martyrologiorum scriptores pene omnes natalem diem Sanctorum Viti, Modesti, & Crescentiæ in Sicilia commemorant. Beda*, apud Siciliam, Sanctorum Martyrum Viti, Modesti, & Crescentiæ: *Vsuardus*, in Sicilia, natalis Sanctorum Viti, Modesti, & Crescentiæ: *Ado*, apud Siciliam, Natale Sanctorum Martyrum Viti, Modesti, & Crescentiæ: *quin plerique scriptorum Sanctos Martyres Vitum, Modestum, & Crescentiã in Sicilia passos aiunt, vt Breuiarium Gallicanum, quo Sicula ecclesia olim vsa. Florentius Vigornienſis Monachus, Reginu Prumienſis, Hermannus Contractus, primus Episcopus Cabilonenſis, Vincentius Beluacenſis, Abbas Maurolycus, Remigius Florentinus, Timotheus monachus Camaldulenſis. causa est, quod martyrij certamen in Lucania consumatũ, in Sicilia solo patrio inierunt. Martyrologium Romanum planissime dicit*, in

Paul. Reg. de vit. SS. Neapolit. Martyrol. Ro. ad 17. Kal. Iulias Beda, Vsuard., Ado, in Martyr.

Digitized by Google

Lucania, apud Silarum flumen, natalis Sanctorum Martyrum Viti, Modesti, & Crescentiæ, qui sub Diocletiano Imp. è Sicilia illuc delati, ibidem post ollam feruentis plumbi, post bestias, & catastas, diuina virtute superatas, cursum glorioſi certaminis peregerunt.

Pet. Equil. l. 5. c. 118.

Petrus Equilinus, Vitus, Modestus, & Cresc. MM. sub Diocletiano Imp. in Sicilia martyrio claruerunt. qui Vitus ex Sicula (*corruptè enim legitur* Luciana, *conuincitque, quod dixerat* in Sicilia) Prouincia, nobili progenie, patre Hyla Senatore progenitus, &c. *Raphael Volaterranus*, Vitus, puer Siculus, cum Modesto, & Crescentia nutritoribus.

Volaterr. lib. 22. Vincent. l. 22. c. 70.

Vincentius eo tempore erat in (*Licia, librarij vitio, pro*) *Sicilia*, sub Diocletiano, Præses Valerianus, de qua Prouincia fuit S. Vitus, habens patrem Hylam sacrilegum.

Philipp. in suppleme. Chronic. Florentius mon. Chr.

Philippus, Vitus puerulus natione Siculus, cum Modesto, & Crescentia, nutritoribus suis, apud Siciliam insulam martyrium pertulit. *Florentius Monachus*, apud Siciliam Vitus, Modestus, Crescentia, Lucia Virgo.

Sim. Paris. descrip. Siciliæ. Bern. Riera C. de Sicil. c. de relig. Siculo. qui manu script⁹ penes me exstat.

Quænam verò horum Martyrum vrbs patria? Simon Parisius, & Bernardus Riera Iurisconsultus Drepanitanus Vitum, Modestum, & Crescentiam Selinuntinos fuisse dicunt. addit Riera cauſſas, quibus permotus est. quod Mazaris, vnde extitisse fama est, ea tempestate, opidulum erat, in ditione Selinuntiorum. quare nec Præfectum Valeriani habere, nec ciuem Hylam prædiuitem S. Viti parentem. sed futilis est coniectura. Diodorus *Mazarum* (*rectè ita legendum, & non Nazaram docet eo loco Laurentius Rhodomanꝰ*) Mazarũ, & fluuium, *Emporium illic situm scribit. & aliàs* Mazaron castellum; *igitur castellum Mazaron à flumine præterlabente dictum. Stephano* Mazara, Castellum Selinuntiorum, gentile, Mazaræus. *sanè Mazaron, antiquum opidum, Lilybœum, & Selinuntem inter, neque ignobile fuit, sed auctum ereaiderim, posteaquam Sicilia in Romanorũ ditionem venit: neque enim pauca in eius vrbis ruinis inueniuntur antiqua nobilitatis monumenta, inscripta marmora, vrnęque sepulchrales, cum Græce, tùm latine. Auctor est Augustinus Floritus, Medicus Mazarensis, extra Mazaram, pass.* CCL. *ad Septemtrionem, & Occidentem, effossa vestigia ædificiorum, quò fortasse vrbs olim protendebatur. sed plerosque ante annos, cum humus defoderetur, pauimentum ex lapide porphyretico repertum, vrnaq; C. Cornelij Philonis. in ęde item maxima Mazarensi, prægrandes aręæ duę visuntur ex marmore, in quarum altera triumphus Imp. Adriani, in altera Meleagri fabula eximie sculpta. hęc dicta oportuit, vt futilem Bernardi Rierę coniecturam de Mazaro opido demonstraremus.* Ceterum *Sanctos Vitum, Modestum, & Crescętiam Mazarenses fuisse, super antiquam Mazarensis ecclesia traditionem, patrij scriptores docent, Io. Antonius Hadria, Nicolaus Antonius Federicus. ex exteris Petrus Ribadeneyra ex nostra Societate, & Alphonsus Toletanus. exstant Mazarę antiqua monumenta, qua rem contestentur. nam S. Viti domus ostenditur, (penes accolas sit fides) in qua natus, in Oratorium versa: templumque in proximo promontorio, vbi ductu Angeli nauim conscendit.*

l. 23. ex excerptis. Steph. de vrbibus.

Aug. Flor. Topograp. Mazarę.

FILIVM HVMERIS CÆDI FLAGRIS IVSSIT] *MS. cod. Syracusanus*, hæc audiés pater eius, iussit puerum calamo cædi. *membrana Panhormitana*, iussit infantem catomis cædi. *quod ipsum habent Beda, & Ado. quamquam in quibusdam eorum codd vitiosè legatur*, *Vitum* catonis *cęsum*, pro catomis. *in exemplari Surianoscriptum item est*, tunc iratus Valerianus, præcepit puerum catomo cędi. *viri doctissimi* Molanus, *& Baronius, in hac voce interpretanda collaborant. putarat primum Baronius depranatum esse loctũ, ac pro* catomis, *legendum* latomijs, *quas Isidorus tradit esse supplicij genus ad verberandum aptum. dein reuocat se Baronius, quod Plautus, Liuius, Festus, alij* latomicas *pro carceribus accipiant. at depranatum esse locum, non videtur posse dici, cum ex Græcis sit versus apud quos scriptum* Catomis, *& latinus interpres vertit catomis cadi. atque eadem vox est in passione S. Afræ*: Iudex Caius dixit, quod si non feceris, catomis cædi te iubebo. *Victor Vticensis*, venerabilem senem. (*Thomam Episcopum* in publica facie catomis cæciderunt. *quin vsurpata vox antiquis scriptoribus latinis. M. Cicero*: ne in catomũ Cato nos. *Liberius*, tollet bona fide vos Orcus nudos in catomum. *sed in his locis, catomus vinculum est, & catena vt docet interpres Iuuenalis, & notum est ex Petronio*; qui vocat *ait*, cubicularios, & me iubet catomo ligare. *ita enim emendat hunc locum Turnebus, vir doctissimus. Beda etiam de puero Barula Martyre, indignatus Asclepiades*, catomo eum suspendi, ac verberari, postremo decolliari iussit. *sed alia catomi significatio in Actis SS. Viti, & Afræ. non enim vinculum, quo ligatus Martyr, videtur esse.*

4

Baron. notis ad Mar. Rom. 17. Kal. Iul.

Victor Vticens. l. 1. de persec. Vandalica Cic. l. 7. epistola 7. Laber. ap. Gell. l. 16. cap. 7. Petron. in Satyrico. Beda in Martyrol. 18. Nouẽb

Molanus è Græca voce deducit, vt idem sit, quod demissis armis. *quia Martyr, pedibus in altum suspensis, ad verberafuerit expositus. ita etiam hanc vocem sumpsit* Cerda *in Aduersarijs sacris cap. 35. nu. 6. vbi vult catomis, & catomo aduerbialiter sumi, vt idẽ sit, ac suspendi aut cadi capite deorsum. refutat id Baronius, quod nihil tale in Actis legatur. Antonius Gallonius ex eo motus, quod Asclepiades apud Prudentium, Barulam pusionem præcipit,*

Gallon de cruciatib⁹ SS. MM Prud. hymno in S. Romanũ.

Sublime tollant, & manu pulsent nates:
Mox & remota veste, virgis verberent,
Tenerumque diris ictibus tergum secent.

Existimat catomo cędi esse, puerorum more, quo à ludimagistris solent, vapulare. Q *enim in Actis dicitur*, catomo cædi, *Prudentius vertit*; sublime tollant, & manu pulsent nates. *sed vir sanè doctus aberrat. non enim in Actis*, Barula Catomo cædi iussus, *sed* catomo suspendi. *neque quod dictum est Actis*, catomo cæsum, *Prudentius interpretatur*, sublime sublatum, & manibus pulsatum nates. *quin diuersis supplicijs affectum, Prudentius tradit: pulsatum primo manibus nates ad ignominiam, dein verò ad cruciatum, remota veste, virgis verberatum, sectumque duris ictibus tergum, quod potius esset catomis*

mis cædi. enimvero interpres latinus in Actis S. Viti retinuit vocem Græcam catomis. Vetus Glossarium : omos cervix. *catomis igitur verberari est, secundum cervices, & humeros cædi. & Pater Floritus hic vertit*, humeris cædi flagris. *& rursum paullo post* iratus Prætor humeros illius iubet verberari.

5 AN TE LATET IMPERATORVM EDICTVM?] *Diocletianus edicta duo promulgauit aduersum Christianos, alterum Romæ anno imperij tertio, alterum anno 19 omnes per Prouincias. incertum de quo edicto hic sit sermo, ex eo enim annus certaminis S. Viti constaret, dum nihil est, quod vetet, quod volueris edictum Imp. accipias.*

6 VIDIT SEPTEM ANGELOS ADSTANTES ANTE PVERVM] *in exemplari Suriano: vidit Angelos 12. alatos instar aquilarum.*

7 O SVMME IVPP. SI ME SERVATVR. ME TIBI POLL. TAVRVM CORN. AVR. INSIGNEM] *vetus formula hæc fuit qua votum Ioui nuncupabatur. Tertullianus* ecce annua votorum nuncupatio. quid videtur? prima in principijs, secunda in Capitolio. Accipe post loca, & verba: nunc tibi, Iuppiter, bone cornibus auro decoratis, vouemus esse futurum *inaurari autem solebant cornua maiorum victimarum. Plinius*, Deorum honori in sacris, nihil aliud excogitatum est, quã vt aureis cornibus hostiæ maiores dumtaxat immolarentur. *quo alludit à Tertulliano*, quibus (*idolis*) hanc saginatiorem, & auratiorem, & maiorem hostiam cædis, salutem tuam.

Tertull. de cor. milit.

Tertull. de Idolol. c. 6.

8 EOS IGITVR AD MARE CVM ADDVXISSET] *locus haud procul est vrbe Mazara, ad meridiem, vbi ipso in litore, ædes est D. Vito dedicata.*

9 TANDEM IN LOCVM ADVEHVNTVR, QVEM VOCANT ALECTORIVM] *exemplar Surij habet*, Allectorium. *Codex Syracusanus*, deuenerunt in locum, qui Alectario nuncupatur. *litoralis locus fuisse videtur, vbi Silarus Fluuius in mare Tyrrhenũ se effundit, sed incertum mihi, in agro Brutio, an Lucano?*

10 ITER FACIENTES PER FLVVIVM SILARVM] *Strabo, Silarum fluuium diuidere ait, Picentes, & veterem Campaniam: itemque, post Silari ostia, Lucaniam subsequi. ex eo crediderim* Vibio, *Probo, & Pomponio Sabino Silarum Lucaniæ fluuium dici; Plinio, Ptolomæo, alijsque, Campaniæ. de eo Priscianus:*

Str. l. 5. extremo, & initio li. 6. Vib. de fluminibus. Prob. & Põpon. in 3. lib. Georgic. Plin. l. 111. cap. 103. Ptol. l. 3. Priscia. in Periegesi.

> sequitur Campania dines,
> Hic vbi Parthenopes domus est castissima, frugum
> Fertilis: hanc pontus proprijs exceperat vndis.
> Ad Noton est, longe supra Sirenida rupem,
> Picentis Silari gurges, spectabile flumen.
> Hunc habitant propè Lucani, Brettique coloni.

Ceterum multa in diuersum ab ijs, quæ hac historia memorantur, Ioannes Iacobus Hadria prodit ex eruta vulgi fama. etenim egressus, *ait*, Mazara Vitus cum Modesto, & Crescentia, nutritoribus suis, ad promontorium Selini fluminis venit. *hic monitu Angeli, nauigium conscendit, vbi posteritas eadem D. Vito construxit, iuxta fluuium Selinum. exinde ora Sicula circumnauigata, in agrum Tanagritanum, ad Segestanos peruenit, vbi est Siler fluuius. interea cum filius Diocletiani Imper. à Dæmone vexatus proclamaret se non egressurum, nisi Vitus, qui erat in agro Tanagritano, regionis Erycis, aduexerit, quæsitus ad Imperatorem producitur. Postea verò quam Vitus Romæ ab Imperatore excruciatus, tormentisque ab Angelo ereptus est, & ad Conterranum agrum delatus, vrbs Conterrana ad eius aduentum corruit, Vitus iuxta litus maris obdormiuit, quem Florentia, femina Erycina sepulturæ dedit. quo verò loco demortuus est, ad promontorium Aegithar sum, templum D. Vito maiores nostri condiderunt, miraculis inclytum in hodiernum vsque diem. quæ omnia inania sunt, contraque historiæ fidem. quod enim Silarum fluuium in promontorio Aegithar so (hodie S. Viti, ab eius templo) Hadria locat, agrum verò Tanagritanum Erycinos inter, & Segestanos, à vero alienum est: nam Silarus amnis ex Geographis omnibus, quos memorauimus, minime ille quidem in Sicilia, sed Lucanos, & Picentes interfluit: itemque ager Tanagritanus in Lucania est. Conterranam vrbem ad S. Viti appulsum in Aegithar sum corruisse, vulgi nugas puta. neque hæc ciuitas in Sicilia vnquam fuit: neque ruinarum quæ illic cernuntur vestigia, diruta ciuitatis sunt, sed diuulsæ rupis. vulgus* cõterranam *nominat, ac ciuitatem exstitisse existimat, sed fallitur. Thomas verò Fazellus antiquitatũ Siciliæ gnarus, vt commentum refellit. Præterea tradit Hadria, Vitum in Siciliam ab Angelo deductum, in promontorio Aegithar so obdormiuisse, vbi ædes nomine eius, est exstructa, & à Florẽtia Ericyna humatum, contra verum est: hæc enim omnia in Lucania contigisse, ex S. Viti historia, satis constat.*

Io. Iac. Ha Topograph. Mazarens.

At quæ nam origo, causaque ædis D. Vito conditæ in promontorio Aegithar so? numne quòd Vitus cum Siciliam præternauigaret, Lucaniam petens, illic substiterit? neque affirmauerim, neque negauerim. sane templum antiquum, & celebre miraculis, quam ob causam in multa apud Siculos religione est, quinimmo formidatum hostibus admirabili portento. etenim Archipirata quidam natione Maurus eadem Vito sacram diripere ausus in altum vectus, vnà cum sacrilegij consortibus, qui in nauigio erant, in rabiem incitati sunt, donec ad litus reuecti, sacram prædam restituerent. quo facto, incolumes in Africam reuersi sunt, vnde oleum nutriendis lãpadibus, grati animi ergo, quamquam alieni à fide, S. Vito donum misere. Ceterum hoc in loco mira vis, & præsentissimum D. Viti numen, pellendis Dæmonibus è corporibus obsessis, sanandisque rabidis, ac morsis à canibus rabiosis, interdum etiam armenta æstate rabida à bubulcis acta, cùm D. Viti ecclesiã circumierint, à rabie liberantur. sed illustre miraculum retulerim, quod Hadria memorat, plures ante annos euenisse, quam Iudæi

è Sicilia pellerentur. negotiatores duo, Drepanitanus alter christianus, alter iudæus rē pecuariam inita societate tractabant. forte autem armento præ nimio æstu in rabiem concitato, homo christianus partiarium Iudæum conuenit, & accipe vaccas, inquit, tuas ego meas ad D. Viti adducam. Christianum Iudæus rogat, eò vniuersum perduceret, ne pecus suum perditum vellet, pollicitus in laboribus, sumptuque futurum se participem. ille accepta conditione, affectum rabie armentum ad sacram D. Viti ædem perducit, cumq; ter circumegisset, in honorem Sanctissimæ Trinitatis statim ex eo rabies depellitur; admirante Iudæo præsentissimam D. Viti opem aduersus rabiem. vbi nox aduenit, ingressi templum christiani, qui illic erant, Iudæum expellunt, sed is orare, obtestarique ut intrò reciperent. nam metus erat, ne à piratis caperetur, qui illuc sæpe appellere soliti. igitur Christiani pietate commoti, Iudæum in templum recipiunt, intempesta nocte. dormientibus christianis, vnus Iudæus vigilabat. cui ecce tibi egregia forma puer, 12. ferme annorum, ex altari visus egredi. quo viso, perterritus Iudæus, nec quidpiam locutus, quæ ille ageret, obseruabat. interea puer christianos adire, vniuscuiusque frontem cruce signare, & signatam exosculari. vbi ad Iudæum venit, auertit ab eo se, atque ad alios christianos accessit, idemque peregit. cùm igitur omnium frontem, Iudæo præterito, cruce consignasset, & osculatus esset, puer sub altare ingressus, euanuit. illucescente, sacrisq; peractis, antequam christiani è templo abscederent, Iudæus adhuc tremens, quæ noctu viderat, narrauit. D. Vito X. vaccas dono dedit, christianamque religionem complexus, sacro baptismate ablutus est.

10 IN EORVM NVMERO FVIT DIOCLETIANI IMP. FILIVS] *ab alijs filia scribitur. certè quidem Imp. Diocletiano Valeria filia fuit.*

12 QVAM A VITO IN LVCANIA COMMORANTE] *in quibusdam Actis, Lucanus hoc loco B. Vitus appellatur, quòd in Lucania tunc commoraretur, nam Siculum fuisse, iam probatum est idque fateri, necessitas Dæmoni erat. nā promere à Deo iussus, quod Imperat. Diocletiano intererat: intererat autē, minime quidē rescire, cuias esset Vitus, sed vbi locorum esset, vt ille perquiri, perducique ad se iuberet quam ob caussam enucleatiùs Dæmon mox ait, Vitum in Agro Tanagritano esse.*

13 IN TANAGRITANORVM FINIBVS] *in Græco cod. perperam à librario scriptum est*, in Agritanorum finibus, *corrige* Tanagrinatorum: *agro nomen ex flumine, an torrente? nam Seruius*, Tanager, *ait*, fluuius est Lucaniæ. *at Probus*, Tanagrus torrens est Lucaniæ, qui, cùm pluuiæ sunt, effusior est, & sæuit; cùm serenum, siccus est. *Pomponius item Sabinus*, Tanager non est fluuius, sed torrēs in Lucania, qui non habet aquas nisi tempore pluuiæ. *ex eo dictum Virgilio*, sicci ripa Tanagri.

Seru. in l. 3. Georg. ité que Prob. & Pōponi⁹

Virgil. l. 3. Georgic.

14 INGENTI TERRÆMOTV CARCER ETC.] *huiusmodi miracula ad Sanctorum preces sæpe etiam obseruabis in sacra historia Actorum Apostolorum cap. 4.* & cum orasset motus est locus, in quo erant congregati; & *cap. 16.* subito verò terræmotus factus est magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris & statim aperta sunt omnia ostia, & vniuersorum vincula soluta sunt, *qui causas rescire voluerit, adeat Ioannem Lorinum, nostræ societatis, in hæc loca.*

15 CLAMAVERVNT SS. MARTYRES] *aduersatur his Surianum exemplar, in quo habetur, Crescentiam Romæ conuersam fuisse ad Christum, prædicatione S. Viti, quod sane corrigendum est: cum ex Actis omnibus cōstet, Modestum, & Crescentiam educatores, & Comites D. Viti exstitisse nō modo itineris, sed religionis.*

16 BALNEVM NOBIS PRÆPARASTI. VTINAM ITA, ET LINTEA] *in Græco est* Sabanum, *quam vocē Glossarium explicat* Lētium, *sed rectè emendat Ioannes Meursius*, linteum. *itaque Scholiastes Iuuenalis ad illud* vritur ardentl duo propter lintea ferro. sic *ait* punitur seruus propter duo sabana. *vocem Teutonicam fuisse, ex Iornande discimus ab ea gente in Italiam transfusa.*

Io. Meurs. in Auctar. Philolog. c. 32. Iuue. satyr. 14. Iornandes in elēcho. vocabul. Teuton.

17 IVSSIT DIOCLETIANVS MACHINAM APPARARI] *Græce* Manganum, *quod eat astam nonnulli interpretantur, Manganum verò, machina militaris fuit expugnandis vrbibus, de qua multa doctissimus Lipsius libris Poliorceticon. ab expugnatione vrbium ad torquendos homines adhibita. an quòd tormenti forma militarem illam machinam referret? Hegesippus de Nerone*, manganum sibi quoddam parauit, quo se necaret. *dictū verò manganum, & mangana, & decurtata voce* manga. *Radeuicus de rebus Friderici primi ait*, ob fides eorum machinæ alligatos, ad eorum tormenta, quæ vulgò mangas appellant, & intra ciuitatem nouem habebantur, decreuit obijciendos.

Lipf. Poliorcet. l. 1. c. 3. & l. 3. dialog. 3.

Radeu. de reb. Frid. 1

18 OMNIA IDOLORVM FANA, ETC.] *vereor ne hæc in maius aliquantulum aucta sint. modestius Arsenius carmine in S. Vitū*, verum de repente cœlo fulminibus tonante, magnoque terræmotu, fœda Deorum altaria euersa, dirutaque.

Arsen. hym. in S. Vitū.

19 SIT A MVSCARVM INFESTATIONIBVS PVRVS IS LOCVS] *proximam Silaro flumini siluam, montemque Alburnum à muscis infestari, Virgilius etiam docet:*

Virgil. l. 3. Georgic.

Est lucos Silari circa, ilicibusque virentem
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Asilo
Romanum est: Oestron Graij vertere vocantes.
Asper, acerba sonans, quo tota exterrita siluis
Diffugiunt armenta; furit mugitibus æther
Concussus, siluæque, & sicci ripa Tanagri.

Id generis musca, maxime gregibus infestum, vulgo Tabanum *dici docet Plinius, & Seruius.*

Plin. l. 11. c. 28. Seru. in 3. Georg.

ARO-

20 AROMATIBVS, VNGVENTISQVE ODORATISSIMIS] *profuſiſſima olim fuit religio chriſtianorum, in ſepeliendis eum pompa Martyribus. Tertullianus*, thura plane non eminus. *&* Arabiæ quæruntur diuitiæ, ſciant Sabæi, pluris, & carioris ſuas merces chriſtianis ſepeliendis profligari, quàm Dijs fumigandis. *& aliàs de aromatibus loquens*, etiam hominibus ad pigmenta medicinalia nobis inſuper ad ſolatia ſepulturæ vſui ſunt: *ita vero Martyres condebantur, cùm imitatione corporis Chriſti Domini, tùm in ſpem reſurrectionis.*

Tertul. Apolog. c. 42

& lib. de Idololatr.

EODEM LOCI SEPELIVIT] *exemplar Surij*; in loco, qui dicitur Marianus. *Codex Syracuſanus, calamo exaratus*, in Mariano prædio ſepeliuit. 21

ANIMADVERSIONES IN CARMEN ARSENII

1 CARMEN ARSENII] *hunc hymnum nacti ſumus in Græco cod. MS. Monaſterij S. Philippi Fragalatis, ex ordine Magni Baſilij. Arſenium verò Monachum de eadem familia, fuiſſe crediderim; & ante occupatam à Saracenis Siciliam vixiſſe, cum ab eorum nedum tyrannide, ſed neque incurſione inſulam liberari, vt hymnorum ſcriptoribus ea tempeſtate moris fuit, Deum precetur: vertit in latinum P. Auguſtinus Floritus Societatis noſtræ.*

2 EX SPINOSA PRAVAQVE RADICE] *ex parentibus Ethnicis: rurſum paullo poſt, editus plane es, vita integerrime, ex ſpinea radice frutex.*

3 QVAMQVAM PVER QVIDEM ANNIS ERAS] *ingreſſus es Vitus martyrij agonem, duodecim annos natus, Acta Suriana, & Syracuſana. Alij ſeptennem faciunt, quod minus probauerim.*

4 AD SALERNICVM FLVVIVM] *ita in Græco cod. Silarum fluuium accipio. Vibius ſequeſter*, Siler in Lucania, opido Alburno. *Boccacius pro* Alburno, *legit* Salerno. *Sulpitius etiam Verulanus fluuium Silarum ſcribit, Salernum præterire.*

5 DIVINÆ AQVILÆ SERVAVERE] *Codex Syracuſanus*, Sanctorum animæ, vinculo carnis exutæ, cum Angelorum choris ad cæleſtia regna conuolarunt. per triduum autem Aquilæ, virtute diuina, Sanctorum cuſtodierunt corpora illibata, tumulis exhibenda. *ita S. Stanislai, Cracouienſis Epiſcopi, & Martyris corpus, quattuor aquilæ circumuolantes cuſtodierun*, Cranzius, & Cromerus. *Caput S. Edmundi, Regis Angliæ, à Danis interfecti, à lupo cuſtoditum eſt*, Vincentius.

Cranz. l. 3. c. 14. Vandal. Crom. de reb Pol. Vinc. l. 25. c. 2. hiſt.

ANIMADVERSIONES IN TRANSLATIONEM SANCTI VITI

1 HISTORIAM *Translationis Sancti Viti, ex Gallia in Saxoniam, exſcripſimus ex tomo ſeptimo ad vitas Laurentij Surij.*

ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS IↃ CCCXXXVI] *Sigebertus Monachus Gemblacenſis, accidiſſe ait, anno ſuperiore* IↃCCCXXXV., *ita ſcribens*, hoc tempore (*Imp. Ludouico Pio*) reliquiæ Sancti Viti Martyris Pariſijs ad Corbeiam Saxoniæ transferuntur vnde ipſi Franci teſtati ſint, quod ab illo tempore, gloria Francorum ad Saxones tranſlata ſit. *ſed Pariſios in eccleſiam S. Dionyſij vrbe Roma delatum fuerat ante annos LXXX. Pipino regnante. Idem Sigebertus anno* IↃCCLV. Fulradus, Abbas S. Dionyſij Pariſienſis, corpus S. Viti Martyris Roma Pariſios tranſtulit. *Tradit Aeneas Siluius*

Sigeber. in Chron.

Digitized by Google

Aen. Silu. hist. Boem. c. 15. Ioa. Dubr. hist. Boem. l. 4. & 5. Io. Naucl. volu. 2. gener. 46.

Siluius, & Ioann. Dubrauius Othonem I. Germaniæ Regem, & Imperatorem Venceslao adolescenti (qui postea Boemorum Princeps, & Martyr fuit, anno IↃCCCCXXXVIII.) in aula eius obseruanti, brachium S. Viti dono dedisse, in cuius honore cathedralis ædes Pragæ constructa est. sed apud Ioannem Naucleram inuenio, Carolum Imper. IIII. corpus S. Viti Pragam detulisse.

Gualla, & Steph. in hist. Ticinensi.

Dauid. Romæ indice sanctorũ. Marafiot. l. 2. c. 15. Philt. Ferr. de sanctis Italiæ.

Contrà scriptores alij, corpora SS. Viti, Modesti, & Crescentiæ ab Aristolfo Longobardorum Duce, cùm Romam diriperet, capta, ac Ticinum vrbem Insubriæ transuecta esse: vbi condi memorant in S. Marini, cœnobio fratrum D. Hieronymi, Iacobus Gualla, & Stephanus Breuentanus. Alij verò horũ Martyrum corpora tradunt Cerea esse, in agro Veronensi, iuxta Menacum fluuium in æde S. Viti. Nonnulli in Calabria in S. Viti opidulo, prope Scyllaceum, ex Dauide Romeo, & Marafioto. Quidam apud Polinianum, vrbem Apuliæ, in templo eorum nomini dicato, ex Philippo Ferrario. Alij in oppido Siciliæ Rabalbuto; quæ consistere nec tiquam possunt, nisi nomine corporis, partem intellexerimus, antiquo ecclesiæ more; de quo more copiosè aliàs dictum est. sed enim caput S. Viti Pisis in Etruria seruatur, in Cœnobio S. Laurentij, fratrum Minorum S. Francisci. inde Magister Egidius Honestus Drepanitanus, Ordinis Fratrum Carmelitarum, cum Pisis esset, gymnasio familiæ suæ Præfectus, ab Illustrissimo S. R. E. Cardinali Montis Politiani, Pisarum Archiepiscopo, partem capitis habuit, anno Domini CIↃIↃLXX. & argento tectam in cœnobio Diuæ Mariæ Annuntiatæ iuxta Drepanum locauit. Multis præterea in locis ex S. Viti reliquijs asseruantur. Auctor est Philippus Ferrarius, S. Crescentiæ corpus famã esse, seruari Mazaræ, in Sicilia. vtinam vere. De reliquijs etiam S. Viti vide Albertum Crantzium in libris Metropolis, & Hunbium Metropoli Salisburgensi. & Annales Henrici Steronis anno M.CCXXIII. apud Henricum Canisium.

Abb. Crât. l. 3. Metro. n. 4. & l. 11. c. 14. Hund. in Metr. Salisburg. tom. 1. Antiqu. sect.

ANIMADVERSIONES IN VITAM SANCTI NEOPHYTI

1 MATRE NEOPHYTA] *Neophytæ matris, & vxoris Epiphanes certamen seorsim supra memorauimus.*

2 ALEXANDER QVI CVSTODIÆ PRÆERAT] *Custodes vinctis adpositi, prosoribus carceris stabant. quòd verò carcer nullis fenestris lucem exciperet, vel redderet, intelligas diuinam hanc lucem Alexandro visam, auditasque voces è portarum rimis erupisse. simili miraculo custos carceris, quo tenebatur S. Vincentius, ad fidem conuersus est. itaque Prudentius cùm Angelos cælo lapsos in carcerem commemorasset, ad Vincentium recreandum, subdit:*

Prud. hym. in S. Vinc. Mart.

sed clausas fores
Interna rumpunt lumina,
Tenuesque per rimas nitor
Lucis latentis proditur.
Hoc cùm stuperet territus
Obsessor atri liminis, &c.

lege eum hymnum, qui suauissimus est.

3 ET INTEGRVM SIGILLVM TVVM VIDE] *fores carceris annulo Præsidis obsignari, haud nouum est sæuitiæ documentum. Metaphrastes in martyrio S. Theodori Tyronis,* ira percitus iudex, & rugiens vt Leo, iussit eum conijci in carcerem, & portam obsignari custodiæ, & illic fame mori.

Metaphr. martyr. S. Theodor. Tyronis

4 IMPERATORIS BENEVOLENTIAM] *Hæc contigere, Maio ineunte, cùm occiso in Decio in agris Scythicis, Vibius Trebonianꝰ Gallus in Moesia Dux imperium inuaserat. quòd verò tum in Sicilia de exitu Decij, nondum auditum erat, viuere Decius putabatur cuius beneuolentiam, & gratiam Tertullus Alexandro proponit.*

SERVOS OMNES MANV MISIT] *serui ab Alexandro libertate donati fuere numero CCXX. ita tradunt Acta.* 5

EVADERET GVBERNATOR] *Episcopus, magnæ nauis gubernator, Diaconi nautæ dicuntur à Clemente in Constitutionibus Apostolicis, Neophytus verò Episcopus Leontinorum fuit, imperantibus Valeriano, & Gallieno.* 6

IN BREVI FINEM CAPIET DIABOLI FVROR] *De persecutione Decij, & Valeriani prædictio hæc fuit, quæ quieuit anno Christi CCLXII., cùm captò à Persis Valeriano, filius eius Gallienus, solus imperio potitus, clementiùs se gessit, edictisque vulgatis persecutionem remisit, auctor Eusebius. vt verè Deus per SS. Martyres Alexandrum admonuit de fine persecutionis, quam post Decium, auxerat Valerianus; ita Cyprianum monuerat de exitu persecutionis Decianæ. qua de re S. Cyprianus hæc scribit,* ad minimum famulum suum ille, pro sua circa nos bonitate, mandare dignatus est, dic illi, inquit, securus sit, quia pax ventura est, sed quòd interim morula est, superfunt adhuc ali- 7

Euseb. lib. 7. c. 14.

S. Cypr. epist. 8.

aliqui, qui probentur. *Finem etiam persecutionis Diocletiani, & Maximiani per Luciam Virginem Syracusanam Deus renuntiauit.*

8 COLLATO CVM ECCLESIÆ LIPARENSIS PRIMARIIS CONSILIO] *sic S. Gregorius Thaumaturgus, Neocæsareæ Episcopus, diuino instinctu in solitudinem conceſſit, auctore Nysseno. S. Cyprianus, Carthaginensis Episcopus, Domini iussu secessisse se ait, traditque Pontius in eius vita.*

Nyssen. in vita S. Gregor. S. Cypr. ep. 10. Pont. in vita S. Cypr.

9 PER OSTIVM FLVMINIS] *fluuius is est, qui hodie* S. Leonardi *dicitur. vide Notas ad SS. Stratonicum, & Cleonicum.*

10 HABITABAT IN LOCO, QVEM CIPARESSIVM VOCABANT] *paullo post, Theelæ prædium fuisse dicitur. Catanam inter, & Leontinum fuit. nam Neophytus, Episcopus Leontinorum, Euerio Episcopo Catana venienti ad Cyparessium obuiam ijt, fuit verò haud procul à littore.*

11 ITE IN CRECVM, IVXTA MARE] *locus is fuisse videtur, propè* panthagiam. *argumentum ex eo, quòd iuxta mare visitur ſpecus, Deiparæ hoc quo dicata. cui Donia nomen, in qua ſpecu Sanctos Alphium, Philadelphum, & Cyrinum delituisse, accolæ perhibent. sed falsò, ij enim fieri nullo modo potest, vt in hac loca peruenerint ni Tauromenio, Catanam, rectà inde Leontinos cum militari custodia delati, ibique extincti sunt. errdiderim, errare famam in deliteſcentium nominibus, atque in his latebrio Agathonem Episcopum, Alexandrum, comitesque occultatos, ac proinde locum hunc esse veterem Crecum, qui supra promontorium Taurum. is verò Catanæum sinum, & Megaricum interiacet.*

12 IN MEDIO MONTE, IVXTA ASSIAM] *his montibus hodie nomen* Diauolopri *distant Megara VI. M.P., Leontinis 8., Assia verò fluuius fortasse est qui* Gisiræ *dictus, & in* Panthagiam *influit.*

13 NEC DVM FVERAT CONSECRATVM] *ab antiquiſſimis temporibus, ſollemni aliqua cæremonia, ecclesiæ Deo dicabantur, sed illas sanctiore ritu consecrari, altari in titulum erecto, & sacro chrismate delibuto, D. Siluester Pontifex primus instituit.*

14 PICTVRIS EXORNAVIT] Imaginibus Sanctorum Alphij, Philadelphi, & Cyrini depictis *aiunt Acta. Ecclesias olim sacris picturis exornari solitas, probat Illustrissimus Baronius in Annalibus.*

15 NEOPHYTVM APPELLANS] *videtur desumpsisse nomen à S. Neophyta, eius matre*

Baron. ad Ann. Christi 57.

CORPVS ET SANGVINEM DOMINI IMPERTIIT] *is tum mos erat, qui in ecclesiam recipiebantur, postea quàm edocti christianam fidem baptizabantur, mox sacrificium ab Episcopo, vel Sacerdote offerebatur, tradebaturque illis corpus, & sanguinis Domini nostri, exstant exempla in Actis SS. Hippolyti, & Eusebij, & in Actis S. Stephani, quæ habes apud Baronium tomo 11. ad annum CCLIX. item in Actis Sanctæ Susannæ.*

16 PARTICIPABAT PER SINGVLOS DIES] *iam inde à felicissimis Ecclesiæ initijs christiani Sacratissimam Eucharistiam singulis diebus sumebant; in Actis Apostolorum* erant perseuerantes in oratione, & communicatione fractionis panis? *paullo post*: quotidie perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, *quem morem temporibus Decij, & Valeriani extitisse, docet S. Cyprianus qui tum viuebat, in oratione Dominica*: qui in Christo sumus, Eucharistiam quotidie in cibum salutis accipimus, *& epistola ad Tibaritanos*: considerantes se quotidie calicem sanguinis Christi bibere, & possint & ipsi propter Christum sanguinem fundere. *Causa inter ceteras, vt qui quotidie in vita periclitantur, Tyrannis ecclesiam persequentibus, quotidie sumerent eorpus, & sanguinem Domini, seque aduersum illos armarent.*

Actuſ. c. 2. S. Cypr. or. Domin. epist. 56.

17 DONATO LECTORIS MVNERE] *is verò primus in ecclesiæ gradus fuit. Sidonius Apollinaris de Ioanne electo Episcopo*: Lector hic primum, sic minister altaris. *Paulinus Natali 4. Sancti Felicis.*

Primus lector seruiuit iu annis:
Inde gradum cœpit, cui munus voce fideli,
Adiurare malos, & sacris vellere verbis.

18 DIACONVM ORDINAVIT] *hoc loco aduertis, Neophytum primum lectorem, mox Diaconum, exinde Presbyterum ordinatum: atque hos per gradus euectum fuisse ad Episcopatum: id verò decretum postea est in ecclesiæ moribus. Concilium Sardicense*, vt nõ prius ordinetur, nisi ante & lectoris munere, & officio Diaconi, aut Presbyteri fuerit perfunctus, & ita per singulos gradus, si dignus fuerit, ascendat ad culmen Episcopatus.

Conc. Sardic. can. 13

19 MANICANTES] *antiquum verbum Aimonius de gestis Francorum*: manicare, *manu surgere.*

Aimon. l. 3. c. 80.

20 SACRAM LITVRGIAM PEREGISSENT] *ante ordinationem Neophyti, duo obseruas, quæ præcesserè, ieiunia, & sacrificium. is enim ordinationis ritus fuit, ab initijs ecclesiæ, vt non fieret sine ieiunio, & sacrificio, vt notat Baronius tom. 1. ex Actis Apostolorum de ordinatione Pauli, & Barnabæ*: ministrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus *pro ministrantibus, Græce est.* Liturgiam peragentibus, & sacrificantibus *antiqui Rituales libri idem planè contestantur, lege Lorin. in Actis Apostol. cap. 13 num. 2. & 5.*

21 CÆLESTIVM GLADIIS INTEREMPTVS EST] *qua ratione id factum est, habes in narratione miraculorum, quæ à SS. Alphio, Philadelpho, & Cyrino patrata sunt*

22 NOCTEM SOLIDAM DVXERVNT IN HYMNIS] *eadem religio ad Martyrum sepulchra. in Actis SS. Marij, & Marthæ: Marius. & Martha vnà cum filijs, & B. Ioanne Presbytero, corpora SS Martyrum, linteaminibus inuoluta, sepelierunt in Crypta, quo in loco permanentes, vigilias, & ieiunia, & orationes multis diebus cum Ioanne celebrarunt. eandem morem sæpius legis in his Actis SS. Alphij, Philadelphi, & Cyr. sed antiquum in ecclesia vsum concinendi psalmos, hymnosque Apostolorum instituto*

Acta SS. Marij, & Marthę apud Baro. to. 2.

Digitized by Google

Ad Colos. cap. 3. S. Aug ep. 119. c. 18.

cœptum, discimus ex epistola ad Colossenses, & docet S. Augustinus epistola CXIX. *memorant Socrates, & Nicephorus, alternum hymnorum in ecclesia cantum à S. Ignatio, Episcopo Antiochiæ, primum institutum, qui mos Antiochia cœptus, in omnes christiani Orbis ecclesias propagatus est*

23 MEDIÆ NOCTIS OFFICIVM] *Ecclesiæ initijs, christiani antè lucanos conuentus celebrabant. Plinius ad Traianum de christianis,* soliti stato die, ante lucem conuenire, carmenque Christo, quasi Deo dicere secum inuicem. *Tertullianus item commemorat cœtus antelucanos ad canendum Christo & Deo. sensim deinde inductum, vt non solùm interdiu, sed noctu psalmi, hymnique concinnerentur, horæque, quæ nunc celebrari cœpte, ita Vualafridus Strabo: testis etiam Philo, primitiuam apud Alexandrinos ecclesiam inter alia bona, hymnum antegalli cantus lucanos celebrasse.*

Tertul Apolog. c. 2.

Vualafrid. de reb. Ecclesiasticis cap. 25.

24 IBI NEOPHYTVM B. APOSTOLVS CONSECRAVIT EPISCOPVM] *rem mirabere extra ordinem, sed non desunt exempla, quæ firment. ita enim Fuluianus noctu per visum consecratus est Episcopus Myrmenæ à S. Matthæo Apostolo, vt tradit Nicephorus. ita Polymius à S. Bartholomæo Apostolo, auctor est Abdias. simili miraculo, ecclesiam S. Dionysij, extra muros Parisienses, à Christo Domino dedicatam, scribunt Vincentius in Speculo, & S. Antoninus. ad solemnia baptismatis Clodouæi Regis Francorum, ampulla chrismatis, columba ore è cœlo delata, qua tum fons, tum Clodouæus a Sancto Remigio sacratus est ex Aimonio, & Hincmaro.*

Niceph. l. 2. c. 41. Abdias l. 8. hist. Apost. Vinc. li. 3. c. 36. & 37. S. Ant. hist. par. 2. Aimon. de reb. gestis Franc. Hincmar.

25 AD SVMMVM PONTIFICEM] *ad quæ nam ad S. Stephanum. etenim anno Christi* CCLVIII. *Neophytus Romam contendit, quo Stephanus regebat ecclesiam.*

in vita S. Remigij, apud Surium 1. Januar.

26 CESSASSE IAM PERSECVTIONEM *in qua Lipara Insula. toti enim ecclesiæ pax reddita est, post annos tres, coercita persecutione Imp. Gallieni edicto.*

27 SIMVL IDOLORVM FANVM] *templi huius memoria aduersa tempora extinxere. hinc vrbem Leontinorum maxime illustrem, & gloriosam existimes velim, quod à fidei initij Deiparam Virginem coluerint, eique templum magnificum consecrarint, in quo Leontini baptizati sunt, ipsa Dei matre eos fere è baptismo suscipiente. seruent hoc decus patriæ, & pietatem in Virginem Genitricem augeant, & honoribus in dies cumulent.*

28 RHODIPPVM FRATREM B. EPIPH. *Qui dein in locum S. Neophyti, successit Episcopus Leontinorum.*

29 SED IMPONES EI APOSTOLICAM] *ita in Græco codice est, sed apud Achmetem* Apostolicum, habitus Apostolicus, *id est* Pontificalis, siue Episcopalis. *habitus autem Pontificis, & Episcopi, Apostolica, siue Apostolicum dictum est, quòd Pontifices, & Episcopi Apostoli appellentur; Pontificatus, & Episcopatus, dicatur Apostolatus: Godefridus* Villabardoninus *in historia Constantinopolitana, quam ante* CCCC. *scripsit, Innocentium nominat* Apostolum Romæ. *Varnefridus de gestis Longobardorum,* ad Apostolatus officium Sabinianus est ordinatus. *Nicolaus* PP. *idipsum,* nostro scribentibus Apostolatui. *Episcopi item Apostoli, & Episcopatus, Apostolatus. S. Cyprianus ad Rogatianum,* meminisse Diaconi debent, quoniam Apostolos, id est Episcopos, & Præpositos Dominus elegit. *Paulinus, epistola ad Alethium,* in aulam Apostoli congregari &c. *Sidonius Lupo Episcopo,* officium, quod Apostolatui tuo debetur. *& Fonteio Episcopo,* ad Apostolatus tui notitiam. *Ennodius Marcellino Episcopo,* seruitia Apostolatui vestro debita.

Achmet. cap. 158. Godefr. in hist. Constantinop. Varnefrid l. 4. c. 30. Nicol. PP. In ep. S. Cypr. ep. 65. S. Paul. ep. ad Aleth. sidon. l. 6. ep. 4. epi. 7. s. Ennod. l. 7. ep. 14.

ET HVMERALE] *Græce* homophorium; Episcoporum vestis, *quæ humeros tegeret. ita Theodor. Anagnosta. S. Petrus Episcopus, & Martyr* cum colobio, & homophorio *sepultus est, eius Acta. sed apud alios scriptores homophorium velum est, quod tegit humeros. Ioannes Curolapates,* Imperator cum ad templum Blachernarum cum Patriarcha venisset, in sanctum sepulchrum ingressus, adhibitisque precibus cum cantu Deo, & sumpto homophorio Dei Genitricis, e templo egressus est, & armis tutus conscendit.

30 Theod. Anagost. l. 11. Acta s. Pet. ep. Alex. & Mart. Io. Curop. in Roman.

VIDITQVE LAMINAM AVREAM] *lamina aurea, in qua sculptum, Sanctum Domino, Sacerdotes antiquæ legis vsos, notum est ex libris Exod. & Leuit. idem capitis ornamentum Apostolis gestauere. Epiphanius, de Sancto Iacobo Apostolo,* solium siue bracteam in capite gestare ipsi licebat, quem admodum relati fide digni viri Clemens, & Eusebius in suis commentarijs testati sunt. *Polycrates Ephesiorum Episcopus de Sancto Ioanne Apostolo,* Ioannes, qui super pectus Domini recubuit; & Pontifex eius fuit, laminam auream in fronte portans, Martyr, & Doctor in Epeso dormiuit. *Num ne antiquissimis temporibus, Episcopi eamdem laminam auream, insigne Pontificatus, quò hic allusum, gestauere?*

31 Exod. c. 28 & 29. & 39. Leuit. c. 8. Epiph. hæresi 29. Polycrates apud Euseb. hist. l. 5. ca. 23. & D. Hieron. de script. eccl. in Polyc.

AD SANCTI HIPPOLYTI PORTVM DEVENERE] *Portum, vrbemue ad Tiberis ostium significat, qui Xiphilino,* Portus Augusti, *Aethico,* Portus Vrbis, *Antonino,* Portus Augusti Vrbis; *Cassiodoro,* Portus Vrbis Romæ; *Pontio Paulino,* Portus Romani Pharus; *scriptori huic nostro,* Portus S. Hippolyti *dictus à celebri olim eius memoria, in eo portu, cuius Episcopus fuit, & vbi martyrium expleuit, Imper.* Alexandro, *Martyrologium* Romanum.

32 {Martyrol. Roma. 22. Augusti.

SANCTI ERASMI MARTYRIS CORPVS] *Vide scriptam eius translationem.*

33

LIPARAM INSVLAM] *quid de Beato Agathone Liparæorum Episcopo factum sit, Acta non meminere. num ne in Lipara, suaque in ecclesia constitit? an cum Neophyto, Episcopo Leontinorum, traiecit in Siciliam, sua in sede illum locaturus? in ancipiti sum, quid affirmem.*

34

MARTYR. DVORVM CORPORA *Translationem hanc SS. Stratonici, & Cleonici*

35

Digitized by Google

Viai leges in eorum martyrio.

37 EVNTIBVS OBVIAM POPVLIS EPISCOPO, CVM CEREIS, ET ODORIB.] *duabus de causſis id factum oportuit. primũ, hic bonos habitus Epiſcopis, vt obuiam eis procederetur, accenſis eum facibus. quo de more dictum eſt Notis ad Translationem S. Agrippinæ. ſecundum, corpora Martyrum multo cum lumine, & odoribus exportari ſolita. quod ex impio Gentilium ritu, ad chriſtiana ſolemnia noſtri maiores, pie transtulere. exemplis domeſticis rem probamus.* M. Cic. l. 4 in Verrem *Cicero, de translata imagine Dianæ,* quid hoc tota Sicilia clariùs, quam omnes Segeſtanas Matronas, & Virgines conueniſſe, cum Diana exportaretur ex Opido, vnxiſſe vnguentis; compleſſe coronis, & floribus: ture, odoribuſque incenſis, vſque ad agri fines proſecutas eſſe? *igitur hic bonos à falſis Dijs ad verum Deum, eiuſque SS. Martyres translatus videtur. at S. Neophytus corpora Sanctorum Martyrum Cleonici, Stratonici, & Eraſmi Leontinos deferebat.*

38 PASTOPHORIVM, QVOD THECLA CONDIDERAT] *Clemens conſtit. App. in deſcriptione eccleſiæ,* ſit, *ait,* longa domus, ex vtraque parte paſtophoria habens ad ſimilitudinem nauis. *ad quem locum Ioannes Carolus Bonius, Epiſcopus Oſtunenſis, paſtophoria fuiſſe exiſtimat, tabernacula quædam, quaſi armaria, in fronte templi, vtrimque poſita, in quibus Euchariſtia, vaſa ſacra, veſteſq; condebantur.* Bou. ſchoius in lib. Clementis. *Paulinus ſecretaria appellat, & in altero Euchariſtiam, & quæ ad ſacrificium vſui ſorent, aſſeruata; in altero ſacros libros. porrò Euchariſtiam in paſtophorio condi ſolitam, docet Clemens,* poſtquam Paulin. ep. 12. *ait,* omnes communicauerint, inſerant Diaconi, quæ ſuperſunt, reliquias in paſtophoriũ: Clem. l. 8. epiſt. *quod idem eſſe, quod tabernaculum appellamus, affirmat doctiſſimus Pamelius, Notis ad Tertullianum. enimverò locus ille Iſaiæ,* Pamel. ad lib. Tertul. de or. initio. Iſaias. c. 20. Hier. in c. 10. Iſaiæ. Symmac. ap. Hiero. in c. 41. Ezechiel. Hier. in c. 40. Ezech. Euſtathius Pollux. vade, & ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, *apud LXX. interpretes ſacrorum Bibliorum, vt ibidem notat Hieronymus* in paſtophorio *eſt; Aquila vertit* tabernaculum *ſiue* interius cubiculum Sacerdotis: *Symmachus, & Hieronymus,* thalamum. *vox autẽ ab ornatu deducta eſt. nam* τάσις *Græca vox Euſtathio eſt,* thalamus nuptialis, *vel quod idem* τάσις *Polluci eſt pallium, ſiue ſtragulti quo genialis lectus ſternebatur. igitur præcelſum Euchariſtiæ pegma, locum inquam, in quem arcula Euchariſtiæ includitur, veteres appellarunt* paſtophorium, *quæ vox tabernaculum, ſeu thalamum ſonat. benè planè cum ibi reponatur Ieſus* Chriſtus, *qui Dux eſt, & eccleſiæ, animarumque noſtrarum ſponſus. idque arbitror hoc loco Paſtophorij nomine ſignificari, ſaeratiſſimæ Euchariſtiæ tabernaculum.*

39 INTRA SACRAM MENSAM] *ſacra mẽſa, altare eſt, in eo conditi Martyres. idem igitur altare, atque* Martyris *ſepulchrum. Prudentius Paſſione Hippolyti Martyris.*

Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis,
Propter vbi appoſita eſt ara dicata Deo.
Illa Sacramenti donatrix menſa, eademque
Cuſtos fida ſui Martyris appoſita:
Seruat ad æterni ſpem Iudicis ara ſepulchro,
Paſcit item ſanctis Tibricolas dapibus.

Et hymno in Sanctum Vincentium:

Altar quietem debitam
Præſtat beatis oſſibus

Et in Sanctam Eulaliam;

Oſſibus altar, & impoſitum.

POSTERO DIE CONSECRAVIT ECCLESIAM] *& ſi Leontinis eccleſia S. Mariæ 6. Idus Septemb. conſecrata ſit; eccleſia verò SS. MM. 4. Idus Decemb. à Leontinis tamen Idibus Iulijs, poſteaquam hoc die dedicata eſt eccleſia S. Andreæ Apoſt. vrbis patroni, celebrantur, trium eccleſiarum natalibus in vnum coniectis.* 40

CHARTVLARIVM, ET OECONOMVM ISIDORVM SVBDIACONVM] *Chartularius, & Oeconomus munera erant ordinis eccleſiaſtici, ex Codino. Chartularius publicis tabulis, inſtrumentiſque curandis præfectus erat: Oeconomus eccleſiæ prædia, redditusque adminiſtrabat. ſupersùs etiam Notarij, ideſt ſcribæ, commemorati: ſubdubitatamen, an eo tempore omnes eæ functiones, & officia inſtituta eſſent. præterea cura, & diſpenſatio rerum eccleſiæ Diacono commiſſa erat, inſtituto Apoſtolorum, qui Diaconos ſeptem elegerunt, menſarum miniſtros, cum ſacræ, tum communis. ac primus inter Diaconos id muneris procurabat; ceteri adiutores erant. Prudentius in S. Laurentium.* 41

Hic primus a ſeptem viris
Qui ſtant ad aram proximi,
Leuita ſublimis gradu,
Et ceteris præſtantior,
Clauſtris ſacrorum præerat;
Cæleſtis arcanum domus,
Fidis gubernans clauibus,
Votaſque diſpenſans opes.

Prud. hymno in San. Laurentiũ

Leo Papa de S. Laurentio: non ſolum miniſterio Sacramentorum, ſed etiam diſpenſatione eccleſiaſticæ ſubſtantiæ præeminebat. *igitur contra morem eſt, quod hic legis Iſidorum ſubdiaconum fuiſſe Oeconomum, & rebus eccleſiaſticis præpoſitum. putauerim legendum eſſe, Diaconum.*

SEDEM TENVIT ANNOS XXXVII. ETC.] *S. Neophyti Epiſcopatus exordia ſic ſtatuo. SS. MM. Alphius, Philadelphus, & Cyrinus morte affecti ſunt anno 11. perſecutionis Decij, Chriſti Domini* CCLIII. *6. Idus Maij. Impius verò Tertullus Sicilia conſularis miſere extinctus poſt annos 4. ab eorum nece; anno Chriſti* CCLVII. *paucis menſibus à Tertulli cæde elapſis, martyrio coronata eſt Euthalia 6. Kal. Septemb. poſt quatuor menſes, Neophytus per viſum à S. And. Apoſtolo Epiſcopus conſecratur; ex Actis colligitur, quæ Neophytum conſecratum aiunt poſt inſtructum catecheſi Victorinum, quæ menſes quatuor durauit. conſecratus eſt igitur ipſis Domini noſtri natalitijs, menſe Decembri. conſequente anno,* CCLVIII. *circa hordei meſſem Neophytus Romam profectus eſt. in vrbem peruenit 15. Kal. Auguſti Ro-* 48

Digitized by Google

matres post annos redijt Leontinos. an post annos duos? etenim duos annos Romæ fuisse videtur; at Acta post tres annos, Neophytum Roma reuersum dicunt. maxime: sed tres annos à nece Tertulli accipio. sed hic funem nõ trahamus; demus in Siciliam reuertisse post annos tres, Christi CCLXI. quo Romę, festo Pentecostes die, à Pontifice Maximo benedictionem accepit, mox Leontinos ingressus 16. Kal. Augusti. cùm igitur B. Neophytus sedẽ tenuerit annos 37. menses 5. obierit 15. Kal. Maij, vnde nam annos Episcopatus eius numerauerit? vtrum à festo die Pentecostes, quo Romæ benedictus, an à 16. Kal. Aug. cum Leontinos ingressus est? sed neutrum posse dici videtur. nam cùm Neophytus obierit 15. Kal. Maij, sedem rexerit annos 37. menses 5. haud absolutos, sed cœptos vtrouis modo annos numeres, obitus eius in 15. kal. Maias numquam incidet. equidem existimauerim annos sedis B. Neophyti numerandos esse ex eo tempore, quo Episcopus à S. Andrea per miraculum consecratus est. quod, vt dixi, natalitijs Domini videtur accidisse, mense Decembri. à quo si numeres annos 37. & menses 5 B. Neophyti obitus in mensem Aprilem plane incurret. ex hac Chronologia cœpit S. Neophytus esse Episcopus Leõtinus anno extremo CCLVII. obijt verò anno CCXCV. mense Aprili.

43 PRIMVS LEONTINORVM EPISCOPVS] *duplici de caussa S. Neophytum primũ fuisse Leontinæ ecclesiæ Episcopum affirmauerim. prima est, quia nullius ante eum Episcopi Leontinensis mentionem fieri video, nec ex actis manuscriptis Græcis SS Leontinorũ diligenter exscriptis ex eo codice, qui in crypta seruata asseruatur, colligi tale quidpiam potest, sed potiùs nullum priorem fuisse Episcopum Leontinorum S. Neophyto; aliter enim Sancti Fratres Alphius, Philadelphus, & Cyrinus, Hebræi Energumeni parentibus non dixissent, vt irent ad presbyteros, qui in spelæcis latebant, vt ab eis salutare signum acciperent, sed potius ad Episcopum; quod quidem in Græcis MS. de vita horum sanctorum non reperitur. Verba enim sunt* Dixerunt sancti parentibus irent ad Presbyteros, qui in spelæucis latebant, vt ab eis salutare signum acciperent. *Nec præterea D. Thecla cùm de constituendo Episcopo cum Leontinis ageret,* 44 *vllam prioris pastoris facit mentionem, vt ex actis Sanctorum Leõtinorum supradictis clarissime apparet. secunda ratio est, quòd hac S. Neophyti consecratio tàm admirabilis, vt in eius vita videre est, primam illius ecclesiæ constitutionem decebat; quid tot mira, tot cœlestes visus in Neophyto creando Episcopo, nisi vt Leontinensis ecclesia iam Sanctorum Martyrum sanguine irrigata cultorem suum, ac pastorem veluti diuinitus datum acciperet? Quod autem D. Petrus voluerit in omnibus ciuitatibus Episcopos creari, & magna id tẽporis erat Leontinorum ciuitas, nihil facere videtur;* Apostolus enim Petrus *præcepit, vt haberent omnes ciuitates Episcopum, siue proprium, siue alicuius vicinioris Metropolis; scimus enim quamplures etiam in Sicilia ciuitates nullum habuisse proprium Episcopum. Confirmat idem clarius ipsa D. Thecla in epistola, quam ad Romanum Pontificem scribit de S. Neophyto eligendo Episcopo, quam paulò post dabimus; sic enim ait.* sanctos, & valde honorandos Apostolos latuit hanc vrbem decernere Episcopalem. *ex hoc enim clare intelligitur ab Apostolis nunquam ante D. Neophytum Episcopum creatum esse Leontinorũ. Quo autem manifestius ex ipso fonte veritas hauriatur visum est ipsius S. Theclę epistolam latine exscriptam hic apponere.*

DOMINO, AC BEATISSIMO PAPÆ.

DIuino sanè Consilio misit ad te Deus hominem frugi, quem nobis Episcopum creares, vt ipsius populum baptizaret, & pasceret; præsertim cum Deus certam tibi fecerit hominis puritatem. Sunt autem apud me stipendia quædam, quæ satis erunt ad ecclesias tum maximè laudandæ Deiparæ, tum Sanctis glorioſisque Martyribus ædificatas; suburbia duodeuiginti, aliaque octo Iustinæ consanguineæ meæ: iumenta quoque, & ouium mearum nouem millia, Iustinæ verò tria millia; multæque aliæ tum pecuniæ, tum possessiones quas Dominus daturus est communis Patris nostri sanctitati, qui talem hic & nomine, & moribus se præbiturus est. Quamuis enim (vt mihi certè videtur) sanctos ac valde honorandos Apostolos latuerit, vrbem hanc Episcopo dignam. in Episcopatum decernere. At muto mentem, & veniam peto, ne irritare, atque ad iram incitare videar Spiritum Dei; mihiq; adeo idem contingat, quod Ananiæ & Saphiræ, in quos Apostolorum Princeps Petrus ob ipsorum temeritatem mortis tulit sententiam. Id verò potius indignitatis, humilitatisque meæ conscia dico non latuisse quidem, sanctos, ac glorioſos Apostolos (quod ego indigna iam scribere ausa sum) sed verò diuinæ Prouidentiæ dispensatione factum esse, vt res ad tua vsque tempora, cuius est admirabilis in Deum amor, seruaretur, ac pro voto nostro compleretur. iamdiu enim (quod te, communis Pater noster, minime fugit) palmites in Sicilienſem Prouinciam missi sunt. Nemo tamen ex Patribus ecclesias ipsis destinatas circumlustrantibus nostram in Metropolim est ingressus. Quam ob rem litteras ad tuam Beatitudinem scribere in animum induximus, vt supplices preces nostras ad te ne despicias, verum adstipuleris, & annuas; minimamque hanc nostram Metropolim, vel Dei potius vrbem, populumque, & oues pascuæ eius in Reliquarum earum vrbium numerum adscribas quæ in hac Sicilienſi Prouincia sub Episcopis sunt à Sanctorum, ac Beatorum Apostolorũ sede constitutis, ordinatisq; pro vt tibi Dominus persuaserit. Vale semper in Domino Beatissime.

Hę sunt rationes, quæ mihi S. Neophytum primum Leontinorum Episcopum suaserunt; si quis autem, vel à D. Petro Leontinis missum Episcopum probauerit; non modo non contradico, verùm gratulor Ciuitati Leontinæ, gratulor vniuersę Siciliæ, tot, ac tales Episcopos ab Apostolo habuisse.

ANI-

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES IN CCCC. MARTYRES IVXTA FLVVIVM SELIN.

1 DIOCLETIANVS, ET MAXIMIANVS] *Martyres CCC. C. iuxta Selinuntium, Siciliæ fluuium vnà cum Sanctis Vito, Modesto, & Crescentia, sub Imp. Diocletiano coronatos tradunt Primus Episcopus Cabilonensis, & Ioannes Iacobus Hadria. at Vitus, Modestus, & Crescentia in Lucania diem obierunt suũ. num ne illi, priusquam Vitus è Sicilia profectus, ad Lucanos commigraret, eius miraculis ad fidem conuersi, comprehensique, & pro Christo interfecti sunt?*

primus Episc. Topograph. SS. Mart. Hadria Topographia Mazar.

2 IVXTA SELINVNTEM FLVVIVM] *Selinus Ptolomæo Siciliæ fluuius in ora Meridionali, ad mare lybicum, inter Thermas, & Mazaron. sed male collocat Ptolomæus* inter Acithium, & Mazaron, *cum Selinus. sit vltra Mazaron, ad Meridiem. ab eo olim nomen vrbi proximæ, quam præterlabebatur. hodie Aretio* selini *dictus, Albe to Leandro* Salemis, *vterque errat Fazello, & Maurolyco* Madiunis, *& rectè.*

Prolo. l. 3. c. 4.

Aret. de situ Siciliæ. Leand. descrip. Sicil. Faz. dec. 1.

3 SELINVNTI VRBI] *Vrbs* Selinus, *dicta Marciano Heracleote, Thucydidi, Dio oro, Straboni, Stephano: Selinus Plinio. Marcianus auctior est, à Megarensibus condita vr: Thucydides à Megarensibus Hyblæis, Duce Pammilo, structamque, post Hyblam habitatam, centumfere post annos. Eusebius conditam memorat Olympiadis XXXI. anno 2. sed aliquot annos aberrat à Diodoro, qui Selinuntem scribit euersam à Carthaginensibus Olympiaae XCII. anno 4. post CCXLII. annos, ex quo condi cœpit. ceterum Selinus eodem ferme anno, quo à Carthaginensibus fuit diruta, ab Hermocrate Syracusano instaurata est, ita idem Diodorus. at quipotuere ij Martyres Selinuntij esse, cum Strabo Selinuntem interijsse dicat æuo suo? sed suo exstasse, docet Plinius, qui Strabonem consecutus est. igitur aut Strabo lapsus, aut Selinuntem rursum instauratam oportuit. nam Saraceni quingentos, & amplius post Diocletianum annos, in Siciliam classe transgressi, vrbem Selinuntem primum occuparunt: debellatis dein Saracenis, Normanni solo æquauere, Fazellus veterem Selinuntem Leander esse ait, quod hodie* Salemium *dicitur: Raphael Volaterranus, Aretius, Hadria, Augustinus Floritus, Matthæus Selnagius Vrbẽ* Mazaram. *addit Leander Selinuntem in mediterraneis fuisse; sed plane omninò falluntur. nam* Selinus *vrbs litoralis, & adhuc prostrata, cuius ingentes ruinæ spectantur.* pulicum terra *dicta. Fazello, & Maurolyco, corruptè à iacente Pollucis templo.*

Aret. de situ Siciliæ. Leand. descrip. Sicil. Faz. dec. 1.

3 l. 6. c. 4. Maurol. l. 1. rer. Sica. Marcianus de situ Or. Thucydid. l. 6. Diod. l. 3. ster. l. 8. Stepha. de vrbib. Pli. l. 3. c. 8. Eus. Chro.

Volaterra. l. 6 comm. vrbanor. Seluag. de trib. peregr.

ANIMADVERSIONES IN SS. MM. LXXV. MENDENSES

1 EX OPIDO MENDIS] *Stephanus hæc habet* Mẽdæ, vrbs Siciliæ prope Palicos, Apollodorus libro secundo Chronicorum; Gentile, Mendæus. *extant diruti Opidi vestigia, in agro Netino, quod* Mendula *vulgò dicitur. sed verum opidi nomen, per tantum ævi occultatum, nos ex Stephano Byzantio eruimus. vide quæ copiosè dicta à me sunt ad martyrium Sanctarum Lucia, & Geminiani*

2 VT ACTA MEMORANT] *Manu exarata, cùm Sicula, tùm Romana. adi easdem Notas.*

3 IDIBVS SEPTEMBRIS] *ita MSS. codd. Netini, quos sequimur. nam liber congregationis Oratorij, in vrbe Roma, habet occisos ad 16. Kal. Octobris, qui dies SS. Luciæ, & Geminiani cædis fuit. sed errore fortasse librarij, qui diuersos natales dies videtur in vnum con-*

Digitized by Google

confudiſſe. neque enim Lucia, & Geminianus eodem die interfecti, ſed multo pòſt; non modo poſt ceſos Martyres LXXV. ſed poſt Apophraſium Iudicem, diuinitus vindicatum. præterea SS. Lucia, & Geminianus alio ſub Iudice martyrium expleuere, qui Megaſius fuit, Paſchaſij Siciliæ Conſularis pater. quin immo neque eodem die, neque anno caſi ſunt. equidem exiſtimauerim annum pene interciſiſſe à Sanctorum LXXV. Martyrum nece, ad martyrium SS Luciæ, & Geminiani. cum enim ij ad 16. Kal. Octobris ſupplicio affecti ſint, ideſt tres poſt dies à nece SS. Martyrum LXXV., intelliges eodem anno interfici non potuiſſe, ſi reputaueris, plurimos effluxiſſe interiectos dies, abſumptoſque diſceſſu, atque itinere Apophraſij: ac præterea priuſquàm Syracuſis cognitum eſſet de Apophraſij exitu, itemque Megáſius in Opidum Mendas iter inſtrueret, quæ omnia triduo confici nequaquam potuere. adde Luciam, & Geminianum; poſt ceſos LXXV. Martyres, tres dies in ſpelunca delituiſſe. his igitur rationibus permotus, Sanctos Luciam, & Geminianum, conſequente anno à cæde SS. LXXV. Martyrum fuiſſe interfectos, facile crediderim.

ANIMADVERSIONES
IN CERTAMEN
SS. MART. LVCIAE, ET GEMINIANI.

1

ERTAMEN SS. MM. LVCIÆ, ET GEMINIANI] *compoſuimus hoc certamen Sanctorum Luciæ, & Geminiani ex MSS. codd. cùm Romanis, tùm Siculis. Romæ exſcripſimus ex Bibliotheca Congregationis Oratorij. in Sicilia MSS. codd. oſi ſumus, altero Panhormitanæ eccleſiæ, altero Netino, cœnobij Sanctimonialium S. Saluatoris. libris manu exaratis conſentiunt ij, quos ſcripſere Vincentius Beluacenſis, S. Antoninus, Petrus Epiſcopus Equilinus, Vincentius Littara Netinus.*

Vinc. Bell. hiſt l. 13. S. Ant. p. p. t. 8 ca. 1. §. 37. Equil. l 8. c. 85. Littara l. de reb. Netin.

Ceterum præmoneo, conficiendis his Actis nonnulla recidiſſe me ex MSS. libris, quæ nemo probarit præque me, doctiſſimus Baronius aduertit, habere ea Acta, quæ corrigantur; quamuis, quæ caſtiganda eſſent, ille non explicauerit, nos perpauca commemoramus. nominantur in ijs Actis Gebal *aſſeſſor Impe. Diocletiani, &* Pyropogon *Romæ Vicarius, quæ nomina barbara, ac ſuſpecta falſi. traditur, Lucia in carcerem detruſa, ex eius fundamentis fluuio exundante, mediam vrbem interiiſſe; domum verò Diocletiani à fundamentis euulſam: Qui Luciam fuſte cedebat, lapideum effectum, extra vnam manum, quæ carnea remanſit: Diocletianum autem, qui cædi iuſſerat, exaruiſſe; ſed Luciæ precibus ſanatum; Geminiano domi fuiſſe vltra tria millia, & ducenta ſimulacra: Romæ, hiatu terræ, templum Iouis abſorptum; Diocletianum poſt excruciatos Luciam, & Geminianum Roma digreſſum, ad pontem Galatium in flumine Thein cum mille trecentis quadraginta ſex viris ſubmerſum. quæ omnia fuga. alia prætereo, ne videar otioſus. hæc verò recenſui, vt Acta in nonnullis corrupta cognoſcerentur. ac nemo miretur quædam reſecta à me, alia iure emendata.*

IMPP. DIOCLETIANO, ET MAXIMIANO] *Acta manuſcripta Congregationis Oratorij ſic habent*: Imperantibus Diocletiano VIII. & Maximiano VII. Coſſ. anno 13. Imperij eorum; in vrbe Roma ſæua perſecutio aduenit, &c. *ſed Conſulatus Diocletiani* 8. *& Maximiani* 7. *perperàm coniunctus eſt cum anno Imperij* 13., *quo anno, vt adnotatum in faſtis, Conſules erant* Diocletianus *Aug.* 6. *&* Conſtantius *Cæſar* 2. *Conſulatus autem Diocletiani* 8., *& Maximiani* 7. *incidit in annum* 20., *qui fuit eorum Imperij poſtremus. igitur in alterutro depraua ta ſunt Acta; vel in Nota conſulum, vel in anno Imperij. ambiguus animi ſum, quid caſtigandum. annum ne ad conſulatum Diocletiani* 8., *& Maximiani* 7. *produxerim? an contrà, conſulatum hunc ad annum Imperij* 13. *retraxerim? rem mecum animo reputans cenſuerim potiùs in conſulibus errorem, quam in anno eſſe. moueor, quòd in tribus aliis exemplaribus, quæ penes me ſunt, nulla conſulum mentio fit, ſed tantum traditur, certamen Sanctorum Luciæ, & Geminiani accidiſſe anno imperij* 13. *Diocletiani, & Maximiani. Verùm quòd Martyrum Acta Conſulibus obſignari ſolerent, à librario codicis Congregationis Oratorij forte ſunt additi Conſules Diocletianus* 8., *& Maximianus* 7., *atque ad id induxiſſe illum videtur ingens chriſtianorum laniena, quæ Diocletiano* 8., *& Maximiano* 7. *Conſulibus facta eſt. nec mirùm falſos eſſe Conſules in his Actis, cum nonnulla alia, vt diximus, in iiſdem ſint depraua ta*

2

Prætc-

Præterea mouetor, vt Consules corrigam potius quàm annum; quod Diocletiano 8. & Maximiano 7. Coss. anno eorum imperij 20. Siciliæ consularis erat Pascbasius, qui Luciam Syracusanam Virginem martyrio affecit. at Lucia vidua, & Geminianus extincti sunt sub Consulari Siciliæ Megasio, qui aliquot ante Paschasium annos Siciliam rexit. verò similius igitur est, Sanctos Luciam, & Geminianum anno 13. Imperij Diocletiani, & Maximiani: certamen Romæ cœpisse, quod dein duos aut tres circiter post annos in Sicilia explenere, vt paullo post plenius cognosces: nec te moueat, quod Acta meminere edicti à Diocletiano editi, anno imperij 19. cum ex. n. dicam, quod nam edictum istud fuerit.

3 IN VRBE ROMA] *quòd Lucia, & Geminianus Romæ geniti, eademque in Urbe martyrium occœpere, Romanum Martyrologium, & alia Martyres adscribunt Romæ. nos verò Siciliæ tribuimus. quòd in eo certamen finiuere.*

4 FILIVS EVPREPIVS] *à Galesinio dicitur* Eutropius, *sed Ado, & Acta MSS. constanter habent,* Euprepius.

5 PROPOSITO DIOCLETIANI, ET MAXIMIANI EDICTO] *Ne accipias immanissimum illud edictum, quod Diocletianus, & Maximianus, ad conuellendam christianam religionem, frustrà tamen, toto orbe Romano promulgarunt extremo imperio: sed edictum primum intelligas, quod à Diocletiano, anno 3. imperij, Romæ editum est aduersus christianos, qui Romæ agerent. nam hoc ipsum edictum Acta significant, cum tradant, ad sæuitiam persecutionis ostendendam, nullam vrbem, vicum nullum fuisse, in quibus simulacra non statuerentur. quo videntur alludisse ad Diocletiani iussa, initijs imperij data, vt nemini vendere, nec emere liceret, nec quidpiam commercii exercere, nisi prius simulacro tus incendisset, vt constat ex Aretha Episcopo, & Beda.*

Aret. or. de SS.MM. Vria, & Samma ap. Surium to. 3. Bed. hym. in S. Iust. Mart. to. 3.

6 CONTREMVIT LOCVS] *vide, quæ diximus Notis ad S. Mart. Vitum.*

7 SACERDOTIBVS LVCIÆ MALEFICIO ID FIERI DICTITANTIBVS] *Romæ sacerorum Gentilium Sacerdotes multis christianos calumnijs ad Imp. Diocletianum detulisse, eo prætextu, quòd acceptam à maioribus superstitionem oppugnarent, nouasque res contra Imperatores molirentur, docent Acta S. Sebastiani, & Acta S. Stephani, quæ habes apud Baronium, tom. 11. Annalium ad annum Christi 259. & 286.*

8 FERRO ONVSTA] *noxij catenis ad quæstionem trahebantur. Tacitus in Annalibus* ijsdem Consulibus miseriarum, ac sæuitiæ exemplum atrox reus pater, accusator filius (nomen vtrique. Quinct. Vibius Serenus in Senatum inducti sunt. ab exilio pater retractus, illuuieque, ac squalore obsitus, & tùm catena vinctus, perorante filio. *Suetonius de Domitiano*, nec nisi secretò, atque solus pleraque custodias, receptis quidem in manu catenis audiebat. *porrò catenarum grauis, & multiplex erat series, quæ reum circumuolueret. Sanctus Ambrosius de Agnete Virgine*: hæc stridentium grauibus immobilis tractibus catenarum, &c. *ex ijs intelligis, cur Luciam catenis oneratam. Acta dicant.*

Tac. annal. l. 4.

Suet. Domitia. c. 14.

S. Ambro. l. de Virg.

A QVO MVLTA DOMI SIMVLACRA HABEBANTVR *Vincentius Bellua. huic Geminiano, fuisse ait* 30. *millia, & CC. simulacra. Acta Oratorij, vltra* 3. *millia, ac* CC. *modestius apud alios scriptum,* CCCXX *vides errorem ex numerorum propinquitate ortum esse, librarij s incuriosis. sed Ado, quem nos secuti, rectius ait,* Geminiano innumera Dæmonum simulacra domi fuisse. 9 Vinc. Bell. Ado in Martyrol.

PER DIES TRES IEIVNA] *Baptismi præcedebant ieiunia, & orationes. Tertullianus,* ingressuros baptismum, crebris orationibus, ieiunijs, geniculationibus, & pernigilijs orare oportet. *Acta S. Stephani Papæ,* mane autem facto, redierunt Ædias, & Paulina, & corde compuncti lacrymantes se, petierunt, se baptizari. hæc videns Hippolytus, gratias agens Deo, dixit ad B. Stephanum, Domine sancte, ne tardes eos baptizare. B. Stephanus Episcopus dixit, compleantur sollemnia, & interrogatio celebretur, si verè credant. facta autem interrogatione, indixit eis ieiunium, catechizauit omnes &c. 10 Tertull. li. de Baptis. c. 20.

QVI TE PVRFICET DIE DOMINICO] *is baptizandis status dies, pro quo Ioannes. Testatur Acta Sanctorum Marij, & Marthæ de Calpurnio; his verbis;* egit per Artemium, vt Valentinum ad cultum Idolorum reuocaret: huius cùm filia cæca ab eo fuisset illuminata, credidit ipse, vxor ipsius, atque familia, qui die Sancto Dominico ab Episcopo sunt baptizati. 11

PERGE AD CARCEREM CAPITOLII] *sic Acta appellant, quòd infimo cliuo capitolino, subrupe Tarpeia, carcer fuit, amplissimus ille quidem, & cuius plurima partes, ac loca, quæ scriptoribus commemorantur* vt custodia Mamertini, *in Actis Sanctorum Processi, & Martiniani, Sanctorum Hippolyti, & Eusebij, aliorumque.* carcer Latomiarum, *Liuio;* Tullianum, *Varroni, & Sallustio:* robur, *Festo: Plautus* robustum carcerem *appellat. Capitolinus verò carcer tot olim criminosis viris infamis, dein Sanctorũ Apostolorum, plurimorumque Martyrum vinculis consecratus est.* 12 Liu. lib. 32. Varro l. 4. de S.S. Sallust. Catilin. Festus V. Robur. Plautus.

DIVINA VIRTVTE IN SICILIAM DEPORTATI] *plures Sanctos Martyres, Angelorum ministerio, alias in terras deportati. exempla in eorum Actis lege.* 13

APVD MONTEM TAVROMENIVM] *Montem Tauromenio incumbentem ante vrbis conditum* mons Taurus, *Diodoro auctore, dictus: in Actis Sancti Pancratij, montes qui Tauromenio imminent,* Molici *appellantur.* 14 Dio. l. 14

IN PRÆTORIVM ALESINVM] *Ita Acta Oratorij. Equilinus* prædium *alij* agrũ Alesinum; *idem. nam prætoria villa dicta, & magnifica domus in agris. itaque quod est apud Tacitum,* villa, cui vocabulum spelunca: *apud Suetonium, vulgatis libris* in prætorio, cui spelunca nomen erat. *sed in eodem Suetonio, leges exstructiones prætoriorum, ac villarum.* 15 Tacit. Annal. l. 4. Suet. in Domitiano Id. in Caio

Ceterum quod appellant Acta prætorium, siue agrum Alesinum, *fuisse significant Tauro-*

Digitized by Google

romenium inter, & Symæthum fluuium, haud procul Aetna monte, sed introrsum, qua parte Sicilia Orientem spectat. a vnde agro Alesino nomen, nisi à Ciuitate Alesæ? sed vetus vrbs Alesa, litoralis opidum fuit, octo stadijs à mari distans, quà Sicilia ad Septemtrionem vergit. censuerim, hoc in loco aliam Alesam exstitisse, à qua huic prætorio nomen; nam multas in Sicilia vrbes Alesæ nominis

Diod. l. 14. *fuisse, docet Diodorus Siculus. quo permotus Archonides Erbitęorum Prafectus, qui Alesam ad Tyrrhenum mare condidit,* Archonidiam *à se nominauit, vt à ceteris, quibus idē Alesæ nomen, distingueretur.*

15 QVID INCENDIS ME LVCIA, MARTYR CHRISTI? *] rectè Basilius Seleucia in*

Basil. Sele. de vita S. Thec. l. 1. *Isauria Episcopus,* siue viuat, siue mortuus sit Martyr, nihilominus Diabolo formidabilis est. *Prudentius:*

Prudent. hym. 1.

His modis spurcum latronem Martyrum
virtus quatit:
Hæc coercet, torquet, vrit.

Hic vero audis Dæmonem proclamantem, incendi se præsentia, & virtute S. Martyris Luciæ,

16 AD FLVVIVM SYMÆTHVM] *qui per Leontinum agrum, & Catenæum meat.*

17 AD OPIDVM, CVI NOMEN MENDÆ] *id opidum codex Panhormitanus* Amigdalas *appellat,* Membranę Oratorij Amendulas, *Vincentius,* Mendulas, *Equilinus* Mādulam, *libri Netini, scriptoresque nostri, Fazellus, Maurolycus, Littara,* Mendulam. *nemo est, qui ambigat, recens esse opidi vocabulum, ex antiquo corruptum. quod nos, verū opidi nomen* Mendas *esse existimantes, restituimus ex Apollodoro libro* 11. *Chronicorum apud Stephanum. iuuat loci positio. nam*

Steph. de vrbib. Abr. Ortel. in Thesaur. Geogr. *Mendas Apollodorus seu Stephanus iuxta Palicos ponit. Ortelius supra Menaninos. dicam ego clarius, Netinos, & Menaninos inter, ac secus viam, cernuntur iacentis opidi vestigia, prope eadem S. Luciæ, cui hodie nomen à* Mendula.

18 AVDIENS APOPHRASIVS IVDEX *à Beda, & Adone Iudex dicitur; incertum nobis, quo magistratu Apophrasius in Prouincia fungeretur: etenim Iudicum appellatio apud scriptores, qui sub Imperat. floruere, latè patet. apud quos Iudices appellantur Præsides, Procensules, Legati, Procuratores, qui magistratus omnes vrbis Italiæ, Prouinciarum sunt: fortasse is Apophrasius legatus aliquis fuit Consularis Siciliæ; an Consularis, cui iurisdictio, & ius gladij?*

19 QVINQVE, ET SEPTVAGINTA] *is certus numerus ex Adone. Equilino, Littara aliisque, ex quibus corrigas Codices Oratorij & Vincentium, qui habent LXXIX. eademque ex incuria librarij in Codice Netino scriptum est, LXIIX. Acta Oratorij tradunt, hos Martyres fuisse interfectos 16. Kalend. Octobris. sed videntur confudisse horum diem cum natali SS. MM. Lucię, & Geminiani. ijsdemque ex Actis certum est, hos Martyres ante Luciam, & Geminianum fuisse occisos, de quo copiosius dictum est Notis ad SS. MM. LXXV. liber manuexaratus Netini Cœnobij S. Saluatoris memorat, horum Martyrum festum diem peragi solitum à maioribus nostris, Idibus Septembris: sunt qui scribant, Idibus Decembris. sed ab his fortasse erratum in mense id certum est, multo antè Luciam, & Geminianum martyrio coronati sunt; an eodem anno? an ante annum? hoc censuerim, & Notis ad Sanctos Martyres LXXV. probatum est.*

EQVVS QVO VEHEBATVR A DÆMONE ARREPTVS] *ita codd. Netini. Equilinus ait Apophrasium equo delapsum, exanimatumque. Ado è lapideo ponte præcipitatum in flumen, incitato equo à Dæmonio.* 20

MEGASIVM PASCHASII PATREM SICVLÆ CONSVLARIS] *apud S. Antoninum, Paschasius dicitur Paschasij Consularis pater; apud Adonem,* Megalius *vtrobique quidem error est. omnes enim libri, scriptoresque habent,* Megasium *Paschasij Consularis patrem. Beda & Equilinus,* iudicem *vocant: Ado* virum Consularem; *plerique* patrem Paschasij Consularis Siciliæ. *illum censeo qui Luciam Syracusanam interfecit, sane Paschasius Siciliæ Consularis fuit,* Coss. *Diocletiano* 8. *Maximiano* 7. *eum autem is à Siculis accusatus fuerit, quòd Prouinciam depredatus esset, aliquot annos versatum esse oportuit in ea administranda, expilandaque: si velimus igitur, Apophrasium, & Megasium Siciliæ Consulares fuisse, firmare necesse est, quod supra diximus, haud potuisse Luciam, & Geminianum occidi* Coss. *Diocletiano* 8., *Maximiano* 7., *sed nonnullos ante annos per quos Prouinciam Paschasius fuerat predatus; nisi tamen dixerimus Apophrasium, & Megasium legatos, assessoresve Paschasij Cōsularis fuisse. vide Notas ad Acta S. Euplij Martyris,* 21

SPECVSQVE, AC FONS ÆVO NOSTRO MANENT] *in diuinam illam spelunca, & nos introgressi, studio in SS. Luciā, & Geminianum, eoque ex fonte pietatis affectu, potauimus, quem Martyrum preces fodere. in præsentem vsque diem spelunca, fontique veneratio; & aqua diuina vis. plerique hausto fontis, aut loti varijs morbis curantur.* 22

SENIO CONFECTA CVI V. ET LXX ANNI] *duo subit hic mirari, quæ diuino consilio prouisa sunt. primùm deserta, accusataque est Lucia mater à filio Euprepio; Geminianus externus, & benevolentior sociatur. illum superstitio charitate exuit in matrem arctissimo naturæ vinculo; hunc christiana religio reuerentia, amoreque filij erga ignotā induit. filius proditor, & parricida matris, nullo vrgente periculo, nulla causa; cum ab alieno, ac propè ignoto, extrema in necessitate, suo cum periculo protegeretur. Alterū quod mirabar, pretium est, quod laboribus Luciæ fuit, cuius vitæ spatium fructu Martyrum Deus compensauit, quot enim annos vixit, tot in Sicilia Martyres Christo comparauit. vixit annos quinque, & septuaginta, totidem numero Martyres Mendenses corona donatos legisse te arbitror, & animum aduertisse.* 23

SPIRITVM PLACIDE EMISIT] *operæ pretium esse reor, vt SS. Luciam, & Geminianum* 24

Digitized by Google

nianum in Sicilia cæſos pro fide Chriſti, firmemus; nam Galeſinius, perſpicue falli; *ait,* qui Luciam, & Geminianum in Sicilia Martyrium obijſſe, ſcribunt; cùm id in vrbe Roma pertuliſſe, planè oſtendant Eccleſiæ Romanæ monumenta, Aquileienſes tabulæ, D. Antoninus, Mombritius, & antiqui Martyrologiorum ſcriptores. *ſed Galeſinius, vir ſane doctus, in eo falſus eſt, minime perſpectis M. SS. Codd. editiſque ſcriptoribus, qui contra ſunt. ſed enim SS. Luciam, & Geminianum, ex vrbe Roma in Inſulam Siciliam diuina ope delatos, in eaque certamen, quod Romæ cœperant, expleuiſſe, docent Membranæ MSS. quas Romæ videre licuit, ac præcipue Congregationis Oratorij, & MSS. Codd. Siculi, Panhormitanus, Catanenſis, & Netinus. præterea ſcriptores indigenæ rerum noſtrarum periti, & in ijs digni fide; adhoc externi, Petrus Epiſcopus Equilinus, Vincentius Beluacenſis, D. Antoninus, quem citare pro ſe Galeſinium mirabamur; cum D. Antoninus manifeſto tradat, Luciam, & Geminianum in Siciliam delatos, ibique extinctos. Ado autem, quamquam videtur Hiſtoriam confudiſſe, cum* Romæ *ſublatos ſcribat, ſed ſub Iudicibus Apophraſio, & Megaſio, qui conſentientibus libris, cùm manu exaratis, tum in vulgus editis, in Sicilia Iudices extitere, huc videtur trahi poſſe, vt in Sicilia martyrio affectos velit. pleriſque verò cauſſa confundendi Hiſtoriam fuit cœptum Romæ certamen a SS. Lucia, & Geminiano.*

25 Petrus Galeſ. Notis ad xvj. Kal Octob.

Super tot Veterum Eccleſiarum monumẽta, Codiceſque manu exaratos, & ſcriptores cùm noſtrates, tùm externos plura ſunt argumenta, quæ idem confician. primum Eccleſiarum Sicilia vetus traditio, nullis temporum vicibus, nulliſque abolita calamitatibus. II. Memoria, cultuſque SS. MM. Luciæ, & Geminiani apud Netinos, qui Mendis diruti proximi. III. exſtantia in agro Netino monumenta, retinentibus ſaxis, quæ Sanctorum Martyrum in ea loca aduentum, mortemque teſtificentur: nempe ſpelunca, quæ DD. Luciç, & Geminiano, hiante ſaxo, ad eorum preces, patuit, fidaſque latebras præbuit: fons, qui diuinitus in ſpecu fluxit, miraculis in dies inclytus: antiqua ædes a Maxima, fœmina Chriſtiana. SS Luciæ, & Geminiano Martyribus extructa, cuius lateris parietes adhuc manẽt: recens ædes a Rogerio, & Tancredo Comitibus ædificata. IV. populorum ad ſpeluncam affluxus, crebraque ad aquam miracula, pro meritis, & vocatu SS. MM. Lucia, & Geminiani, quæ a Deo patrata, vt hoſpitium illud, & palæſtra locum decoret, quem fortiſſimi Martyres Lucia, & Geminianus, morte ſacrauere. V. & poſtremum illud addiderim, olim maiores noſtros D. Luciam cum Geminiano affectã martyrio in opido Mendis, *quod in* Mediterraneis *eſt,* Montanam *vocaſſe, vt a* D. *Lucia diſtinguerent, quę Syracuſis, vrbe maritima, & litorali,* Martyr *fuit.*

Menol. Sirlet. ad xvij. Kal. Octo.

Haud negauerim tamen Romanum Martyrologium, Vſuardum, & Notkerum, ex quibus alij accepere. ſolemnia SS. MM. *Luciæ, & Geminiani Romæ tribuere; idemque habere* Menologia *Græcorum: nec contra eſſe cẽſuerim; neque enim ex his colligi quidquam poteſt, quod obſtet, quin in Sicilia mortem obierint. affirmant enim, SS. MM. Luciæ, & Geminiani memoriam Romæ coli, quod iure factum eſt. cauſſę ſunt, quod Lucia, & Geminianus Roma orti, eadẽq; in vrbe, Imperatoris Diocletiani iuſſu, comprehenſi, martyrij certamen ingreſſi ſunt, ac multa ſupplicia perpeſſi. ex quibus erepti, diuina virtute, in Siciliam exportati ſunt. quod* Martyrologium Romanum, *ceterique Scriptores non negant; nec quidquã dicunt, quod huic rei refragetur. adde, quod facerent Iudices aduerſum martyres, id Imperatoribus tribui ſolitum, quorum edictis, iuſſuque fierent, vt mirum non ſit, Diocletiano in vrbe adſcriptum, quod a* Megaſio Iudice *in Sicilia factum eſt, præſertim cum* Romę *ab illo cœptum ſit.*

26 Cic. or. 5. in ver. Anton. in lein. Diod. l. 22. Plin. l. 3. c. 8.

FEMINA MAXIMA NOMINE E TERRITORIO PLINTIN. *Ita* M. S. *Codex Oratorij. Vincentius Belluacenſis habet* ex Emporio Piucitano *Chriſoſphius verò Netinus* ex agro Phinphi; *forte dicere voluit* ex agro Phintiæ. *Hęc varietas oriri potuit ex varia vrbis huius apud ſcriptores appellatione. dicitur a* Cicerone Plutia, *ab Antonino* Phintis, *a Ptolomeo* Phthintia, *a* Diodoro Phintias, *in antiquis nummis* Phintia. *Opidani à Phalaride in epiſtolis, & Plinio* Phintienſes *dicti. vbi nam fuerit ſita, diuerſi ſunt ſcriptores. Ptolomæus inter mediterraneas recenſet. M. Tullius, Antoninus, & Diodorus locis citatis in litore locãt. vnde tãta diuerſitas nominis, & poſitionis? an quia vrbes diuerſę, altera mediterranea, altera maritima? an ex errore Scriptorũ? ſi primum dixeris, habebis Ptolomæũ auctorem duas locutum, Phintiam in Litore, Phthinthiã in mediterraneis. fauet Plinius Phintienſes in mediterraneis commemorans. At difficile eſt mediterrangę vrbis Phintię poſitionem afferre. ſi ſecundum eligas, potior fides habenda ijs, qui in litore locant, quippe Cicero verſatus in Sicilia eſt, & Diodorus Siculus fuit quare vt Diodorum ſequar, inclinat animus, qui ita, eum ſitum vrbis deſcribit in eclog. ex lib. xxij.* In Sicilia Tyranni erant Hicetas Syracuſis, Phintias Agrigenti, Tyndarion Tauromenij: *& paullo poſt,* Phintias vrbem condidit nomine Phintiadem, Geleníeſque è patria ſubmotos in eã collocat. Sita autem hæc eſt ad mare, muris enim, domibuſque Gelæ deſtructis populum in Phintiadem tranſtulit. *Hæc Diodorus. hanc autem Phintiam eodem ſitu fuiſſe, quo nunc eſt* Licata *opidum; multa teſtantur portus, ſeu nauium ſtatio nobilis, lapides quadrati, multaque alia antiqui operis monumenta effoſſa, tum ſepulchra, ciſternæq; veteres, & antiquæ inſcriptiones, ac numiſmata.*

Ad noſtra redeo. Chriſtiana mulier Maxima, quonam ex territorio fuit, ex Iintitano, *ſiue* Plintiano, *ex* Phthithiano, *ex* Pintiano, *an ex* Phintiano? *ex Actis erui non poteſt. ſentias, vt collubitum. Sedenim omnes eæ Vrbes in eodem Siciliæ Litore, quod Africam ſpectat, exſtitere. Sed quæ Mendis propior, Ptolemæi Phthinthia ſecundum Phthinthiam, Diodori Phintia, quæ eadem cum Plintis Antonini. qua ex vrbe Maximam fuiſſe Acta ſignificant, dum è territorio*

Digitized by Google

Plintiano nominant. nisi sit error in voce, & Phinciano substituendum.

17 IPSI CÆLITES] *Angelorum ope sepulchra Sanctis Martyribus comparata, discis ex Vitis Sanctorum Clementis, Catharinæ, aliorumque. scribiti in persecutione Vandalica Victor, S. Martyri Armogasti sepulchrum splendidissimi marmoris à Deo paratum.*

28 MOX SEPVLCHRIS DVOBVS] *Equilinus in eadem sepulchra Luciam, & Geminianum conditos scribit. Acta Netina, quorum maior fides, eo loco sepultos memorant, vbi à Maxima ædes superstructa est. ceterum quod spectat ad corpora Sanctorum Luciæ, & Geminiani, condi adhuc in vetere ecclesia, accola dictitant. Roma tamen, iuxta Tiberim, ad quattuor portas, vetus exstat memoria Sanctorum Martyrum Luciæ, & Geminiani, vbi eorum sacra corpora condita esse dicuntur. sed Lucenses ea Lucam translata, atque apud se esse tradunt, quod Illustriss. Baronius de parte corporum, non autem de corporibus integris accipit.*

29 DEIN SVPRA SEPVLCHRA] *id olim moris fuit, vbi Martyris corpus conditum esset, ecclesiam superextrui, notum ex Actis Martyrum. Templum vero Sanctorum Martyrum Luciæ, & Geminiani à Maxima ædificatum, illud esse vetus fama tradit, quod in summo colle diruptum iacet, integra adhuc apside. iuxta est fons, multis gradibus subterraneus qui Sanctorum Martyrum precibus diuinitus è saxo fluxit, cuius aqua multi ægroti sanantur. contra veterem ecclesiam Rogerius Pius Comes, pulsis Sarracenis, populorum studijs, tot annorum Tyrannide non dum intermortuis, quo loco Lucia, & Geminianus martyrium expleuerant, eadem magnificam, eorumdem nomini struere cœpit. mors obstitit, quo minus absolueret, quę anno sequente optimo Principi accidit. sed inchoatum à Rogerio templum, Tancredus Guilielmi Comitis filius perfecit, ac dote instruxit. Guilielmus verò Syracusarum Episcopus anno Domini CIↃC. II. dedicauit.*

✠

ANIMADVERSIONES IN SS. MART. LXXIX.

1 IMPORTITVDO ANIMI SANCTORVM MARTYRVM LXXIX.] *meminere Martyrologia vetera, Romanum, Vuandalberti, Bedæ, Vsuardi, Adonis, omniumque recentiorum Equilini, Galesini, Maurolyci.*

Equil. l. 3. c. 138.

3 CLAVDIVS, SABINVS, ET MAXIMVS] *Sanctos Martyres Claudium, & Sabinum supra alios Martyres LXXIX. commemorat Kalendarium Gallicanum, quo ecclesiæ Siciliæ olim vtebantur. Sanctum Martyrem Maximum vnà item cum Claudio perlegi in Kalendario Breuiarij membranacei, quod ante annos CLXX. manu exaratum est, seruaturque in ecclesia Panormitana, quę eo olim vsa est.*

✠

AN

ANIMADVERSIONES
IN ACTA CONSVLARIA
SANCTI EVPLII

ACTA CONSVLARIA] *Acta consularia, vel proconsularia dicta, quæ coram consulari, vel proconsule Prouinciæ à Notarijs publice excipiebantur: proinde magna fide conscripta sunt. hæc verò Acta ex MS. cod. Vaticano excerpta, Baronius vt fideliora in annales suos indidit, minus probatis exemplaribus alijs, quę ab his diuersa sunt.*

DIOCLETIANO IIX. ET MAXIMIANO VII. COSS.] *vereor ne sit erratum in Consulibus; mouet me, quod Diocletiano 8., & Maximiano 7 Coss. Siciliam consulari iure Paschasius regebat, qui Idibus Decembris Luciam Virginem Syracusanam supplicijs affecit. nam is accusatus est à Siculis, quòd Prouinciam prædatus esset, & nonnullos ante demortuam Luciam menses, delatus erat in iudicium ad Imperatores, siue ad Senatum; quare non videtur Caluisiano succedere potuisse, qui Augusto mense Siciliam administrabat. nam si ab Idibus Decembris, quibus Paschasius Consularis vinctus Romam deductus est, demas eos dies, quibus accusationes prouincialium à Sicilia in vrbem delatæ, cognitaque à Senatu eosque item dies, qui interceßere, donec ab vrbe missi, qui comprehenderent, in Insulã peruenerint (duos, aut tres menses fuisse saltem dicendum) quid temporis administratæ Prouinciæ Paschasio dabis? vix menses duos. breuissimo hoc tempore, tot auaritiæ, exempla, tot scelera patrasse, vt a Prouincia dimoueri, vinciri, damnarique meruerit, non videtur vero simile; quin inde reuinci potius arbitror, Paschasium aliquot ante annos Siciliam rexisse; Caluisianum verò successisse Paschasio: ac proin S. Euplij martyrium in annum consequentem reijciendum, scribendumque bis Actis Diocletiano 9., & Maximiano 8., nisi malis ad annum superiorem reijcere, quo Consules erant Constantius, & Galerius. itaque in alijs Actis non modo Græcis, sed latinis, nulli consules præfixi, sed dumtaxat inscriptum, temporibus Diocletiani, & Maximiani Impp. monere lectorem volui, quid me mouerit, vt Acta putarim corrigenda, sed mutare non sum ausus.*

2 CVM ESSET EXTRA VELVM SECRETARII EVPLIVS DIACONVS] *Secretarium locus fuit, in qua Iudices cognoscebant causas, quò nemini ex officio ingredi licuit. Seruius* ducantur Iudices vsque ad secretarij fores, ibidemque officium remanet, illi verò ingressi solium ascendunt, & sedent. *ad Secretarii fores aulæa, ac vela, quę suspensa annulis, deductaque ad latera, faciem Tribunalis aperiebant, vel pro re obducebantur, vnde fortasse nomen Secretario:* Sidonius Apollinaris *de Theodorici Gothorum Regis consistorio*, circumstitit sellam Comes armiger, pellitorum turba satellitum: ne absit, admittitur; ne obstrepat, eliminatur: sicque pro foribus immurmurat excluſa velis, inclusa cancellis. *Hinc illa Constini magni lex aduersus auaritiam magistratuum*, non sit venale iudicis velum, non ingressus redempti, non infame licitationibus Secretarium, non visio ipsa præsidis cum pretio.

Seru. ad 1. Ene. Virg.

Sidon. Apoll. l 1. epistol. 2.

l. 1. de off. Rec. prou. cod. Theo

EVPLIVS DIACONVS] *perperam in altero exemplari Vaticano*, Euplius Episcopus. *sed in Menologio Græcorum scriptũ est*, Euplius Archidiaconus, & Martyr. 4

AB EXPLORATORIBVS INVENTVS] *quos honestiore vocabulo*, frumentarios *appellabant. lege Baronium ann. tomo secundo anno 261.* 5

CALVISIANVS CONSVLARIS] *alterum exemplar Vaticanum*, Caluisianus corregor, *pro* corrector. *indubitatò corrige. non enim Sicilia magistratus auo Diocletiani corrector fuit, sed consularis.* 6

VNVS EX AMICIS CALVISIANI NOMINE MAXIMVS] *vitiose* Maximianus, *in altero codice Vaticano.* 7

NON DECET EVM TALES CHARTAS TENERE CONTRA REGALEM PRÆCEPTIONEM] *anno 19. imperij Diocletiani, mense Martio, omnibus in locis, per Imp literas, palam inditum fuit, vt deturbarentur ecclesiæ, solo; æquarentur, & scripturæ christianorum absumerentur igni.* Euſ. *de eo gentilium furore demoliendis ecclesijs, sacrisq: codicibus comburendis, conqueritur* Arnobius, *libris aduersus gentes*, quod si haberet vos aliqua vestris pro religionibus indignatio, has potius literas, hos exurere debuistis olim libros, istos demoliri, dissoluere theatra, hæc potius; in quibus infamiæ numinum propudiosis quotidie publicantur in tabulis; nam nostra quidem scripta cur ignibus meruerunt dari? cur immaniter conuenticula dirui, in quibus summus orator Deus? 8

Euſ. l. 8. hiſt. cap. 3. Arnob. aduerſ. gentes lib. 4.

MARTEM COLE] *crediderim B. Euplium ante simulacrũ, quod veneraretur adductum fuisse: nam* Catanę, *in foro*; Columella *exstat opere* Corinthio, *in ea fama est, simulacrum insedisse, quod Euplius precibus subuerterit suis.* 9

CALVISIANVS INTRA VELVM INTERIVS INGREDIENS] *cũ de reo eondẽnãdo deliberãdũ erat, Secretarij vclũ obducebatur. Acta SS. Claudij, Asterij, & Neonis, ly* 10

Acta apud Sur. 23. Auguſti

Digitized by Google

fas introgressus, obduxit vel m. post exiens, ex tabella recitauit sententiam: &c. *durauit diu mos. meminit D. Basilius*, qui reprimin hoc mundo potiuntur, quando sacinorosum hominem morti sunt adiudicaturi, cortinas obducunt, & expertissimos quosque ad causſæ tractationem aduocant. *oppansoitem velo non solum præscripta sententia, sed causſa capitis pertractabatur*: *S. Clemens*, aspicite mundana iudicia, quorum potestati videmus tradi homicidas, adulteros, veneficos, sepulchrorum perfossores, latrones, de quibus cum quæsiuerunt præfecti iudicio ab ijs, qui illos in iudicium adduxerunt, demum interrogant reos, an illa ita se habeant. quibus affirmantibus, non continuò eos ad supplicium mittũt, sed plures dies quæstiones exercent, cum multo consilio, & velo interiecto.

Basil. epistol 79.

S. Clem. cõstit. l 2: ca. 56.

11 AFFERENS TABELLAM LEGIT] *sententia in reos ex tabella recitabatur. Apuleius in floridis*, Præco cum Proconsule, & ipse Tribunal ascendit, & ipse togatus illic videtur, & quidem perdiu stat, aut ambulat, aut plerumque attentissimè clamitat. enimverò ipse Proconsul moderata voce rarenter, & sedens loquitur, & plerumque de tabella legit quippe præconis vox garrula ministerium est; Proconsulis autem tabella, sententia est: quæ semel lecta, neque augeri litera vna, nequeautem minui potest: sed vtcumque recitata est, ita Prouinciæ instrumento refertur. *Tertullianus Apologetico*, de tabella recitatis, illum christianum. *plurima exempla habes in Actis Martyrum.*

Apul. flor. l. 1.

Tertul. Apolog. c. 2.

12 EVPLIVM CHRISTIANVM] *pro furorum nomen crimini datum, damnatique capitis, qui eo censebantur, nullum ob flagitium, nulla damnationis causſa. Nota illa Plinij procos. Bithynię consultatio cum Imper. Traiano*, nomen ipsum si flagitijs careat, an flagitia cohærentia nomini puniantur. *Tertullianus Apologetico*, vnum illud audiebatur talis, quia christianus damnatur, & numquam quòd tur esset, adulter, aut homicida *persequuntur has querimonias Iustinus Martyr, Tertullianus, Athenagoras in Apologeticis, pro christianis.*

13 IVNC APPENSVM EST AD COLLVM EIVS EVANGELIVM] *in ludibriũ & in odium christiani nominis, ac legum. ita Attalus morte damnatus per amphitheatrum traductus hoc elogio quod tabella inscriptum erat*, Hic est Attalus christianus: *vt Eusebius narrat.*

Euſ. l. 5. c. 1

14 PROCLAMANTE HÆC PRÆCONE] *sæpissime ad vocem Præconis damnati christiani traducebantur. apud Eusebium legimus, Præconem in medio stadio prædicasſe ter, Polycarpus, christianum esse se, confessus est. in Actis SS. Marij, & Marthæ*; præcepit, & Muscianus eos circumagi, & clamari voce Præconis ad populum; Deos blasphemare nolite, *Sozomenus.*

Euſ. hist. eccleſ. l. 4. ca. 25.

Sozom l 2. hist. eccles. cap. 9.

15 EVPLIVS CHRISTIANVS INIMICVS DEORVM, ET IMPP.] *ex christianorũ damnationis elogia: iure queritur Tertullianus Apologetico*, christianum hominem omnium scelerum rum Deorum, legum, morũ, naturæ totius inimicum existimas. *similia elogia in Actis Martyrum reperies? Pontius in vita Cypriani*: legit atque de tabella iam sẽtentiam iudex, in qua dictus est sectæ suæ signifer, & inimicus Deorum. *eiusdem Acta* Galerius Maximus collocatus cum concilio, sententiam vix ægrè dixit verbis huiusmodi: diu sacrilega mente vixisti, & plurimos nefariæ tibi conspirationis homines aggregasti, & inimicum te Dijs Romanis, & sacris legibus constituisti; nec te pij, & sacratiss. Principes Valerianus, & Gallienus Augg. & Valerianus nobiliss. Cæsar ad sectam ceremoniarum suarum reuocare potuerunt. *in Actis SS. Marij, & Marthæ*: lecta est ex tabella sententia eodem die, vt qui blasphemassent Deos, capite punirentur. *christiani autem Deorum, & Imperatorum inimici existimabantur, quod illis pro his sacrificare constanter abnuerent; Tertullianus Apologetico*, Deos, inquitis, nõ colitis, & pro Imperatoribus sacrificia non impenditis: itaque sacrilegij & maiestatis rei conuenimur.

Tertul. Apolog. c. 2.

Pont. in vita S. Cyp

Acta S. Cypriani.

Actass. Marij & Marthæ.

Tertul. Apol.

EVPLIVS DICEBAT SEMPER LÆTVS: GRATIAS CHRISTO DEI] *legitimum christianis fuit, vt damnati gratias Deo agerent. Acta S. Cypriani*: & his dictis, Galerius Maximus, decretum ex tabella recitauit, Thascium Cyprianum gladio animaduerti placet Cyprianus Episcopus dixit, Deo gratias. *Acta S. Felicis Episcopi Tibarensis*, Præfectus dixit, Felicem gladio interficite. Felix Episcopus dixit voce clara: gratias tibi Domine, qui me dignatus es liberare. *Acta proconsularia S. Saturnini de Hilariano puero*, mox in carcerem recipi etiam ipse iubetur ingentique cum gladio vox Hilariani auditur dicentis, Deo gratias. *Acta proconsularia Martyrum Scillitanorum*: hæc cum essent ex tabella recitata, Speratus, & qui cum eo erãt, omnes dixerunt, Deo gratias; *iure igitur Tertullianus Apologetico de viro christiano*, si denotatur, gloriatur: si accusatur, non defendit: interrogatus vel vltrò confitetur, damnatus gratias agit. *& rursum* christianus etiam damnatus gratias agit. *extremo autem Apologetico hanc causſam affert Tertullianus*, omnia huic operi (*martyrio*) delicta donantur. inde est, quod auditis (*ita locum emendo*) sententijs vestris, gratias agimus; vt est æmulatio diuinæ rei, & humanæ, cum damnatur à vobis, à Deo absoluitur. *illud, ex actis superius recitatis, obseruauerim, SS. Martyribus, post lectam à Iudice sententiam, solemnem formulam fuisse*, DEO GRATIAS

16

17 GENV FLEXVS PROLIXIVS ORAVIT] *hic habitus christianorum fuit. & paratus ad pœnalem gladium, D. Ambrosius de S. Virgine, & Martyre Agnete*: stetit, orauit, ceruicem inflexit.

17

18 SVBLATVM EST POSTEA CORPVS EIVS) *quod multis claruisse miraculis, & ad Sarracenorum vsque dominatum, Catanæ eximijs honoribus cultum, docent Membranæ MS. Mazarenſis ecclesiæ, & Græca Troparia, quæ mox dabimus. reliquiarum S. Euplij Martyris meminit D. Gregorius in epist. suis, sed corpus S. Euplij Triuici in Hirpinis asseruari dicitur, cuius vrbis est tutelaris, partem eius potius crediderim.*

18

D Gregor. l. 2. ep. 42.

ANI-

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES
IN MARTYRIVM
SANCTI EVPLII
Ex Græcis Codd.

1 MARTYRIVM S. EVPLII *exscripsimus, ac transferendum curauimus ex MS. codd. Græco S. Saluatoris Messanæ incertum, vtrum ex antiquis actis compoſuerit Metaphraſtes, quo auctore Surius edidit an Metaphraſtes acta ipſa Sicula in vitas adlegerit ſuas, ſed illud potius crediderim, ſane ab his actis Metaphraſtes apud Surium, in pleriſque variat, in quo item nonnulla ſunt, quę in his deſunt, quædam deſiderantur, qua in his habentur. Surius vocat* Euplium *in Græco tamen ſemper vocatur* Euplus. *latina acta variant, quædã* Euplum: *ſed correctiora, ac fideliora* Euplũ, *quę ſecuti ſumus.*

2 HINC PENTAGORVM QVEMDAM *ita nomen in cod. Sículo ſcriptum: Surius,* Pectagurum.

3 PONI IN ACHILLIO TRIBVNAL SVVM IVBET) *loci nomen, in Vrbe Catana, cuius mentio eſt in vita S. Leonis Epiſcopi Catanenſis.*

4 TRADITISQVE EDICTIS] *Præſides, legatique mandata Principum, propoſitis editis, exſequebantur. Plinius ad Traianum,* quod ipſum facere deſiſte, poſt edictum meũ quo ſecundum mandata tua hetærias eſſe vetueram.

Plin. ep. ad Traianum.

5 AGRIGENTVM). *Surius Agrigenti non meminit; in Græco eſt ea vox.*

6 DOMINE, HOSPES QVIDAM HIC EST) *Surius; eſt in hac vrbe homo quidam Euplius nomine. ſed in Græco eſt,* hoſpes, peregrinus. *at Menologium Græcorum: S.* Martyris Eupli, qui ſub Diocletiano Imperat. ex Catana vrbe, Prouinciæ Siciliæ, accuſatus apud Præſidem Caluaſium eſt. *Græcum Troparion,* multum in te gloriatur Catanenſium Metropolis, quippe quæ inclytum te, Euple, ciuem habuit. *fortaſſe exterus & Gentilibus exiſtimatus eſt habitu, quo indutus erat, vt mox dicam.*

7 LIBELLVM) *Sanctorum Euangeliorum.*

8 REPERTVMQVE IN CELLVLA B. EVPLVM *cellulam item vertit Surius, ſed in Græco eſt. in cellio, an nomen eſt loci? an Monaſticum cubiculum, in quo D. Euplius comprehenſus eſt, nam cellium eſt cellula Monachorum. Theodorus Anagnoſta* in Monachorum cellijs. *Georgius Codinus* cellia Clericorum. *ex eo apud S. Dorotheum* cellitæ *dicuntur Monachi. quin apud latinos ſeriptores ſacros interdum cella pro Monaſterio vſurpata. D. Gregorius de Monachis, qui extra Monaſterium, contra leges comederãt* mos cellæ fuit, vt quoties ad reſponſum aliquod egrederentur fratres, cibum, potumque extra cellam minime ſumerent. *& alio loco,* manere extra cellam nullatenus poſſum. *igitur inclinat animus, vt è Monaſterio D. Euplium extractum cenſeam. ac præterea moneor, quòd extremis actis dicitur, corpus D. Euplij à duobus Monachis honeſte conditum; qui ſane ex eadem D. Euplij familia eſſe debuerunt.*

Theod. Lagn. Eclo. Codin. in orig. cõſtit. S. Doroth. doct. 16.

D. Greg. l. 2. Dial. c. 12

Cap. 33.

9 B. EVPLI MANVS, PEDESQ; VINCVLIS AD GENVA IMPLICANS] *Menolog. Græc.* manibus, & pedibus ad genua vinctus. *tormenti genus fuiſſe crediderim, dũ varus quæſtioni ſubijceretur. Surius alium modum exprimit,* Caluiſianus, cum ambas eius manus, & pedem alterum ad ipſius genua colligaſſet. *ſedis modus non habetur in Græco.*

10 ET QVID ILLVD EST, QVOD IN MANV TENEBAS] *hæc in Surio deſunt.*

11 IOVI, AESCVLAPIO, DIANAE, ET GALINO] *Galinum non habet Surius. ſed quis fuit Galinus Deus? crediderim ei tributum, vt mare tranquillum redderet; Galinus Græcis eſt,* tranquillus. *ita Arnobius contra gentes memorat Deum Pauſam Bellonæ, & Marti aduerſarium, qui pauſam, & quietẽ prœliis afferret.*

12 MANVS. ITEM E FERRO CONFICI *Surius vertit pectines. ſed in Græco eſt* manus.

13 EXINDE CALVISIANVS CONSVLARIS DIXIT] *in Græco, proconſul. propriè, Conſularis Siciliæ fuit. aliàs vbique vocatur Præfectus, Præſes. confundunt hæc vocabula Eccleſiaſtici ſcriptores.*

14 ACCEDE ET SACRIFICA] *aliqua hic addit Surius, quæ non ſunt in Græco exemplari.*

15 VENERIS ME IDOLA PRAE AVRO ET ARGENTO SVADES] *paullo aliter, quàm à Surio, hæc verſa ſunt, qui adiungit aliqua, quæ in Græco non habentur.*

16 CVIVS FORES POST EVPLI INGRESSVM] *de carceris foribus annulo Præſidis obſignatis, diximus Notis ad S. Neophytum Leontinum.*

17 CALVISIANVS B. EVPLVM SISTI VINCTVM AD TRIBVNAL SVVM IMPERAT] *Surius aliter vertit:* iuſſit Caluiſianus duci B. Euplium ad ſecretam eius domum

Digitized by Google

ac paulo post „B. Euplium è carcere eductum ad secretam Caluisiani tyranni domum adduxerunt, *rectius*, ad secretarium. *dixisset; de quo ad Acta latina S. Euplij. in Græco tamẽ semper dicitur Tribunal, quod à velis obductis, secretarium dicitur.*

18 STELLAM SVAM IVXTA CARCEREM] *additum (quod in Græco non habetur) in exemplari Suriano,* ante lauacrum, quod erat carceri vicinum, ad meridiem vergens; *sed Græcis alia mens. non enim carceris positu, ad meridiem, sed tempus iudicij, sub meridiem, significatur.*

19 PRETIOSAS EIVS RELIQVIAS] *in Græco reliquiæ, seu corpus.*

20 DILECTI CHRISTO MONACHI QVIDAM] *apud Surium absolute, homines quidam religiosi. equidem nomen monachorum retinui, quod expresse habetur in Græco.*

21 PRIDIE IDVS AVGVSTI] *at Surius,* Euplij martyrium, & sancta confessio completa est vndecimo die mensis Augusti. *Menologium Cardinalis Sirleti meminit etiam S. Euplii ad 3. Idus Augusti his verbis.* Die 11 S. Martyris Eupli, qui sub Diocletiano Imper. è Catana, vrbe Prouinciæ Siciliæ, accusatus apud Præsidem Caluisiaum, quod Christi fidem coleret, manibus, & pedibus ad genua vinctus, suspensus in ligno recto, ferreis manibus laceratus, postea malleis ferreis eius crura contusa sunt, & in carcere constitutus, sola oratione fontem in carcere scaturire fecit, postremo percussus gladio, quieuit in Domino.

At Græcus codex S. Saluatoris propè Messanam, quem latinum reddimus, Euplium ait, martyrium consummasse. mensis Augusti die 12. *consentiunt latina martyrologia, Romanum, Bedę, Vsuardi, Adonis, Rabani, quæ natalem diem S. Euplij ad pridie Idus Augusti. reijciunt. Porrò dissentientes scriptores inter se conciliare posse videremur ijs, quæ S. Notkerus monachus scribit in Martyrologio suo,* B. verò Euplius gratias agens Deo, & flectens genua sua, facta oratione, parauit ceruicem, & decollatus est 3. *Idus* Augusti. cuius corpus aromatibus conditum sepultum est in loco venerabili ciuitatis Catanæ pridie Augusti. *nisi contra essent Acta proconsularia, quæ beatissimum Euplium interrogatum, tortumque, & cæsum aiunt* pridie Idus Augusti.

ANIMADVERSIONES AD MIRACVLA SANCTI EVPLII

1 NAGABATVR VNDIQ; *exscripta habuimus hæc duo miracula S. Euplij ex MS. cod. Bartholomæi Chioccarelli I. Cons. Neapolitani; dictionem cum fide immutauimus.*

2 IOANNE VRBIS NEAPOLITANÆ CONS.] *num ne is est Ioannes, cognomento Compsimus, Neapoli Præfectus, Imper. Heraclio, anno Christi* IↃCXV. *cuius meminit Anastasius Bibliothecarius?*

Anast. in Leuil dedit

3 EIVS AD ÆDEM SVPPLEX ACCESSIT, *monuit me vir doctus, huius ædis S. Euplij in vrbe Neapoli, nullum hodie exstare monumentum; attamen ex instrumentis cœnobij S. Seuerini, quod est in vrbe Neapolitana, cognoui, ædem illam in regione Furcillensi sitam fuisse, eidemque cœnobio subiectã: sed enim in libro, siue inuentario instrumentorum, in instrumento quodam confecto, Imperatore Basilio Magno, numero 42. legitur* S. Euplij ecclesia. *in instrumento, sub Friderico 2. num. 55.* ecclesia S. Euplij, regionis Furcillensis. *in instrumento, sub Carolo Rege 1. num. 6.* S. Euplius regionis Furcillensis, *& in alio instrumento, sub Carolo Rege 2. num.* 8. vicus publicus, qui vocatur S. Euplius, regionis Furcillensis. *quod extremum instrumentum Anno Christi Domini* CIↃCCCVI *rogatum est.*

4 LAXIS INDVTVM VESTIMENTIS, ET ORARIO AD COLLVM PROPENSO] *qui habitus Diaconorum fuit.*

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES
IN MARTYRIVM
DIVAE LVCIAE

Ex Græco Codice versum.

VM GLORIOSÆ, INVICTÆQVE MARTYRIS AGATHÆ] *Martyrium hoc D. Luciæ excripſimus è Græco codice pervetuſto, quem nacti ſumus penes Georgium Papadopolum, Græcum Presbyterum, in Palatio Adriano, quod opidum eſt in Dioeceſi Agrigentina; latinitati reddidit P. Auguſtinus Florittus è noſtra Societate, num ne hæc ſunt Acta Sicula antiquiora? in id inclinat animus, nam maxime ea probo: latina Acta ex iiſdem Græcis dimanauere, ſed à pio interprete verſa, nonnullis additis, quæ in his deſiderantur.*

SANGVINIS FLVXV AD XI. ANNOS CVM LABORARET] *latina Acta habent annos quattuor. incertum mihi eſt, vter numerus vitiatus ſit, in Actis Græcis, an in latinis.*

8 PATRIS TVI FACVLTATES] *Acta latina addunt, ante annos nouem defuncti.*

9 ROGABAT EVTYCHIAM] *ſed nutricem habent Acta latina.*

5 CVM SPONSVS DIDICISSET ETC.] *ſæpenumero chriſtianæ Virgines à ſponſis delatæ ad Præſides; vt Thecla à Thamyride, apud Baſilium Seleucienſem, Baſilla à Pompeio, apud Martyrologium Romanum.*

Baſil. Sele. in vita S. Theclæ. Martyrol.

6 CONTEMPTO CÆSARVM EDICTO] *Impp. Diocletiani, & Maximiani. tradit Euſebius, Diocletianum generale edictum contra chriſtianos tuliſſe, anno imperij 19. Chriſti CCCII.*

Rom. die 20. Maij) Euſ. l. 8. c. 3

7 ET IAM III. ANNVM ETC.] *numerat annum tertium à reditu ex peregrinatione ad ſepulchrum D. Agathæ. quoniam verò D. Luciæ martyrio coronata eſt, anno Chriſti CCCIII. eunte, ſi relegas annos tres, reperies eius peregrinationem in annum Chriſti CCCI. inuentè incidiſſe, à martyrio Inuictiſſimæ Virginis Agathæ poſt annos quadraginta octo.*

8 PLANE VT FORNICENTVRA DEO *rectè Hieremias*, moechatus eſt cum ligno, & lapide. *nam Idololatria adulterium eſt, & ſtuprum cum Dæmone. Tertullianus*, proinde adulterium, & ſtuprum in eodem recognoſcas. nam qui falſis Deis ſeruit, adulter eſt veritatis, quia omne falſum adulterium eſt, ſic & in ſtupro mergitur; quis enim immundis ſpiritibus operatus, non conſpurcatus incedit? *atque adeo ſcriptura ſancta ſtupri ac-*

Hierem. cap. 3. Tertull. de Idolol. c. 1.

cubulo vtuntur in idololatriæ exprobatione, lege Clementem Alexandrinum libro ſexto Strom.

CASTE, ET PIE VIVENTES TEMPLVM DEI SVNT] *in hanc rem egregiè D. Ambroſius ad Virgines*, neque enim dubitauerim, vobis patere altaria, quarum mentes altaria Dei confidenter dixerim, in quibus quotidie, pro redemptione corporis, Chriſtus immolatur. nam ſi corpus Virginis Dei templum eſt, animus quid eſt, qui tamquam membrorum cineribus excitatis, ſacerdotis æterni redopertus manu, vaporem diuini ignis exhalat? *Beata Virgines, quæ tam immortali ſpiratis gratia, vt horti floribus, vt templa religione, vt altaria Sacerdotes pulchrè etiã vt pudicitiam Paulus Apoſtolus* Dei templũ *ita Tertullianus* templi ædituum, & antiſtitẽ *facit* cum omnes, *inquit*, templum ſimus, illato in nos, & conſeruato Spiritu Sancto, eius templi ædituus, & antiſtes pudicitia eſt, quæ nihil immundum, nec profanum inferri ſinat, ne Deus ille, qui inhabitat inquinatam ſedem derelinquat.

9

D. Ambr. l. 2 de Vir.

1. Corinth. 6.

Tertull. l. de cu tu fe minar.

EFFICIAM VT AD LVPANAR ADDVCARIS) *D. Ambroſius de Virgine Agnete*, inſanus iudex iuſſit eam expoliari, & nudã ad lupanar duci, ſub voce præconis dicentis, Agnetem ſacrilegam Virginem, Dijs blaſphemiam inferentem, ſcortum lupanaribus datã *ſane verò immaniſſima Diocletiani, & Maximiani perſecutione, ſæpe numero impij, atque impuri Præſides chriſtianas Virgines ad lupanaria damnabant: ſed varijs, miriſque modis earum pudori à Deo conſultum eſt; vt de Virgine Antiochena tradit D. Ambroſius, de Theodora Virgine Alexandrina, Acta apud Surium, de Antonina Virgine item Alexandrina eius acta apud eundem Surium de Virgine Corinthia Palladius, de Euphraſia Virgine Nicomediensi, Nicephorus.*

10

Amb r. l. 4 epiſt. 34

D. Ambr. l. 2. de Vir. Acta apud Sur. die 5. Apr. die 3. Mai Pallad. laui ſiaca c. 148 Nicepho. hiſt. l. 7. ca

NON VIOLATVR CORPVS, NISI ETIAM MENTIS CONSENSVS ACCESSERIT] D. *Auguſtinus*, ſit igitur imprimis poſitum, atque firmatum, virtutem, qua recte viuitur, ab animi fede, membris corporis imperare, ſanctumque corpus vſu fieri ſanctæ voluntatis, qua incõcuſſa, ac ſtabili permanente, quidquid alius de corpore, vel in corpore fecerit, quod ſine peccato proprio non valeat euitari, præter culpam eſſe patientis. *& paullo poſt, de pudicitia*, ſi autem animi bonum eſt; etiam oppreſſo corpore, non amittitur, quin etiam ſanctæ continentiæ bo-

11

13. D. Aug. l. 1. de ciuit. Dei c. 16.

num

num est, cum immunditiæ carnalium concupiscentiarum non cedit, & ipsum corpus sanctificatur, & ideo cum eis non cedere inconcussa intentione persistit, nec de ipso corpore perit castitas, quia eo sancte vtendi perseuerat voluntas, & quantum in ipso est, etiam facultas. *D. Hieronymus*, corpus SS. mulierũ non vis maculat, sed voluntas. *dein ethnicorum sensus, ac mins. sedenim apud Liuiũ consolantur agram animi Lucretiam, à Sexto Tarquinio oppressam, auertendo noxam ab coacta, in auctorem delicti*, mentem peccare, non corpus, & vnde consilium abfuerit, culpam abesse. *nutrix item apud Senecam, ait.*

D. Hier. q. Hebr. in Genes. Liu. dec. 1. l. 1.

Senec. in Hippolyt.

Mens impudicam facere, non casus solet

12 QVOD SI IN MANIBVS MEIS THVS PONERES] *de adolendo thure, extplum a* D. *Lucia allatum est, pro tempore; nam inter alia, edictum fuerat ab Imp. Diocletiano, vt nemini quidquam vendere, emere, agreue publice liceret, nisi primum thus idolis incenderet, vt ex Aretha Episcopo, & Beda notum est. quod verò christiani superstitionem impiam auersabantur, Præsides, in illorum manus impositio thure, per vim in ardentem aram pertrahebant. hinc illud à D. Ambrosio dictum, de S. Virgine Agnete*, mori adhuc nescia, sed parata, vel si ad aras inuita raperetur, tendere Christo inter ignes manus, atque in ipsis sacrilegis focis, trophæũ Domini signare victoris *D. Basilius, Imper. Diocletiano, Barlaam Martyrem in accenso foco immotam dexteram retinuisse, ne thus in aram videretur excutere, vi doloris, igniq; ipso deuicto. Iub eodem Diocletiano, Cyrilla Virgo ardentes carbones cum thure super manum positos, immota diu tenuit, ne si motu prunas excuteret, thus idolo videretur obtulisse*, Martyrologium Romanum, & Menologium Græcorum. *ceterum in adolendo thure, vim passos vacare culpa, docet hic D. Lucia, & Petrus Alexandrinus Episcopus, & Martyr apud Theodorum Balsamonem.*

Areth ep. ora. de SS. MM. Cur. & Damona Beda in actis s Iustin. Mart. D. Ambr. l. 1 de Vir. D. Basil. in S. Barlaã. Rom. Martyrolog. & Menolog. Græco ad 5. No. Iulij

NOVIT DEVS, QVI CONSCIENTIAM DIIVDICAT] *eodem modo S. Probus Martyr Iudici idolothyta, carnesque immolatas in os eius, per vim ingerenti, respondit* nihil magnum fecisti, vim faciens: Dominus scit voluntatem meam. attamen intellige, quia & si de libaminibus pollutis fuderis in os meum, nihil tamen inde sum inquinatus, quoniam Deus intuetur cor. *Sanctus etiam Martyr Andronicus, cum carnes de ara, & vinum in os immitterentur, dixit*, vim mihi fecisti, Tyranne, sed nemo inuitus coinquinatur. Deus, qui scrutatur corda, ipse nouit, quia iniuriam à te passus sum, neque iniquitatem hanc aspexi in corde meo, vt ei consentiam.

13 Theo. Balsam. in nomoCan. fine & Bibl. SS. PP. t. 7.

14 PASCHASIVS MANDAT LENONIBVS] *eos accipio, qui lenocinium exercebãt quique ancillis liberisue palam prostitutis, quæstum ex libidine faciebant. de quibus Vlpianus*, lenocinium facit, quæstuaria mancipia habet, & qui in liberis hunc quæstum exercet *lenones verò infames, æque ac scorta, ciuili iure habiti, vt habet Iulianus. itaque cum ex Vlpiano non minus esset flagitiij lenocinium facere, quam corpore quæstum exercere, vt ab honestis mulieribus meretrices, ita à viris lenones habitu distincti, vtque noscerentur veste multicolori amiciebantur. Tertullianus*, an Deo placebit auriga *ille* (*equorum in circo moderator*) qui vt Sacerdos coronatus, vel coloratus vt leno. *ex eo Donatus proloquio in Terentium, leno, ait*, pallio varij coloris vtitur. *pendebant lenones vestigal fisco, vti scribit Tertullianus, abstulit Alexander imperator ex Lampridio.*

Vlp. l. 6. ad fanctum.

15 DEDIT EI SPIR. SANC. VT TAM FIRMITER HÆRERET) *O admirabilem Dei beneuolentiam in tuenda pudicitia christianarum Virginum, quas æque impii, ac libidinosi Præsides ad lupanar pro fide damnassent. D. Agnetem in prostibulo Angelus luce circumfulgens, tutatus est. Virgo Euphrasia veneficij techna impurum iuuenem decepit apud Nicephorum Callistum. Virgo Antiochena apud D. Ambrosium. Virgo Corinthia, apud Palladium, & Nicephorum, Virgines Theodora, & Antonina, in earum actis apud Surium, mutato cum ijs habitu, qui ad eas ingressi fuissent prætextu peccandi, è lupanari elapsę. loca vide supra numero* 10.

16 ACCEDENS MAGNA MILITVM MVLTITVDO] *acta latina habent* acceden tes multi simul ex officio. *idem est, nam* Officium, & apparitura Prætidis *ex militibus. Vlpianus* nemo proconsulum stratores suos habere potest; sed vice eorum, milites ministerio in prouincijs fungantur. *porrò officia, siue officiales in prouincijs ex militibus delecti, haud pauci erant. apparitioni procoss. Africa, eiusque legatorum, deputati CCCC. ex rescripto Imppp Valentiniani, Valentis, & Gratiani. in Illyrico singulis Iudicibus apparitores centum dati ab Imp. Valentiniano, & à Marciano.*

Vlp. l. 1. de off. procos. ff. de offic. procos. & legat. l. 4 & ff. de offic. Præf. Cod. de Apparitoribus procoss. & leg. l. 2.

17 LOTIO INSPERGI IVBET) *immotam hærentemque D. Luciam Paschasius consularis lotio perfundi iubet, quod Magam putaret. lotium autem, opinio fuit, habere vim aduersus magiam. Ioannes Salisberiensis*, qui libenter non videat, & rideat, cum præstigiatoris lotio perfusis ars deletur, & oculis, quos malitia sua perstrinxerat, videndi facultas reparatur. *tradit Herodotus, Pheronem Aegypti Regem, quod sumptum speculum in medios Nili vortices contorsisset, visum amisisse. post decennium redditum illi oraculum à Latona, ex vrbe Buti, vt oculos lotio mulieris ablueret, quæ ad suum sulius virum aliorum expers accessisset. quod ille cum fecisset, visum recepit. scite noster Delrius*, digni qui credunt, non infundi, sed perfundi.

Cod. de Cohortal. l. 2. I. Salisb. l. 1. Policr. c. 8

Herod. in Euterpe.

Delr. disq. magicar. l. 6. c. 2.

18 VIDISTI ME ESSE TEMPLVM DEI *cum is ad lupanaria Virginem trahi, pollui-que non sit passus.*

19 PYRAM CIRCVM VIRGINEM INCENDI] *cum Paschasius existimaret, magica arte factum, vt Lucia de loco moueri nõ posset, eam ob causam magiam igni dissolu:ndam statuit, vel vt magam comburendã. nam christianos, ab ethnicis existimatos magos, notissimum est: magi autem ignis supplicio, legibus punibantur.* Vlpianus. quod

verò

verò christianos magos esse, & in eorum libris magię doctrinam haberi putaretur, Diocletianus sacros libros comburendos edixit. *sed enim magię libri igni damnabantur, Paulus in libris sententiarum*, libros magicæ artis apud se neminem habere licet, & si penes quoscumque reperti sint, bonis ademptis, cõbustisque his publice, in Insulam deportentur, humiliores capite puniantur.

20 OSTENDAM QVAE SIT MARTYR. VIS] *ita S. Quirinus Episcopus Siscianus, & Martyr, manuali mola ad ollum ligata, è ponte præcipitatus in fluuium, diutissime supernatauit, & cum spectantibus collocutus ne suo terrerentur exẽplo, vix orans vt mergeretur, obtinuit, Eusebius in Chronico, & Prudentius.*

Euſ. Chro. Prud. peri ſteph 7.

Sed Quirinus vt eminens
Os circumtulit, & suo
Exemplo trepidos videt,
Nil ipse proprij memor
Inter stagna periculi,
Confirmat pia pectora.

21 DICVNT EAM GLADIO PERIMENDAM] *Græce ita habetur. caput illi abscinditur. idem habet Ioan. Tzetzes:* iussit tyrannus caput abscindi. *& mox de B. Lucia* sacrũ caput abscinditur. *Menologium Imp. Basilij, decapitatur, & Menæa Græcorum* gladio eius caput absciderant; *igitur Græci scriptores D. Luciam fuisse decollatam contestantur; at latini, iugulatam: vetus codex Syracusanus manu exaratus*, videntes angi Paschasium amici eius iusserunt gladium mergi in gutture eius. *Codex MS. Mazarensis*, gladium in eius visceribus mergi fecerunt. *Breuiarium Rom.* multis tormentis excruciatæ (*D. Luciæ*) guttur gladio transfigitur. *Romanum Martyrologium*, tandem gladio in gutture percussa, martyrium consummauit *S. Aldhelmus Britannorum Episcopus*, mucrone confossa, maluit purpureum sanguinem fundere, quam pretiosam pudicitiam perdere. *Beda*, gladio in gutture merso, percussa. *Vsuardus*, gladio in viscera merso percussa est *Sigebertus Monach.*

Ioann. Tzetzes encomio in S. Luciam Menolog. Imp. Basil.

Satelles ex his officiosior,
Audax, & audendo truculentior,
Mucrone districto tenellæ
Viscera dissecuit puellæ.

Petrus Episcopus Equilinus in eius gutture gladium immerserunt. *idemq; tradunt reliqui sacrorum fastorum scriptores Rabanus*, M. *Bellinus*, Abbas Maurolycus, *Petrus Galesinus. ne dicamus verò dissentire Græcos à latinis puto illos generali quadam ratione locutos significasse* D. *Luciam fuisse gladio cæsam, & dissectum caput, non tamen totum à busto auulsum, sed eius partem in iugulo discissam, clarius dixere latini, inciso gutture demortuam. id asserere, necessitas est; sedenim memorant acta D. Luciam, postea quam gladio cæsa est, Ecclesiæ pacem pranuntiasse, mox Eucharistię Sacramentum à Sacerdotibus accepisse. qui hæc fecisset, capite, collone penitus amputato: præterea Venetijs integrum S. Luciæ corpus in ecclesia eius nomini dedicata visitur, atque adhuc colligatum busto caput. non igitur illa decollata, sed plane omninò iugulata est.*

22 PRÆDICO VOBIS) *de hoc D. Virginis, & Martyris Luciæ oraculo, plura mox dicã.*

23 TEMPLVM EI EST EXCITATVM] *memorat Ioannes Tzetzes, D Luciam gladio extinctam, temporario sepulchro compositam, postmodum exstructo templo à ciuibus ornatam. quo anno id factum, mox dicemus. plurimos annos, D Luciæ templo adiunctum cœnobium: vbi S. Zosimus* D. *Martyris, & Virginis sepulchri mansionarius fuit: ex eo munere Abbas S. Fausto subrogatus, inde Syracusarum Episcopus S. Ioanni suffectus est.* Ioan. Tzetzes panegyr in D. Luciam

D. Luciæ vetus templum, vnaque cœnobium, Sarracenica eluuione vastatum est. certum ex actis, cum Græcis, tum latinis, illud extitisse supra sepulchrum eius, quod viuo in saxo, & specu inferiore, percolitur. in ea ad aduentum vsque Sarracenorum, publici honores D. Luciæ fuere. sed barbaris cuncta pessum dantibus, corpus in tutiora latebrarum pij ciues abdidere; donec Georgius Maniacus ab Imp. Michaele Paphlagone in Siciliam cum exercitu missus, profligatis Saracenis, ac Syracusis receptis, à sene quodam edoctus, quo illud loco occultaretur, erutum, & in arcam ex argento inclusum Constantinopolim exportauit. tempestate nostra, super sepulchrum D. *Luciæ, specumque, paruæ ædes exstructa, cui à* D. *Agatha cognomentum. prope tamen templum exstat, structura magnitudine magnificum, Sanctissimæ Virgini, & Martyri Luciæ sacrum: quod* Martino, *& Maria in Sicilia regnantibus ædificatum, quidam tradunt, sed falsi sunt. etenim templum multo antiquius. quippe anno Domini* CIↃCCCLII *Friderico Aragonico* 2. *Rege Siciliæ, dedicatum fuisse, habent Syracusani codices manu exarati.*

Verum illud est, Martinum, & Mariam D *Luciæ tabulam curauisse, quæ in ara maxima; in illa* Martini *duo pater, & filius intecto capite, & in genua prouoluti conspiciũtur: ijdem sacram Historiam templi tecto depingendam iussere, quod opus Rogerio Bellomo Episcopo absolutum est. porrò Syracusis iactatum vulgo, quo nunc loco ecclesia Diuæ Luciæ est, Romani Præsidis domum exstitisse, in qua Fascha sustum Consularis habitarit, sub area absidis atrium fuisse, ac prope colũnam, quæ proxima aræ maximę ad læuam, Virginem Luciam gladio transfossam, colũnæque innixam exspirauisse. famam nec firmauerim, nec reiecerim, & si huc inclinet animus. certum est ex actis, locum sepulturæ eius à Martyrij loco diuersum non esse, cum memorent eodem loco iugulatam, demortuam sitam, exstructo dein templo, cultam. sepulchrum vero* D. *Luciæ, in viuo lapide excisum exstat. in spelunca humi depressa, supra quã antiquissimis temporibus condita ædes* D. *Luciæ; ea diruta à Saracenis. dein à Normannis Principibus restituta; sed in præsentiarum, vt superius dixi,* D. *Agathæ sacra. hoc igitur loco vetustum* D. *Luciæ templum fuit. verum id nihil me moueret. nam spelunca, quæ conditorium* D. *Luciæ fuit, supra quam hodie ædes* D. *Agathæ structa, araque maxima ecclesiæ S. Martyris Luciæ, & columna, ad*

Digitized by Google

quam vulgo creditur, gladio tranſfixam fuiſſe, cum modico inter ſe ſpatio diſtent, eadem fere area, locuſque cenſeri poſſent.

Sed illud me magis mouet, quod prætorium in Inſula olim fuit, in qua ad angustias vtriuſque portus, arcem Dionyſij duo Tyranni, pulcherrimam, ampliſſimam, maximeque munitam condiderant, vnde 70. hominum millia ad bellum ſtatim inſtrue rentur. eam Timoleon Corinthius funditus euertit, Dionyſiani dominatus abolendę memorię cauſſa, vt tradit Plutarchus. Hiero dein iunior, Rex Syracuſarum, ſuper ingentibus ruinis, domum ſuam, more regio, conſtruxit, idem Plutarchus. poſt modum Syracuſis à M. Marcello expugnatis, ea Regia Romanorum Prętorium fuit, vt Cicero cõmemorat: num ne Sextus Pompeius, Magni filius, vnà cum vrbe excidit, vt è Strabone ſubodorari licet? Syracuſis autem ab Auguſto reſtauratis, Prætorium in plana Acradinæ translatum, quo loco D. Lucia à Paſchaſio Conſulari gladio tranſuerberata eſſe demus ita eſſe, credibile eſt in Cryptis condi potuiſſe, ſub Prętorio, quas Sanctæ Lucię appellamus? nihil ſtatuo. ex Actis certum Luciam eodem loco à Preſide interrogatam, occiſam, ſepultam, nam ad Paſchaſium Cõſularem ſemel tracta, inde nunquam dimota, cum ad lupanaria trahi iuſſa eſt, donec iugulata exſpirauerit. eo igitur loco, quo ſepulchrum, excisum ſaxo, etiam nunc manet, D. Lucia à Paſchaſio ad iudicium, & Tribunal adducta. Tribunal autem Præſidis in Prętorio fuit, an in aliqua Baſilica? an in foro?

Plutarc. in Timoleon. In Marcell. Cic. verr. 6.

Strab. lib. 6

In eodem tractu, fama fert, & rei fides penes famam ſit, D. Lucię domum fuiſſe, vbi ſequens ętas eidem Virgini, ac Martyri ędĩ dicauit. paucos ante annos abſis adhuc manebat, cetera in hortos eefferant: atque illa ad uerſum S. Saluatoris templum, quod ad Orientem, & D. Agnetis ad Septemtrionem. ſed ſacrum monumentum noſtræ Virginis excindi, polluique, & iugulari rurſum Luciam domi ſuæ indignum fuit. ex his firmauerim Syracuſanos, per ea temporum plana veteris Acradinę, & vtrique portui propinqua adhuc habitauiſſe, quæ iam diu nunc inculta. ſed manent ſacra Luciæ Martyris loca. ſepulchrum, ac templum ante Inſulam (quę ex antiquis vrbibus ſola habitatur) minore portu interiacente, campoque permodico. certe quidem, qui Syracuſas creberrimis, immenſiſque deformatas cladibus meminerint, præcipue ſub Saracenis, opere maximo mirabitur duo ſepulchra, alterum D. Marciani Epiſcopi, & Martyris, alterum D. Virginis, & Martyris Lucię, ad hæc vſque tempora perduraſſe. quod argumento eſt, magno in honore habita ipſis Gentilibus, & Saracenis, vel ſacra cubicula, in quibus SS. Martyres latantur, Dei Maximi numine cuſtodita.

ANIMADVERSIONES
IN PASSIONEM
DIVAE LVCIAE
Ex Codicibus Latinis.

1 DVM PROCESSIONIS MYSTERIA AGERENTVR] *ex hoc loco cognoſcis, proceſſionum cerimonias antiquiſſimas eſſe in Sicula, vt in eccleſia vniuerſa. earum ſæpe meminit Tertullianus.*

2 QVÆ MILLE ET EO AMPLIVS SOLIDOS PRÆSTITIT] *ſolidos aureos accipe. quemadmodum in libris Iuris ſolidus, & aureus idem ſemper,* Iſ. Caſaubonus *obſeruat,* in noſtris litéris, ait Coelius, ſolidos dici aureos nouimus, velut integros, nec vl a ex parte diminutos, eorum interſtitione, qui ſemiſſes dicuntur, aut tremiſſes, ab portione veluti dimidia, & tertia. *ſed apud Romanos ſolidus pro aureo ab Alexandri Seueri temporibus fuiſſe in vſu videtur, vt Lampridius ſignificat.*

Iſ. Caſaub. notis in Aelium Lãprid. Coel. antiqua lect. l. 18. c. 2. Lamprid. in Alex. Seuero.

3 ET DEO SERVIENTIBVS] *vtique in Virginum collegijs, aut virorum* Monaſterijs; *ſedenim* Deo ſeruientes *appellati à ſacris ſcriptoribus, Monachi. D. Hieronymus;* crebra Virginum Monaſteria, Monachorum innumerabilis multitudo, vt pro frequentia ſeruientium Deo, quod prius ignominiæ fuerat, eſſet poſtea gloriæ.

4 EGO TE FACIAM AD LVPANARDVCI] *hinc diſcis ſcortorum diuerſoria Syracuſis tum ſeorſim fuiſſe, is ſemper mos fuit: Athenis, locus in vrbe,* Ceramicus, *certa ſedes meretricibus conſtituta. Plutarchus, & Diogenes Laertius: Romę ſuburra, Martialis itemque* ſummenium, *alijs* ſubmœnium, *quod ſub mœnibus eſſet: itaque ſubmœnianas appellat meretrices idem Martialis.*

Plutarc. in Phocione. Laer. in Zenone Citt. Mart. l. 6. ep. 65. l. 3. ep. 40. & l. 12. epiſtol. 32.

5 SI IN MANV MEA THVRA PONAS ET PER MANVM MEAM IACIAS] *is mos in ſacrificijs, vt thus in accenſam aram tribus digitis iacerent. ex eo Lactantius,* chriſtianum, *dixit,* cruciari, & interfici malle, quam thura tribus digitis comprehenſa in focum iactare. *hinc inuitamenta illa Præſidis ad Eulaliam Virginem, apud Prudentium.*

Lactan. l. 4 Inſtit. c. 18. Prud. hymno in S. Eulaliam.

Si mo-

Digitized by Google

Si modicum salis, eminulis
Thuris & exiguum digitis,
Tangere, Virgo benigna, velis,
Pœna grauis procul abfuerit.

6 PASCHASIVS CONS. IVSSIT VENIRE LENONES] *probe Tertullianus ad gentiles*, proxime ad lenonem damnando christianam potius quàm ad leonem, confessi estis labem pudicitiæ apud nos atrociorem omni pœna, & omni morte reputari.

7 VT IGNIS ISTE NON DOMINETVR MEI] *sapissime ignem Virgines Deo sacras venerari solitum in earum actis leges. egregie Eucherius in hanc rem*, quanta, *ait*, castis corporibus reuerentia debeatur, acriter ignis agnoscit, & mœsta sibi pabula circumfusus allambit. *Tradunt plerique nobilem iuuenem amore Luciæ Virginis flagrantem (Paschasium istum Consularem fuisse quidam memorat) ad eam misisse, qui vota sua perferret; illam verò, vt indomitam eius cupidinem coerceret, erutos oculos donum misisse, vt iisdem emortuis frueretur, in quos veros exarserat: inde Diuam Luciam oculos in patera gestantem depingi.* Sed *hæc falsò iactata de Diua Lucia Virgine, & Martyre Syracusana, nullum in eius vita monumentum, quæ tamen magna cum fide conscripta est, Alteri Virgini id plerique obuenisse cõmemorant, sed Luciæ Siculæ tributum, quia apud omnes maiore fama esset notior, quòd verò ob agritudines, morbosque oculorum, Lucia Syracusana Orbis supplicat originem ex eius nomine lucem præferente traxit.*

8 IMPETRAVI AB EO INDVCIAS MARTYRII MEI] *inducię, debiti reformandi dilationes; verbum ex iure est. Anianus de diuersis rescriptis:* si cuiuslibet rei debitor, conuictus propter differendam solutionem, à Principe inducias impetrauerit. *Sãctissima igitur Virgõ Lucia, metaphora a iudicijs sumpta, vitam, ait, mortemue, naturæ debitam, ex letali vulnere, & largo sanguinis effugio, Dei munere sibi protelatam esse.*

Anian. C. Theod. li. 6

9 AMICI EIVS IVSSERVNT GLADIVM MERGI IN GVTTVRE EIVS] *amicos adsessores putauerim. Panhormi, superioribus annis, in ampulla vitrea D. Luciæ sanguis ostendebatur in cœnobio D. Agathæ, ad tertium lapidem, ab vrbe Caieta, habetur aliquantulum sanguinis D. Luciæ. Veronæ etiam, vt scribit Raphael Bagata, seruatur de sanguine D. Luciæ, collecto in panniculo. Ex quo discimus D. Martyris Luciæ sanguinem, è gutture diffluentem, suppositis linteolis, vasisque à christianis collectum, & ea temporum illorum pietas erga SS. Martyres fuit. Acta S. Cypriani*, fratres verò linteamina, & oraria ante eum ponebant, ne Sanctus cruor defluens absorberetur a terra. *Prudentius de S. Vincentio Martyre.*

Raph. Bagata de monumẽtis Veron.

Acta S. Cypr. Epis. & Mart.

Prud. hymno in sãc. Vincentifi

Coire toto ex opido,
Turbam fidelem cerneres;
Mollire præsultum thorum,
Siccare cruda vulnera.
Ille vngularum duplices
Sulcos pererrat osculis;
Hic purpurantem corporis
Gaudet cruorem lambere.
Plerique vestem lineam
Stillante tingunt sanguine,
Tutamen vt sacrum suis
Domi reseruent posteris

ANNVNTIO PACEM ECCLE. ETC. DIOCLETIANO EJECTO, ET MAXIMIANO MORTVO] *idem aliis Martyribus in morte spiritus fuit. S. Eleuth. Episcopus, & Martyr, antequam caderetur, interitum Adriani Imperij renuntiauit, eius acta.* Victor miles, & Martyr Maximiani obitum prædixit, cuius iussu, cum ad supplicium duceretur, militibus ait, dicite Imperatori Maximiano, hoc anno illum abiturum è vita, *eius acta.*

10

Acta S. Eleut. Ep. & Mart. Acta S. Victo. Mart. apud Sur. tom. 3.

MAXIMIANO MORTVO] *in quibusdã actis scriptum est, Maximiano hodie mortuo; sed vocem* hodie, *alicuius glossema censui, et, vt falsum, stylo confodi. neque enim Maximianus eodem die, annòue, quo Lucia Martyr, vita excessit: quin multos post annos, vt nox dicam. sed D. Luciæ oraculi mens ea fuit, pacem ecclesiæ obuenisse, geminis Tyrãnis, Diocletiano, & Maximiano deponentibus purpuram. posuerunt autem,* 11. *Kalen. Maij, an* Martij? *anno Christi Domini* CCCIV. *sed de vaticinio, & anno mortis* D. *Luciæ, Sigebertus Monachus, Gemblacensis epistolam conscripsit apologeticam, vbi, vt ea verba, quæ in nonnullis actis legerat* [Maximiano hodie mortuo] *tueatur, statuit perpetratam Imp. Maxim. eodem, eodem die, & ãno quo D Lucia Martyr demortua est. qui ann' vt ait, persecutionis à Diocletiano, & Maximiano conceptæ septimus, Christi verò* CCCXI. *fuit: porrò in MSS. cod. Syracusanis, post acta D. Luciæ, appendix adiecta est, S Virginem Luciam fuisse passam Constantino, & Maxentio imperantibus, anno Christi* CCCX. *anno minus, quam à Sigeberto ponatur. quoniam verò Sigebertus veram esse* D. *Luciæ prædictionem, haud rectè probat; falsumque annum statuit (quemadmodum & appendix ad acta Syracusana) cum Martyris* D. *Luciæ, tum cædis Maximiani, vtrig; faciendũ est satis. sed additamentum illud ad acta Syracusana, breui stylo confecerim. enim verò sciolus aliquis appinxit, cui fortasse erroris occasio fuit, quod in Breuiario Gallicano legerat,* D. *Luciæ ecclesiam à christianis ædificatam, anno Christi* CCCX. *scriptori igitur dũ aliò mens abijt, conditę ecclesiæ annus ad martyrium D Luciæ translatus est. iam verò Sigeberti refellenda sententia est.*

11

Principio illud certum pono, annum Imperij 19. *Diocletiani, primum esse inchoatæ ab eo persecutionis, cuius anno* 2. *Diocletianus, & Maximianus purpuram deposuere,* XX. *& vltimo eorum Imperij anno exeunte. hac in re scriptores omnes consentiunt, sed variant in comparatione annorum Diocletianæ persecutionis, & Imperij cum annis Christi Domini, nam annus* 19 *imperij Diocletiani, primus verò persecutionis, Florentio Monacho Vigornienſi est annus Christi* CCXCVII., *Baronio* CCCII., *Hermanno Contracto, & Honuphrio Panuino* CCCIII

Flor. Chronic. Baronius ann. lib. Herman. Chron Honuphr. Fastis.

Digitized by Google

Euſebio Scaligeri CCCIV. *Beda* CCCV. *Alberto Abbati Stadenſi* CCCIII., *alijs alius. quæ varietas ex Diocletiani imperij exordio naſcitur, quod à ſcriptoribus varie ſtatuitur; certe quidem, vt ait Sealiger, nihil eſt incertius initijs Imperatorum à Caro ad Valentinianum. quoniam igitur opinio Sigeberti Monachi comparatis Chriſti Domini, & Imperatorum annis, haud facile euerti poteſt, alia nobis ineunda eſt ratio, quæ fortaſſe validior, ac ſolidior, comparatis annis Imperatorum, & perſecutionis.*

Sane Conſtantinus Magnus regnare orſus anno 4. Diocletianæ perſecutionis, Auctor eſt in Chronico Euſebius, inquem fere omnes eunt. Herculei verò Maximiani eadem quã quam Manuſcriptum Chronicon Euſebij Victorinum, Oiſellinum, & à Scaligero editum collocent anno 3. Conſtantini; attamen plures Manuſcripti Codices Euſebiani, vt Fuxenſis, duo Petauiui, alter Pauli, alter Petri Petauij, Pithoeanus, Londonenſis, Fabritianus (quos omnes citat Arnaldus, Epiſcopus Vaſatenſis) & præterea vetus Euſebij Chronicon editum, Maximianum occiſum dicunt anno 2. Conſtantini, & rectius, vt colligitur ex antiquis ſcriptoribus, Victore, Eutropio, Zoſimo. eodemque anno Conſtantini 2. eadem Maximiani ponunt Hermannus Contractus Florentius Monachus, Illuſtriſſimus Baronius; Iacobus Gordonus, alij. ſed Conſtantinus imperium cœpit anno 4. perſecutionis, Maximianus igitur anno 6. periit. adde, D. Luciam anno perſecutionis 2. coronatam martyrio, vt recte aiunt Florentius Monachus, Honuphrius Panuinus, Baronius, alij quamquam in annis Chriſti diſſentiant, vt ſupra diximus. nos verò in Baronij ſententiã imus, qui D Luciam martyrium expleſſe, ait, anno Chriſti CCCIII. *quod ex imperij Conſtantini annis firmari poteſt.*

Arnal. in Chronicõ Euſeb.

Sedenim Conſtantinus, imperium auſpicatus eſt anno Chriſti CCC. *quod Olympiadum comparatione Gordonus recte probat. nã cœpit imperare, ineunte anno . Olympiadis* CCLXXI *vbi ſunt anni* CIↃLXXX. *qui additi ad annum mundi* 3227. *ad quem prima Olympias cœpit, efficiunt annum* 4307. *qui eſt Chriſti annus* CCCVI. *natus enim eſt completo fere anno* 4001. *vt idem Gordonus optime probat. ſed Conſtantinus anno 4. perſecutionis, imperare exorſus eſt, vt ſuperius ex recepta omnium ſententia probauimus. igitur ſi annos relegas à Chriſti anno* CCCVI. *perſecutionis 4. qui fuit primus Conſtantini; annus 19. imperij Diocletiani, perſecutionis primus, fuit annus Chriſti* CCCII. *annus* 20 *Diocletiani, perſecutionis 2. quo D. Lucia paſſa eſt, fuit annus* CCCII *Chriſti. quo igitur fundamento, quare ratione dictum eſt à Sigeberto, D. Luciam anno perſecutionis 7. Chriſti* CCCXI. *eodẽ die cum Maximiano Herculeo demortuam? cum ſatis conſtet ex ijs, quæ diximus, Maximianum anno perſecutionis 6. Chriſti* CCCVIII. *male periiſſe; D Luciam anno perſecutionis 2. Chriſti* CCCIII. *martyrium expleuiſſe.*

Gordon. Chron. ad ann. 312.

Porrò (vt cauſſam attulerim, quæ Sigeberto errori eſſe potuerit) nomina Auguſtorum Herculei Maximiani, Galerij Maximiani, & Galerij Maximini, viros etiam doctos perturbauere. itaque Herculeum Maximianum Zoſimus, & Socrates, Tarſi extinctum tradunt, cum in Maſſilia laqueo vitam finierit, auctoribus Victore, Eutropio; Euſebio. qui autem Tarſi in Oriente periit Galerius Maximinus fuit, Galerii Maximiani ex ſorore nepos. vt igitur Zoſimus, & Socrates in loco cadis Herculei Maximiani ſunt hallucinati, ita in anno Sigebertus. etenim anno Chriſti CCCXI; *eum periiſſe memorat cum anno* CCCVI. *perierit. ſed anno* CCCXI. *Galerius Maximianum dictus Armentarius, obijt Salonis, in Dacia Ripenſi, vt auctor eſt Euſebius, in quem ceteri eunt Honuphrius, Baronius, Ioſephus Scaliger, Gordonus, alij. hæc excuſando Sigeberto, placitum attuliſſe.*

Zoſim. hiſtor. l. 2. Socra. l. 1. cap. 2.

Euſ. hiſt. l. 8. c. 18. & in Chron. Scalige. in Chron. Euſeb.

Haud dubium igitur, oppetiiſſe D. Luciam anno Chriſti CCCIII. *perſecutionis 2. imperij Diocletiani; & Maximiani 20. ante poſitam purpuram menſes 4. dies 8. quod ex ipſo D. Luciæ oraculo probari poteſt, quo pacem Chriſtiano orbi prædixit, finemque potentiæ Imperatorum Diocletiani, & Maximiani. quippe oraculum D. Luciæ reputantibus de Diocletiani, & Maximiani exitu, caſuue ab imperio, Virginis, & Martyris finem cum extremo tyrannorum imperio competere, ſatis perſuaſum erit. nam ſi D. Luciæ obitum, ac vaticinium in annum Chriſti* CCCXI. *cum Sigiberto, reieceris, eo anno de interitu Auggg. qui tum ſupererant, Conſtantini in Gallia, Maxentij in Italia, Licinij in Pannonijs, Galerij Maximiani in Oriente, Dinæ Lucia vaticinandum fuit. quid enim prædiceret, eiectum iri Diocletianum, quem omnes pernorant, ſeptem ante annos, purpuram depoſuiſſe? quid prædiceret, mortuum eo die Maximianum, quem tres ante annos ſtrangulatum Maſſilia viderat? certe quidem prædixit Sanctiſſima Martyr, quæ futura quæque ignota erant. igitur dum Diocletianus, & Maximianus in imperio, ſummaque rerum potentia verſabantur, prædictum oportuit à D. Lucia, Tyrannos, quorum dominatum, & immanitatem Orbis terrarum expaueſcebat, breui caſuros. & Virginis vaticinio fides fuit. 4. poſt menſes, & dies 8. à Dinæ Martyris obitu, Diocletianus, & Maximianus imperio defuncti ſunt.*

*At inquies, acta latina ita habent, annuntio vobis pacem eccleſiæ Dei redditam, Diocletiano de regno ſuo eiecto, & Maximiano hodie mortuo, ſi in ea voce (*hodie, *(vim facis, vt vaticinium D Lucia verum ſit, non modo Maximianum eodem die, quo fortiſſima Martyr obijt, periiſſe, ſed Diocletianum de regno eiectum affirmes, neceſſe eſt; eum eadem vox (*hodie*) ad vtrumque referatur. quod nemo dixerit, vt contra Hiſtoriæ fidem. ſed iam dixi, vocem (*hodie*) gloſſema eſſe, ab aliquo in acta latina infartum. quod plane conuincunt, quæ ſuperius dicta à me ſunt. præterea vocem illam acta Græca non habent. ecce pronuncio vobis pacem datam eccleſijs Dei Dioeletianum autem, & Maximianum exciſſe*

ab

ab Imperio: nec habet eam vocem Breuiarium Romanum, cuius hæ ſunt verba: vulnere accepto, Lucia prædicens eccleſiæ tranquillitatem, quæ futura erat Diocletiano, & Maximiano mortuis, Idibus Decembris, ſpiritū Deo reddidit. *at inquies, D. Martyr Lucia in Gracis actis ait, pacem eccleſijs datam eſſe & Impp Diocletianum, & Maximianum ab imperio cecidiſſe, anno autem* CCCIII. *iidem Imperatores in imperio adhuc erant, & eccleſiam vexabant; igitur non potuit D Lucia eo anno mortem obire. ſed nihil id nos per mouebit, ſi reputauerimus*, D. *Luciam prænuntiaſſe pacem eccleſiarum, caſumque Diocletiani, & Maximiani ab imperio, more prophetarum, quibus, quæ futura ſunt, in lumine prophetico præſentia eſſe videntur, ac proinde vt confecta, quæ poſtmodum conficienda ſunt prænuntiant. nec aliud etiam verba audientibus inſinuari, quàm decreto diuino iam factum eſſe, vt mox eccleſiæ pax redderetur, & è ſuo faſtigio deturbarentur Imperatores.*

Poſtremam probationem contra Sigebertū attulerim ex anno peregrinationis D. Luciæ Virginis ad eccleſiam D. Martyris Agathæ, quæ ſane eccleſia tunc ſuperſtes erat, vt ex actis D Luciæ cum Gracis, tum latinis conſtat; nam in ea, ad ſepulchrum D. Martyris Agathæ, diuinis myſterijs interfuit. eam verò peregrinationem D. Lucia tres ante martyrium ſuum annos obiuit, vt ipſamet in certamine cum Paſchaſio Conſulari profeſſa eſt; ſed Imperatoris Diocletiani nouiſſimo edicto, eodemque immaniſſimo, quod et diximus, anno Chriſti CCCII. *promulgatum eſt, eccleſiæ omnes ſolo æquari iuſſæ: igitur ea peregrinatio, poſt euulgatum edictum, inſtitui nullo modo potuit, eccleſia iam diruta: edictum autem euulgatum, paulo ante Paſcha; peregrinatio inſtituta natali die S. Agathæ, qui Nonis Februarij celebratur. anno igitur ſuperiore inſtituta, Chriſti* CCCI. *cum 3. à peregrinatione anno paſſa ſit. proin D. Lucia eccleſiam & ſepulchrum D. Agathæ inuiſit, ante annum, & aliquot menſes, quam illa diueretur: martyrium obijt à ſuſcepta peregrinatione tres poſt annos, minus menſe. & diebus 8. Chriſti verò anno* CCCIII. *exeunte*

AB OMNI SENATV AVDITVS] *igitur Diocletiano, & Maximiano imperatoribus, Sicilia inermis prouincia, in poteſtate Senatus erat.*

ACCEPIT CAPITALEM SENTENTIAM] *damnatis repetundarum pœna olim fuit exilium, & æſtimatio, vt notat Aſcon. & Cicero ſæpe ſignificat. ſed lege Iulia, amiſſio ordinis, & æſtimatio pœna conſtituta eſt: vt qui damnatus eo crimine eſſet, Senatu moueretur, & iudices acciperet ad æſtimandam litem, clarum ex Tacito, & Plinio, apud quos exempla legis de Coſſutio Capitone, Cadio Rufo, Pedio Blæſo, Mario Priſco, & Baſſo. ſed hæc ordinaria pœna. plerumque grauius, & extra ordinem in id crimen animaduerſum pro delicti modo. Tacitus*, Silano procoſſ. Aſiæ repetundarum damnato, aqua atque igni interdictum, ob inſignem ſcilicet ſæuitiam, & *alio loco*, repetundarum damnatur, atque Italia exigitur, ne grauiore pœna afficeretur, Vibii Criſpi fratris fauore enixus. *Macer*: hodie ex lege repetundarum extra ordinem puniuntur, & plerumque vel exſilio, vel etiam durius, pro vt admiſerint. *quid enim, ſi ob hominem necandum, pecuniam acceperint? vel interfecerint innocentem? ex his colligo, inſignem fuiſſe Paſchaſij Conſularis immanitatem, atrociaque ſcelera, in adminiſtranda prouincia, commiſiſſe, cum à Senatu pœna capitis, extra ordinem damnatus ſit; vindicante etiã Deo effuſum Sanctiſſimum Virginis Lucię ſanguinem.*

13 Aſcon in verr. Cicer. l. in verr.

Tac. l. 13. & 14. Ann. & l. 1 hiſt. Plin. l. 2. epiſt. & l. 4. Tacit. l. 3. Ann.

l. 14. Macer. l. 7. ad legẽ Iul. repetundarum

VENIENTIBVS SACERDOTIBVS] *Virgini, ac Martyri Luciæ præfoſſo iugulo ad Chriſtum ſponſum properanti, Euchariſtiæ Sacramentum D. Eutychius, tum Syracuſarum Epiſcopus, tradidit. MSS. codd. Syracuſani.*

14

SACRAMENTORVM MYSTERIA] *corpus Chriſti Domini à latinis Patribus Sacramentum, à Gracis myſterium, ob admirabile nexum, ineffabilemque, & ſecretam rerum diuinarum coniunctionem.*

15

OMNI POPVLO RESPONDENTE, AMEN] *antiquum morem aduertis, quo Martyres communicabant, Sacerdote dicente*, corpus Chriſti, *& populo reſpondente*, Amen. *diu verò manſit in eccleſia mos, vt Sacerdos, qui Chriſti corpus traderet*, corpus Chriſti; *fidelis qui acciperet*, Amen *diceret. D Ambroſius de Sacramentis*, non otioſe, *ait*, cum accipis, tu dicis, Amen. *iam* in ſpiritu confiteris, quod accipias corpus Chriſti. dicit tibi Sacerdos: corpus Chriſti, & tu dicis, Amen, hoc eſt verum: quod confitetur lingua, teneat affectus.

16

ANI

ANIMADVERSIONES
IN TRANSLATIONEM
DIVÆ LVCIÆ.

1 Pet. Epiſc. Equil. Catal. li. 1. c. 99. Leo Oſtie. Chronol. 2. cap. 8. And. Dād. hiſt. l. 10. c. 4.

ROSTEAQVAM INSVLA SICILIA] *Hiſtoriam Translationis S. Luciæ ex vrbe Conſtantinopoli Venetias, ſcripſit Petrus Epiſcopus Equilinus, ſed aliquot deformatā mendis ex eo excerpſimus, ac præterea ex Leone Epiſcopo Oſtienſi in Chronico, Andrea Dandalo in Hiſtoria, quæ manuſcripta ſeruatur Venetiis, in Monaſterio S. Georgij Maioris, atque ex Annalibus Siculis.*

2 CENTVM AC LX. FERE PER ANNOS] *ab anno Chriſti IↃCCCLXXX. quo Syracuſa à Sarracenis capta, ad quadrageſimum ſupra Milleſimum, quo anno a Georgio Maniaco recuperata.*

3 10. Curop. in Michae. Paphlago.

AB IMP. ORIENTIS MICHAELE] *aberrat Equilinus, qui Rogerium nominat. ſed Georgium Maniacem à Michaele Paphlagone, in Siciliam cum exercitu miſſum, ex Io. Curopalate cognoſcis, qui res eius in Inſula præclare geſtas Sarracenico bello ſcribit.*

4 Paul. Æm. Sanct. in vita D. Lu.

MANIACES S. MARTYRIS LVCIÆ CORPVS] *memorat Andreas Dandalus, atque ex eo Paulus Æmilius Sanctorius, D. Luciæ corpus, Impp. Baſilio, & Conſtantino, Sicilia Conſtantinopolim, eorumdem iuſſu, deportatum. haud crediderim, reclamante fama, auctoribusque externis, & Siculis in diuerſa tendentibus, quibus certior fides. nec credibile id fieri potuiſſe, ſtante adhuc bello Sarracenico, occultato tunc corpore, aduerſiſque, ac validis per Siciliam Sarracenis. verius quod reliquis ſcriptoribus traditū, Diuæ corpus à Maniace Conſtantinopolim delatū, Imper. Michaele Paphlagone. affirmat Leo Epiſcopus Oſtienſis, qui proxime ea tempora vixit: per idem, inquit, tempus, Maniacus Dux ab Imperatore Conſtantinopolitano cū exercitu ad debellandos Sarracenos in Siciliam miſſus eſt. eumque maxima iam Siciliæ pars recuperata eſſet, & Syracuſana ciuitas capta, eidem Duci à ſene quodam Sanc. Luciæ Mauſoleum proditum eſt, eiuſque ſacrum corpus inde ſublatum, & in theca argentea poſitum Conſtantinopolim cum omni reuerentia, & honore tranſmiſſum eſt. hæc Leo. de eodem Maniace Petrus Equilinus, natione Venetus, Conſtantinopolim, ait, cum muneribus aduenit, & corpora Sanctarum Agathę, & Luciæ ſecum aſportauit. ſed Petrus Equilinus, in nomine Imperatoris, vt ſuperius retuli, & in anno falſus eſt: nam Rogerio Imperatore Conſtantinopolitano, anno Chriſti CIↃX. Translationem hanc contigiſſe, ſcribit, cum circa annum CIↃXL. contigerit, quo Michael Paphlago regnabat. ad hæc Carolus Sigonius de Regno Italiæ:* Maniacus Imperatoris *(Michaelis)* Catapanus magno cō tracto exercitu, in Siciliam aduerſus Sarracenos traiecit. magna pars Siciliæ in poteſtatem redacta, & Syracuſę receptæ ſunt, & corpus venerabile S. Luciæ Virginis inde ablatum, & Cōſtantinopolim tranſportatum. *præter externos, indigenæ ſcriptores idem conteſtantur, corpus S. Luciæ Syracuſis Conſtantinopolim à Maniace delatum. ita Mauritius Catanenſis Epiſcopus, Franciſcus Abbas Maurolycus Thomas Fazellus, alijque cum editi, tum manu exarati libri: noſtris ſane in rebus, noſtrorum fides ceteris antehabenda.*

Caro. Sig. l. 8. ad ann. c. 1039.

Maur. epi. de Transl. S. Agathæ Maurolyc. Martyrol. ad 12. Kal. Febr. Fazel. dec. 5 poſt. l. 6. And. Dād. l. 10. hiſto. cap. 4.

HENRICVS DANDALVS VENETIARVM DVX] *ſcripſit Andreas Dandalus his verbis:* Deuoti etiam Principes Sanctorum occultas reliquias tandem inuenerunt, quarū Dux. *[Henricus Dandalus]* obtinuit mirificā crucem, auro incluſam, quam poſt inuentionē matris, Conſtantinus in bellis ſecum detulerat. inuentis ſimiliter corporibus SS. Agathæ, & Luciæ Virginum, quæ Baſilius, & Conſtantinus Augg. de Sicilia deferri Conſtantinopolim fecerant, Dux obtentum corpus S. Luciæ Venetias, in Monaſterium S. Georgij, mandauit, quod in eccleſia eius nomini dedicata repoſitum eſt. corpus verò B. Agathę quibuſdam Siculis peregrinis conceſſum eſt. *hæc Dandalus, qui in duobus peccat. alterum eſt, imperantibus Baſilio, & Conſtantino, corpus Diuæ Luciæ Conſtantinopolim è Sicilia delatum; quod vt diximus, Imp. Michaele Paphlagone, à Georgio Maniace factum eſt. alterum, S. Agathę corpus tum Siculis datum, qui eo bello cum Venetis militaſſent, quod etiam Petrus Equilinus, & Franciſcus Sanſouinus falsò tradidere. nam corpus D. Agathæ, LX. ante annos translatum fuerat in Siciliam, diuerſaque eius transferendi ratio fuit, quam vide in hiſtoria Translationis D. Agathæ à Mauritio Epiſcopo Catanenſi compoſita.*

Quod ad annum ſpectat, quo D. Luciæ corpus Venetias deportatum eſt, crediderim fuiſſe Chriſti Domini CIↃCCV. quod enim Conſtantinopolis recepta eſt anno CIↃCCIV. pridie Idus Aprilis, Translationis verò D. Luciæ dies ad XV. Kal. Februarias celebratur, anno conſequente eam contigiſſe, neceſſe eſt. fortaſſe etiam eodem anno CIↃCCIV. corpus D. Luciæ Venetias tranſmiſſum eſt, feſtus verò dies Translationis, nonniſi Ianuario conſequente celebratus eſt. non ignoro, Equilinum, Maurolycum, & Galeſinium ſcripſiſſe, corpus Martyris Luciæ Venetias Conſtantinopoli deportatum anno CIↃXL. ſed certò conuincuntur, per errorem confudiſſe annum Translationis D. Luciæ è Sicilia

Con-

Digitized by Google

Constantinopolim, cum anno alterius Translationis ex Vrbe Constantinopolitana *Venetias, quo, non nisi post Constantinopolim a Sarracenis recuperatam, anno* CIↃCCIV. *exportata est.*

6 CORPVS EX EO SVBLATVM ETC. *quo anno? incompertum mihi est. sane Equilinus tradit, corpus D. Luciæ plures annos mansisse in Monasterio S. Georgij Maioris.*

7 VBI MAGNA CVM RELIGIONE COLITVR] *certe quidem D. Luciæ Virginis, & Martyris Syracusanæ corpus, ad hæc diem, Venetijs, in eius ęde, seruatur. haud tamen illud omninò integrum, deest illi brachium dextrum, quod in vrbe eadem, argento inclusum in Monasterio est S. Georgij Maioris. à quo vnus, an digiti duo ablati, quorũ alter extat in vrbe Pisauro, in cœnobio Patrum, qui dicti* Azzorini. *alteri manui, quæ corpori adiuncta est, desunt digiti item duo, quorum alter est Bononiæ, in æde S Luciæ Collegij Societatis Iesu. alterum, haud multos ante annos, Patriarcha Venetiarum penes se habebat. incertum mihi, quid illo factum. hi vero digiti duo, è corpore empti sũt anno Domini* CIↃIↃXCII. *eodem tractu tẽporum, è sinistro latere D. Luciæ pars quædam desumpta est, dataque Dominæ Imperatrici, flagranter expetenti, cum per Venetias in Hispaniam iter haberet, idque auctoritate Senatus factum est, cuius tamen decretis obstitere tum Sanctimoniales Ordinis S. Augustini, penes quas D. Luciæ corpus; sed vi cessere, Senatus iussa cum lacrymis exequentes. in Bononiensi Collegio, præter digitum D. Luciæ, os pedis asseruatur.*

Digitus autem est, qui dicitur annularis, manus dextera habitus Venetijs, die 12. *Septembris, anni Domini* CIↃIↃXCII. *detractus ex integro eiusdem corpore, quod repositum est in templo S. Luciæ, cũ consensu Priorissæ eiusdem cœnobij.*

Iam vero reliquum corpus D. Luciæ integrum, solidumque, in arca situm ex marmore maculoso, in sacello, haud multis ante annos, extructo, sumptu quinquies mille aureorum, pietate mercatorum ex familia Baglionia. ostendebatur corpus sacrum ædẽ ingressientibus, natali die Sanctissimæ Martyris, ac præterea singulis mensibus, primo Dominico die. Virginis dumtaxat intecta facies quæ incorrupta etiam carne. cetera vestibombycina, auroque, & gemmis obtecta, & elegantèr compta. caput coronatum, colloque etiamdum inhæret. conspicitur exsectus S. Martyris iugulus, & adactum vulnus sub gutture, gulæue nodo, & modicè introrsum neque enim defixus à carnifice gladius, cervicem transuerberauit. proceritas corporis cubitos duos, quorum vnusquisque ductam in ora lineam quater continet.

Cęterum quod dictum à me est, corpus D. Luciæ Venetijs integrum seruari, nolim ita accipias, quin aliqua alia pars in eo desideretur, præter eas, quas supradiximus. etenim multis in locis, ecclesijsque reliquias S. Luciæ seruari comperimus, quas percensere, longũ esset. Syracusis, Costę pars dono data à Patre Bartholomæo Petratio, Societatis Iesu, quæ ab ecclesia Barensi habita est. in ecclesia Panhormitana, ampulla ex vitro cum sanguine D. Luciæ. Veronę, vt scribit Raphael Bagata, in ecclesia Monasterij S. Luciæ, seruatur de eiusdem sanguine, in panniculo collecto, & de ossibus. auditum mihi est, Veronenses Duces hasce reliquias habuisse, qui bello Constantinopolitano, pro Republica Veneta detertauere. præterea in vrbe Neapoli maxima in ęde, in sacello Carbonum, digitus est D. Luciæ, vt tradit Petrus Stephanus, eiusdemque oculi in ecclesia SS. Ioannis, & Pauli quas reliquias alterius D. Luciæ esse crediderim.

Raph. Bag in SS. Epis. Veron. antiq. monumentis

Pet Steph. descrip. sac. locor. vrb. Neapolis Phil. Bergam. Ioan. Maldonat. Tho. Turgillus, Bap. Mantuan.

Iam verò Syracusis, velum, tunica, & calcei D. Luciæ seruantur, quibus beatiores sunt, quam quouis Cæsarum paludamento. sed de iis singillatim dicere, operæ pretium, & amor est. Velum, tegmen capitis fuit, latum, aque ac longum palmos duos, & digitos duos; itaque forma eius quadrata. Materia, sericum tenuissimum, coloris albi, & crocato virgatum. ad capita duo, ornamenta coloris gilui, caruleique. albo autem velatas mulieres, docet Apuleius, qui mulieres, *ait,* candido splendentes amictumine. *croceus itẽ color mulieribus in vsu fuit.* Cicero Clodius a crocata, & mitra, a muliebribus soleis, est factus repente popularis. *à Numanio illo Virgiliano Troianis probro datur* picta croco vestis. *Virgilius etiam memorat,* circumtextum croceo velamen acantho.

Apul. l. 2. Floridor.

Tunica verò quę olim mulierum, talaris manuleata, picta, ad pedes, oramue fimbriata, tactu mollissimo, colore purpureo, sed quo decolor. vulgo camisiam *dicunt, sed nolim, ob id putes, vestem fuisse carni proximam,* indusium muliebre, *Varroni dictum, quod intus induretur; indusium enim lineum fuit, hæc verò D. Virginis Luciæ vestis est serica, quamquam vtraque dicta sit tunica, hæc exterior. illa interior. Apuleius* habebat indutui ad corpus tunicam interulam *igitur in dusium primo loco mulieres induebant, supra indusium tunicam: item viri primum subuculam, dein tunicam: Horatius.*

Hor. epi. 1.

rides, si forte subucula pexę
Trita subest tunicæ, vel si toga dissidet impar.

Nam supra tunicam Romani togam, Græci pallium circumiectui habebant porrò D. Luciæ tunica, ex veteri gentis more ad collum desinit, longa palmos quinque, ac semis; notis sanguinis etiam nunc aspersa cernitur; quod argumento est, D. Luciam in hac veste comprehensam, tortamque, & exsectum Virgini iugulum. non latet, pictarum vestium vsum apud Syracusanos, florente Republica, interdictum fuisse, nam memorat Philarchus, hac lege apud eos cautum, ne aut auro redimerentur mulieres, aut pictis vestibus vterentur. sed posterioribus seculis mutati mores. picta autem tunica ista est intextis foliis. calcei, soleæ leues sunt, quę vinculis constringebantur, acuminati ad digitos, contecti. & ad calcem sustollitur paruus semicirculus, cetera pes intectus. ore solearum circumaurato, suprema serico operta phœniceo, soleę coloris, heluum inter ac rubrum, leuesque

Philar l. 15 histo. apud Athenæũ.

cum

cum pars, quæ pedi subijceretur, tum quę solum tereret. sane elegantiam solearum, cultumque nemo non admiretur Syracusis fama est in vulgus sparsa, alteram duntaxat solearum esse, qua D. Lucia vsa est; quęque ea sit, ignorari; alteram ad alterius exemplar confectam, vtramque habendi ambitione. sed commentum hoc vulgi indubitato reiecerim, nam vtramque soleam esse, quam D. Lucia calceatui ad pedes habuit, plura perumcunt. facies ipsa solearum simillima. idem positus, ac forma, inducto pede expressa; eadē vetustas. & color, quem in aperto æque tempus extinxit, in rugis æque seruauit: demum calcei ipsi in locis ipso vsu attriti, corruptique antiquitate; quę omnia imitari quamquam velis, haud possis. at hęc vulgare dictum repulerim vt procul à religione maiorū nostrorum, quos supponere calceum alusos, cultumque ad publicum exponere, quis credat? iam verò rogo, quid censetis, Luciam Virginem Græco habitu, an Romano incessisse? quippe eius amictus, tica, tunica manuleata, ad pedes vsque demissa. qui Græcarū mulierum vestitus fuit, vt ex Gellio disces. insuper egressę domo Græcæ mulieres pallis circumiaciebant solutim, vt Romanæ togam. sed pallium ad calceos vsque, vt togæ demittebantur, vt ait Quintilianus. pallium verò cum viris, tum mulieribus christianis commune gestamen fuit, quod cognosces ex Tertulliano. sed ex his nihil certi eruitur, nam riculæ, & tunicæ Romanis, Græcisque vestitus communis fuit. quamquam Romanis initio tunicæ substrictæ, breuesque, nec vltra brachia prolixæ, & citra humerum desinentes. Gracis autem talares, laxioresque, & vsque in primores manus. sed id discrimen in viris, nam Romani vestem longe, laxeque diffusam, solis feminis decorem existimauerunt; ad vlnas, cruraque aduersus oculos protegenda. equidem existimauerim, D. Luciam Romano habitu indutam, quod Syracusę Romana Colonia, Romanis legibus, & moribus instituta, propagataque. & credibile est, Gracos indigenas in eorum mores defluxu temporis abysse.

Gell. l. 7 c. 12. Noct Attic. Quintil. l. 11. c. 13 Tertullia. de pall. c. 1 & de vel. Virgin.

Illud minime reticuerim, ex D Lucię velo, tunica, & calceis ætatem Virginis, eiusque generis claritudinem, & opulentiam cognosci. puellam fuisse demonstrant soleę breues, argutæque. idem demonstrat color. nam soleæ purpureæ puellarum calcei, Alexander. præterea tunicæ breuitas, quæ longa, vt diximus, palmos quinque, ac semis. manicæ subtrictæ, longæ palmos duos, ac semis, brachia & vlnas puellares ostendunt: nobilitatem vero Virginis demonstrant, primum velum tenue, & pellucidum, segmentatum crocato, quem colorem vidit amasse feminas Principes: itaque Virgilius talem amictum, qui fuerat Helenæ, Didoni Reginæ dono datum memorat.

Alex. Genial. dier. lib. 5. c 18

Et circumtextum croceo velamen acantho.

II, color tunicę, qui Virginum, ac feminarum nobilium. hinc illud Turpilij, ducit me secum, postquam ad ædem venimus, veneratur Deos. interea aspexit adstantem in capite ostrinam indutam riculam, & Propertius: Ostrina cum fuit in tunica.

Propert. l. 2. eleg. 13.

III. picta vestis, qualem decere opulentam feminam, docet Artemidorus. IV. solearum elegantia, & color, eo enim pedum tegmine puellę nobiles inducbantur. itaque Virgilius Virgines Tyrias cothurnos rubros gestasse, ait, eosdem Liuium Andronicum imitatus, Dianę Deę Virgini tribuit:

Artemid. l. 2. c. 3. Virg. Aen. l. 1.

Purpureo ităbis suras euincta cothurno.

Persius de matre familias, soleă puer obiurgabere rubra,

Pers. Satyr.

porrò eæ reliquię velum, tunica, & calcei in cœnobio Virginum S. Marię, asseruantur in arca ex crystallo, sed olim penes familium Pedileporem, quæ Syracusis nobilissima, hodieque interijt, habebantur, idque ab quo immemorabili: virorum autem nobilium eius familiæ auctoritate, ex loco, in quo eorum delectu tenebantur, ad publicas supplicationes, vrbisque festos dies, accipiebantur. ex eo plerisque opinio fuit, Pedilepores è stirpe D. Luciæ originem duxisse. sed leue id argumentum, neque enim ex propagatione sanguinis, sed alia via, Beatissimæ Virginis, ac Martyris reliquiæ ad eam familiam peruenire potuerunt. Anno Domini CIↃIↃXVIII. Ioann. Pesleporis, Laurentij filius, instante Maria Pedilepore, Abbatissa cœnobij Monialium S. Mariæ, idem cœnobium delegit, in quo arca cum his reliquijs conseruaretur. eodemqi anno extremo, Maria Abbatissa moriens eidem cœnobio velum, tunicam, & calceos reliquit. Instrumenta scripta sunt à Petro Satalia publico notario.

In M. S. Narratione de Translatione S. Martyris Luciæ Sigebertus Diuæ Luciæ corpus Syracusis Corsinium, Italię Vrbem in Pelignis, Corsinio Metin in Galliam Belgicam, cum alijs Sanctorum corporibus, deportatum. ait, ibique seruari, in ecclesia Sancti Vincentij, contra ea quæ superius diximus, quam translationem idem Sigebertus in Chronico suo Christi anno IↃCCCCLXIX. factam esse, Testatur his verbis. Deodericus, Metensium Episcopus, Imperatori Otthoni sanguine, & dilectione, ac familiaritate ceteris deunctior, dum in Italica expeditione, per triennium, sub eo militaret, multa corpora, & pignora Sanctorum de diuersis Italiæ locis, quocumque modo potuit, collegit. Primum à Marsia Elpidium Confessorem, cuius socium Eutychium Episcopum, ipse Imperator iam sustulerat. Ab Amiternis Eutychetem Martyrem, cum reliquijs Maronis, & Victorini sociorum eius. A Fulginis Felicianum Episcopum, & Martyrem. SA poleto Serenam Martyrem cum Gregorio Spoletano Martyre. A Corduno pignora Vincentij Martyris, & Leuitæ, ab Hispania olim a duobus monachis Capuam, a Capua verò illuc deportata. A Mauonia alterum Vincentium Episcopum, & Martyrem. A Florentia Miniatem Martyrem. Ab vrbe Tudertina Fortunatum Episcopum, & Confessorem. A Corsinio Luciam Syracusanam Virginem, & Martyrem, à Faroaldo Duce Spoletanorum olim à Syracusis illuc translatam. A Sabinis partes corporum Proti, & Hiacynthi Martyrum.

lum. Hæc omnia, cum parte Cathedræ S. Petri Apostoli, cum capillis eiusdem, & sanguine S. Stephani Protomartyris, & parte tracticulæ S. Laurentij Martyris, à Papa Ioanne illi donata; cum alijs multis Sanctorum pignoribus Præsul Deodericus in Galliam hoc tempore transtulit, & in ecclesia S. Vincentij Martyris, à se in Insula vrbis constructa, locauit. Dies Translationis eorum celebratur 10. Iulij.

Ad hæc probari res posset literis Caroli Imperatoris IV. huius nominis, qui intra sacrum feretrum corporis D. Luciæ seruan tur, in Metensi Monasterio S. Vincentij. recito testimonium: Carolus IV. Dei gratia Romanorum Imperator, & semper Augustus, & Boemiæ Rex, vniuersis Christi fidelibus benevolentiam salutarem. Ad eorum notitiam deducimus, vum primum sit perhibere veritati testimonium; quod cum in ciuitate nostra Metensi, cum fidelibus sacri imperij nostri, & multis alijs principibus, principaliter adessemus; cum nonnullis Abbatibus, Religiosis, & alijs personis idoneis, nobis associatis adiuimus sacrum Monasterium D. Vincentij Metensis, causa benignæ deuotionis, vbi in ecclesia eiusdē Monasterij, venerabilis Frater Petrus, humilis Abbas, Prior, & Fratres Monachi eiusdem Monasterij, ad nostrum rogatum, venerandum ioeale, corpus videlicet B. Luciæ, Syracusana Virginis, & Martyris, in hoc feretro argenteo cum deuota veneratione collocatum, & recondutum à longissimis prateritis temporibus, pro vt in quodam scripto breuiculo ibidem reperto, latius vidimus contineri, quod feruenti desiderio videre affectabamus, eodem aperto subtiliter feretro, sponte, & libere nostræ maiestati visibiliter, & principaliter ostenderunt. & de reliquijs eiusdem corporis Sacrosancti pie nobis, pro vt postulauimus, ab ijsdem annuerunt: quas recepimus læto corde, & cum gratiarum actione, sub appenso principali nostro imperiali sigillo, ad præmissorum memoriam, testimonio literarum. Datum Metis, anno Incarnationis Domini CIↃCCCLVI. *indict.* 10. 17. *Kal. Ianuarij, regnorum nostrorum anno* 11. *Imperij vero* 11.

Nec quisquam controuersiam conciliare se posse putet, si dicat, Sigebertum totū pro parte accipere, ac nomine corporis aliquam eius partem, membrumue intelligere; qui mos apud sacros scriptores scribendi fuit. nā Sigebertus de aliorum Sanctorum corporibus ita loquitur in M. S. Passione Sanctæ Luciæ.

Quorum tenemus particularia
Lipsana, Sanctos nominibus notos,
In parte complectendo totum.

Mox verò vrbem Lintburgum alloquens:

Quam, *ait*, Sancta sanctę pignora Virginis,
Quam laude nobiscum celebri colis;
Vos brachio Lucia solo,
Corpore nos sacrat ipsa toto.

Num ne igitur censuerimus veram esse Sigeberti narrationem de Translatione corporis D. Luciæ, Syracusis Corfinium in Italiam, Corfinio Metim, in Galliam? equidem nullo modo animum induxerim, & quidem iure. nam plurima Sigebertum contra sunt, quæ rem minus credibilem reddant. primū mirum est, neminem veterum scriptorum, siue indigenarum, siue externorum huius translationis meminisse. secundum verò simile non est, corpus D. Luciæ Syracusis exportari potuisse à Faroaldo, Longobardorū Duce, sub annum Christi IↃCC. *qua tempestate, Sicilia Orientis Imperatoribus parebat, neque vnquam Longobardi Reges, Duces sue, armis in Siciliam transgressi sunt sed Italiæ finibus se continuere. porrò Paulus Diaconus illorum temporum diligens scriptor Historiæ Longobardorum, qui narrat res gestas Faroaldi Spoletanorum Ducis, de hac eius in Siciliam expeditione ne verbum quidem. sane ille expeditionem Longobardicam adeo gloriosam Faroaldi Ducis cum ceteras commemorasset, tacitus nullo modo prætermisisset. tertiùm Petrus Cratepolius, homo Germanus, peritusque, libro quo Germaniæ Sanctos, ante paucos annos percensuit, Metensis vrbis reliquias Sanctorū persecutus, nulla D. Luciæ commemoratione, neque nostratis, neque alterius cuiuspiam, neque corporis integri, neque partis. sane ille seruati penes eam vrbem corporis decus, membrisue, si probatum fuisset illic esse, retinendæ laudis cupidus, neutiquam reticuisset. quartùm corpus D. Luciæ Syracusanę ipsum illud esse, quod Venetijs seruatur, in æde eius nomini dedicata, conuincit antiquissima traditio ecclesię Syracusanæ, voces que populorum, & vrbium totius Siciliæ id semper à nostris maioribus traditum: & concors apud Venetos fama. quintum Romanæ ecclesiæ idem sensus, & approbatio fuit. affirmat enim Breuiarium Romanum, tot Pontificum auctoritate, Pij V. Clementis 8. Pauli V. reformatum; plúries Romanum Breuiarium correctum est, sed numquam demutatum, quod de Translatione D. Luciæ Syracusis Constantinopolim, hinc Venetias memoratur, neque his omisserim facinus viris Metensibus gloriæ auidis pertentatum: expetiuere à Pio V. Pontifice Maximo, dum Romanum Breuiarium ab eo corrigeretur, vt S. Luciæ corpus, quod Metis esset, pro iure suo decerneret, atque, haberi Venetijs, inde reijceretur, & oblata tum ea, quæ penes ipsos erant, scriptorum testimonia, (Sigiberti crediderim) at Sanctissimum Pontificem, insigni prudentia, abnuisse. id ego, cum Romæ agerem audiui à Roberto Bellarmino, Societatis Nostræ, viro doctissimo, eodemque Illustrissimo S. R. E. Cardinali. sextùm si rei arbitrium ad scriptorum testimonia vocetur, ne dum plures, sed omnes pro nobis sunt. idem Annalium Siculorum, idem Venetorum scriptoribus traditum: non modo nostrates editi in vulgus, ineditiue; sed externi in idem consipirant. è nostris vetustus codex MS. Ecclesiæ Syracusanę, aliique libri Siculi, ma-*

Paul. Diac. hist. Longob. l. 6. c. 44

Digitized by Google

Maurit. in epist. transl. D. Agathæ Scob Catal. Episc. Syrac. Gaze. dec. post. l. 6. Maurolyc. Martyrol. ad 15. Kal. Febr. Leo Ostie. Chron. l. 2. ca. 68. Dand. l. 10. hist. c. 4. Equil. l. 1. cap. 99. Sansou. Venetiar. l. 3. Sigon. de Reg. Ita. l. 8 Gales. Martyrolog. Hareus. Viris Sancto. Ribady. de vit. Sanct. Sanctorius orat in D. Luciam. Phi. Fer. 8. Decembr. Polac. de Transla S. Luc. Virg.

nu exarati, Mauritius Episcopus Catanensis, Christophorus Scobar, Canonicus Syracusanus, Thomas Fazellus, Franciscus Abbas Maurolycus. ex externis, Leo Ostiensis Episcopus, scripter illorum temporum Andreas Dandulus, Petrus Episcopus Equilinus, Franciscus Sansouinus, Carolus Sigonius, Petrus Galesinius, Franciscus Hareus, Petrus Ribadyneira Societatis Iesu, Paulus Aemilius Abbas Sanctorius, Philippus Ferrarius, Georgius Polaceus, quorum plerique Translationes commemorant corporis D. Luciæ Syracusis in Vrbem Constantinopolitanam, Constantinopoli verò Venetias, ad 15. Kal. Febr. vnus igitur Sigebertus corpus D. Luciæ Metis in Gallia senarii, ait: Venetijs reliqui scriptores fere omnes. nostri, externique penes quem sit fides? cui credendum, vni, an multis? extero, an indigenis, in rebus patrijs? quem facilius est deceipi, vnum, an plures? septimùm crebrę Siculorum peregrinationes, adeuntium Venetias ad sacras Luciæ Virginis, & Martyris reliquias rite percolendas. octauum Aspectus ipse corporis, quod Venetijs conspicitur, præciso iugulo, quo mortis genere, beatissima Martyr Lucia in cœlum ad sponsū suum migrauit. Dicendum igitur pro Sigeberto videtur, in D. Luciæ corpore. cum Corsinienses, tum Deodericum, Metensem Episcopum, facile deceptos: ac proin à Sigeberto in eius opinione erratum. sedenim prompta errandi occasio, & fortasse error sine culpa fuit. quippe plures in Italia eodem nomine Martyres, Lucia Virgo, & Martyr Romæ, 7. Kal. Iuly. Lucia Martyr, natione Campana, pridie Nonas Iulij. Lucia Martyr cum Geminiano, 6. Kal. Octobris. Lucia Martyr Syracusana, Idibus Decembris & præterea Lucia Martyr, in Vrbe Cyrenæ, in Libya, ex Menologio, 2. Nonas Iulij. Ea verò omnes eadem Diocletiani persecutione martyrium pertulere, corpus igitur quod fortasse alterius Luciæ fuit, Luciæ Syracusanæ falsò creditum, quòd hæc notior, & celebrior esset. itaque siue ab alijs Raoaldus, siue ab eo Corsinienses, seu Deodericus Episcopus, in nomine Virginis, at Martyris falsi sunt. omnium verò credulitas: aut cuius ea fuit, vt ait ille, error magis quam culpa fuit.

Iam verò, quamuis refutauerim quæ habet Sigebertus Gemblacensis Monachus, addam tamen his meis Animaduersionibus integrã eius Epistolam Apologeticam, vbi defendit veritatem oraculi à S. Lucia editi de pace ecclesiæ, quamuis vt dixi, rectè id non defendat; addam etiam eiusdem Relationem de passione, & translatione S. Luciæ, vbi ea refert, quę à nobis reiecta sunt; puto enim multis gratum, ac iucundum futurum esse, & nemini incommodum. Habui etiam exscriptam ex duobus veteribus M. SS. Metensis Abbat. Vincentij Martyris, Passionē S. Luciæ Virginis, & Martyris ab eodem Sigeberto metro tricolo tetrastropho compositam, sed cum in ea nihil sit, quod in eadē Epistola Apologetica, & Relatione non contineatur, stylusque sit rudis, non est operę pretium illam exhibere. subnecto ergo Epistolam, & Relationem.

SIGEBERTI MONACHI GEMBLACENSIS EPISTOLA DE PASSIONE SANCTAE LVCIAE

DOMINIS 1 dilectis, Sancto Vincentio militantibus, ad Gloriam, & laudem diuinitatis, frater vester minimus Sigebertus, vtinam vltimus feruulus vestræ sanctitatis, a Christo perpetuitatem felicitatis.

Dicit Sanctus Hieronymus, prudens lector, non tuo sensui attemperes scripturas, sed scripturis sensum tuum adiungas. hoc sapiētis dictum si sequeremur, non toties in intelligendis scripturis falleremur. Postquam de vita S. Luciæ, metrice componenda, vobis pro meo posse, & scire satisfeci, tandem mecum reputare cœpi, recte necne reprehenderem, vel assentirer reprehendentibus illam Virginis propheticam vocem. annuntio vobis pacem datam ecclesiæ Dei, Diocletiano ejecto de regno suo, & Maximiano hodie mortuo. Et mox reuoluens diligenter Historias, deprehendi quod verba S. Virginis confirmet prophetica veritas, eique per omnia consentiat Historica auctoritas; nos vero rerum in consideratione fefellerit ex ambiguo concepta temeritas: vt ergo clarius appareat omnis rerum consequentia, conferamus præce-

Digitized by Google

præcedentibus sequentia, & sic, lector, mecũ directa vtrinque rectitudinis linea, videamus, si ih vtramlibet partem exorbitet perpendiculi regula.

Diocletianus & Maximianus XX. annis imperauerunt, & sub eis Galerius Maximianus, & Constantinus Cæsares facti conregnauerunt. hi, vbicunq; se loci, vel temporis obtulit occasio, Christianum nomen persecuti sunt graui odio. Nouissime XIX. anno imperij sui, adeo Diocletianus, & Maximianus in Christianos sunt efferati, vt per totum orbem Romanum, proposito edicto imperiali, iuberent omnes vbiq; ad solum vsque Ecclesias deijci, Sanctas Scripturas igni exuri, Christianos vbique terrarum omnimodis cruciari. hac persecutione nulla vnquam grauior, vel diuturnior fuit, quippe quæ annos X. sine aliqua refrenatione sæuijt. Primo huius anno, in ipsis Sancti Paschæ diebus, Ecclesiæ Dei destructæ sunt a solo; sed Dominus qui seruos suos voluit probari, non siuit incentores malorum diu dominari. Nam ipsos Imperatores, qui primo dum ecclesiam Dei moderatius tractarent, rexerãt vtiliter imperium, in tantam adduxit permutationem rerum, vt secundo anno persecutionis Diocletianus, & Maximianus in id peruenirent amentiæ, & vanitatis, vt depositis insignibus imperij, post imperiũ priuati viuerent, quasi plebeij. Anno tertio, post eos, Galerius Maximianus, cum Constantio Romanum partitus imperium, Cæsares fecit Seuerum, & Dazam, suum ex sorore nepotem, eumque ex suo nomine cognominauit Galerium Maximinũ. Anno persecutionis quarto, mortuo Augusto Constantio, Constantinus filius ex Helena, vi paterno potitur imperio. Anno persecutionis quinto, Maxentius, Maximiani quondam Imperatoris filius, Romæ per tyrannidem creatur Augustus. Hi omnes cum rabiem persecutionis a Diocletiano, & Maximiano commotæ, quasi praui pranorũ hæredes, exercerent acerrime, tandem gladium diuinæ vltionis in se districtum persensere. Anno quippe VI. Seuerus Cæsar perimitur a Maxentio. Maximianus cõllega quondam Imp. Diocletiani, quem iamdudum depositi Imperij pœnitebat, & nimium priuatæ vitæ tædebat, cum multoties nisus fuisset, imperium quoquo modo repetere, & filio etiam suo Maxentio non timuisset insidiari Romæ, cum in Gallia Constantinum Imperatorem generum suum moliretur vita, & Imperio priuare, a Fausta filia sua, quæ vxor erat Constantini, deprehensus, & detectus, a Constantino Massiliæ captus, anno persecutionis VII. fractis laqueo cervicibus, est turpiter strangulatus. Quid hic vel in tenore rerum, vel in serie temporum videtur, quod Sanctæ Martyris prophetiæ contrarium esse putetur, non enim dixit Diocletiano hodie de regno suo ejecto, quem iam sexto anno constabat caruisse Imperio, & iuxta Salonas, vrbem sui natalis, hortos colentem quieto senescere otio; sed dixit, Maximiano hodie mortuo. Quo verbo etiam suæ passionis annum nobis monstrat, dum vna, eademque eiusdem anni die, & ipsam pro martyrij gloria, & illum pro multiplici scelerum vindicta, occubuisse constat, qui annus Dominicæ Incarnationis CCCXI. erat. Et si retro gradiẽdo compites, stesq; ad Decium, qui paullo plus anno imperauit, annos circiter LVII. inuenies, sub quo Agatha passa est. huius erroris caussa hinc forte inoleuit, quod cum Lucia tempore Galerij, Maximini, & Constantini Imperatorum passa sit, legitur tamen, quod persecutione Diocletiani, & Maximiani passa sit. quod quidem secundum distinctionem temporum, verum nõ esse, claret, sed secundum morem scripturæ pro vero credi debet; quia tota illa decennalis persecutio Diocletiani, & Maximiani edicto prolata, & auctoritate exagitata, ad primos eius auctores est referenda, & ad cumulũ damnationis, eorum nomini adscribenda; hinc quidã dum horum errorem timent aliorum se errare non vident. scil. dum passionem S. Luciæ retorquent ad tempora Maximini, & Constantini, non putant verã esse prophetiã de ejectione Diocletiani, & morte Maximiani, qui quamuis tunc ipsi nõ imperarent, adhuc tamen viuebant, & per executionem à se cõmotæ persecutionis, Dei Martyres alienis manibus cruciabant, sicut Iesũ Christum Iudæi crucifixerunt linguis suis hora tertia, quem Romani manibus crucifixerunt hora sexta. Prosequentes reliqua, videamus qualiter Ecclesiæ Dei pax sit reddita. Galerius Maximianus in Christianos grassatus grauius suis prædecessoribus, iudicio Dei percussus, ad hoc attrahitur inuitus, vt legibus quas cõtra Christi nomẽ statuerat deletis, pacem reddiderit Dei ecclesijs. sed quia nõ acceptat Deus inuita seruitia, adeo in illũ sæuijt Dei vindicta, vt propter intolerantiã dolorum ipse, anno persecutionis octauo, sua se peremerit dextera. Alter Galerius Maximianus, dũ post mortem auunculi persecutionẽ suscitare nititur, mox anno 9. a Deo percussus moritur. Anno persecutionis X. Constantinus, post ostensum sibi in cœlo crucis signũ glorioso de morte victi Maxentij tyrãni insignibus triũpho, pacem, & gaudiũ ampliauit in mundo. Quo anno etiã Diocletianus Cõstantino, eiq; coimperãti Licinio suspectus hausto veneno, sui ipsius factus est punitor impius, mirifice Deo omnia dispensãte, vt persecutio per eũ cõmota, quæ moriẽte collega eius Maximiano paulatim cœperat langueſcere, nũc ipso moriente, ei cõmortua, & cõsepulta quodãmodo ecclesiã solueret omni mœstitia. Sic omnibus fidei hostibus exstirpatis, Constantinus in decennalibus suis, pacem reddidit edicto imperiali christianis, nõ quidẽ ipse adhuc christianus, sed qui rudimẽtis bonorũ operum mereretur, vt dignus esset fieri christianus. Solus Licinius sopitos cineres persecutionis resuscitare nisus, nõ multo postà Cõstantino est perẽptus. Iam tunc ecclesia ex ore Deboræ poterat cantare, sic pereant omnes inimici tui, Domine; qui aũt te diligũt, quasi Sol in ortu suo, ita rutilẽt. Ecce palã videtis, nihil restare, in quo aliquis de verbis Sanctæ Martyris possit dubitare, quib' claret, adeo consequentiã rerũ, & temporum concordare: magis stupeda sunt Dei magnalia, quius mira effecit grãtia, vt Virgo Syracu

Digitized by Google

ſis ſubmortis articulo poſita, iã gladio tranſfixa, iam ſanguine exhauſta, mentis acie dilata, inimicum pietatis Maximianum viderit pereuntem in Marſilia Galliarũ vrbe, & hoc præſagiũ pacis eſſe, annuntiauerit Dei eccleſiæ. Sed miraculo eſſe non debet, quod virtute Dei geri patet. Ioãnes in Apocalypſi dicit Virgines ſequuntur agnũ quocumq; ierit, ſine macula enim ſunt ãte thronũ Dei. Si agn⁹ vbiq; eſt, ſequaces etiã eius vbiq; eſſe credendum eſt: qui vbiq; cum Deo ſunt, quicquid vbiq; fit, ſcire, & videre poſſunt. Nam cũ Dei ſolius ſubſtantia omni loci, vel tẽporis motione incircumſcripta ſit. Sanctι tamẽ quãuis ſua natura loco, & tempore circũſcripti ſint, in Deo vbiq; præſente, vbiq; ſunt, in omnia ſciẽte, omnia ſciũt, in omnia videntes omnia vident, in omnia potẽte omnia poſſunt, quia in Deo vnum ſunt, ſicut ipſe dixit: Pater volo, vt omnes vnũ ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint.

Apc. 14. 4.

Apc, & accomodate intelligenda hęc ſũt

24

SIGEBERTI MONACHI
SERMO ET RELATIO PASS. ET TRANS. SANCTÆ MART. LVCIÆ

S. Luciæ Elogium.

IVVAT immorari diutius in laudibus Glorioſæ Virg. Luciæ, & quicquid in ea eſt prædicabile, hoc Deo, qui in Sanctis ſuis eſt ſemper mirabilis, aſſignare. Tale eſt quippe SS. vitam meditãdo frequenter reuoluere, quale eſt pigmenta boni ſaporis dentibus cõmolere, quæ niſi dentibus atterantur, inſipida omnino eſſe videntur, attrita verò dẽtibus ſuauitatem noui ſaporis immittunt faucibus, & interius tranſmiſſa releuant à malis humoribus corporis viſcera. Ecce audita paſſione B. Virginis, dum exinde, quaſi ruminãdo, reuoluimus ad os eſcam internæ dulcedinis, inuenimus in ea, quod trahamus ad imitationis exẽplum; ſentimus etiam in ea, per quod releuati à noxijs humoribus vitiorum, conſequamur votiuæ ſanitatis medicamentum. Et cum quicquid de ea legitur, ſit delectabile, & ad ſalutem vtriuſq; hominis omninò habile, quid primum de ea prædicẽ, neſcio; quæ quibus anteferam, hæſito. Laudẽ prius Virginitatis gratiam, an geminatam in martyrio gloriam? mirer prius puellaris pietatis dulcedinem, an in puellari pectore virilis conſtantiæ fortitudinem? vt loquar Apoſtoli Pauli verbis, cum diſtributor gratiarum Deus diuidat, pro vt vult, ſingula ſingulis, iſti omnium pene gratiarum miniſtrationes collatas fuiſſe videbis. Prima virtutum fides ei affuit, per quam mundum, & regna deuicit, & operata iuſtitiam, adepta eſt repromiſſionẽ. Datus eſt ei ſermo ſapientiæ, per quam cæleſtia, & intellectibilia concupiuit. Datus eſt ſermo ſcientiæ, per quam terrena prudenter diſtribuit. accepit quoq; gratiam ſanitatũ, per quam matri eius, fluxum ſanguinis patienti, eſt fideliter ſubuentum. nec defuit ei operatio virtutum, cum puella, imbecillis corporis moueri loco non potuit, tot viribus boum, & à tot millibus impulſa hominum. Gratiam prophetiæ ei affluxiſſe, nullus negabit, quæ in mortis procinctu iam poſita, imò iam gladio tranſuerberata, tyranni Maximiani iuſtam necem, & pacem eccleſiæ redditam prænuntiare potuit. Pietas vero eius non otioſe eſt inſpicienda, quæ moriens hæc dixit nouiſſima verba, per quæ Syracuſis, vrbi ſcilicet ſui natalis, promptum ſui promiſit patrocinium, ſi inconcuſſum fidei tenerent meritum. Quo ergo honore eſt colenda, quo amore amplectenda, in cuius corde tam multa congeſſit vnus, atque idem Deus, qui operatur omnia in omnibus? Reuera huius Virginis anima ſancta Spiritus Sancti organum fuit, qui vt cithara multas cordas recipit, vt diſſimiles ſonos ad ſimilem reducat harmoniam, ita & ipſa multas à Deo meruit gratias, quas ad vnam perfectæ charitatis aptauit concordiã. quàm multa gloria coronata eſt in illa viuentium terra, in qua iam duplicia poſſidet, quæ in huius peregrinationis terra, tanto honore præpollet, in qua cum exularet, dicebat: heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea.

Felix Sicilia, quæ inſignita eſt tam nobilis alumnæ honore; felicior, quæ ſanctificata eſt tam Sanctæ Martyris cruore; feliciſſima, quæ confortata eſt, tam fortis patronæ promiſſione; ſed promiſſiones Dei, vt ſunt veraces, ita ſunt & conditionales, & ſicut veritas ſolidat promiſſionem, ita etiam proſequitur & conditionem. Deus enim, qui veritas eſt, ita promiſſiones ſuas diſpenſare ſolitus eſt; ſi cuſtodieritis mandata mea, conſequemini promiſſa mea. quid putas, conſequitur hanc promiſſionis conditionem? hoc vtique quia ſi non cuſtodieritis mandata mea, non conſequemini promiſſa mea. hoc modo Lucia, veritatis amica, promiſſionem ſuam tẽperauit, quæ Syracuſis, dum merito fidei inſeruirent, ſuam tutelam promiſit. quod ita eſſe, ex ipſo euentu rerum patebit facile, dũ enim apud eos valuit honeſtas morum, & iuſtitia, non dedignabatur Sancta Virgo terram natiuitatis ſuæ, ſui corporis præſentia; nec ei defuit promiſſi patrocinij gratia. Ab anno ſiquidem paſſionis eius, qui fuit annus Dominicæ Incarnationis CCCXI. vſque ad annos quadringẽtos, beatificata eſt Sicilia alumnę ſuæ præſentia, & cuius corpus fideli ſeruabat reuerentia, eam præſentialiter deuotiori excolebat memoriæ. Tempore verò, quo

Falſa narratio.

Digitized by Google

quo Conſtantinopoli Iuſtinianus ſecundus, & poſteà Philippus imperauit, apud Francos verò Pipinus ſenior, filius Anſigiſi, & poſt eum Carolus Martellus principatum administrauit Regni, Longobardorum Regnum Aripertus ſtrenue rexit, & poſt eum filius ipſius Luitbrandus regnauit. ſub his; Ariperto ſcilicet, & Luitbrando, inter Duces Longobardorum, Dux Spoletinorum Faroaldus, Pater Traſamundi, fortiſſimi Ducis, potentia, & fortitudine domi militiæque clarebat; & non ſolum fines ſuos viriliter ab alijs tutabatur, verumetiam finitimos ſuos hoſtili excurſione crebro turbabat; & potentia ſua abuſus, ipſi S. Romanæ Eccleſiæ erat nimis infenſus. hic etiam trans maris litora laxans principatus ſui habenas, deuenit Siciliæ Syracuſas, indeq; auferens Venerabilis Luciæ ſacrum corpus tranſtulit illud in Italiã ad Corfinum vrbem ſui principatus. Agebat hoc ſanè mira Dei diſpẽſatio, vt ſcilicet lucerna tãti luminis accenſa in mundo, in arcto breuis Inſulæ, quæ paullo latius, quã ſexaginta millibus dilatatur, nõ lateret angulo; ſed palam candelabro ſuperpoſita, mundum longe, lateque multiplicis iubaris illuſtraret gratia. Porrò contra Faroaldum filius eius Traſamundus inſurrexit, eumq; principatu priuatũ in clericũ tonſorauit. Attendamus, & hic Dei ordinationem, & S. Virginis pietatem erga deuotum ſibi ducem. Quia huiuſmodi Ducis bonos actus obtuſcabat negligẽtiæ maculis ſæcularis occupatio; quia tamen erga Dei famulam affectuoſa fuit eius deuotio, credibile eſt, quod meritis Sanctæ Virginis, in præſẽti ſeculo peccatis illius à Deo fuerit retaliatũ, & loco, & ſpatio pœnitendi à Deo ſibi indulto, animæ eius in futuro ſit conſultum. Traſamundus autem, qui edictum Dei contempſit, dicentis; honora patrem tuum, vt ſis longæuus ſuper terram, non effugit Dei vindictam. nam rebellans contra Regem Luitbrãdum, Ducatum, quem patri præripuerat, tandem perdidit, & in clericum tonſuratus, ſententiam, quam patri ſuo inflixerat, & ipſe excepit. Ciuitas verò Corfinum, quod fuerit antiquitus valida muris, & plena diuitijs, & ex Poetarum carmine, & ex hiſtoriarum fide diſcere, lector, poteris. cuius nobilitatem adauxit ſatis Dux Faroaldus, dum in eam S. Virg. Luciæ tranſtulit corpus. cuius beato pignore per annos circiter ducentos gauiſa eſt, donec & ipſa, peccatis exigentibus, cum alijs Italiæ vrbibus barbarorum incurſionibus ad hoc redacta eſt, vt qualis, vel quanta fuerit olim, modo ſolis parietinarum indicijs monſtrare poſſit.

In alio codice legitur, filius.

Errat, nã ambitus Siciliæ eſt 600. circiter m.

Poſt multam annorum euolutionem, cum multæ, magnæque tempeſtates a quattuor ventis cœli, longe, lateque diu, multumque concuſſiſſent orbem terrarum, tandem diuinę miſerationis oculus reſpexit ſuper filios, dum ad regendum Reipublicæ ſtatum, inuenit virum ſecundum cor ſuum, primum ſcilicet Otthonem, fortem, ſapientem, & religioſum Regem. hic aſpirante Deo bonæ voluntati eius, poſtquam inteſtina, & domeſtica bella fortitudine, & induſtria ſua extinxit funditus, barbaraſque gentes ab inuaſis imperij exturbauit finibus, ad componendum imperij ſtatum totus incubuit; pro eccleſiæ quoque pace, & religione reformanda, non minor ei cura fuit.

Qui caput imperij adiens Romam, imperialem accepit coronam; & per triennium peragrans Italiam, ab omni terrarum vexatione liberauit illam. In hac triennali expeditione, indiuiduus ei adhæſit Deodericus, glorioſæ memoriæ Mettenſium quadrageſimus ſextus Epiſcopus, qui ipſius Imperatoris Conſobrinus, nobilitatis gloria, & ſapiẽtiæ gratia præeminebat palatinis omnibus. Per hunc tractabantur cuncta imperij negotia, per hunc meliorabantur iura Eccleſiaſtica. Per hunc placebat, quicumq; Imperatori placebat. Per hunc quiſque, quæ obtinenda erant, obtinebat. Tam mira dilectione, & familiaritate Imperatori coniunctus, & diuinæ religionis cultui deditus, quæcumque ad honorem, & decorem, ſeu munimentum ſuæ ſanctæ ſedis, Mettenſium ſcil. eccleſię erant, certatim exquirebat, ut efficaciter votis eius cuncta ſuppeterent, corporum Sanctorum maximam copiam, ex diuerſis Italiæ locis, diuina ſe gratia adiuuante, collegit, & digniore cultu, atque honore alibi præſtantius veneranda, eidem ſuæ Sanctæ Sedi Mettenſi inuehere ſtatuit, & in eccleſia in honorem S. Vincentij Leuitæ, & Martyris, à ſe in Inſula Mettenſi fundata; honorifice recondidit. Et inter cetera Sanctorum pignora, quæ laudabili cupiditate vndecumq; ſibi congeſſit, tandem magna, & vniuerſalis eccleſię celebritate, memorabilis Virgo, & Martyr Lucia Syracuſana ad auidiſſimam eius deuotionem peruenit. Eam prædicti Præſulis presbyter Vuigericus, vir ſatis tutæ fidei, tunc Cantoris, poſt cu todis eccleſiæ S. Stephani officium gerens ab vrbe Corfino detulit; qui ea ſacra oſſa ab ipſa, qua non leui munimine arctabatur, vrna, manibus ſuis extulit. Quod quia præ magnitudine rei, incredibile videbatur, ipſe Epiſcopus loci, manu Sancto Euangelio appoſita, iure iurando confirmauit hanc ipſam Syracuſanam Luciam eſſe, de qua reſponſoria, & antiphonæ cum Miſſa, vbique in eccleſia canuntur. Trãſlatum eſt autem huius Sanctæ Virginis corpus, anno IↃCCCCLXX. Dominicæ Incarnationis, & cum mirifico vtriuſque ordinis applauſu, locatum in eccleſia S. Vincentij Martyris, & Leuitæ. Operata eſt, & hic diſpẽſatiue incomprehenſibilis Dei ſapientia, vt nomen, & meritum tantæ Virginis etiam Alpium tranſiret in via, & quam iam olim tota prædicabat Italia, non ignoraret etiam tripartita Gallia. quanto enim frequentiori translatione, recentior erat Sanctæ Virginis memoria, tanto fiebat celebrior vbique tanti nominis reuerentia. Quia ergo animo feſtinanti nihil ſatis feſtinatur, Deodericus Præſul in obſequium Luciæ Virginis ex toto pronus, præoccupauit ſtatim conſtruere Oratorium, in quo decenter reponeret datum ſibi theſaurum diuinitus, pretioſum ſuper aurum, & topazion. Quo opere laudabiliter cõ


Anno 969. ait in ſuo Chronico.

ſum-

Digitized by Google

ſummato, dedicauit ſolemniter ipſam baſilicam in honorem glorioſæ Virginis Luciæ. 8. Idus Auguſti, anno 9. Epiſcopatus ſui, anno vero Dominicæ Incarnationis CMLXXII. præſentibus, & cooperantibus ſibi ſuis conſuffraganeis Epiſcopis, Gerardo, & Tullenſi, & Vuinfrido Virdunenſi, qui olim in aula Imperatoris familiari contubernio ſibi adhæſerant, & modo in exequendis Eccleſiaſticæ Religionis officijs vnanimi deuotione ſibi in vicem obtemperabant.

Anno poſt hæc LII. electus ad Imperium Cuonradus ſecundus, quod ſibi propter hæreditariam regalis proſapiæ ſucceſſionem competebat, & magis propter ſapientiæ, & fortitudinis eminentiam congruebat, quamuis exterioribus imperij negotijs ſollicite inuigilabat, tamen quæ Regis Regum erant, non in ſecundis habebat. vnde inter cetera in Parochia Spirenſis Eccleſię, in loco, qui dicitur Lindiburch, in honorem S. Dei Genitricis Mariæ cœnobium fundauit munificentia regali, Gisla bonæ memoriæ, coniuge ſua, cooperante ſibi. ſed mors æquo pede pulſans Regum turres, & tabernas pauperum, impediuit eius deſiderium, ne ad finē perduceret opus incœptum. Bono patri bonus ſuccedens filius, Henricus ſcilicet, huius nominis Imperator tertius, opus fundati à parentibus cœnobij quaſi ex iure hæreditario ad ſe traxit, regaliter ædificauit, nobiliter conſummauit, & cui nulla terrenæ ſubſtantiæ deerat affluentia, intendit animum ad contrahenda vndecumque Sanctorum pignora, vt eorum prompta ſibi in neceſſitatibus adeſſent ſuffragia, quorum præſentialiter frequentabatur die, nocteq; memoria. Nec tamen credidit votis ſuis ſatisfactum eſſe, niſi etiam pignora S. Virginis Luciæ mereretur habere, cuius in eccleſia celebre nomen habebatur, cuiuſque per Gallias ſuffragium fideli deuotione ab omnibus expetebatur. Mettenſi eccleſiæ, quæ ſpecialiter corpore Sanctæ Virginis lætabatur, Deodericus Iunior, quadrageſimus octauus Epiſcopus præerat, qui, & propter nobilitatem generis, in ſæculo multæ potentiæ, & propter ſapientię dignitatem, magnæ in eccleſia erat reuerentiæ. Ab hoc Henricus Imperator brachium S. Luciæ ſibi dari expetijt, & quamuis difficulter, tamen impetrauit. Idem ipſe ergo Præſul brachium ſanctum, ad votū Imperatoris, ad cœnobium Lindiburgenſe detulit, quo nihil gratius eſſe Imperatori potuit. Translatum eſt autem anno regni eius tertio, Dominicę autem Incarnationis anno CIↃXLII. cum autem dubitaretur, vtrū vere eſſet Lucia Sicilienſis, in medio deliberatum eſt, id à Domino quærendum eſſe, in dictis eccleſiæ precibus. quod cum certis ſignorum indicijs, declaratum fuiſſet à Domino, omnis ceſſit dubitatio. quod & hactenus ibi magis, magiſq; declaratur, & in dies multo verius creditur, dum per opitulationem eiuſdem Virginis, multæ infirmitatum curationes ibi crebro fieri videntur. hinc Parochia Spirenſium triumphat gaudio, quod adepto pię Virginis brachio, dum in parte veneratur totum, ſperat à Domino plenum mereri gaudium. Hæc tua ſunt, Chriſte, magnalia, hęc eſt tuæ omnipotentiæ clementia qui Sanctos tuos in terris gratuito honoras, quos in cœlis perpetuo coronas. Ecce tua Virgo, bono nominis ſui odore, totum mundum repleuit, & exemplo caſtitatis, & conſtantiæ ſuę, totam eccleſiam illuſtrauit. Sicilia quamuis doleat, ſe eam amiſiſſe, gaudet tamen ſe eam aluiſſe. Sperat Italia ſe eius ad huc patrocinio vigere, & ſi non meruit eius oſſa retinere. Exſultat Gallia Celtica, congaudet & gallia comata, quod patrona tanti meriti in ſua requieſcat vicinia. Præ cunctis Gallia Belgica lætatur, quod Mettis, quæ eſt vrbs Belgij prænobilis, præſentialiter corpus Luciæ Virginis veneratur. Nos ergo fratres, qui de munere nobis cœlitus deſtinato, ſpecialiter gloriamur, in Domino glorietur. Nos inquam, qui Virginem, & ſponſam Domini noſtri veneramur, ita oportet veneremur, vt digni ſimus, qui eam veneremur. non eſt enim ſpetioſa laus in ore peccatoris, quia rectos decet collaudatio. Expectemus & nos promiſſionem, quam promiſit Syracuſanis, vt ſi operibus bonis vocemus, nos eius patrocinio adiuuari ſperemus. animet nos ad bonum hæc pia eius promiſſio, & deterreat nos à malo tanta promiſſionis conditio. Si meruerimus, ab ea adiuuabimur, alioquin de præſumptione damnabimur. non enim proderit Sanctorum pignora verbo tenus venerari, ſi neglexerimus Sanctorum exempla operando imitari. Imitemur puritatem, & Sanctimoniam Luciæ Virginis, imitemur conſtantiam Virginei pectoris. vicit illa ſexum, vicit ſeclum; vicit, & ſubſtrauit fortem armatum, Diabolum. Nos ſaltem mortificemus membra noſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immūditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, & procul abigamus omnem diabolicæ tyrannidis militiam. Quod huius Virginis obtentu annuat nobis Deus, qui viuit & regnat in ſæcula. Amen.



ANE

ANIMADVERSIONES IN SS. FANTIVM ET DEODOTAM

TANTIVS ET DEODOTA] *composuimus hoc monumentum Beatissimorum Martyrum Fantij, & Deodotæ, ex vita S. Fantini eorum filij, de cuius fide, loco suo dicendum. eorumdem meminit Petrus Equilinus in Catalogo Sanctorum, & Maurolycus in Martyrologio pridie Kal. Augusti his verbis:* in calabria opido Tabritano (*lege Tauriano*) Fantini Confessor. Syracusanu, cuius parentes Fantius, & Deodota Syracusis plumbatis cæsi, cum Dijs litare nollent, decollati sunt. *ex Maurolyco transtulit in Martyrologium suum vir æque pius, ac doctus Io. Molanus.* eodem die Syracusis colunter, *at Ferrarius nescio quibus tabulis inductus, ad 19. Kal. Ianuarij, eorum natalem adnotat. Græcum nomen est Theodota, latine redditur Deodata, & à nonnullis Deoduta.*

Pet. Equil. catal. SS. l. 6. c. 160. Maurolyc. Martyrol. prid. Kal. Aug. Io. Molanus Martyrol. Phil. Ferr. de SS. Ital.

Vir quidam Leontinus, caritate in patriam, & pietate in D. Martyrem Deodotã permotus, eius imaginem aere incidendam Romæ curauit, hac cum inscriptione: Sancta Deodota, Martyr Leontina, mater Sancti Fantini Syracusani. Leontinam verò Deodotam esse credidit, Actis vitiatis deceptus, in quę Petrus Equilinus impegerat. ita habent, Fantinus Confessor, nobilis Syracusanus, de domo Demadica fuit, cuius pater Fantius cum vxore nobili de Leontino, nomine Deodota ex eadem augmenta in codice manuscripto Ioseph Madrensis I. Syracusani, in quo ita scriptum est. Fantinus fuit filius Fanti, insignis inter proceres, & Barones de domo Modicæ: erat autem ei vxor nobilis, de domo Comitis. *pietas igitur erga Leontinum in errorem inducit, dum ad patriam trahit, quòd à corruptore actorum de familia inepte compositum est. quis enim pro ea tempestate, has familias quærat, præcipue in Græcis hominibus, contra morem gentis, ac temporum?*

SANCTVM EREMITAM OFFENDIT] *crediderim institutionis Anachoretica sectatorem, & ascetarum aliquem fuisse, qui persecutionis turbine in silvas se condebant.*

PLVMBATIS CONTVSI SVNT] *vide, quæ notauimus ad Vitam Sancti Fantini Confessoris.*

(.)✣(.)

ANIMADVERSIONES IN S. GREGORIVM LILYBOET.

MONVMENTVM hoc Sanctissimi Mart. Gregorij, Episcopi Lilybetani, sumpsimus ex vita S. Gregorij Episcopi Agrigentini, quam scripsit Leontius Abbas vrbis Romæ, & Simeon Metaphrastes. Quod spectat ad eius Martyrij tempus, anceps animi diu fui, vtrum referrem ad Impp. Romanorum persecutiones, an Vandalorum, putabam enim Vandalos, à quibus multi in Sicilia martyrio coronati, vt auctor est Victor Vticensis Gregorium, Episcopum Lilybetanum, quę Paschasino successisse dicendum esset, Agrigentum abductum, diu in carcere retentum demum ferro in constantiam eius grassatos, sustuliss e. mouebat nomen barbarum Tircani Tyranni, ac præterea Vandalos Siciliæ oram ad occidentem, maxime afflixisse. sed hæ coniecturę leues sunt. quippe sub Romanis Impp. multi magistratus nominibus barbaris, vt Pentagorus à Diocletiano Imp. in Siciliam delegatus ad Christianos inquirendos, nec facile probauerim, Vandalos Agrigentum diu tenuisse. Adde Tircani nomen ea tempestate insolens non fuisse. isdem enim Impp. Diocletiano, & Maximiano, Gregorius, Presbyter Spoletinus passus est sub Tircano Iudice, Spoleti, vrbe Italię. An idem Tircanus, in Siciliam missus, Gregorium Lilybetanum pro Christi fide interfecit?

Victor de persec. Vand.

ANI-

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES IN ALIQVOT SICILIÆ MARTYRES

REVENVS, ET MARCIA] *De iis Syracusanis Martyribus hoc die Martyrologium Romanum, Vandalberti, Bedæ, Vsuardi, Notkeri, Adonis, Breuiarium Gallicanū, Tabulæ Syracusanæ, & veteres Manuscripti Codices. eorum passionis acta desiderantur.*

CERTAMEN SS. STEPHANI, PONTIANI, ETC.] *ex quibus Martyrologium Romanum. Tabula Catanensis ecclesiæ, & veteres MSS. codd. Siculi. Acta interciderunt. Quæ utinam deplorandum. picta quædam tabella exstet in ecclesia Catanensi ex pro perenni ære. putat vulgus, eorum corpora condi prope eadem Cœnobij Sanctimonialiū D. Benedicti, ibique olim templum S. Stephano, & sociis Martyribus excitatum fuisse. sed id Protomartyri Stephano dicatum fuisse docet inuentum inibi marmor, Græce inscriptum, quod damus latine versum.*

Instauratum est peruenerandum,
Et diuinum hoc templum
Protomartyris, & Archidiaconi Stephani,
A piissimo Sacerdote Arcadio,
Mense Maio, Anno VICIↃLXXIX.

SPERVS, CORNELIANVS, ETC.] *commemorat in Martyrologio suo S. Notkerus, Monachus S. Galli. quod Martyrologium habes tomo 6. antiquarum lectionum Henrici Canisii. vtinam scriptum certamen haberemus.*

EXPERGENTIVS, ET CHRESTA] *memini eosdem S. Notkerus qui floruit Anno Christi CIↃCCCXC.*

AGATHON, ET TRIPHINA] *De his agit Martyrologium Romanum, Beda, aliique Martyrologi, & vetera Manuscripta Sicula, ex quibus docemur, sanguine Siciliam ornasse, cœlum coronis: cetera incomperta. putat Philippus Ferrarius, Triphinam eamdem esse, quam Triphomenā, cuius corpus, Minoræ apud Amalphitanos seruatur. sed fallitur; omnino diuersa sunt. primò ex nomine. quę enim Minorę colitur Trophima dicitur non Triphomena, nec Triphina. tum ex die mortis, qui Triphinę 5. Iulij, Trophimę 5. Nouembris accidit. denique ex genere mortis, vt videre potes ex vtriusque vita, & Notis*

NIVITVS CANDIDVS, ETC.] *Manuscripta Martyrologia duo Cephaloedensis ecclesiæ, & aliud Martyrologium Manuscriptum ecclesiæ Messanensis, hos Martyres in Lucanis ponunt: sed alia duo ecclesiarum Siciliæ Martorologia manuscripta, alterū Syracusana, alterum Messanensis, in Sicilia passos tradunt. quibusnam certior fides sit, non facile existimauerim. attamen haud visum renuntiare iuri nostro, donec de certo natali loco, nobis constiterit.*

ANIMADVERSIONES DE SS. MM. CALLISTE, EVODIO, ET HERMOGENE.

PHILIPPVS TAVROMENIORVM] *Homeliam hanc Philippi de noua indictione exscripseram è duobus Græcis Codicibus M.SS., altero Bibliothecæ Vaticanæ, altero Meletii Atheniensis Monachi[b] è familia S. Basilii in Monte Sancto, qui cum Messanę esset cœnobio S. Catarinæ præfectus, copiam mihi fecit exscribendi plures homelias Philippi, & Theophanis Tauromenitanorum Præsulū (nisi forte idem sit in vtroque nomine, quod pluribus ostendi in Animaduersionibus ad alteram eius Homeliam, quam de S. Pancratio scripsit: meis deinde precibus eam Homeliam latine vertit P. Iacobus Simon-*

Digitized by Google

dus è nostra Societate, sed ille eam tradidit P. Dionysio Petauio Societatis Iesu, qui Græce, latineque euulgauit ad Nicephori Constantinopolitani Breuiarium, sed nomine Gregorij Cerameï Episcopi Tauromeniæ; id enim nomen aliquando præfigitur. cùm igitur iam hæc homelia sit edita, nec plura de Sanctis hisce Martyribus, quàm quæ retulimus verba, habeat, nolui hic iterum eam edere.

HI. SS. GERMANI FRATRES] *Menologium Caraïnalis Sirleti ad 4. Nonas Septembres eadem habet: sed vbi nos vertimus*, edicti temporibus, *ipse reddit*, Diuinæ prædicationis tempore. *sed primum magis placuit, significare enim potest solemne aliquod edictum in christianos latum: tempus verò diuinæ prædicationis adeo patet, vt nil certi innui posse videatur.*

HYMNVS] *desumpti è Græco M.SS. Conobacario Monasterij Sancti Philippi Fragalatis.*

O MARTYR CALLISTA] *in Romano Martyrologio ad 7. Kal. Maias, errore librarij scriptum est*, Callitti, *idemque erratum apud recentes Martyrologiorũ scriptores, Maurolycum, Ferrarium, sed emendant* Callittæ, *ex Græcis scriptoribus Ioseph Hymnographo, Ioanne Monacho, Philippo, aut Theophane Archiepiscopo Tauromenii, Menologio Sirleti, Anthologi. itemque ex eodem Romano Martyrologio ad 4. Nonas Septembres, & Not Kerou ad 7. Kal. Maias, sed soror germana fuit SS. Euodi, & Hermogenis, quos lacte religionis aluit, animoque supra sexum ad martyrium accẽdit, vt extrema ode habes.*

EVODVM] *ita Græca habent, latini Martyrologi,* Euodium *ita Græci* Euplum, *latini* Euplum; *præter editos libri etiam exarati nominant* Euodium: *perperam Bellinus*, Enodium, *alii* Ennodium.

ANIMADVERSIONES
IN VITAM
SS. CALOGERI GREG., ET DEMETRII

VITA, ETC.] *reperi in Monasterio Sancti Philippi Fragalatis Ordinis Sancti Basili duos hymnos à Sergio conscriptos, latinè autem vertit Pater Augustinus Floritus è nostra Societate. fuit, vt opinor Sergius è Siculo Monasterio Calogeriano in monte Cranio monachus, cum sæpenumero non ascetam modo, sed Patrem, ac Pastorem vocet Calogerum, atque, vt pro suo ouili Deo supplicet, deprecatur. multa verò scripsisse carmina in Sanctum Calogerum, illa in primo hymno apostrophe subindicat, vbi sic illum alloquitur.* Verum ne dedignare laudes, quas tuus tibi famulus continenter decanto; *Iam vixisse arbitror anno circiter 870. cum enim meminerit diem natalem S. Calogeri fuisse suo tempore multo monachorum cœtu, & frequentissimo fidelium concursu in eius templo solemniter celebratum, non potuit id accidere post eiectos è Sicilia Saracenos felici Nortmannorũ dominatu, nã & cæteri græcorum hymnorum de Sanctis scriptores antiquiores sunt, & Nortmannorum Regum pietas non minus profectò eluxisset in eo templo, quàm in cæteris, exornando; nec Saracenorum rabies illi pepercisset. indicat verò is auctor alias Sicularum vrbium in seruitutem subactas, quas vt in libertatem asserat, Deiparæ opem implorat; alijs item iam Tyrannidem imminere, & obsidione cingi, ac demum inuictam fortitudinem Regibus Orthodoxis à Deo precatus, plures tunc Augustos in Orientis imperio, cui tunc Sicilia subijciebatur, fuisse indicat: Ex his ergo conijcio poetam hunc floruisse auspicante imperium Basilio Macedone, filijsque Constantino, Leone, Alexandro, quod in annum illum 870. incidit. Iam ex his Sergij hymnis Calogeri res gestas, vt potui, collegi, subnectam tamen, quæ de illo in actis iamdudum editis reperi, vt iudicium lector ferat in re ambigua.*

COMMOTO ORIENTE] *Sergius occasionem Calogero, sociisque Chalcedone discedendi, non aliam fuisse narrat, quàm Ecclesiæ persecutionem, non ob hæresim, sed ob idololatriam. iam hæc non videtur Neroniana persecutio, qua scilicet in prouincijs Romani Imperij non adeò atrox fuit, quin christianis per latebras in suis vrbibus abs-*

Digitized by Google

que longinquiore fuga consultum satis non esset, præsertim cum breui, vel à Nerone, vel post Neronis excessum desierit. Crediderim verò fuisse Diocletiani, & Maximiani persecutionem, quæ & diuturna fuit, & totum christianum orbem peragrauit. de ea Basilius orationem in Gordium Martyrem scripsit. Complebántur carceres, domus insignes, & opulentæ euacuabántur: pleni saltus, plena profugis loca deserta ob vnum tantum crimen, quòd Christum colerent. *Gregorius Naz. in oratione de laudibus Basilij, memorat Basilij proauos, pluresque alios ad Ponticorum montium syluas tum confugisse. Eusebius verò lib. 8. cap. 14 alios in alia loca fugisse dispersos, ait. adde Chalcedone eam persecutionem maximè desæuisse luculenter ostendit præstantissimæ Virginis Euphemiæ martyrium, quæ vt apud Metaphrastem, & in Martyrologio leges, tormenta, carceres, verbera, argumenta rotarum, ignes, pondera lapidum, bestias, plagas virgarum, serras acutas, sartagines ignitas pro Christo superauit. tunc etiam ibidem 49. Martyres ad bestias damnati, ac postea gladio percussi sunt,* a *alijque memorantur ad diem 17. Maij, &* 10. *Septembris in sacris fastis. sed quamuis eadem Diocletiani persecutione Sicilia diuexaretur,* b *in eam tamen venerunt Calogerus, & socij, quod tutiores exteris fore latebras sibi persuasere, quam etiam ob causam Lilybæum appulerunt, nam occidentalis regio minus exagitabatur; sed præsertim Deo impellente aduenisse credendum est, vt ad infringendam idololatriam operam conferret suam, ideoque Sergius ait,* nequaquam verò pœnas, cruciatusque (absit vt hoc dicamus) fugientes, verum vt Sanctissimæ Trinitatis vim, virtutemque omnibus promúlgarent.

a 24. Septẽ. in Martyrolog. Ro.

b Euseb. li. cap. 25.

3 MARTYRIO CORONATVS] *Sergius aliquando tres istos præclarissimos viros appellat Martyres; sed aliquando seiungit, nã hymno secundo ait,* ab Oriente in Siciliam appulisti vnà cum Gregorio tuo Archierarcha, Sãcte Calogere; sed ille meruit pro Christo calicem bibere, tu vero in antro delituisti. *numquam item, quod sciamus Calogerum Siciliæ tamquam Martyrem, sed vt Confessorem, colait. hæc ergo ita conciliauerim, fuga illa, & voluntarium exilium pro Christo susceptum martyrij quædam inchoatio fuit. præsertim cum illorum bona iam proscripta Fiscus inuaderet, vt Caldonius Episcopus epist. 19. ad Cyprianum innuit. id in alijs factum. certum verò est ex Cypriano, ac Tertulliano Martyres olim dictos, qui adhuc mortem non obiuissent, sed pro christiani nominis religione carcere, aliaque id genus tormenta paterentur. potuit igitur non ineptè ob eam causam à poeta Sergio Martyrum nomen omnibus tribui. Seiungitur verò Calogerus aliquando à Gregorio, nam iste inter cruciamenta mortem oppetijt: non item ille. De Demetrio inclinat animus, vt credam Christi fidem suo sanguine consignasse, nam Sergius vsque coniungit Demetrium, & Gregorium, dum Martyres appellat, atque Calogerum seponit*

4 MIRACVLORVM] Thaumaturgum *Sergius appellat, quod nomen non aliunde, quàm ex prodigiorum frequentia ortum habet, & experimur etiamnum eam Sancti viri liberalitatem, quamuis eius cultus, & religio, si cum remotioribus sæculis conferatur, refrixisse videatur.*

9 CRANIVS MONS] *quod apud veteres scripitores nulla Cranij montis in Sicilia mentio fit, dubitaui, an legendum esset,* Cronium; *nam vt* Diodorus *narrat lib. 3. Cronia dicta sunt per occidẽtales Siciliæ partes editiora montium iuga, nam in ijs castella olim a Saturno credebantur extructa, & quod magis vrgeat,* Cronium *appellatum locum quemdam in historia belli inter* Dionysiũ, *& Carthaginienses initi refert Diodorus lib. 15. imò Polyænus lib. 5 de stratagematis vrbem ita nũcupatã memorat: sed nil muto, nam Sergius* Cranium *appellat, & credo esse montem, qui Saccæ imminet, & nunc* Sancti Calogeri *mons dicitur, & nomen illud fortè tunc inditum, vel à forma, quæ hominis cranium refert, vel à sterilitate, quod ferè glaber esset instar Caluariæ.*

ALIA DE S. CALOGERO INCERTO AVCTORE ACTA] *Breuiarium Gallicanum hinc lectiones officij Sancti Calogeri conflauit. hinc etiam Mannaricus transiit, quam conscripsit historiam de S. Calogero,* Maurolycus *item, &* Fazellus.

IMPERANTE NERONE] *cur minus credam imperante Nerone profectionem à Calogero institutam paullò ante dixi; nunc addo, quamuis tunc instituta fuisset, haud potuisset* Calogerus *Diuum Petrum Romæ conuenire, si in ea itineris occasione, quam Sergius memorat, hæreamus; Neronis enim persecutio in christianos non prius per prouincias longè dissitas est propagata, quàm fuerit Petrus in crucem actus, vt narrat Orosius lib. 7. Video tamen hæc acta, cùm nihil de persecutione memorant, neque eam profectionis causam afferant, sibi ipsis non aduersari, sed Sergio,*

8 MONACHI HABITVM] *plerisque non videtur is mos pro Diui Petri æuo viguisse. sed peculiare aliquod vestis genus, aut signũ non potest aperte reijci, si attendamus ijs, quæ non multo post scripsit Diuus Dionysius Areopagita de Ecclesiastica Hierarchia capit. sexto.*

9 PHILIPPVM EVNOPHRIVM ET C.] *de Philippi Agirensis ætate obscura quæstio est, vt ad eius vitam dicimus; hinc ergo nihil allucet. Eunophrius, & Archileon, nũquam, quod sciuerim, in Siciliam venere. in Suteræ quidem oppido colũtur, sed ob sacras eorum reliquias. hæc etiam Suteræ, & Paternionis oppidorum recentiorum nomina efficiunt, vt minus hæc acta probentur. Videri hic longè diuersa sociorum nomina referri, ab ijs, quæ Sergius memorat, neque conciliari possunt.*

LIPA-

10 LIPARITANOS] *hæc acta, quæ Calogerum à Diuo Petro in Siciliam missum volunt, placere haud possunt, cum apud Liparitanos eum substitisse memorant, atque oportuisse, vt Deus iterum moneret, ne in Sicilia ire differret; neque enim pro dignitate pijssimi viri, quem Apostolorum Principi, & christiani Orbis moderatori obsequentissimum esse decebat, hæc dicuntur. fuit autem Calogerum in Siciliam aduenisse Diocletiano Imperatore asseramus, neque hæc aptè cohærent, qui enim narratur Liparitanes tunc ad fidem traductos, quos Decio Imperatore Episcopum Agathonem habuisse, & illius persecutionem perpessos esse acta SS. Alphij, Philadelphi, & Cyrini nos edocent? Hinc ergo subdubito an alter Calogerus apud Liparitanos claruerit; & sanè Dauid Romeus,* in Lipari Calogerus; *ait,* vir solitarius, natus fortasse in agro Calimeræ, vel ibi humatus est, 14. Kalendas Quintiles. *& facere ad hanc rem posset, quod Sergius de nostri Calogeri in Liparam excensione, nihil memoret, neque tantam ille rem omisisset in hymnis, vbi res præclarè gestas à tanto viro studiosè persequitur. Cæterum si adhuc in vno Calogero sistere quis velit, non admodum difficile erit affirmare, vel obiter prius Liparam attigisse Calogerum, vel è Sicilia illuc ad aliquod tempus excurrisse. si præsertim actorum verba non rigide, vt sonant, accipias, sed benigna condias interpretatione.*

Lib. de Baptism. c. 4.

Lib. de Spectab.

11 MONTEM GEMMARIARVM] *Gemmar, Saracenica vox, palmas Syluestres, quibus ea ora abundat, significat: miror autem à Fazello erudito scriptore dictum fuisse, Calogerum à Diuo Petro fuisse missum ad expellendos Dæmones, atque eo tempore montem Gemmariarum, & Saccam appellatum fuisse eum montem, & opidum, quòd ille vepit; hæc enim nomina sunt recentiora à Saracenis, & Thermas olim Diodorus a Pomponius, b Plinius c vocarunt, quam nos Saccam dicimus; montem verò Sergius in hymnis Cranium appellat.*

dec. 1. lib. 6 cap. 3.

a lib. 19. b lib. 2, c. 7 c lib. 3. c. 8

12 QVINQVE ET TRIGINTA ANNOS MANSIT] *non ita mansisse crediderim, quin ad alia excurrerit loca, nam & alibi fuisse fama tradit. Thermis Himeræum traditus est Calogerum in monte Vrbi incumbente ad mare Tyrrhenum aliquandiu vixisse, ac Sanctissimæ Deiparæ in eacumine sacram ædem exiruxisse, quæ nunc Diuo Calogero dicata est, & mons, qui olim* Eraucus, *à Diuo Calogero nomen tulit. eamque ob causam patronum Thermæ illum colunt, eiusque imagine, tamquam vrbis insignibus vtuntur. Memorant accolæ illuc veniisse Calogerum ad expellendos dæmones ab eo monte, atque ab eorum balneis. sanè balnea olim à dæmonibus infessa: Tertullianus,* immundi spiritus, *ait,* aquis incubant, affectantes illam in primordio diuini spiritus gestationem; sciunt opaci quique fontes, & aulj quique riui, & in balneis piscinæ, & Euripi in domibus. *addo nec balnea sine idolis fuisse. idem Tertullianus,* Cæterum, & platea, & forum, & balneæ, & stabula, & ipsæ domus vestræ sine idolis non sunt. *Præterea Panormi sub veteri æde Sanctorum Cosmæ, & Damiani, quæ Domui Professæ Societatis Iesu adiuncta est, antrum visitur Diuo Calogero dicatum, vbi is fuisse perhibetur. prope Emporium Leontinum speeus est, & ædes Diuo Calogero dicata, tituloque Prioratus insignita, vti monumentum aduentus in eß locum extructa. in oppido Nari alia eiusdß Sanctj Calogeri spelunca colitur. illud hic monuerim multa apud Thermitanos Himeræos vulgò tradi de Calogero, eiusque cum dæmonibus certaminibus, quæ vel vulgi nugæ sunt, vel alterius videntur fuisse Calogeri.*

13 SEDIVMQVE VIM] *Fama est apud Saccenses sudibus vino in saxo excauatis, in quibus ægri sederent ad balnea sudatoria ingressi, titulos fuisse inscriptos, quibus ostenderetur, quis in vnaquaque sede morbus depelleretur, eosque à Medicis ob auaritiæ ferro corruptos. Vide Fazellum has cauernas describentem.*

Fazell. de cis. 1. 4 lib. 6. cap. 3.

EODEMQVE IN LOCO SEPELIVIT] *in antro infrà ædem nunc Diuo Calogero dicatam in montis vertice, ita Fazellus sanè Calogerum in monte Cranio extinctum ibique eius eadaver sepulturæ traditum significat Sergius. Sed Sanctorum Calogeri, Gregorij, ac Demetrij corpora, (nescio an integra,) in Monasterio S. Philippi Fragalatis in Messanensi Diœcesi iuxta oppidum S. Marci seruantur.*

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES
IN HYMNVM PRIMVM
SERGII

PLVRA de Sergio, atque ijs, quæ in hisce hymnis continentur in præcedentibus Animaduersionibus dixi, nunc pauca addenda sunt.

FLVXA, CADVCAQVE DERELIQVISTI] *meritò id laudat, nam vt Cyprianus lib. de lapsis deplorat*, decepit multos patrimonij sui amor cœcus, nec ad recedendum parati, aut expediti esse potuerunt, quæ facultatis suæ, velut compedes ligauerunt: illa fuerunt remanentibus vincula, illa catenæ, quibus & virtus detardata est, & fides pressa, & mens vincta, & animus præclusa, vt serpenti terram secundum Dei sententiam deuoranti præda, & cibus fierent, qui terrestibus cupiditatibus inhærerent. *& plura in eandem rem addit.*

HIERARCHA GREGORIVS] *ita sæpius in hisce hymnis, & in secundo hymno, archierarcha. nos Græcam vocem reliquimus, quod cum ad multa trahi possit, incertum nobis est, quò potissimum referamus. videtur Gregorius sacri illius agminis ductor gloriatè Chalcedone fugientis.*

NEMO QVISQVAM ALIVS] *allusum videtur ad illud Eccl. 44.* non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi.

IN HYMNVM SECVNDVM.

SVDORIS MIRACVLVM] *fortè Calogeri corpus miraculo sudare solitum, aut sacrum oleum ex eius sepulchro stillare. Non credam hic significari Calogerum auctorem fuisse balnei sudatorij, nam id antiquius fuit, vt ex Diodoro dixi: nisi forte, quod Dæmonem inde expulerit, vsumque restituerit, auctor eam ob rem dicatur.*

AB ORIENTE] *in exemplari Græco irrepserat, ab Occidenti: sed reliqua facile lapsum manus hic indicant.*

ANIMADVERSIONES
IN INVENTIONEM
SANCTAE TROPHIMAE

COMPELLITIS NOS CARISS. FRATRES] *hãc historiam S. Troph. incerto auctore, exscripsimus ex M. SS. membranis ecclesiæ Panhormitanæ; paulòque auctiorem habuimus ex lib. exarato Bartholomæi Cioccarelli I.C. Neapolitani. in vtroque codice vitam certo mutilatam cognoscis. caussa fuit, quod ex ea lectiones tres dumtaxat, ad diuinum officium ex tota historia rectè sunt, vt maior aliqua lux præferretur à nobis huic nocti, & si quidem illa tenuis, fragmentum orationis Quinctij Marij Conradi adijciendum putauimus, quam habuit ad Vritanos de diuinis honoribus D. Francisci Dyrrachini. ea inuulgus edita est anno 1571. Neapoli.*

SANCTISSIMÆ TROPHIMES MIRACVLA] *libri manuscripti, & Dauid Romæus perperam habent* Trophimenis. *Marius Conradus rectè Trophimam identidem appellat, oratione à nobis ante memorata. & verò huius historiæ scriptori nomen ipsum Sanctissimæ Martyris non aliunde notum, quam ex incisis sepulchro versibus. sed in ijs Trophime inscriptum, atque ex metri legibus certum est. Iacobus Hadria tradidit*, Pactis Sanctam Triformiam *coli: sed Trophimam dixisse oportuit.*

ADVECTA IGITVR HÆC SANCTA

TA VERO AEOLICIS E FINIBVS] male vsus his vocabulis historiæ scriptor. quod certum est, Siciliæ oram intelligit ad Tyrrhenum mare, ei ilsori ex aduerso sunt Insulæ, à Latinis Vulcaniæ, & Liparęorũ, à Græcis Hephæstiades, & Aeolides dictæ, ex Diodoro, Strabone, Plinio, Solino, & Plutæ ex Dionysio. dictę verò Aeoliæ, quod Aeolus, Iliaois temporibus, ibi regnabat. quoniam verò Insulæ Aeolię adiacent oræ Siculę, hinc factum puto, vt vitæ scriptorum nomine obuersam Siciliæ oram acceperit. eas à Sicilia Diodorus CL. stadijs abesse scribit, quæ minus à Sicilia distat, Strõgyla est, secundùm Liparam: à Strongyla in Siciliam sexdecim millia passuum, à Lipara 19. numerat Strabo. scriptor igitur visus est significare voluisse, Sanctam Trophimam ex aliqua orbium exhibitisse, quę in eo Siciliæ tractu, illa tempestate, fuit cõtra Insulas Aeolias. quęnam ciuitas illa fuerit, clara natali Trophimę, paullo post dicemus.

VTI TVMVLO IPSIVS CARMINA DESIGNANT] nihil tale carmina habent. ea habes pra oculis in historia Inuentionis, lege. quod de Trophimæ patria designant, vnico versu continetur: Sicanios fugiens deuota puella parentes. Neque vsquam Insularum Aeoliarum meminere. itaque suspicabar, apud scriptorem historię, pro Aeolicis è finibus, legendum, Sicanicis, vel Siculis è finibus; sed nihil visum mutare, quòd scriptoris ea sit mens, quam paullò ante explicauimus.

5 LITVS REGINNARVM] historia Translationis eiusdem S. Trophimę Reginias, & Minoram idem facit clarius, cuiusque Marius Corradus, Trophimam ..., aduectam, ait, ad litora Promontorij Minerui, Salernum, & Surrentum inter, sed Minora, ciuitas ad itus, in eodem Promontorio.

6 ANGELO DVCE] notissimum omnibus; Angelos fidissimam Virginum tutelam terra, marique. quid Angelus Trophimam inuerit, coluerit que, non dicam.

7 QVÆ CVM IGNARIS OMNIBVS, ET INCVRIOSIS] perinde ignoratum hucvsque quo tempestate, ad oram maris Italici, Trophima delata est, atque quot per hominum ætates, in eo litore iacuit, sine numine. hoc miraculo primum cognita, inuentaque Nonis Nouembris. isque dies agitur festus Inuentionis S. Trophimæ, in vrbe Minora. quid hoc sepulchro factum est, nondum cognoscere potui; seruetur adhuc Amalphi, an Minoræ?

8 CVMQVE SPELÆO VICINO RESONARET ECHO] multo clarius hæc apud Q. Marium leges, quem post translationem subijciemus.

9 PRESBYTERI PARTHENOPENSES] Neapolitani: Plinius in descriptione Italiæ
Pli. l. 3. c. 5. litore autem Neapolis, parthenope, à tumulo Sirenis appellata,

10 GÆLATA REPERIVNT HVIVSMODI CARMINA] duo hic mihi obscura, & compositu difficilia: Poeta, qui carmen pãxit: tempusque, quo cælator in marmore insculpsit: à quonam, & quando id factum putauerimus? cum Trophima esset adhuc in Sicilia? haud credibile est. nam, vt carminibus traditur, Trophima in mari mortua, post fugam è Sicilia. oportuisset, Poetã præscium fuisse futurorum; itemque vt cælatum versibus sepulchrum Trophimæ, quo pergeret, secum asportaret. an forte hæc accidere, cum Trophima ageret in mari? neq; id vero simile est. illa enim si perijt in mari, violenta morte, haud dubie à carnifice in mare præcipitata. si miti obitu decessit, adeone in mari, in naui, ignaris rerum prompta quę ex ofsu forent? statim reperti Poetæ, marmora, cælatoresque? at facta hæc dixeris, cum Trophimę corpus in Italię litus delatum est. neque videtur id fieri potuisse. nam viri christiani, qui detulissent, neutiquam deserto in litore sepulchrum reliquissent, imbribus, ventisque ludibrium (quod alienorum religione, ac pietate procul esse quiuis intelliget) sed in ędem aliquam proximam comportassent, aut humi condidissent. quamquam fragmentum istud historiæ plane satis demonstrat sepulchrum iam inde cum in ea litora, siue vi maris, seu potius miraculo delatum, per multa sæcula ignotum mansisse; in eum vsque diem, quo exarescentis brachij mulieris prodigio patefactum est. Equidem pro tenui meo iudicio dixerim, Trophimam in mari mortuam, inscriptisque carminibus, quę nomen Virginis, mortisque caussam posteritati testarentur, in sepulchro compositam, depositãq; ad litus, iuxta Promontorium Minerue. atque hæc omnia ministerio Angelorum patrata fuisse; vt alias ab issdem factum cum S. Clemente Romano, cum D. Catharina Alexandrina, alijsque.

MARTYRIS HIC TROPHIMES] Trophimam Virginem, & Martyrem cum insculpti sepulchro versus, tum scriptores Q. Marius, Dauid Romęus, ceterique appellant. verum vnde illi Martyris elogium, quã persecutionis vim fuga declinasse, docent incisi versus? haud negauerim, Trophimam fugisse, quod in tempore persecutionis fugere licuisset. attamen illam in fuga comprehensam, & in mari occisam, certum est ex historia translationis, in qua D. Trophima Presbytero Amalphitano per visum oblata; vbi, ait, sepulchrum eius esset, illic & sanguinem esse, quem pro Christi numine in mari profudisset. 11

QVÆ DVM PRÆCEPTA PROFANI TEMPORIS] edicta Cæsariana, aduersum Christianos, omnino designantur. hinc satis constat, Sãctam Trophimam Impp. Ethnicis, ecclesiam persequentibus, Martyrem exstitisse, pluribusque mox planissimũ faciam. At quo Cæsare sauiente? ante Constantinum Magnum crediderim. 12

SICANIOS FVGIENS DEVOTA PVELLA PARENTES] multa hic implicita: parentes patria, fugæ caussa, & ratio. quibus Trophima parentibus, quaque in vrbe 13

vrbe genita, quo ex Sicilię litore, fugam arripuerit; qua cauſſa, quaue ratione ea acciderit, ac de parentibus, nihil plane cognitũ ijs omiſſis, de ceteris coniectandum. ac primum Ciuitas, quæ Trophimam tulit, vnàque litus, ex quo fugam cœpit, in eo tractu maris, oraue Siculæ videntur exſtitiſſe, in cuius cõſpectu Aeolię Inſulæ iacent, à Cherſoneſo, Myliſue, ad Promontorium Agathyrnum. tunc verò in hac ora maritima exſtabant opida ſibi inuicem proxima, Myla, Tyndaris, Agathyrnum, conſtat ex Strabone, Plinio, Ptolomæo, Antonino. iam verò quod opidum ex his D. Trophimæ patriã fuiſſe dixerimus? ad Tyndarida primum inclinabat animus. mouebar vetere quadam fama, quæ Pactis, vrbe haud procul veteri Tyndaride, manet. Nam Pactenſium antiquiores ſic memorant. Diuam apud eos ortam, idque ab æuo immemorabili traditum: & Diuę nomen Febronia, cuius corpus in Ciuitate Minora conditum eſt. ea cum ſtudio, votoque virginitatis à nuptijs abhorreret, eoque magis adigeretur à patre, tutamentum pudori fuga inuenit. iam Virgo ad oram litoris Tyndaritani peruenerat, cum inſequentem patrem reſpiciens, effugium, quod terra negauiſſet, à mari quæſiuit. ſtatim pallium ſuper vndas explicat, & eo ſpõte conſcenſo, vidente Patre, & obſtupeſcente, mare tranſmiſit, donec exciperet litus, haud procul Minora. Illuc Pactenſes ſæpe curſu delati, ſummo in honore ab accolis habentur, vt Febronia Ciues. ſed & Pactis ædeſque, ac tabulas vetuſtas eſſe, cum titulo DIVAE FEBRONIAE PACTENSI. extra vrbem, duobus paſſuum millibus, ædes eſt lacera, D. Febronię dicata; iuxta fons, à Febronia eadem appellatus. plures olim ea lotæ aqua, varijs morbis lauabãtur; Matremque Rogerij Regis Adelaſiam, cum eo ſe fonte abluiſſet, lepra, qua deformabatur, ereptam fuiſſe. Porrò deſcriptam Febroniæ vitam Pactis exſtitiſſe, ſed periiſſe, cum claſſis Turcica vrbem diripuit, incenditque. feſtum diem Sanctæ Virginis Pactenſes agunt ad 7. Kal. Iulias. hæc Pactenſes perhibent, immixta veris falſiſque, quę retuliſſe oportuit, vt adcenſuram vocaremus.

Quod igitur traditum, Trophimam ex ora Tyndaritana fugiſſe, inde ſuſpicio mihi erat, Tyndaritanam exſtitiſſe, pro merant inciſi ſepulchro verſus (iudicio Q. Marij Corradi ſatis latine, ac belle facti) qui huic vrbi conuenichant; nam Trophima priſco natali orta eſt, ſed Tyndaris, colonia Romanorum fuit, vt Plinius docet. Pacta verò recens opidum, ex rerum Sicanicarũ ſcripturibus, nulla eius apud veteres, non niſi poſt Normannorum in Sicilia dominatum, fortaſſe à Normannis ipſis, ſiue à Saracenis ante conditum. plura adijce, quæ apud Pactenſes falſa traduntur, quibus inſcripta ſepulchro carmina aduersãtur, quę Trophimianæ hiſtoriæ, eiuſque veritatis, fundamentum puto. errant enim in Diuæ vocabulo, non enim Virginis: cuius corpus Minorę colitur, nomen Febronia, ſed Trophima fuit, firmatque Hiſtoria, quæ de Trophima conſcripta eſt.

Præterea fugę ratio non videtur conſentire vero, neque enim incolumis Trophima mare traiecit pallio, ſed in mari mortem obijt, vt inſcriptum epigramma teſtatur. Deinde haud fida eſt fugæ cauſſa, quod nuptias auerſaretur, ad quas à Patre ſollicitabatur. nam cauſſa fugæ eadem fuit, atque Martyrij, non modo ſtudium pudicitiæ, ſed Chriſti fidei ſeruandæ. quod enim Trophima Deos aſpernaretur, impiaſque gentilium ſuperſtitiones effugeret, ſepulchri verſus docent. quos ego ſic accipio, quæ (Trophima) dũ præcepta prophani temporis (dũ iuſſa, & edicta Ethnicorum Imperatorum) & mundi polluta altaria vitat, (ſimulacra aras, & ſacrificia Deorum, quibus terrarũ orbis tum polluebatur) Sicanios fugiens deuota puella parentes, cum virginitatem, ſeque ipſam Chriſto Trophima deuouiſſet, parentibus in Sicilia relictis, vim perſecutionis effugiens, alienas in terras traiecit, nec ſine cœleſti duce, aut nutu. Id verò à Trophima factum; vrgente nuptias, & inſequente patre, in his verſibus nulla veſtigia; neque ex iiſdem colligas, Trophimæ parentes chriſtianos, neque gentiles fuiſſe.

Iam perſpectis, examinatiſque iis, quæ de Trophima penes Pactenſes fama tradit, dicendum de eius Patria? quam nam fuiſſe cenſebimus? vt ante dixi, ad Tyndarida inclinabam, rationes attuli, quibus mouebar: quod ea imbecillę ſunt, & fama, vt par eſt nolim contraire; famam potius firmo, & Trophimam Pactis tribuendam eſſe cenſeo. nam vetus id fama penes Pactenſes probat: idem in vrbe Minora traditum, vbi corpus S. Trophimę ſeruatur. quod verò Pactę ſex paſſuum millia Tyndaride diſtant, hinc factum, vt litus, cui vtraque ciuitas in edito ſita incumbebat, Tyndaritanum, & Pactenſe ex æquo diceretur. vt mirum non ſit, Trophimam ex ora Tyndaritana fugam dici capeſſiuiſſe.

Neque vrbem Pactas recentem exiſtimes, quod nemo veterum meminerit, aut nominis rationem tradiderit. nam multa apud nos vetera ſunt, quorum apud veteres ſcriptores nulla mentio. quam ob cauſſam ea olim exſtitiſſe nemo negauerit. verum ego Pactas, Caſtellum vetus, in regione Tyndaritana fuiſſe putauerim; neque nomen elatura ab antiquo abhorret. quin plura apud veteres Græcos eodem nomine appellata. Pactis regio, ap Herodoto memoratur; inſula Pactia, in mari lycio, à Plinio; & ab eodem altera eiuſdem nominis, in Aegeo mari; Pactia, vrbs Tracię, Diodoro, Plinio, & Ptolemæo; Pactes mons, in agro Epheſio. Straboni; amnis Pactius Plinio, in agro Pediculorum, Apuliæ contermino. & dubitabimus, ſi nomen vetus Pactyen in Sicilia veterem vrbem exſtitiſſe? ac fortaſſe Pacta, recens vrbis nomen, ab antiquo prauè detortum. nam vetus, verumque Græci epidi nomen Pactya fuit. legas velim, quæ de Tro-

Trophimæ patria à Q. Mario afferuntur.

At quid de Febronia dicendum? num ne eadem, quæ Trophima, ex errore nominata Febronia? nec mirum, tot Siciliæ excidijs, gentiumque barbararum in Insulam immigrationibus, vt cæterarum rerum, ita corrupta in vulgus nomina Sanctorum. An Febronia diuersa à Trophima? nam diuersum nomen, diuersas vtriusque natalis, an festus dies? nam Trophima Nonis Nouembris, Febronia VII. Kal. Iulij colitur. denum diuersa Historia. quamquam perturbata, quæ Pactenses de Febronia memorant cui pleraque falso tribuunt, quæ D. Trophimæ sunt.

14 AEQVORIS IN MEDIO NATVRÆ FORTÈ QVIEVIT] *per vim Trophima in mari oppetijt, vt superius dixi, placide vero quieuisse hoc versu significari videtur: quod ipsis Martyribus mors, quies fuit.*

15 MEMBRA DEDIT REGINNICOLIS] *ita habet liber Neapolitanus, & recte: perperam vero Panhormitanus: membra dedit regnis Siculis.*

16 ECCLESIAM GVBERNABAT AMALPHITANAM PETRVS] *si nactisfuissemus catalogum Episcoporũ ecclesiæ Amalphitanæ, tempus, quo Trophimæ sepulchrum repertum est, fortasse ex Episcopi nomine comperiremus. sed antiquissimis temporibus id accidisse, cognoscimus ex Translatione eiusdem Virginis, ac Martyris, quæ anno IↃCCCXXXVII. facta est. sed inuentio multos ante hunc annos euenerat, & ante intentionem, multas per ætates, sepulchrũ ignotum in litore iacuerat, vt in historia traditur. igitur ratum, fixumque esto, D. Trophimam sub ethnicis Imperatoribus, ecclesiam vexantibus, martyrio coronatam fuisse.*

Cæterum corpus S. Trophimæ Virginis, & Martyris multis clarum miraculis Minorense, quæ vrbs est in agro Picentino, in ædæ maxima conditum est, vbi summa colitur religione, vt Q. Marius testimonium dicit, quamquam Salernitanos inter & Beneuentanos certamen sit de corpore D. Martyris Trophimæ. ij enim Beneuenti, illi vero Salerni conditum dicunt, in ede maxima, vt Marcus Antonius Marsilius, Archiepiscopus, memorat. Sanctissima cuius præcipuus etiam cultus est apud Pactenses. recens in vrbe Pactis, Ioannes Matthæus Vinolus ędem S. Trophimæ ædificari, ex testamento iussit, dotauitque. M. Antonius Marsi colũna Arch. in sua Synodo.

LIBET] *Hæc historia exscripta est, ex M.S. cod. Bartholomæi Cioccarelli I. Cons. Neapolitani, dictionem vero paululum perpoliuimus.* 17

SICARDO BENEVENTANO PRINCIPI] *de quo Leo Ostiensis*: mortuo Sicone Sicardus, eius filius, Princeps (*Beneuenti*) factus est, vir omnibus carnalibus vitijs obsessus, ac super omnia auarissimus. *Sigonius initia principatus Sicardi collocat sub annum Christi* IↃCCCXXXIV. 18 Leo Ostiẽ. Chron. Casinen. l. 1. c. 26.

TOTA PENE OBTEMPERABAT AVSONIA] *ea pars Italiæ, in qua Beneuentum, & Cales, teste Liuio, & Festo,* 19

TYRRHENI MARIS INSVLAS, ETC.] 20 *eodem Sicardo Principe, corpus B. Apostoli Bartholomæi, Beneuentum ex Insula Lipharitana, translatum, anno* IↃCCCXXXVII. *tradit Leo Ostiensis. quo etiam anno, vt inferius dicitur, corpus D. Trophimæ Minora Amalphiam deportatum est,*

MVLTIS CONCISVS PLAGIS INTERIMITVR] *Leo Ostiensis*: cum Sicardus Princeps à suis nequiter fuisset occisus, Radelchis thesaurarius ipsius, illi in principatu successit, *at Sigonius*: Sicardo Principe à suis per tumultum occiso, Adelgisus, Quæstor eius, ditione m inuasit. 21

ANIMADVERSIONES IN VITAM SANCTAE SOPHIAE

I



ITA S. SOPHIÆ] *Hãc historiam S. Sophiæ exscriptam habuimus ex cod. manu exarato Sortinensis ecclesiæ, in Dioecesi Syracusana. Cum fide retulimus, rudem vero dictionem immutauimus; vehementer illa me torsit, nã haud dubie depravata est, in ea præcipuę difficultates duæ sunt: prima spectat ad historiam, altera ad Chronologiam, eaque inuicem adeo nexę, vt altera alteram magis augeat. Historiæ difficultas nascitur ex Sophiæ parentibus, eorumque stirpe. nam quod Sophiæ genus fuit? qui parentes? ac de Sophiæ matre, quam amisit, cum puella esset, nihil habeo, quod dicam.*

Patrem Sophiæ historia tradit Imperatorem Constantinopolitanum fuisse, à Christi fide alienum, & christianorum persecutorem, cui Siciliatum paruit, ei vero

vnica

Digitized by Google

vnica filia fuit, cui Sophia nomen, quam propter Christi fidem interfecit. mox cadem eius ad fidem conuersus, baptisma suscepit & Sophię filia templum exstruxit; iam eedo mihi Imperatorem istum inprimis pro ea tempestate, qua Sophia occisa est, suspecta appellatio Imperatoris Cõstantinopolitani; non enim ea vetus, sed eapit extincto Constantino, diuisoque eius filijs imperio. verũ fac esse. numera Imperatores à Magno Constantino Principe, qui amplificato Byzantio, Constantinopolis ab se nomen fecit, & imperij sedem in Oriente delegit. quem fuisse dixeris? Constantinum patrem, an aliquẽ ex filijs? an Iulianum Apostatam? quid cõsequentes Imperatores: recenseam christianos? de quibus quæri, quod quærimus, non potest.

Impeditam magis rem facit Chronologia quæ est altera difficultas; nam docet historia, passam fuisse Sophiam anno Christi CCIII. qui annus incidit in imperium Seueri. quo tempore neque imperium in Orientẽ translatum erat, neque condita vrbs Constantinopolis: iam verò conuenire neutiquã possunt imperatori Seuero, quæ de Sophiæ patre in historia memorantur. nam, vt mittam cetera, Sophia parentibus suis stirps vnica fuit. Seuero Principi Antoninus, & Geta filij, qui in imperium successere. Sophia patrem filia cædes ad fidem conuertit: Seuerus impie vixit, perijtque.

Vincentius quidam Spanò, domo Sortinensis, qui siculo carmine Sophiæ res compo suit, has enodare difficultates, & historiam illuminare volens, annum correxit, & nomen Imperatoris, qui Sophiæ pater fuit, in lucem prompsit. Sophiam ille passam scribit anno Domini CCXIX. sub Constante, quem quartum Imperatorem Constantinopolitanum dicit. sed is posita errat in multis. primum, annus Christi CCXIX. est, quo Macrinus, occiso Caracallo, imperium inuasit, vnà cum Diadumeno filio: Constans vero Christi anno CCCXXXVII. regnare cœpit. deinde, vt videtur is scriptor, Imperatores Orientis, quos historia Constantinopolitanos vocat, à Constantino numerat, eiusque filijs, Constantino, Constantio, & Cõstante. quam ob caussam Constantem videtur appellare quartum Imperatorem: sed Orientis Imperatores hac serie percensuisse oportebat; Constantinum patrem, Constantium filium, Iulianum Apostatam, Iouinianum, qui ordine Imperator quartus Orientis fuit;

Sophiam vero sub Constante passam, peritus historiarum nemo dixerit, cui notum sit Constantem numquam in Oriente regnasse, sed in Occidente. enimvero in imperij diuisione Constans Italiam, Africam, & Siciliam sortitus est. Constantinus Gallias, Constantius quidquid in Oriente Romanis paruit, & Thraciam cum paterna vrbe. Ad hoc Constanti nulla vnquam proles suscepta est. quin Olimpias, filia Ablauij Præfecti Prætorio, quę Constanti desponsa fuerat, superuixit: eoque occiso, copulata est cõiux Regi Armeniæ Arsaci, vt cõstat ex Ammiano. quod contra historiam Sophiæ est, quę matrem, viuo parente, amisit, demũ Constans Imperator christiana fidei disciplina abauia Helena iam inde à pueritia instructus fuit, vt nullo modo ei affingi possint, quæ hic de Sophię patre dicuntur.

Certum penes me est, neminem ex Orientis Imperatoribus esse posse, quem Sophiæ patrem dicamus: enimvero in nullius animum cogitatio de Constantino, magno subeat, qui tam inde ab initio Christianus Imperator, & christianæ religionis studiosissimus semper fuit, & cui tot filij, ex Mineruina Crispus, alter Hippolytus, ex Fausta Constantinus, Constantius, Constans, Cõstantia, Constantina, Helena. quarum Cõstantia nupsit Ouinio Gallicano viro consulari, ex actis; Constantina Gallo Cęsari, ex Ammiano; Helena Iuliano, qui dein Apostata ex eodem Ammiano. aliquem filiorum Cõstantini magni Constantinum, Constantiũ Constantem quis, nisi desipere velit, dicat? quod omnes christiani Imperatores, quod nemo eorum liberos reliquit. hinc illud ab Eunapio Sardiano scriptum, decrescente & deficiente Constantini progenie, solum relictum fuisse Iulianum, qui Constantio patruo mortuo, imperium adeptus est. sed Gregorius Nazianzenus de fratribus Gallo, & Iuliano loquens, victu ait, & cultu imperatorio, in imperatorio quodam loco, ab humanissimo Impetatore (Constantio) digni habebantur, ac velut generis reliquiæ ad imperium seruabantur. quam ob caussam, Cõstantius moriens Iulianum dixit hæredem, vt auctor est Marcellinus: sanè enim Eusebia Constantij prior coniux, quoad vixit sterilis fuit, ex Ammiano. ea amissa, Constantius Faustinam duxit vxorem, quam prægnantem reliquit; vnde edita posthuma Cõstantia, quæ nupsit Imp. Gratiano, vt idem Marcellinus tradit. nec repeto quæ supra de Constante dicta à me sunt.

Censebis fortasse, Sophię parentem fuisse Imperatorem Iulianum Apostatam? caue id dicas. nam Sophiæ pater ex gentili christianus effectus est: contra Iulianus è christiano apostata, & Christi perduellis, perijtque infensissimus fidei nostræ hostis. præterea Iuliano ex Helena coniuge, Constantini filia, nulla soboles superfuit. nam marem, quem in Gallijs genuit, infantem perdidit, ex Ammiano. dein Helena, dato veneno, quoties concepit immaturum partum abegit. Iam vero post Iulianum Apostatam consequentes Orientis Imperatores christiani fuere. & si vero eorum quispiam pestifera doctrina imbutus, Arijque sectator, nemo tamen christianę religionis hostis fuit. Longius his explicandis proiectus sum, vt persuasum esset omnibus Sophiæ patrem Constantinopolis Imperatorem in historia dictum, neminem ex Orientis Imperatoribus esse potuisse, iam inde à Constantino magno, Constantinopolis, eiusque imperij conditore.

Quid dicendum igitur? equidem non vi-

deo

deo: neq; ausim expedire rem tanta antiquitatis obscuritate conuolutam errore, ineuriaue scriptorum confusam, vel locorum interuallo minus perspectam, præsertim destitutus veterum monumentorum luce, nulla veterum scriptorum fida face. Igitur depraua historia, erratumque in anno, & appellatione Imperatoris. Sed adhuc mecũ ipse inquirebam an Sophiæ pater videri possit aliquis Imperatorum, qui ante conditam Constantinopolim in Oriente exstiterunt: nã ante Constantinum magnum, illic Cæsares imperarunt Maximinus, dein Licinius sed hi impie animam abrupere, an quispiam fuit ex Orientis Regibus, aut Dynastis? sed credo quis? præterea nullus Regum Orientis Sicilia vmquam potitus est; Sophiæ verò parenti Sicilia paruisse, acta demonstrant.

An is Sophiæ pater ethnicus aliquis fuit ex Imperatoris comitatu, quem scriptor dũ ex affectu rem in maius auget, Imperatorẽ dixit, quod fortasse Imp. orientis per affinitatem connexus, sub tempora Constantini magni, cuius tum familia, ac domus fecundissima. nam Constantio Aug. Constantini patri fuere ex Helena Constantinus Imperator: ex Theodora Constantius, Dalmatius, Annibalianus, Constantia, Eutropia, Anastasia. Constantino Constantij filio ex Mineruina, & Maximiana Fausta liberi septem, quos ante memoraui. Constantio Constantij Aug. filio, & Constantini Imperat. fratri ex Galla Rufini, & Cerealis virorum consularium sorore Gallus Cæsar fuit: Basilina Iulianus Apostata. Dalmatio Dalmatius iunior. Constantia nupsit Licinio Imperatori. ex Eutropia natus est Nepotianus, qui Romæ Imperium paucos dies tenuit. igitur mirum in modum Constantij Aug. progeniem propagatam esse oportuit, tot filijs in nobilissimas familias per coniunctionem adnexis multa cum sobole. dixerimus ne Sophiæ patrem ex Imperatoria stirpe aliquem fuisse, vel Augustorum sanguini propinquum, siue ante, seu post imperium Constantini in Oriente? cui quidem patri, vel iure patrio, vel magistratus, quem gerebat, concessum est, vt in Sophiã filiam causa religionis animaduerteret? atque initio historiæ id videtur significari, Sophiam ex Imperatorum Orientis prosapia fuisse. quamquam deinde Imperatoris filiã acta bis dicant, sed hæc, vt monui, satis confuse.

Iniri posset alia ratio, Sophiæ patrem, ex errore dictum Imperatorem, qui tamen fuerit præfectus, aut dux aliquis militaris, dum persecutio grassaretur in Oriente. sed enim duces prisco more Imperatores acclamari ab exercitu victore soliti. plerique etiam potentia adeò prapollentes fuere, vt Imperatoribus ipsis metui essent, vel imperium inuaserint. Hæc occurrebant, quæ dici poterant, sed nutant in multis. doctiores videant, quid historiæ consentaneum sit. interim cum certum videatur Sophiam non fuisse Imp. Constantinopolitani filiam, erasiter ex hac historia, ea verba, quæ aperte falsa sunt, & eorum loco reposui, Principis viri filia ex familia Imperatorum. reliqua nihil immutauimus.

ANVLVM AVRO EFFVLGENTEM TRADIT] *Beata Agnes apud Ambrosium de sponso suo Christo: annulo fidei suæ subarrauit me. Aur. Prudentius in Sanctos Martyres Hemiterium, & Chelidonium.*

Illius fidem figurans,
Nube defertur annulus.

ILLA VRCEVM MANV CAPIENS BAPTIZAVIT EOS] *mulieribus interdictum fuit baptizare, apud Clementem in constitutionibus Apostolicis, & Tertullianum, sed ij ab ordinario baptizandi ministerio mulieres excludunt. igitur Sophiæ factum vacat culpa, quippe quæ necessario tempore, nullo ne dum Sacerdote, sed nec viro christiano præsente, nec sine diuino instinctu, custode, carceris instruxit, & baptizauit. Theclam etiam Virginem multos Christi fidem docuisse, ac baptizasse, docet in eius vita Metaphrastes, & Basilius Seleucia in Isauria Episcopus. lege notas in eum Petri Pantini.*

Clem. li. 3. Const. Apost. c. 9. Tertullianus lib. de velandis virgin. c. 9. De baptis. c. 17.

ABEVNDI POTESTATEM VIRGINI FECERE] *Quippe iam christiani nefas existimasse visi sunt, christianam Virginem propter fidem carcere detineri; propterea que dimisere.*

IN INSVLAM SICILIAM PROFECTA EST] *verosimile est Syracusas, eiusue litus appulsam, vnde iter est commodius in Pantalicam. Vincentius Sortinensis in poemate suo, Sophiam ait exscensione in Siciliam facta, ad Tria millia venisse, qui locus est tribus passuum milibus, vnde illi nomen, ab vrbe Syracusarum distans, inde ducente Angelo, Pantalicam peruenisse. sed vnde Poeta id hausit?*

IN VRBEM PANTALICAM PERVENIT] *Thomas Fazellus Pantalicæ ciuitatis nomen antiquum putat, deceptus ab hac historia, qua Sophiam peruenisse Pantalicam tradit, vt vere incertum est, quo tempore historia hæc scripta est, ita certum penes me Pantalicæ vocabulum, haud vetus esse. Sortini Incolæ (quod oppidum à Pantalica ad mille passus distat valle interiacente) narrant eo loco, qui Pantalica dicitur fuisse olim antiquissimam, & celebrem vrbem, cui nomen Herbessus, vel Herbessum apud Polybium, Ptolomæum, Stephanum, Plinium, Diodorum, Liuium, & Silium. quamquam Dominicus Niger Herbessum esse dicat, quæ nunc* Vicari; *Leander Albertus, quæ* Cirami, *sed quod errarint, danda est venia, vt exteris, rerum nostrarum*

Th. Fazel. dec. 1. libr. 10. cap. 2.

Niger in Siciliæ descript. Leand. in sua Sicilia

rum minus gnaris.

Polyb.li.1. Diod.li.23

Porrò duas Herbessi nomine ciuitates insignitas fuisse, ex Polybio, Diodoro, & Liuio constat. vtraque Siculorum fuit, ex Diodoro; vtraque mediterranea, ex Plinio, & Ptolomæo; sed altera Sicilia latus orientale, altera spectabat occidentale; atque hæc illa est, cuius meminit Polybius, & Diodorus; etenim primo bello punico, Romanis obsidentibus Agrigentum, locatis ante vrbem castris, aduersus Heracleam, frumenti horreum, ac pene forum, vnde res venales adueherentur, Herbessus fuit. quod opidum Polybius ait, à Romanorum castris non longe aberat. id hodie Gruttas esse putant Fazellus, & Maurolycus.

Faz dec.1. lib. 1. Maurolyc. in indice ad res sicanicas.

Alter Herbessus haud procul Syracusis fuit, vt significat Diodorus; Syracusas, & Leontinum inter Liuius locat, quò Hippocrati, & Epicidi è Leontinis eadem nocte perfugium fuit. hunc Herbessum Cl. Mar. Aretius, Fazellus, & Maurolycus fuisse dicunt, quam hodie Pantalicam nominamus. Argumentum, quò Fazellus ducitur, est origo nominis: quod Herbessus locum cauernosum significat, sed Cluuerius Fazellum reiecit, conijcitq; ex Liuio Palazolum esse Herbessum & si a speluncis nomen deduxeris, multas hic inuenies. Quo tempore Herbessus interierit, incompertum est; Sarracenis Insulam vastantibus rediderim. ijsdem dominantibus, corruptum nomen, & Pantalicam dictam, incerta ratione.

Diod.li.14 Liu.lib 24. Fret in Sicil chorographia. Clu. l.2. Sicil.c.10.

7 MARTIALIS CIVITATIS GVBERNATOR] parum constans Vitæ scriptor in appellando Martiali: nunc Vrbis Gubernatorem, nunc Præsidem dicit. probabilius videtur præfectum vrbis fuisse.

8 IN SPECVM PERVADIT] Sortinum opidum, & Pantalicam inter visitur etiam nunc specus. magnaque apud accolas in veneratione habetur: eique adiuncta ecclesia Sanctæ Sophiæ dedicata.

9 AD PARENTEM REMISIT] Haud difficile est, quod ait Vincentius Sortinensis, Sophiam, ad patrem reuersuram, Syracusas venisse, vnde Constantinopolim transmitteret. sanè is portus Pantalicę vicinior, ibique promptior nauigatio futura.

10 NIVEO LACTE MANARVNT EXCISÆ COLLI VENÆ] Paulo etiam Apostolo, ceruice abscissa, lac pro sanguine fluxit. idemque prodigium in multorum Martyrum cęde contigit. in Sancti Pantaleonis Actis apud Surium. Sancti Antiochi, ex Romano Martyrologio; Sanctæ Catharinæ Alexandrinæ, apud Metaphrastem, septem Virgines excarnificatæ, lac dedere, in Vita Sancti Blasij: Sanctæ Christinæ, resectis mamillis, eius actæ: Sanctæ Victoriæ Cordubensis, eiusdem actæ.

11 GAVDE PATER] Beata Agnes cum choro Virginum parentibus visa, eumdem in modum loquuta est: videte, ne me quasi mortuam lugeatis, sed congaudete mihi, & congratulamini, quia cum his omnibus lucidas sedes accepi ita Sanctus Ambrosius.

12 SVB ANNVM DOMINI CCIII.] Non adhuc compertum mihi est, qua tempestate Sophia martyrium expleuerit.

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES IN PASSIONEM S. NYMPHAE VIRG. ET MARTYRIS

PASSIO S. NYMPHÆ] *passionem S. Nymphæ Virginis ex cod. MS. ecclesiæ Panhormitanæ damus, recognitam ex fide manuscriptarum membranarum S. Mariæ Majoris in Urbe Roma & S. Mariæ transtyberim. extat ejusdem Virginis, & Martyris Nymphæ vita summa cum exarato codice Vaticano, paulum diversa lectione, sed ipsum ferme rebus.*

VIRGINIS, ET MARTYRIS] *Mamilianus Episcopus, ejusque discipuli Eusebius, Provitus, Golbodeus, & Nympha, officijs, & honoribus Martyrum, non modo perfuncti sunt, sed Roma, jam inde ab antiquis temporibus percolitur: quamquam illi multa pro fide perpessi, haud tamen in confessione nominis Jesu Christi martyrio coronati, sed in pace Deum confitentes, exhortis verò à patria demortui sunt: unde honorum Martyrum illis tributi, extorres autem dicti qui mala persecutionis ne fidem prodderent; sua, suosque reliquerunt, exilium voluntarium subijssent, ac patria procul vitam egissent, essentque in fuga, nec sit quisquam qui mortem pro Christo obijsse, nomen, honoresque Martyrii tribuebantur, nam ob easdem virtutes appellat Dionysius Episcopus Alexandrinus, Gallienum Decianæ persecutionis commemorans his verbis:* quid attinet percensere multitudinem eorum, quam solitudine, & montibus vagi, errantesque fame, siti, frigore, morbis, latronibus, bestijs fuerunt exequuti? quorum electorum pauci victoriæ testes sunt ij, quibus adhuc in illo numero vita superest. *Egregium est S. Cypriani testimonium, quod ad rem nostram sit, quidem fugientium persecutionem per solitudines hæc ait:* solus non ob id fratrem in fuga comes est, solus non ob id, qui templum Dei ferebam, vbicunque fugi, sine Deo non fui, &c. *fugientem in solitudine aut latrocinijs oppressum, feræ inhumanæ, fames aut sitis affecerit, vel pontum peregrinationem properantem compositus desuper procella submerserit, spectat militem nostrum Christus, vbicunque pugnantibus persecutionis causa pro nomine suo pulchrum mori certamen reddit, quod dum nos in periculum non profugisse nec minores esse martyrologia nostra probent, & inter multos pensare, cum*

pereundi causa sit propter Christum perire, sufficit ad testimonium Martyris sui, testis ille qui probat Martyres & coronat, &c. igitur vides tempore persecutionis, in fuga, & exilio morientes Cyprianum non modo Martyribus æquare, sed Martyres appellare.

IN SICILIA INSULA] *persecutionem, qua Mamilianus Episcopus Panormi, Nympha, cæterique discipuli ab Aureliano Præfecto pro fide cruciati sunt, Acta Vaticana contigisse aiunt, Constantini magni initijs, equidem crediderim, cum Constantinus in Gallijs esset sex per annos Italia, Africa, & Sicilia Maxentio parerent Tyranno turpissimo, ac sævissimo. nam auctor est Anonymus Constantini Panegyristes, Maxentium Italiam, conductis ad omne facinus satellitibus, oppleuisse, Africam exhausisse, omnes Insulas interiacentes, Siciliam maxime ac Sardiniam exinanisse, memoratque Maxentij ad milites suos nefariam illam vocem fruimini, dissipate, prodigite. vt proinde nō vnum Tyrannum Roma, vbi Maxentius degebat, sed Italia, Africa, Sicilia quot Præfectos, tot fere milites habuit, tot Tyrannos tolerauerint.*

VIR NOBILIS AVRELIANVS] *Aurelianū Imp. ex filia nepotem fuisse, ex contextu diximus libello, de natali die Sanctæ Nymphes.*

QVI ROMANÆ VRBIS PRINCIPES PRÆFECTORIAM CONC. DIGN.] *quinam & Principes, qui Aurelianum Nymphæ patrem Siciliæ præfecerant; eum mandatis, vt in christianos desæuiret, numerus Diocletianus, & Maximianus an Constantius Constantini Magni pater, qui in Occidente, post Diocletianum adeptus est imperium Maxentiæ Italiæ Tyranni? in Diocletianum inclinat animus, qui prepositis edictis rem christianam immaniss me diuexauit. nunne Aurelianus Siciliæ impositus à Diocletiano, ad Maxentium vsque Siciliam tenuit?*

PRÆFECTORIAM CONGESSERANT DIGNITATEM] *totius insulæ Præfectum, & Sicilij Consularem interpretor. eiusmodi prouinciarum seu Præsides, seu Consulares in antiquis Martyrum actis, ac Martyrologijs, nomine Præfectorum nuncupantur. itaque Apricius, qui Imp. Diocletiano Cappadocia præfuit, à Romano Martyrologio*

gio Præses, à Beda Præfectus appellatur: Nicetius eodem Principe Consularis Bithyniæ, in Martyrologio Romano Præfectus: inactis SS. Getulij, & Sociorum, Licinius Consularis, à Beda Præfectus. Aurelianum igitur minime quidem illum vni Panhormæ Præfectum, sed totius Siciliæ consularem extitisse accipio, ex actis eruo, quibus Aurelianus per totam Siciliam legatos cum imperio missos dicitur, qui Virgines vndequaque conquisitas ad se Panhormum adducerent.

7 QVAM VOLENS AB INFANTIA CVSTODIRE] *ita codex Panhormitanus, & Transtyberinus. liber S. Mariæ Maioris habet, ab infamia, eodem revidit.*

8 DVO EX DISCIPVLIS] *alteri ex his Golbodeo nomen fuit. paulo post eadem acta.*

9 QVOD CVM SECRETO ILLA FECISSET] *hæc pauca diuersa traduntur in actis Vaticanis. neque enim Mamiliani discipulos per familiam accitos, & in ædes ad Nymphæ inductos memorant: sed illos, ex Aureliani Præfecti domum adiens, à Beata Nympha visos, cognitosque christianos: mox eandem processisse obuiam, & clam in cubiculum induxisse, à quibus in Christi fide instituerentur.*

10 AD EXEMPLVM DOMINI CVM LAVARENTVR PEDES SS.] *idenim Christus Dominus exemplo nos docuit suo* nec, *quod ait S. Augustin.* dedigneturquod fecit Christus, facere christianus.

S. Augustin. tract. 58. in Ioann.

11 DEPRECOR VOS, VT LAVENTVR PEDES VESTRI PER MANVS ANCILLÆ VESTRÆ] *mirus in Virgine humilitatis affectus, & pietatis studium, hospitibus christianorum pedibus abluendis. neq; enim id muneris demandauit ancillis, sed exemplo Christi, ipsa manibus præstitis suis. sanè vero iam inde à nascente ecclesia, vsitatum fuit, christianos hospites excipere, atq; eorum pedes lauare, ad obsequium hospitalitatis, & quidem officium à viduis exhiberi solitum, docet Apostolus, quas commendatas esse vult labori viduis; si hospitio recepit, si Sanctorum pedes lauit. quamquam vero ipsa ad humilitatis obsequium ab Apostolo viduis commendatum est, nullis tamen fœminarum denegatum, quibus ardor in Christum, pietas in seruos Dei. de nuptijs auctor est Tertullianus, qui inter cætera ad christianam disciplinam pertinentia, hæc recenset. loquens de christiana fœmina, si cum gentili viro iungatur quis ait, in carcerem ad osculanda vincula Martyris reptare patietur? iam vero alicui fratrum adoscultari conuenire? quam Sanctorum pedibus offerre? multo magis id de Siculis Virginibus credendum, apud quas prisco more, solemne illum fuit, vt hospitum pedes lauarent, magno non modo pudicitiæ, sed humanitatis exemplo, docet Athenæus lib. 1.*

Tertullianus lib. 2. ad vxorem cap. 4.

12 VNVS EX EIS GOLBODEVS] *carnotensis in Ms. Parhennitano Galboldeus.*

13 BAPTIZAVIT IN NOMINE DOMINI. *tradunt acta Vaticana, Mamilianum Episcopum vnà cum B. Nymphâ baptizasse viros cum pueris, vernaculos eius, numero trecentos. præterea addunt, paganos quosdam baptismate abluisse, qui illic aderant, quæque ea nocte acciderant miracula, viderant, & Mamiliani Episcopi sermonem audierant. demum baptizatos ea nocte, homines quingentos.*

14 APPARVIT ANGELVS CORONAM ROSARVM, ET LILIORVM FERENS] *coronam rosis, liliisque contextam, ab Angelo delatam D. Cæcilia, eius acta commemorant.*

15 POSTQVAM ERGO BAPTIZATÆ SVNT, SEDENS EPISCOPVS DOCEBAT EAS] *hos Nymphæ famulatus cum Mamiliano Episcopo cõgressus, ac propositas quæstiones, vt leues fortasse acquisiuerit censuerit; & à pietate Virginum, quæ baptizatæ erant abhorrentes, sed excusauerim ex muliebri imbecillitate, an ex ardore discendi, quæ ad salutem animæ pertinerent, quidnam maxime quærerent Virgines, adhuc in fide rudes, quam in ea instituti, quæ ad muliebrem mundum, & ornatum spectarent? sed credideram potius fuisse hæc ab aliquo adiecta. duo id persuadent. primum, quod hi sermones, à verbis illis, postquam ergo baptizatæ sunt &c. vsque ad illa, aurora apparuit &c. non sunt in MS. cod. Vaticano: secundum, quod fere omnes baptismi interrogationes, responsiones sue ex D. Hieronymo, contra Iouinianum desumptas, & communitas aduerti lib. 1. c. 9. n. 9.*

16 FACTVM EST VT AVRELIANVS MITTERET ARMIGERVM SVVM] *armiger, alias satelles, & stipator corporis. Cicero, quis est iste Lollius armiger Catilinæ, stipator suæ corporis, sed consequentibus temporibus, dignitatis nomen fuit. Rutilius.*

Cic. Rutil. itinerar. 1.

Officiis regerem cum regia tecta ministri.

Armigeraque pii Principis excubias.

Ioannes excubitorum. idem

Illustris nuper sacræ comes additus aulæ.

Armiger interea domini vestigia lustrans

Coripp. Eminet exultus super omnia vertice Narses

Agmina.

Coripp. l. 1.

17 RESPONDENTES EX OFFICIO] *qui sint milites ex officio diximus natis de S. Agathæ, & S. Luciæ.*

18 LEVATE MAMILIANVM VNA CVM HIS IN EQVVLEO, ET VERBERIBVS EOS CODITE] *eorum hunc exoriri, & muliebribus constitisse, docent acta Vaticana. sunt vero equuleo torti, fustibus primum cædebantur. Nicephorus deinde Eutropius lector productus est, cum quasi incendiarius per iudices delatus fuisset, & primum quidem bouis distentis sarpus est tactus. postea autem fustibus, & clauis ossa comminuta, vngulis deinde membra, latera, & maxillæ concisæ. postremo flam-*

Nicephor. l. 3. hist. eccl. cap. 23.

mam

nam accensam inferioris corporis partibus is excepit, atque vbi nihil confessi est, post eos, qui dicti sunt, cruciatus, custodiæ inclusus est.

19 VT TRIGINTA QVATTVOR EX EIS CAPITE PVNIRENTVR] *ignotum, quoloco hi beatissimi Martyres conditi sint. agitur in ecclesia Panhormitana eorum festus dies 11. Kal. Iunii.*

20 PRÆGRIENS DE DIVERSIS PARTIBVS SPECIOSAS VIRGINES CONGREGARI] *Acta Vaticana; interea Aurelianus missis equitibus per vniuersam Siciliam, vt obuiumque nobiles essent Virgines ad se venire compellerent; quæ animum filiæ suæ ad suum reuocarent. Ex qua Aureliani potestate toti Siciliæ Præfectum, superius annotauimus.*

21 MISERVNT EIS IN DOLIVM FERVENTIS LIQVORIS] *ita etiam codex Transtyberinus, at S. Mariæ Maioris habet, in oliam. forme idem.*

QVIA PERSEQVVNTVR VOS IN CIVITATE ISTA] *quod Mamilianus Episcopus gregem deserit, cum persecutio non modo in pastorem, sed in gregem concitata esset, nulla eius accusandi subeat animum cogitatio. neque enim aliò profugeret, nisi Angelo commonente.*

23 DESIDERAMVS APOSTOLORVM MEMORIAS VISITARE] *antiquissimum fuit christianorum studium, ac religio visitandi, exosculandique Sanctorum Apostolorum limina, quamquam gladij Cæsarum in nostram religionem immaniter desæuirent, exempla aggerare superfluum.*

24 ET CVM LONGA MARIS SPATIA NAVIGASSENT] *paulum variant acta Vaticana post duodecim, aiunt dies nauigationis, venerunt vsque ad montem Gilium, & exeuntes de naui, rogare cœperunt Sanctum nostrum, vt cum eis simul reficerentur. ad quæ iuuenta dixerunt, nos non habemus potum, quomodo edemus? Sanctus Episcopus dixit: habemus parum vini, causa sacrificandi: bibamus illud. illi autem per præceptum B. Mamiliani cœperunt comedere. tanta autem abundantia in vino fuit, quod inde fuerunt etiam vini ad tantumque exces remanserit, vt naues plenum inde haberent vsque Romam. & exinde cum benedictione Sanctorum nauigauerunt. hæc acta Vaticana, quæ in eo discrepant à Panhormitanis, Transtyberinis, & S. Mariæ Maioris, quod iste, adueniente vini miraculum, in ipsa nauigatione, Panhormo ad montem Gilium, euenisse dicunt. Vaticana acta post exscensionem è naui, & Gilio monti*

25 ET CVM PERVENISSENT AD MONTEM GILIVM] *ita codices omnes, Panhormitanus, Vaticanus, & ecclesiarum S. Mariæ Maioris, & Transtyberinus, quarum auctoritas nisi me coegisset, indubitato emendassem, ad montem Aegilii, siue Igilium. Aige enim patebat Gilium, incertum vnum, quod vetustis aliis affixum videbam, an ab antiquis temporibus, Gilij montis vocabulum, ex Aegilio, vel Igilio ortum? sanè Aegilium Plinio, seu Igilium Rutilio, Insula est Tyrrheni maris bis actis, mons dictus, fortasse ob paruitatem.* Pli. l 3 c. 6 Rutil. itin

26 PERVENERVNT AD PHARVM ROMANI PORTVS] *Suetonius de Claudio Cæsare,* portum Ostiæ exstruxit, circumducto dextra, sinistraque brachio, & ad introitum profundo iam solo, mole obiecta, quam quo stabilius fundaret, nauem ante demersit, qua magnus obeliscus ex Aegypto fuerat aduectus, congestisque pilis superposuit altissimam turrim, in exemplum Alexandrini phari, vt ad nocturnos ignes versum nauigia dirigerent. *sanè Pontius Paulinus pharum Romani portus nominat, itaque phari portum, quem habet inter centumcellas, & Romam. ad Ostia Tiberis fuisse, nemini non notum.* Suet. Claudio c. 20.

27 PERGITE AD LOCVM SITVM IVXTA BVANAM] *sic habet liber Panhormitanus, sed Romani, Vaticanus, Transtyberinus, & S Mariæ Maioris habent,* Bucinam, *vtrumque nomen æque corruptum existimauerim; ac pro Bucina, seu Buana reponendum sentio* Suana, *quæ ciuitas est Tusciæ, propter oram maritimam, in qua reliquiæ S. Mamiliani inuentæ sunt. causas nostræ cathegationis fusè diximus libello de die natali S. Nymphæ, quem post notas ad vitam & translationem Sanctæ Nymphæ dabimus*

28 ARRIPVERVNT ITER EIS A DOMINO PRÆMONSTRATVM] *ex actis, obscurum nobis iter & loca, in quæ SS. Mamilianus, & Nympha secesserint. sed obscuris afferre lucem muneris nostri crediderim. tradunt acta, Mamilianum Aegilio Insula Romam profectum, portus Romani Pharã tenuisse, illinc Angeli monitu, in ea loca perrexisse in quibus Proculus, & Eustotius dilitescebant: pinumque excelsam à litore præmeditatam, & sub ea Cryptam locum acta Romana appellant, Bucinam, Panhormitana vero, Buanam. sed Suanam legendum censeo, & fere conuincit S. Mamiliani corpus in ea vrbe inuentum. ex eo erat animus, castigare acta, ac pro Romano portu, reponere portum Telamonis, qui promontorium Tusciæ apud Pomponium Melam, Plinium, & Ptolomæum. nam portus Romanus aliquot dierum itinere procul est Suana vrbe Tusciæ, introrsum à portu Telamonis, qui ex aduerso Insulæ Aegilij, & proximus. nam Telamon Aegilio distat P. M. XXV. sanè acta Vaticana locum fuisse ostendunt, haud procul portu, & mari, in quæ Mamilianus, & Nymphæ descendisse. etenim aiunt, portu digressis à litore visam pinũ Cryptam indidem, cui incubabat, quæ è Romano portu, seu litore videri nullo modo potuerat. Adde, ex Aegilio Insula profectis ad Romanũ portum, fuisse relegendum iter aliquot dierum in vrbem Suanam, & hinc Romam rursus contendendum; at ex Aegilio recta iter est ad portum Telamonis, eoque ex portu in proximam Suanã. apte igitur componi posse omnia videbantur, si pro*

si pro portu Romano, Telamonis reponeremus. quoniam vero acta omnia portum Romanum constanter habent; immutare, & castigare tot MM. SS. religio fuit.

29 CVM PERVENISSENT AD CRYPTAM] *numne hæc Crypta est, quæ in ædē sacram conformata, hodie visitur in vrbe Suana, sub ecclesia S. Mamiliani?*

30 IN QVA PROCVLVS, ET EVSTOTIVS COMMORANTVR] *corrupte in libro Panhormitano, Eustochius. qui ex eo accepere, falsi sunt, in Romanis codd. Eustotius, ac recte.*

31 QVOS IN PACIS OSCVLO SALVTANTES] *Sanctissimis ecclesiæ temporibus salutationi osculum à christianis vsurpatū Petrus Apostolus fine Epistolæ primæ, & D. Paulus extrema epistola ad Romanos, & ad Corinthios. salutate invicem in osculo sancto. idemque Paulus Apostolus ad Thessalonicenses, salutate fratres in osculo sancto quem morem viris, fœminisque christianis communem fuisse, cognoscis ex Tertulliano in libro, quem ad vxorem scripsit. osculum vero dictum ab Apostolis Sanctum, quod impolluta mente daretur, ex Athenagora, ex Origene, quod pacem in se haberet, in caritate non ficta, itaque Clemens Alexandrinus osculum mysticum appellat. symbolum enim fuit mutui inter christianos amoris, vt Cyrillus Hierosolymitanus docet. qui locum illum epistolæ D. Petri, in osculo sancto, interpretatur, in osculo dilectionis, symbolum item pacis fuit. D. Aug. post orationem dominicam, quam accepistis, & reddidistis, dicitur pax vobiscum, osculantur se invicem christiani in osculo sancto, quod est signum pacis. si quod ostendunt labia, fiat in conscientia. id est quomodo labia tua ad labia fratris accedunt, sic cor tuum à corde ipsius non recedat.*

Clem. Pædag lib 3. Cyrill Hierosolymit. Catechesi mystice. D. Aug. sermon 83. de diuersis.

32 QVO TERRA MEI CORPORIS TERRÆ REDDATVR] *S. Hieronymus de morte Nebridii: reuersa est terra in terram suam, dormiuit in Domino.*

33 HYMNOS DOMINO DECANTANTES *acta vaticana habent, postea quam B. Mamilianus animam efflauit. Nymphā cæteroſque discipulos Angelorum laudes audiuisse, & tum eis corpore coelitus esse vsque ad auroram. qua exorienti, Mamilianam magistrum sepeliuere.*

34 SEPELIERVNT EVM IN EODEM LOCO] *memorat Philippus Ferrarius, corpora Sanctorum Mamiliani, Nymphæ, Proculi, Eustotij, & Golbodei à Bucina Insula (Suana vrbe dicebatur olim) Romam translata, in ecclesiam S. Mariæ Montis coeli, anno CIↃ. XXXIII. Vrbano II. Pontifice, & Mauritio Episcopo Portuensi. sed partem aliquam corporum intelligas, alioquin falso dicam. cæterum de horum Sanctorum reliquijs diximus libro de natali die S. Nymphæ.*

Phil. Ferr. catal. de ss. ital. die 5. sept.

35 PROCVLVS EVSTOTIVS ET GOLBODEVS, ETC.] *sed in Vaticani actis habetur eorum corpora supposita fuisse a Beata Nympha intra basilicam, quod milliario vno à Bucina situm erat. eadem paulo post tradunt, Nymphæ in crypta conditam, iuxta corpora Sanctorum Martyrum Mamiliani, Proculi, Eustotij, & Golbodei. sed pro Bucina Vegentium, Suana superius dixi.*

MIGRAVIT AD DOMINVM MENSIS NOVEMBRIS DIE XII.] *Martyrologium, ac a plerique recentiorum ad IV. Idus Nouembris diem natalem agunt Sanctorum Martyrum Tryphonis, Respicij, ac Nymphæ Virginis, nulla loci commemoratione, vbi fortiter pro Christo decertauere, unde ipsa etiam luce nox, quæ habet Nymphæa? Panhormitana, an altera quæ? haud promptum statuere ingenij, etiam magnis. in quam has tenebras Baronius ornamentum seculi nostri, haud tamen diffixit proposita dilucidatæ actorum dimensione, implicitum negotium dextrimanu, eadem super reducta ad doctissimus Molanus, ex definire quidquam ausus promptior Maurolycus noster, vtque indigena ad nostrate Nymphæam inclinare visus est. Aurelius (falso imperatoris) filiam appellans, Nymphæam enim Panhormitanam ex Siciliæ Præfecto progenitam acta testantur. sanè Vincentius, Antonius, Petrus Equilinus, & Galesinius à Nympha Panhormitana longissime abeunt: adi, si libet. tibi verò pro compertò est Siculam Nymphæam aliam esse, atque eam quæ hac die colitur. de qua nonnisi mox dicemus. Quis nam igitur in Panhormitana ecclesiam inductum, vt ad 4. Idus Nouembris vitæ natalis dies in alterius Nymphæ festa luce celebraretur? cur esse, si fas ariolari, institia fortasse, & historiarum ignoratio. haud multos ante annos, qui ecclesiasticam disciplinam in Siciliam vrbe instituerunt non aliam esse Nymphæam existimauere, quam cuius natalem diem ad 4. Idus Nouembris Roma celebrares: mox ne rubrio, & se pertæsus ille quidem, diuersæ Nymphæ penitus ignorarit. Nec mirum cum tempestate nostra agre id nouum, tuæ monumentorum recens inuenta. simul impulit auctoritas ecclesiæ Romanæ, quæ apud omnes plurimum semper valuit. nonnemo vt nostra ætate animaduerterent ad 4. Idus Nouembris Nymphæum celebres, in eundem scilicet diem vbi facile sisteret quod recentiores nouidisse infamis monstrabo. ex ipsa etiam vicinia error, quod vtriusque Nymphæ natales diuersa die cum essent duobus solum diebus interiectis. Nymphæa enim Nicæna ad 2. Idus Nouembris in fastis adscripta. Panhormitana pridie Idus colitur.*

36

a Abbas Maurolyc. M. Bellin. I Molan ad Vsar.

Baron. motis ad martyr. Rom.

Molan. notis ad vsuardum. Maurol. in Martyrol. Vincent. I. II. cap. 47. & 48.

Ant. in historia tit. 7 cap 7. Pet Aequ. lib 10. c. 7 Galesinius in martyrologio.

Quoniam vero erroris caput est, Nymphæ vnius existimatio. illud mihi probandū, Nymphæam falsò eam censeri ab hac Nymphæa Panhormitana falsò eandem putari, quæ cum Tryphone, & Respicio colitur, sed duas esse Nymphas longe diuersas: multa præ se sunt argumenta: ætas, regio, patria, parentes, ac totius à quibus regiatur: Provincia vrbes tum, e quibus in vestis excessere, genus, dies quo mortis, locandi

quia-

quiarum vtriusque Nymphæ, hæc inquam omnia plane diuersa conuellunt errorem, verum firmant.

Principio diuersa acta cum manu exarata, tum in vulgus edita, Nymphas duas manifestè cõuincunt; actorum initium Tryphonis, atque Respicij, cum quibus cruciata dicitur Nympha id est mortuo Claudio Cæsare, &c. quæ extant Romæ in Bibliotheca Congregationis Oratorij. quamquam ijs in actis de Nympha nihil: ad eadem tamen eius cædes additur à Vincentio, Equilino, Galesinio, aliisque. Nymphæ vero nostratis acta incipiunt: In Sicilia Insula, in ciuitate Panhormo &c. Seruantur in eccl. sia Panormitana, itemque Romæ in Bibliotheca S. Mariæ Maioris, & Sanctæ Mariæ Transtyberim; neque ab his multum dissentiunt libri calamo scripti Bibliotheca vaticana. in codicibus Siculis, quæ de S. Nympha memorantur ab actis alterius Nymphæ multum discrepare aduertit eruditissimus Baronius sed castigasse oportuit, ac duas inde Nymphas distinxisse, acta ipsa vt comparare inter se quiuis possit, post disputationem exscribemus.

II
a Th. Faz. Prædec 1.8. I. Iac. Hadria de situ Maz. Tho. Porcacch. de vita Sanc Nymphæ. Marcellus Crassus de vita S. N. Sim. Paris. in descrip. Sicil.

Non eadem est vtriusque Nymphæ regio ac patria, altera Panhormi in Sicilia a orta; altera Niceæ in Bithynia: quæ Regio est Asiæ, atque hanc certum omninò est, commotam occasione certaminis, ac miraculorum Tryphonis, ac Respicij; simul comprehensã, cum Iesum Christum verum Deum contestaretur plumbatis interfectam. Nec quisquam scriptorum in martyrio Nymphæ variat: de Tryphone non eadem traduntur. Nã Petrus Equilinus, & Galesinius Absadi in Saxonia ferro extinctum memorant. Vincentius, & Antonius, è Saxonia, quæ corrupte apud eos Saussaconia, Niceam scribunt ad necem protractum. Græcorum Menologia affirmant, lampsaci natũ in opido Phrygiæ, inde Niceam perductum, cæsumq; Acta vero congregationis Oratorij Tryphonem ac Respicium genere quidem Phrygios tradunt ex vico apud Apameam, ibique tentos & Niceam adductos martyrium expleuisse. cum igitur pene omnes constanter affirmant Tryphonem & Respicium in Saxonia, an Niceæ pro Christo interfectos, & eorũ eade Nympham ad fidem conuersam; plane conficimus siue Absadi Saxoniæ vico seu Niceæ in Bithynia vitam cum Tryphone, ac Respicio finiuisse ceterum acta nostra longissime diuersa ab ijs tradunt. fuisseque Nympham in Insula Siciliæ. in ciuitate Panhormo. igitur altera præter Nicænam Nympha genere Sicula, patria vero Panhormitana reuincitur.

III
Equil. l. 10. c. 42. Volater. in antropologia. Maurolyc. ad 4. Idus Nou.

Idem probant genus, ac parentes inter se diuersi. Nymphæ enim Nicænæ genus obscurum, parentes incerti, neque à scriptoribus traditi: Equilinus, & Volaterraneus Virginem vestalem nominant, ceteri Virginem quidem, nullo tamen insigni titulo nobilitatis. At Nympha Virgini Sicula clarissimũ genus. Nam filia præfecti Siciliæ Aureliani fuit. homologia nominis falsus Maurolycus, nisi librarij sit error. filiam scribit Aureliani Imperatoris. Nam si de Niceña id esset, nutat. etenim sub Decio sublata est, quo posterior Aurelianus iuuat Vopiscus, qui vnicam filiam, eamque superstitem ab Aureliano Imperatore relictam scribit. si de Nympha Panhormitana loquatur, aduersantur acta, quæ filiam esse tradunt Aureliani Siciliæ Præsidis.

Equidem quod nemo prę me vidit ad Imperatorum stirpem Nympham Panhormitanam refero. viam ad coniecturam aperuit Flauius Vopiscus eius qui scriptor: recito verba: [Aurelianus filiam solam reliquit, cuius posteri etiam nunc Romæ sunt; Aurelianus namq; proconsul Ciliciæ Senator optimus, sui vere iuris vitaq; venerabilis, qui nunc in Sicilia vitã agit, eius est nepos.] Cuspinianus eumdẽ vocat Siciliæ Proconsulẽ.

Igitur Aurelianus Senator, qui Ciliciam primum administrauit, dein siue inuidia temporum, siue cupidine quietis in Siciliam se abdidit. an quod illic clientelæ manebant, agrius, & fauor nominis aut Augusti? Panhormi amœnitates ei placuisse crediderim, vbi Nympha auctus vnica filia: neque hic diuturnum illi otium fuit. Diocletiani, Maximianique deposita cum purpura versis rebus, Siciliæ præpositum credibile est; incertum à quo Cæsare, à Constantio, an à Constantino filio, an à Maxentio, occupata Italia: nihil statuo. sed Aurelianum Aureliani Augusti nepotem, tempora reputans, in quę incidit, vt Nymphæ patrem, hanc proneptem Imperatoris asseuerem, inducor. Etenim acta vaticana Aurelianum Siciliæ Proconsulem, filiamque Nympham initijs Constantini magni, pro fide passam tradunt, quod existimauerim contigisse cum Tyranno Maxentio Sicilia pareret. Sub idem tempus Aureliani Augusti nepos Aurelianus in Sicilia degebat. quod Flauio Vopisco auctore firmatur, à quo historico scriptore tunc tẽporis vita Aureliani Imperatoris scribebatur, ab eius excessu annos prope septem, & viginti Constantij Cæsaris exordio. ex quo liquet. Aurelianum Nymphę parentem eumdem esse, atque Aurelianum Aureliani Imp. nepotem, cuius meminit Vopiscus. suadet præter synchronismum claritudo generis. cui nam Cæsar Siciliam regendam committeret, nisi Cæsaris nepoti, in Sicilia vitam agẽti? Neque ego coniecturam meam pertinaciter retinuerim, neque quisquam adeo promtep refutauerit.

Alij Imperatores, ac Iudices, alia Prouincię, vrbesque, in quibus ea Virgines excruciata. Nam altera Nympha Niceę in Bithynia passa est, Imperatore Decio, Anulino Præfecto; ita constanter, Martyrologia, & Menologia. Altera Panhormi in Sicilia supplicijs affecta Imp. Constantino magno, Aureliano parente Præside. de Aureliani Præfectura affirmant acta manuscripta ecclesiæ Panhormitanę, S. Mariæ Transtyberim & S. Mariæ Maioris. cruciatam vero Nympham ipsa inter initia Constantini magni principatus, acta vaticana plane testantur

V. Ni-

Digitized by Google

V. Nicenę Nymphæ socij Tryphon, atq; Respicius tribunus militum: Panhormitanæ Mamilianus Episcopus Panhormi, & Golbodeus eius discipulus; itemque Proculus, & Eustotius. vnaquaque verò sais cum socijs consepulta.

VI. Diuersa series vtriusque passionis, ac genus, itemque mortis. nam altera miraculo S. Tryphonis ad Christum conuersa, cum se christianam profiteretur, plumbatis cæsa est. altera christianorum incedentium commota modestia ad Christum traducta, & à S. Mamiliano Episcopo baptizata: dein immissa in olei feruentis dolium, & vexata carcere. illa sub plumbatis spiritum exhalauit. hæc vero erepta tormentis, sine incruento quieuit. illa Nicæ, patrio in solo mortua; hęc Panhormi quidem passa, sed alienas terras morte nobilitauit. Enimvero tradunt acta, Mamilianū vna cū Nympha, & Golbodeo è custodia ab Angelo eductos ad litus vsque insciensa naui, quę oram prater nauigabat, inde soluisse, peruenisseque ad montem Gilium, quod verò locus esset à strepitu semotus, aptusq; rerum diuinarum contemplationi, ibidem per aliquot dies, an menses, constitere: ex eo monte Romam cum nauigarent, vt Sanctorum Apostolorum sepulcra venerarentur, ad Pharum Romani portus appulsum est, vbi nocte oblatus per quietem Mamiliano Angelus monuit, è naui egrederentur, pergerentque ad locum Bucinam iuxta situm, ac discipulos Panhormo extorres, quò persecutionis metus compulerat, in Crypta delitescentes adirent. facta luce ad commõstratum locum iter ingressi conuenere Proculum, & Eustotium summa omnitū gratulatione. institutam inde peregrinationem maturauere; Roma redeuntes idem locus excepit; ibi Mamilianus breui mortē obijt; ab eo sex intra menses, eoncessere vita Proculus, Eustotius, & Golbodeus; eodemq; in loco vna omnes consepulti. Nympha vero vndecim post menses, ac dies quattuor in cœlum migrauit; Mamilianum iuxta, discipulosque posita quo loco à christianis ecclesia constructa est. sic acta Panhormitana; S. Maria Maioris, & S. Mariæ Transtyberim. Vaticanus vero codex habet, corpora Beatorum Martyrum Mamiliani, Proculi, Eustotij, & Golbodei à Nympha prope balneum condita, quod à Bucina milliario vno situm erat. Nympham in eadem crypta sepultam, vbi ædes excitata est à christianis.

Equidem ingenue profiteor, diu me torsit hæc Sanctorum Mamiliani, ac Nymphę nauigatio, locorumque descriptio. nam obscura satis ex actis, quis enim is mons Gilius, quę Bucina? iuxtaque balneum? quæ Crypta? sed obscuris lucem pro nostra tenuitate conemur afferre. Sanè haud longe ab ora maritima, atque à portu Romano loca ista fuisse videntur. Gilius quidem mons recens vocabulum, sed ab antiquo detortum: Quod Gilium est Ennio, & Rutilio, Insula Tyrrheni maris, Plinius Aegilium appellat, ponitque contra Cosanum litus. Igilium autē siue Aegilium, quem acta Gilium montem, forte ob paruitatem vocant, Insula est, quæ ævo nostro dicitur Giglio vt Leander, Marius Niger, & Habrahamus Ortelius affirmant; & soni homologia conuincit.

Ceterum Bucina obscurior nobis locus. non ignoro Bucinnam Siciliæ opidum apud Stephanum, Siciliæ Insulam Plinio, Sardiniæ Anastasio: sed nihil ad rem: nam Bucina, quo Mamiliano, & Nympha ex portu Romano iter, in continenti fuit. hic ego coniecturam exponam, quæ huic noctifaculam præluceat: in Panhormitano, pro Bucina, descriptum est, Buana: vtrumque vocabulum corruptum. sed ipsum ex vulnere præsens mihi remedium. nam legendum censuerim Suana, ac facile antiqui codicis litera S, in B, mutari potuit à librario.

Steph. de vrbibus. Plin. lib. 3 cap. 8. Anastasius in Pontiano.

Suana autem Plinio, ac Ptolomæo Vrbs est Tuscia, haud longe ab ora maritima, Insulam Igilium contra. castigationem hanc locus, ac res ipsa firmant. Auctore me cum Senarum oram, ac Diœcesim Suanensem ad excursionem animarum obirem, corpus S. Mamiliani Episcopi Panhor. Suanæ inuentum in ecclesia eius nomini dicata, inciſum marmore epigramma decuit.

Plin. l. 3. c. 5. Ptol. Geogr. l. 3.

HIC IACET CORPVS
SANCTI MAMILIANI
PANHORMENSIS EPISC.

Rectius Panhormēsis

INGENS inde mihi cupido effodiendi corporis, quod sub ara condis fama erat, factumque à me permissu Metelli Bichij, tum Suanensis Episc. viri humanissimi, ac præstātissimi, qui in Aula Pauli V. P.M. munere Auditoris, deinde functus est. itaque manibus meis ara patefacta, S. Mamiliani corpus magno omnium gaudio inuentum, ac sacro sanctas nostratis Archiepiscopi reliquias à me diu perquisitas licuit contrectare, exosculari, venerarique incredibili lętitia, animo gestiente, eadem in vrbe crypta ostenditur, quam illam ipsam puto, qua Sanctorū Martyrum domicilium, deinsepulcrū fuit.

nosque

Digitized by Google

à senioribus traditam adhuc apud incolas extare comperi; Mamilianum è Sicilia in Igilium naui vectum, eaque ex Insula ad Suanenses delatum. Hæc dixisse collubitum vt SS. Mamiliani, Nymphæque nauigatio, & loca, quæ adiere, ac morte illustrauere, cognoscerentur. Nam Panormo soluentes in Insulam Igilium appulsi, inde Romam, ex vrbe in cryptam secessere iuxta Suanam Tusciæ ciuitatem: in qua supremum diem pie, sancteque expleuere. supra cryptam vero ecclesia S. Mamiliano dicata manet.

VII. *Varia sunt loca, in quibus reliquiæ vtriusque Nymphæ seruantur; ex his duo corpora, ac Nymphæ duæ alterius Nymphę corpus, cum Tryphone, ac Respicio, Romæ in æde S. Spiritus in saxia sub ara maxima conditum. is vero locus Tyberim inter, & Basilicam S. Petri, qui nunc saxia olim saxonia, ac vicus saxonium dicebatur. nomen inditum à saxonibus, qui cum sæpius rebellassent, ab Imperatore Carolo Magno victi compulsique solum verterunt. plerique eorum in vrbe eam sedem accepere. Hinc illorum haustus error, qui Tryphonem, Respicium, ac Nymphan in saxonia passos scripsere. ijs enim sepulturæ Martyrum idem est atque passionis locus, sed falsò. Nostratis vero Nymphę corpus Romę quidem, sed in ecclesia Sanctę Mariæ Montis cœli seruatur. eam ædem, cum Romæ agens inuiserem, tabellam hanc ueri testimonium, ad aram pendentem legi exscripsique.*

Anast. in leon 4.

In hoc altari sunt corpora SS. Mamiliani Episcopi, Golbodei, Astotij Proculi, ac Nymphæ Virg. & Mart.

Antiphona.

Isti sunt Sancti, qui pro Dei amore minas hominum contempserunt SS. Martyres in Regno cœlorum exultant cum Angelis. O quam pretiosa est mors Sanctorum, qui assistunt ante Dominum, & ab inuicem non sunt separati.

℣. Lætamini in Domino, & exultate Iusti.

℟. Et gloriamini omnes recti corde,

Quæsumus Omnipotens Deus, vt sicut nos iugiter Sanctorum Martyrum tuorum Mamiliani Episcopi, Golbodei, Astotij, & Proculi, atque Nymphæ Virginis commemoratione lætificas; ita semper supplicatione defendas; per Dominum nostrum.

Neque percellat animum, quod Mamiliani corpus Romę esse dicatur cum Suanæ inuentum supra firmauerim. mos olim apud maiores nostros fuit, vt corporis, mębriue insignior pars, eodem nomine compellaretur. Vnde ortum, vt idem corpus, aut membrum pluribus in locis esse à scriptoribus tradatur. igitur cum Sanctorum Mamiliani, Golboldei, Proculi, Eustotij, ac Nymphæ corpora in æde S. Mariæ montis cœli condi legis, minime illa integra esse in animum inducas tuum; sed præcipuas eorũ partes. vidi ego, cum in vrbe versarer, permixta ossa, nonnulla in vase ex vitro con-

Io. Molan. de Martyrolog c. 13 Bar. notis ad Martyrolog. Ro.

dita, cum inscriptione. SS. Martyrum Golbodei, Proculi, & Eustotij, ac seorsim SS. Mamiliani, ac Nymphæ capita in auro ex lignotbecis inclusa. quod vero caput B. Nymphæ asserimus ad Panormitanos delatum, magnam partem capitis in elligie eiusdem item Nymphæ caput. quod Romę in ędę S. Mariæ montis cœli manet, haud illud integrum est, sed insignis quædam pars capitis quod ipsi vidimus, & ex animo testamur. has vero reliquias SS. Mamiliani, Nymphæ sociorumque crediderim Suanam in vrbem deportatas. nam inuentio S. Mamiliani, quæ Suanæ instante me, obtigit, secunda fuit. plurimos ante annos eius corpus primum inuentum, in eiusdem ecclesiæ libris reperi, celebratumque inuentionis primæ diem ad 16. Kal. Iulias. tum igitur vel multò etiam ante, ex reliquijs SS. Mamiliani, Golbodei, Proculi, Eustotij, ac Nymphę Virginis, alias aliò exportatas putauerim. enim vero S. Mamiliani caput Romæ est in æde S. Mariæ Montis cœli, alterum è brachijs in Insula Igilio, alterum in proxima Insula Ilua: Suanę vero maxima pars corporis in æde eius nomini dicata seruatur.

Constat ex his, verum esse Nymphę Panormitanæ caput, quod Roma paucos ante annos Panormum translatum, falsique redargui criminatores. nam Clementis VIII. P. M. auctoritate ex ecclesia S. Mariæ montis cœli desumptum est, in qua reliquiæ SS. Martyrum Mamiliani Episcopi, Golbodei, Eustotij, Proculi, ac Nymphę Virginis, vt ante memorauimus, conduntur. exemplar publicarum tabularum ad habendam fidem iam olim edidi, & quod tunc deerat, repertum est.

VIII. *Extremum non vnus est mortis dies, qui idem atque natalis: Nympha cum Trypbone, ac Respicio, Niceę sublata est decimo die Nouembris, isque in actis cum in lucem editis, tum manuscriptis notatus. Panormitana vero Nympha duodecimo mẽsis item Nouembris ad sponsum suum migrauit, quem diem firmo vetustissimis codicibus manuscriptis trium antiquissimarum ecclesiarum: è quibus altera est S. Mariæ Maioris, altera S. Mariæ Transtyberim Vrbis Basilicæ nobiles, tertia est Siciliæ inclyta Metropolis, Panormitana ecclesia. in omnibus harum trium Basilicarum vetustis passionarijs Siculæ Nymphæ dies natalis duodecimus Nouembris adnotatus est, sanè plurium codicum auctoritate, & fide vaticanum exemplar emendare posse videmur; in quo dies nostræ Nymphę natalis decimus Nouembris inscribitur; sed ex errore librarij. is cum Nymphan videret hoc die infastos Romanos adscriptam, eamque Panormitanam, cuius vita exscribebatur, existimaret, codicem falsò correxit sed priora exemplaria maiore penes me fide, quod antiquiora, dictionisque purioris.*

Vnum hic omnes admonitos volo, in codicem scriptum ecclesiæ Panormitanæ nescio quis flagrio manus iniecit, magno insciliæ, ac audaciæ simul exemplo. Nam cum de

Digitized by Google

Nympha exaratum in eo esset: migrauit ad Dominum mensis Nouembris die duodecimo; sciolus aliquis errorem in codicem inductum putans, corrigendum censuit, ac vocem (duo) erasit, attamen vestigia literarũ manent, quamquam deraso atramento: seruaturque codex in ecclesia Panormitana, inspiciant haud incuriosi rerum: comprehendent, quod affirmamus, ac probabunt, Inde eruo, maiores nostros duodecimo die Nouembris, S. Nymphæ natalem Panormi celebrauisse. argumentum, quod is dies in Passionario scriptus est, in quo illius officiũ per lectiones digestum legitur cuius penes ecclesiam Panormitanam, vsus olim fuit. is vero codex, cum non nisi ante annos centum videatur exscriptus, existimo recenti pene auo deprauatum. certum vero annum, tempusque, quo res acciderit, quis diuinet? fortasse non deerit, qui coniiciat, id factum quibus temporibus Pij V. P.M. decreto Breuiarij Romani vsus, sublatis proprijs, in omnes ecclesias inductus est; tum enim lectionario suo Panormitana ecclesia vti desijt, cum Romanum Breuiarium recepit. in quo cum Nycæng Nymphæ memoria, vnàq; Tryphonis, & Respicij decimo die Nouembris ageretur, eodem ipso die Nympha nostra celebrari cœpit. atque id est, quod opere maximo miramur, errorem non multos intra annos obortum, nostramque Nymphã cum Nicæna confusam, eamdemque existimatam, nedum eodem die cum illa cultam breuique adeo obscuratam veri notitiam, vt corrector ille, an corruptor, ausus sit ferro codicem temerare, cui ferrum ipsum parsit: ac reueritus libri religionem, litterarum notas veri indices reliquit. Ceterum cum pro nobis sit, cum fides vetustorum codicum manu exaratorum, neque libri vnius sed plurium, tum auctoritas inclytarum Basilicarum S. Mariæ Maioris in vrbe Sanctæque Mariæ Transtyb rim, ac S. Mariæ Panormitanæ, & antiquitas vt ecclesiarum ita codicum maxime duarum Bibliothecarum Vrbis, valere plurimum debeat, re perspecta: in eam omnes sententiam ituros facile crediderim Nymphas duas, ac dies vtriusque natales plane diuersos esse. cõtra nihil est, prater quam vsus per errorem inductus. At quid vetat, inquies, duas Nymphas eodem die mori potuisse? haud sterm, inficias, & alia suppeterent exempla. sed hic cum refragentur acta, reclament veteres membranæ, antiqua passionaria antiquarum ecclesiarum vitium conuincant, haud fas iterum male arreptũ pertinaciter persequi velle; & quod turpe est, errare in natalitio patronæ: ea volente, ac petente corrigamus errorem. Nymphas duas cognoscamus, ac percolamus; sed vtramque die natali suo Et quem in finem institutus est sermo, auctoribus manuscriptis libris, totque rerum firmamentis, anniuersariam Panormitanæ Nymphæ memoriam in diem duodecimum Nouembris, qui dies eius est natalis, restituamus. Opera pretium erit, virisque doctis gratum vtriusque Nymphæ acta legere & inter se conferre. nostratis Nymphæ acta ex M.S. cod Panormitano exscripta habes in historia nostra SS. Siculorũ Alterius bicadnectam ex Bibliotheca Congregationis oratorij in vrbe; vt erant rescripta. scatere ea mendis statim qui legerint, aduertent felicioribus ingenijs facem prælaturus, epemea, quæ potui, correxi. castigationem ad oram vides.

ACTA SS. MM.

TRYPHONIS AC RESPICII

Ex M.S.C. Congregationis Oratorij in Vrbe.

Nunc primum edita.

MORTVO Gordiano Cæsare, & successore eius Philippo cum regnaret Decius relatum est Aquilino Præfecto Orientis quod a scientiæ diuinæ cultura potissimum haberent erga SS. Tryphonem, atque Respicium. non enim latere poterant, quoniam aliquot annos per donum, & gratiam Dei, præditi erant varijs meritorum virtutibus. missis igitur ex officio apparitoribus, rapti sunt à Frontone pacis Principe b à primæ ciuitatis, qui exierat ad exquisitionem Sãctorum cum persecutoribus. hoc autem erat indictum à Præfectis, quos inuentos tradiderunt militibus qui ligauerunt eos, & traxerunt in ciuitatem Meetẽ, c ibique in carcerem miss sunt ab Aquilino Præfecto, qui à publicis negotiis fuerat occupatus de eis magna fama volitabat, & essent Deo christianorum digni in omni virtutum promotione perfecti.

Post paucos dies iussit eos introduci. ingressi autem, succensi sunt vehementer igne Spiritus Sancti, & eum omni fiducia loquebantur;

a Iocus corruptus

b Leg. Apamex.

c Leg. Nicæam.

Digitized by Google

bantur verbum Domini. ſic optimum dominicę confeſſionis certamen imperterriti aggreſſi ſunt. Pompeianus vero Primiſcrinius magno officio dixit: Adſunt, ô Præfecte, Sancti de Apameę finibus a de Sanſoro vico appliciti, circa eminentiſſimum, & illuſtre tuæ poteſtatis tribunal interrogãdi. Tyberius Graccus Claudius Aquilinus dixit: quod nomen eſt vobis? Sancti reſpõderunt: alter noſtrum Tryphon, alter vero Reſpicius vocamur. Tyberius dixit: cuius fortunæ eſtis? Sanctus Tryphon dixit: fortuna ſiquidem nulla eſt apud Chriſtianos, ſed omnia ex diuina diſpoſitione aguntur, arte vero à quibuſdam hominibus nominata eſt. ſed & ſi vis ſcire genus, ingenuis quidem ſumus natalibus. Pompeianus Primiſcrinius dixit: ſcio vtique, & tales iuſſit imperator viuos incendi, niſi ſacrificauerint Dijs. B. Reſpicius dixit: vtinam digni inueniamur pro Chriſto Domino noſtro ignibus viui cremari: tu autem quod tibi præceptum eſt, implere ſatage. Aquilinus dixit: Sacrificate Dijs, quia video vos legitimam ætatem habentes, perfectumque intellectum poſſidere. S. Tryphon reſpondit perfectum intellectum habemus in Domino Ieſu Chriſto, ideo cupimus perfectiũ pro eo intellectum poſſidere, & ad plenum producere agonem.

Hic Aquilinus iuſſit eos torqueri, ſi minime conſentirent. at illi protinus depoſuerunt veſtimenta ſua, & vltro dederunt ſe queſtionarijs ad torquendum, & cum fortiter torquerentur, nullam vocem emiſerunt, ſed patienter ſuſtinuerunt quia timorem Domini in animo retinebant. & cũ fere per trium horarum interuallum torquerentur, non ceſſerunt carnificibus, ſed de Omnipotentia Dei, & pœna colentium Idola tum Præfecto fortiter diſceptabant. Hæc audiens Aquilinus, iuſſit, vt egredientes in venationem alligatos Sanctos traherent, glaciali tempore pruina a diſcendente & ideo diſruptæ ſunt plantæ eorum. de venatione autem regreſſos in Palatium, iuſſit Præfectus Sanctos præſentari, & ait ad eos: Poteſtis ne vos de reliquis caſtificari? Tryphon reſpondit: ſemper caſtificamus nos coram Domino, cui inceſſanter ſeruimus. Aquilinus dixit; recipiantur in carcerem, vt dilatione conceſſa, moneant interim ſe ipſos, quatenus abiecta dementia, prompte Imperatoris iuſſa ſequantur: Nam teſtor Deos noſtros, quia niſi immolauerit is, ingentibus pœnis, & cruciatibus conſumemini.

In ipſis diebus præfectus profectus eſt ad alias ciuitates, & poſt aliquot dies reuerſus Niceam ciuitatem ſuam, iuſſit ſibi Sanctos Dei præſentari, & dixit eis: deliberaſtis apud vos per tanti temporis ſpatium quemadmodum horrifica verbera euadatis audite me, filij, & ſacrificate Dijs, Sanctus Tryphon reſpondit: caſtificat nos Iudex omnium, Deus totius creaturę formator. rurſumque aiunt: nihil à nobis primum quæras, nihil extremum requiras, niſi quæ à nobis in primis audiſti, quia fidem noſtram nemo ſubuertere poteſt. Nam Dominus Ieſus Chriſtus dixit; quicumque negauerit coram hominibus, negabo eum coram patre meo. Aquilinus dixit: vobis ipſis miſeremini, & magnis Dijs immolate, quia video in vobis diſciplinam, & ſapientiam. Sanctus Reſpicius dixit; nobis ipſis miſereri melius non poſſumus, quam confitenter confiteri Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum Iudicem verum, qui ſingulorũ acta diſcutere veniet. Aquilinus dixit: deferantur claui & configantur pedes eorũ quod cum factum fuiſſet, per medium ciuitatis in aſperitate hyemis, in vehementia tempeſtatis trahebantur. non enim eis Diabolus nocere potuit, ſed magis ac magis cõfortabantur in Domino. Aquilinus dixit: quid eſt? non ſentitis tormenta? Sancti reſponderunt: non, quia claui non ſunt fixi in pedibus noſtris, ſed quaſi in calceamentis. Præfectus admirans tantam eorum perſeuerantiam, iuſſit eos manibus poſt tergum ligatis, nudos cædi, & cum acerrime cederentur, Queſtionarij deficiebant.

Præfectus ira repletus, iuſſit vngulas, ac lampades eorũ lateribus applicari. Queſtionarij accidentes inſſa complebant. igitur applicantibus eis lampades, aſtitit Sãctis Angelus Domini coronas habens in manibus, gemmis, & floribus ornatas, quas capitibus eorum impoſuit, atque fortes in agone perfecit. quod cum viderent Miniſtri, cadentes in terram, facti ſunt veluti mortui. Eleuantes autem Sancti oculos ad cœlum dixerunt: Domine Ieſu Chriſte, ne Diabolus prevaleat aduerſus nos, ſed exaudi nos, & perfice curſum noſtrum, vt tua ſit pugna, & tua ſit victoria. Tunc Aquilinus dixit tortoribus: niſi conſenſerint Imperatori, torquete illos, quouſque poſſint ſuſtinere. cumque nimium torquerentur, non ſentiebant dolores, quia quæ illis inferebantur, forti animo reſpuebant: dixit eis Præfectus: diſcedite à tali dementia, & cõſulite ætati veſtræ. Sanctus Reſpicius dixit: iam, maligne, audiſti à nobis quia nos ſubuertere non poteris talibus verbis. nam hoc ſcire poteris quod numquam lapidibus & ligni inclinamus, quia Dominum verum colimus, & illi ſoli ſeruimus: igitur quia talem Dominum habemus, nulla nos pœna poteris ſeparare à caritate eius. Poſtera igitur die Aquilinus ſedens pro tribunali, dixit Sanctis: Obeditis præceptis Imperatoris? Sanctus Tryphon reſpondit; ſæpe diximus tibi quia Dominum viuum qui in cœlis eſt colimus, & timemus. Aquilinus dixit: plumbatis eos tundite intolerabilius cumque prolixius cæderentur, non prævaluit in eis varietas tormentorum.

Tunc Præfectus ira maxima commotus iuſſit gladium adduci, & conſilio accepto, ſententiam protulit, dicens, Pueros hos genere Phrygios, chriſtianos, Imperatorum iuſſis obedire nolentes, decollari iubemus. Milite itaque duxerunt Sanctos ad locũ decollationis. eleuantes autem manus ſuas

a leg. lam pſac.

e leg deci dente.

inuictissimi testes Christi Tryphon, atque Respicius dixerunt: Domine Iesu Christe, suscipe animas nostras, & colloca eas in sinu Patriarcharum, & hæc dicentes victimæ Christi præbuerunt vltronei ceruices gladiatori, sicque mucrone iugulati, beatissimas creatori animas reddiderunt. visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace, & sequuntur agnum quocunque ierit. conuenerunt autem religiosi viri & Sacerdotes Domini, & dedicauerunt martyrium illorum cum omni honore, atq; disciplina reuerentig; participauerunt mysterium redemptionis nostræ, commendantes animas suas Sanctorum Beatorum Martyrum patrocinijs.

DE SS. MM. TRYPHONE, AC RESPICIO

Ex Græcorum Menæis.

TRYPHON Lampsaci, in Opido Phrygiæ natus est, Gordiano Cæsare imperij gubernacula administrante, anno ducentesimo nonagesimo quinto ab Augusti dominatu. is cum admodum adolescens esset, seque in ijs studijs exerceret, quæ propria sunt illi ætatulæ, (ferunt enim se occupasse in anserum pastura) Sancti Spiritus numine afflatur. quo munere omnia morborum genera curabat, Dæmonesque ab humanis corporibus exigebat. in quorum numero Cæsaris filiam à fœdo spiritu diuexatam pristinæ valetudini restituit. quod cum gereret, ijs, qui aderant Dæmonem sub specie atri canis ostendisse perhibent, nimirũ vt fœda, prauaque eius facinora aperiret, eoque prodigio multos ad Christi fidem adduxit. Cum vero Decius, sublato Philippo Gordiani successore ad imperium ascendisset, apud Aquilinum Orientis Præfectum accusatur, quod Deorum cultum negligeret. itaque adducitur Nicæam ad Præfectum hic Christi nomen professus, primum diu torquetur, deinde equis alligatur, hieme sequente per aspera, acutaque viarum raptatur, tum admotis facibus latera peruruntur, Denique gladio obtruncatus, Deo animam reddidit. Agitur eius celebritas in eiusdem martyrio, quod est in templo Apostolorum Petri, & Ioannis prope Sanctissimam, maximamque Ecclesiam.

PETRVS GALESINIVS

IN SVO MARTYROLOGIO

Ad 4. Idus Nou.

NICAEAE Sanctorum Martyrum Tryphonis, Respicij, & Nymphæ Virginis. Trypho, Imperatore Decio, cũ Absadi in Saxonia, fidei christianæ mysteria doceret, omnes ad Christi cultum ab impietate conuertere conabatur: itaq; à Decij satellitibus captus equuleo tortus, vngulis dilaceratus, post sublimibus pedibus, candentibus clauis confixus, fustibus caditur: tum facibus ardentibus admotis, aduritur. Martyris diuinam animi constantiam admiratus Respicius tribunus, ad Christi fidem conuersus, varie cruciatur una cum Tryphone, ac rapitur simul ad Iouis idolum, quod orante Tryphone concidit: eo miraculo commota Nympha Virgo Iesum Christum verum esse Deum testata est. quare duo illi viri cum Virgine plumbatis horrendum in modum contusi, nobili martyrio coronantur.

Ex his, quæ diximus manifestum est duodecimo Nouembris obijsse Nymphan Panormitanam. Miramur Philippum Ferrarium nostratis Nymphæ meminisse ad 3. nonas Septembris, sed ad V. Idus Septembris scribendum fuit, quo die caput Sanctæ Nymphæ Panormum Roma translatum est.

VBI ECCLESIAM CONSTRVXERVNT] *notus mos, exstruendi ades, vbi Martyrum corpora condebantur. Philippus Ferrarius affirmat corpus B. Nymphæ Panormum esse translatum, sed falsus est, pars capitis illuc translata, vt ex consequente historia translationis cognosces.* Philipp. ferrar. in Cathal. SS. ita ad 3. nonas Sept. & ad 4. Id. Nou.

ANI-

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES
AD MIRACVLVM
S. NYMPHAE

SVB IDEM TEMPVS] *hoc miraculum Actis vaticanis, vnde desumpsimus ad textũ erat. dictionem dumtaxat immutauimus. sed enim cũ memorassent Acta, postea quam B. Nympha ad sponsum suum migrauit, christianos, condito corpore, Ecclesiam superstruxisse, subijciunt, sub idem tempus miraculum istud euenisse: nos existimamus, iisdem ferme temporibus Imperatoris* Constantini *Magni, saltem haud lõge ab eius principatu. vetus igitur, vt apparet, Nymphę Virgini, ac Martyri Panormitanę cultus fuit, iam inde à* Constãtini *dominatu cœptus, sub quo pœnis affecta est, & in exilio profide mortua. neque id à veterum institutis alienum, quibus Sanctissimi Martyres ab ipsa statim morte sacris honoribus eumulabantur. Hic facere non possum, quin vocem ad censuram depictam tabellam, & historiam canonizationis Sanctæ Nymphæ, quam anno* CIↃ. *DXCIII. in pompa transuecti eius capitis Florentini posuere magnifico cum titulo:*

Ioannes Primus Etruscus,
Totius veræ Religionis Pastor,
Nympham vitę Sanctimonia probatã,
Superis sociam adscripsit,

Quam inscriptionem vnusquisque, iudicio meo non sine admiratione leget, ac si bene perpenderit, omninò reijciet. nam antiquus ecclesiæ mos, simul ac Christi Confessores, vel ferro, vel sine vulnere obijssent, continuo à christianis populis colebantur, volente, & publicos honores iubente Episcopo, cuius interierat in Ecclesia, ac prouincia sua, cultum probata causa indicere. neque Romani Pontificis eum ritũ, factumque abnuebant. sic obseruatum est plurimos per annos. sed vetere disciplina paulatim collabente, ea ratio mutata est: demptoque Episcopis iure, Pontifices Maximi potestatem illam ad Romam reuocauere: cautumque legibus, vt ceteri deinceps abstinerent: postea sine Romani Pontificis auctoritate, nemini vmquam publici honores in ecclesia decreti, addito, ad rei grauissimę momentum, ac magnificentiam vt Antistitum, Imperatorum, Regum, virorumque principum, ciuitatum etiam, ac regnorum precibus, Sancti Confessores examinata rite causa, in cælestium cœtum referrentur. quo id ævo cœperit inompertum. vetustus exemplum, Succibertus Vuerdensis Episcopus, à Leone Pontifice Maximo, anno Christi Domini IↃCCCIX. *in Diuos adscriptus; Imp. Carolo Magno, post Pipinum Regem Francorum instante. hic viri docti iudicent, oportuerit ne vt Nympha Panormitana à Ioanne Etrusco, qui anno Christi* IↃXXIII. *Pontifex fuit, in numerum cælestium referretur, cuius temporibus is ritus nondum erat in vsu. præter quã quod antiquior est eo Fõtifice religio Beatę Nymphæ, nam ducentos ante Ioannis Pontificatum annos, publice honores Nymphæ tributi; Magno* Constantino *regnante, vt ex insigni hoc miraculo cognosci potest. præterea confirmant tormenta pro Christo à B. Nympha tolerata, & mors in exilio obita. Hæc dixisse, operæ pretium fuit, illustrarentur.*

S. Lugder' epist. apud Surium Kalen. Mart.

ANI-

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES
AD TRANSL. CAPITIS
SANCTAE NYMPHAE

QVOD Beatę Nymphę caput tradimus, Romam ad Panormitanos delatum, partem dũtaxat esse eamque non exiguam, & precipuam intelligas, nam pars etiam aliqua capitis eiusdem Sanctę Nymphę Romę est in ade B. Mariæ Montis cœli. Quidam falsò scripsit, haud esse verum caput Sanctæ Nymphę, quod Panormum Romæ translatum est, sed alterius Diuę, vocabulo Sanctę Nymphę insignitum, sed vt manifesto constet verum esse caput Sanctę Nymphę Panormitanę, quod anno CIↃIↃXCIII. Panormum delatum est, atque idem caput, quod Romę in Ecclesia Sanctę Marię Montis cœli, ab immemorabili temporis spatio seruabatur: Acta publica ad faciendam fidem descripta à nobis sunt in libello de Natali die Sanctę Nymphę. hic subscribimus primum instrumentum, quod ibi omisimus, reliqua duo satis sit tibi attulisse.

PRIMVM INSTRVMENTVM
Assignationis Reliquiarum Capitis
SANCTAE NYMPHAE
VIRGINIS, ET MART.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

PRAESENTI publico instrumento cunctis vbique pateat euidenter, & sit notum, quod anno à Natiuitate eiusdem Domini Nostri Iesu Christi millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, indictione quinta; die verò nono Aprilis, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D.N.D. Clemẽtis prouidentia Papę Octaui anno eius Primo In Domini Asean Mazziotti Antecessoris mei Notarij publici infrascripti, ac testium infrascriptorum præsentia pręsens, & personaliter constitutus R.P.D. Frabitius Mandosius Illustriss. & Reuerendiss. D. Hieronymi Cardinalis Rusticuccij. SS. D. N. Papę Vrbis, illiusque districti Generalis Vicarij auditor vna cum Illustr. & Reuerendissimo D..... & Illustrissimi & Reuerendiss D. Alexandri miseratione diuina Cardinalis Montis Alti nuncupati tituli Sancti Laurentij in Damaso, cui Ecclesia Sancti Laurentij inter alias Ecclesias, Ecclesia Sanctæ Mariæ in MontiCellis supposita est familiare, & continuo commensale vna mecum Notario &c. ad eamdem Ecclesiam Sanctæ Mariæ in MontiCellis accessit, & personaliter se contulit ad effectum extrahendi ex dicta Ecclesia caput Sanctę Nymphæ Virginis, & Martyris pro dicta extractione facienda idem Illustriss. D. Fabius duas claues eidem R.P.D. Fabritio auditori prædicto nomine eiusdem Illustriss. & Reuerendiss. Domini Cardinalis Montis Alti consignauit, & postea ex dicta ecclesia discessit, deinde in eadem Ecclesia personaliter se contulit Illustriss. & Reuerendiss Dominus Petrus Antonius Vice Dominus Episcopus Auuellinen. eiusdem Illustriss. & Reuerendiss. Domini Cardinalis Vicarij Vicesgerens ad dictam extractionem faciẽdam, qui Illustriss. & Reuerendiss. D. Vicesgerens, & R.P.D. Auditor prædicti insimul accesserũt ad altare maius dictæ Ecclesię, ibidemque facta oratione, & deinde immissa cotta & stola cum candelabris accensis. idem R.P.D. Auditor accedendo retro dictum altare maius dictę Ecclesiæ, & cum dictis clauibus aperiendo fenestrã

in

in pariete dicta Ecclesiæ, & retro dicto altari existentem, ex dicta fenestra extraxit dictũ caput S. Nymphæ Martyris existentis cum capite argenteo, & busto, & orationem faciẽdo ex dicta Ecclesia S. Mariæ in Monticellis leuauit, & in Palatio eiusdem Illustrissimi & Reuerendiss. Cardinalis Vicarij, & supra Altare Cappellæ dicti Illustriss. Cardinalis transportauit, & respectiue reposuit, & claues dictæ Cappellæ idem R.P.D. Auditor penes se retinuit super quibus omnibus, & singulis præmissis petitum fuit à me notario publico infrascripto, vt vnum vel plura, publicum seu publica instrumentum, & instrumenta conficerem, atque traderem pro vt opus fuerit, & requisitus ero. Actum, &c.

Eisdem, anno, indictione, Pontificatu quibus supra, die vero vndecima eiusdem Illustriss. & Reuerendiss. D. Hieronymus tituli S. Susannæ, S. Romanę Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Rusticuccius nuncupatus Sanctissimi Domini Nostri Papæ Almæ Vrbis, illiusque districtus generalis Vicarius, Romanęque Curiæ Iudex ordinarius de mandato eiusdem SS.D N. Papæ viuæ vocis Oraculo ex facto, existens in eius Palatio, & solita habitatione Regionis Burgi in Cappella ibidem existente ante altare eiusdem Cappellæ, super quo caput S. Nymphæ Virg. & Martyris cum luminarijs, & intorcijs accensis existit, reconditũ fuit, consignauit Illustrissimi, & Reuerendissimi D. ..... Martinez secretario, & in hac parte priori, & agenti Illustrissimæ, & Excellentiss. D. Comitissæ Oliuares caput S. Nymphæ Virg. & Martyris existens in quodam capite argẽteo extractum in Ecclesia S Mariæ Monticellis Regionis Arenulæ, & in eius Palatio transportatum ad effectum illud transferendi in Ciuitatem Panormitanam, & dictę Illustriss. & Excellentiss. Comitissæ consignandi, quod quidem caput idem Illustrissimus, & R.D. ..... Martinez dicto nomine ex manibus eiusdem Illustriss. & Reuerendiss. Domini Cardinalis Vicarij recepit, & gratias eidem egit nomine eiusdem Illustriss Comitissę, illudque in eamdem Ciuitatem Panormitanam & cum omni ornatu transferre promisit. super quibus omnibus, & singulis præmissis petitum fuit à me notario publico infrascripto, vt vnum, vel plura, publicum, seu publica, instrumentum, & instrumenta conficerem, atque traderem pro vt opus fuerit, & requisitus ero. Actum Romę in eodem Palatio, & in Cappella ibidẽ existente præsentibus audientibus, & intelligentibus, Reuerendiss. D.D Ioanne Francisco Tromba, & Illustriss. & Reuerendiss. Domino Fabio Blondo Patriarcha Hierosolymitano testibus ad predicta omnia, & singula vocatis, habitis, specialiter atque Rogatis.

Et quia D. Ascanius Mazziottus olim Camęrę Curię illustriss. & Reuerendiss. Domini Almę vrbis Cardinalis Vicarij Idotus de præmissis rogatus fuit. Ideo Ego Siluester Spada eiusdem Curię Idotus, & in officio Ascanij successor præsens instrumentum subscripsi, publicaui, & meo solito signo signaui requisitus. &c.

Nos Ioannes Dominicus Spinola Protho notarius Apostolicus Santiss. D.N. Papę, nec non Curię causarum Camęræ Apostolicę generalis Auditor fidem facimus, & attestamur retro scriptum D. Siluestrum Spadam successorem retro scripti D. Ascanij Mazziotti olim Causarum Curię Illustriss. & Reuerendiss D. Almæ Vrbis Cardinalis Vicarij esse talem, qualem se facit eiusque scripturis, & infrascriptis publicis similibus adhibitam plenam semper, & de præsenti adhiberi fidem indubiam. in quorum omnium fidem, &c datum Romę &c. hac die XXIV. Februarii M.DC.XX

Lucas de Carolis Not.

Locus Sigilli.

SECVNDVM INSTRVMENTVM

IN Nomine Domini Amen. Anno à natiuitate eiusdem Domini millesimo quinquagesimo nonagesimo tertio, indictione sexta, die vero 13. mensis Martij Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D.N.D Clementis diuina prouidentia Papæ VIII. anno eius secundo cum Sanctissimus D. N. D. Clemens diuina prouidentia Papa VIII. precibus, & intuitu Illustriss. & Excellentiss D.D. Mariæ Pimentel de Fonseca, Comitissę de Oliuares, ad præsens Proreginæ in regno Siciliæ condonauerit, & concesserit sacras Reliquias Gloriosę, & Beatæ Virginis, & Martyris S. Nymphæ, quę ab innumerabili tempore citra, cum maxima Populi frequentia in Parrochiali Ecclesia S. Mariæ de Monticellis de Vrbe, regionis Arenulę, condecenter reconditę, deuote venerabantur, vt ad felicem ciuitatẽ Panormi, vnde dicta Beata Virgo erat oriunda, pie, ac ritu celebri transferrentur, huiusque concessionis, & translationis S. D.N. facultatem, & auctoritatem Illustrissimo, & Reuerendiss D. Hieronymo tituli S. Susannæ S.R.E. Presbytero Cardinali Rusticuccio, sanctitatis sue Vicario viuæ vocis oraculo commiserit, & propterea perillustris, & Reuerendiss. D. Petrus Antonius vice dominus, Episcopus Auel-

Auellinen. præfati Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalis Vicarij vicemgerens, ac R. P. D. Fabritius Mandosius S. D. N. Papæ vtriusque signaturæ Referendarius, & dicti Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalis Vicarij tunc adiutor, nunc vero in ciuilibus locum tenēs, de eiusdem Illustrissimi, & Reuerendiss. D. Cardinalis Vicarij mandato, sub die 8. Aprilis 1592. vna mecum Ascanio Mazziotto Notario publico infrascripto ad prædictam ecclesiam S. Mariæ de Monticellis accesserint, ac prefatas reliquias decenti apparatu, & astantium deuotione ex fenestra in pariete ante altare maius existente, vndique ornata, & valuis, ac seris duabus munita, in qua diuersę Sanctorum reliquię custodiuntur extraxerint, illas reuerenter, ad cappellam Palatij eiusdem Illustrissimi & Reuerendiss. D. Cardinalis Vicarij a parte dextera maioris aulæ condecenter detulerint, & supra altare eiusdem cappellę honorifice ornato collocauerint, & alias pro vt in instrumento dictæ translationis per me prefatum publicum Notarium rogato latius continetur, ad quod relatio habeatur. Cumque postea Illustris admodum Senatus Panormitanus pro huiusmodi sacris reliquijs habendis constituerit procuratorem per Illustrem, & R. D. Gilibertum de Hisfare, & Corigles. Episcopum ciuitatis Pactarum, idemque procurator se ad vrbem contulerit, ac D. Illustrissima, & Excellentissima D. Comitissa per litteras Illustriss. & Reuerendissimo D. Cardinali Vicario directas, gratiæ à S. D. N. de dictis sacris reliquijs concessæ executionem instantius postulauerit, hinc est, quod coram Illustrissimo: & Reuerendiss. D. Cardinali Vicario prefato in Palatio sua solita residentia existente in camera solitæ audientię vocatis de mandato Dominationis sue Illustriss. & Reuerendiss. & in Rocchettis assistentibus per Illustribus, ac Reuerendiss. D. Ludouico Archiepiscopo Montis Regalis, Petro Antonio Episcopo Auellin. Claudio Episcopo Polen. Paulo Aemilio Episcopo Montis Alti, Adueno Episcopo Cassanen. Marco Antonio Episcopo Sorano, nec non Illustribus, & Reuerendiss. Patribus Matthæo Auario Prothonotario Apostolico, & Fabritio Mandosio vtriusque Signaturæ S. D. N. Papæ Referendario, nec non Dominis Cesare Fiaeli de Monte Bodio Senogalens. Diœcesis auditore, Iacobo Cortesio à Ciuitate Castelli Secretario, Iulio Cæsare della Penna Perusino magistro domus, Pompeio Florido Fanen: Magistro Cubiculariorum, Decio Stephanucio Tudertino, Petro Antonio Pugioli de Vignola, Leonardo Stibio Volaterrano, Petro Nicolao Piselio Senogalliens. Diœcesis Cappellanis familiaribus, & continuis commensalibus dicti Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalis Vicarij testibus, ac nobis Simone Gugnetto, Ascanio Mazziotto, Francisco de Romaulis, & Rugerio de Rugeriis Curiæ prædictæ Illustrissimi, & Reuerendiss. Domini Cardinalis Vicarij notarijs in solidum rogatis, presens & personaliter cōstitutus idem Per illustris, & Reuerendiss. D. Gilibertus Episcopus Pactarum, prefatis Archiepiscopo, Episcopis, & Prælatis astantibus, & pręmanibus habens quoddam mandati instrumentum in eius personā factum per Admodum Illustrem Senatum Ciuitatis Panormi, illud reuerenter deosculando, præfato Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinali Vicario præsentauit, dedit, & consignauit, & petens, & postulans in executione prędictorum sibi vti procuratori prędicto dari, & consignari prędictas sacras reliquias Gloriosæ, & B. Virginis, & Martyris S. Nymphæ ciuis Panormitanæ, iuxta eius mandati formam, continentiam, & tenorem: nec non gratiam à præfata Illustriss. & Excellentiss. D. Comitissa a S. D. N. obtentam viuæ vocis oraculo Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinali Vicario factam; & tunc idem Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalis Vicarius volens debitæ executioni mentem S. D. N. vt decet demādare dictum mandatum in papyro latino sermone inscriptum, autenticatum, & publicatum per D. Andream Sinaldum regia auctoritate notarium publicum Panhormitanum, sub die 4. Nouembris 1592. mihi Ascanio Mazziotto vni ex prędictis notarijs fideliter legendum & registrandum, tradidit, & consignauit. Quod ego notarius publicus reuerenter, & genibus flexis recipiens, alta, & intelligibili voce, omnibus supradictis intelligentibus, & audientibus perlegi, quo lecto, et audito idem Illustriss. et Reuerendiss. D. Cardinalis Vicarius omnibus supradictis, associatus assistente etiam Domino Guidone Praeuisito S. D. N. Papæ cerēmoniarum magistro discedens de camera suæ solitæ audientię, et transiens per dictam aulam sui palatij ad Cappellam pradictam se contulit, et aquæ benedictæ super populum aspersione facta genibus flexis deuotè ante altare dictæ Cappellæ munificentissime ornatæ, luminibusque quampluribus accensis refertæ, orauit, & sumpta super Rocchettum stola, caput argenteum, in quo prędictę Reliquię capitis S. Nymphę reconaebātur quod supra altare prædictum existebat, pręmanibus accipiendo, omnibus astantibus reliquiarum prædictarum concessionē, et quantum de magno hoc admodum thesauro, dictæ ciuitatis Populus Deo, ac summo Pontifici deberet, ac pro sanctitate sua Deum precari teneretur, et Reuerendiss. D. Episcopus Pactarum Rocchetto, et stola indutus, quo supra nomine reuerenter, et genibus flexis prædictas reliquias è manibus Illustriss. et Reuerendiss. D. Cardinalis Vicarij recepit, ac Ciuitatis Panormi nomine, dominationi suæ S. D. N. Clementis VIII. beneplacitum exequenti gratias egit, quas sacras Reliquias luminibus accensis, præcedentibus, supra altare Sacristię eiusdem Cappellę ad id parato, et orna-

Digitized by Google

ornato collocauit, posuit, et dimisit, animo suis loco, et tempore ad ciuitatem Panormi deferendi, et flexis genibus oratione facta ex Sacristia discessit ianuai clausit, et claues secum detulit, et deinde idem Illustriss. et Reuerendiss. D. Cardinalis Vicarius à supradictis omnibus associatus de dicta Cappella discedens, ac per oratorium dictę Cappellę contiguum transiens, ex alia parte Palatij ad cameram solitę audientiæ redijt, et coram nobis notarijs, et testibus iam dictis prefatos Illustres, et Reuerendiss. Dominos Archiepiscopum, Episcopos, et Prælatos dimisit, super quibus omnibus, et singulis petitum fuit, à nobis notarijs publicis infrascriptis vnum, vel plura publicum seu publica, fieri atque confici instrumentum, et instrumenta, præsentibus ibidem dictis testibus ad præmissa omnia, et singula vocatis, habitis specialiter, atque rogatis.

Et quia de præmissis Ego Ascanius Mazziottus Apostolica auctoritate, nec non S. D.N. Papæ Vicarij Notarius vnà cum infrascriptis Notarijs in solidum rogatus fui. ideo hoc præsens publicum instrumentum subscripsi, et publicaui in fidem præmissorum requisitus.

Et quia D. Franciscus de Romualis S. D.N. Papæ Vicarij vnà cum præfatis notarijs in solidum extitit, ideo ego Iacobus Lucarensis de Setia Terracinensis Dioecesis in dicto officio Actuarius, præsens instrumentum subscripsi, publicaui, et signaui meo solito signo in fidem præmissorum requisitus.

Et ego Ioannes Bartholomeus Ormezanus Vrbaellen; publicus Apostolica auctoritate Notarius, et in locum D. Simonis Gugnetti Curiæ prefati Illustriss et Reuerendiss. D. sug sanctitatis, Vicarij, Notarij publici de præmissis rogati in solidum cum supradictis eiusdem Curiæ notarijs Actuarius huiusmodi instrumentum subscripsi, et publicaui in fidem præmissorum requisitus.

Et quia D. Rogerius de Rogerijs S. D. N. Papæ Vicarij Notarius vnà cum prefatis notarijs in solidum rogatus extitit, Ideo ego Mitius de Gradibus de Cereto Spoletanę Dioecesis in dicto officio Actuarius, præsens instrumentum subscripsi, publicaui, et signaui solito meo signo in fidem præmissorum requisitus.

Collegiũ Archiuij Romanę Curiæ scriptorum vniuersis, et singulis præsentes nostras litteras inspecturis fidem facimus, & testamur suprascriptos D. D. Ascanium Mazziottum, Franciscum de Romuaclis Ioannem, & Rogerium de Rogerijs de prefato instrumento in solidum rogatos, nec non DD. Iacobum Lucarensem, Ioannem Bartholomæum Ormezanum, et Mitium de Gradibus, qui suprascriptum instrumẽtum subscripserunt, fuisse, et esse dictę Curiæ Notarios, et respective Actuarios publicos, eorumque scripturis, et instrumentis publicis semper adhibitam fuisse, et adhiberi fidem in iudicio, et extra, in quorum fidem præsentes fieri, et per infrascriptum notarium publicum subscribi, sigillique dicti Archiuij, quo in talibus vtimur, iussimus, et fecimus impressione muniri. Datum Romæ ex Collegio præfato sub anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo quarto Indictione septima, die vero quinta mensis Aprilis, Pontificatus S. in Christo P. et D.N. D. Clementis diuina prouidentia Papæ Octaui Anno Tertio.

Valerianus Carosius Archiep. Romanæ Curiæ scriptor.

Locus sigilli.

TERTIVM INSTRVMENTVM.

IN Nomine Domini Nostri Iesu Christi Amen. Anno Dominicæ Incarnationis 1593. mense Septembris die Mercurij. Octauo eiusdem mensis 7. Indictionis, celebrante vniuerso populo Christiano festiuitatem Natiuitatis Gloriosissimæ Mariæ Virginis, Pontifice in Christo Patre, et D.N. diuina fauente Clementia Papa Clemente VIII. anno sui Pontificatus secundo, et regnante in hoc Siciliæ regno Sereniss. et Inuictiss. Catholico D.N.D. Philippo de Austria, Dei gratia secundo Rege Hispaniarum, Castellæ, Aragonum vtriusque Siciliæ, etc. Prorege, et Capitaneo Generali in hoc Siciliæ Regno pro Catholica Maestate Illustriss. et Excellentiss. D. Henrico de Guzman comite Oliuaris, et existente ad infrascripta cum maiori parte Sacri Regij Consilij huius Regni: Existentibus Senatoribus Fel. Vrb. Panormi Illustriss. D. Vincentio de Bononia Marchione Marinei Iustitiario, et Capitaneo Papirio Opizinga Barone Palatij Adriani, et Patribus conscriptis Vincentio Opizinga, Gaspare Fardella Barone Sancti Laurentij, Troiano Afflicto, Stephano Regio, et Marcello Pinedo Magistro Notario, D. Hieronymo Notarbartulo Syndaco et Procuratore Generali, Fabritio Regio Magistro Rationali, et Petro Abbate Thesaurario eiusdem Vrbis omnibus præsentibus, et absentibus ad infrascripta peragendum, et complendum; In suggesto serio cõstructo in via Columna extra mœnia eiusdem Vrb. Panormi comparuit Illustriss. et Reuerendiss. D.D. Gilbertus de Isfares, et Corilles, Dei, et Apostolicæ sedis gratia Episcopus ciuitatis Pactarum, et de consi-

Digitized by Google

lio Suæ Catholicę Maiestatis in hoc regno, ac delegatus ſuæ Sanctitatis ad infraſcriptam reliquiam conſignandam iuxta formã ſui actus, & Apoſtolici reſcripti, datorum in alma vrbe Romę diebus &c. ad quos in omnibus, & per omnia pro vera facti narratione, relatio habeatur, mihi Notario cognitus, præſens coram nobis Notario Andreæ Sinaldo, Notario ordinario feliciſſ. Senatus Panormi, & Ioanne Curaſio Illuſtriſſ. & Reuerendiſſimi D. Archiepiſcopi Panormitani ad hęc ſerio vocatis atque rogatis, & predicto Senatu, & Senatoribus, ac teſtibus, & alijs infraſcriptis proceſſionaliter, ea qua decet, reuerentia conduxit, & apportauit ſuis proprijs manibus ſanctiſſimam reliquiam glorioſiſſimę Martyris Sanctæ Nymphæ ciuis panormitanæ intus quoddã vas argenteum ad inſtar imaginis prædictæ Sanctæ Nymphæ, repręſentãtis caput cũ humeris, ſignatum cum ſigillo impreſſo in cera rubra, illamque tradidit, & aſſignauit prędicto Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Didaco Haedo Deigratia Archiepiſcopo Panormitano, Pontificalib' ornamentis induto, expectanti ante altare conditum in via Columna, iuxta ordinationes, & inſtructiones factas de mandato ſuæ Sanctitatis per Congregationem Cæremoniarum prędictæ Vrbis Romę, mihi Notario cognito preſenti, & dictam Sanctam Reliquiam Sanctę Nymphę intus prędictum vas argenteum ſigillatum vt ſupra ab eodem Reuerendiſſimo Epiſcopo Pactenſi habuiſſe, & recepiſſe confitenti, & illam deuote, ac pię amplectenti, & eà qua decet, ſollemnitate, & reuerentia recognoſcenti in preſentia tam prędicti Excellentiſſimi D. Proregis, Sacri conſilij, & feliciſſimi Senatus, quam infraſcriptorum Reuerendorum Canonicorum eiuſdem Panormitanę Eccleſię videlicet Don Franciſci Biſſi V. I. D. ac cantoris, & dicti Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Vicarij Generalis, D. Pauli Pelicani Archidiaconi, D. Dionifij Lanfranchi Decani, & Theſaurerij &c. & aliorum Sacerdotum, & Clericorum, tam de capitulo, Clero, & Seminario, quam de alijs ordinibus, & Religionibus ibidem Preſentium, & aſſiſtentium ad venerandam prędictam Sanctam Reliquiam, qua recognitione facta, illaque inuenta bene, fideliter, ac realiter iuxta formam conſignationis factę ſuperius, prædictus Reuerendiſſimus D. D. Didacus Archiepiſcopus illam acceptauit, & adorauit, & poſt adorationem prędictam Sanctam Reliquiam oſtendit cuncto populo preſenti, & ante ſuggeſtum, ſeu theatrum in prędicta via columna ad venerandam prædictam reliquiam congregato. Qua Reliquia Oſtenſa populo, & ea cum maxima veneratione, & lacrymis adorata, ſtatim idem Reuerendiſſimus Dominus Archiepiſcopus reliquiam prædictam adorauit more ſolito, & illam depoſuit ſuper Altare cum luminibus, iocalibus, ac vaſis argenteis ornatum à cuncto populo chriſtiano adorandam.

Vnde ad huius rei futuram memoriam, & ad inſtantiam Reuerendiſſimi Domini Archiepiſcopi, Panormitani, & Epiſcopi Pactenſis prędictorum, quam omnium aliorum, quorum intereſt, & intereſſe poterit in futurum, factus eſt preſens actus conſignationis prædictæ reliquiæ ſuis die, loco, & tempore valiturus. Acta fuerunt hæc in Vrbe pradicta Panormi in ſupradicto ſuggeſto ante dictum altare ſuis, die, loco, & tempore valitura.

Præſentibus teſtibus Religioſo Fratre Nicolao Antonio Afflicto milite Hieroſolymitano, Receptore, & Procuratore Generali Sacræ Religionis, Don Nicolao Cagimila Beneficiali Parochialis Eccleſiæ Sancti Ioannis de Tartaris, & Protonotario Apoſtolico, Ioanne Floreno Magiſtro Notario prædicta Curiæ Archiepiſcopalis, Sebaſtiano la Sada, & quam pluribus alijs.

Ex Actis quondam Notarij Andreæ Sinaldi Panormitæ extracta eſt præſens copia per me Notarium Balthaſſarem Zamparronem Archiuarium Collegii Notariorum huius felicis Vrbis Panormi actorum conſeruatorem.

ADDITIO.

HIS quà paulo ante ab Auctore acute, eruditeque dicta ſunt de locis, quò Sancta Nympha, & Sanctus Mamilianus ex Igilio Inſula profecti migrarunt, aliquid videtur addendum, quod poſtea compertum eſt; cum id multum faciat ad certius adſtruendum mortis, & ſepulturę locum, quem Acta deſcribunt, & maior accedat confirmatio de ſacris Sãctæ Nymphæ reliquijs, quas Panormi veneramur.

Primo ergo ſtatuo Sanctam Nympham cum Mamiliano ex Igilio Inſula ad Portũ Romanum appuliſſe, ita Actorum M. SS. omnia. Is verò portus non ille eſt cui adiacebat vrbs Oſtienſis, quæ ad lęuam eſt Tyberis; ſed ad dexteram eius fluuij iacet, atque apud ſcriptores dicitur Portus Vrbis, Portus Romanorum, Portus Auguſti, Portus etiam Traiani, quia ab illo inſtauratus fuiſſet, vt ex Procopio lib. 1. & 2. rerum Gothic, Caſſiodoro lib. 7. capit. 8.

aliſ-

Digitized by Google

aliisque erudite ostendit Philippus Cluuerius in Italia antiqua lib. 3. cap. 3. diuersitatem istam portuum dexteri, ac sinistri apertissime quuis perspiciet in antiquis tabulis geographicis, quare recte Rutilius in suo itinerario de dextero portu, vbi essent naues, ait.

Tum demum ad naues gradior, quà fronte bicorni
Diuidit undis Tybris dexteriora secat.

de Lauro ad Ostiam ciuitatem

Lauus inaccessis fluuius uitatur arenis.

De pharo ibi collucente frequens apud Auctores mentio; Iuuenalis sat. 12.

Tandem intrat postas incluſa per æquora moles
Tyrrhenamque Pharon.

Ita etiam Dio lib. 60. Eutropius lib. 5. ep. 11. ad Vrbem acta tempestatibus nauis Romani portus Pharon vidit. *et in carmine de Martiani periculis. Atque inde nauis promouendus longius*

Intraret vt portum Phari.

ad hunc verò Portum vbi dicebat ciuitas, quæ inde Portuensis dicta. Episcopalis sedes S. Hippolyti, & Portuensium Præsulũ hac etiam patebat via Romam Apuleius libro 1. metamorph. ait. Romam versus profectionem dirigo, titulique prosperitate vẽtorum ferentium Augusti portum celerrime ac dehinc carpento petuolaui vesperaque sacrosanctam istam ciuitatem accedo. *clarius Procopius lib. 1. virum Gothicar.* Viã, quæ ex portu Romam fert, planam atque expeditam veteres struxere Romani, *et mox* ab altera amnis ripa, quà ab Ostia itur Syluestris est via. ac parum culta, nec propinqua Tyberis ripæ.

Secundo, appulsis ad portum Mamiliano, & Nympha, ecce Angelus Domini, *inquiunt Acta*, apparuit S. Mamiliano in somnis dicens, exite de naui diluculo, & pergite ad locum situm iuxta Buanam (Buccinã *alibi legitur*) quem multitudo paganorum inhabitat, vbi videbitis altam pinum, & sub ea cryptam puluere constructam, in qua Proculus, & Eustotius commorantur. mane facto valedicentes nautis, arripuerunt iter eis à Domino prẽmonstratum, & cum peruenissent ad Cryptam, ingressi sunt, & repererunt Sanctos. *iam hæc crypta, quæ iuxta Buanam, aut Buccinam sub alta pinu iacebat, & exceperat primo Proculum, & Eustotium, excepit modo Mamilianum & Nympham, eosque Roma redeuntes iterum admisit. ibidem sepultus Mamilianus, Proculus itidem, & Eustotius; hic Nympha ad cœlum euolauit, sepulto eius corpore iuxta corpora aliorum Sanctorum: hic demum* Ecclesiam construxerunt Christiani. *hæc ex Actis certa sunt; incertum verò est quis sit locus, qui Buccina, aut Buana dicitur.*

Auctor Suanam *legendum esse arbitratus ductus argumento, quòd ibi S. Mamiliani corpus repertum sit; sed hæc sententia non patitur difficultatem; facit Mamilianum, & Nympham a portu Romano, quò nauigio deuecti fuerant, Suanam redeuntes terrestri itinere vel ere idem fere spatium, quod confecerant; nam propior est Insula Igilium Suanæ vrbi: et sane id minus decet nauigationem diuinitus institutam, vt inutilis videatur, inanisque circuitus. præterea post excessionem viderunt arborem, delitescentium sociorum indicem, quod Acta vaticana clarius dicũt his verbis*, Mane autem facto Mamilianus osculatus est omnes nautas, & benedixit eis, & sic iter cœperunt: qui dum cœpissent ambulare iuxta mare respexerunt arborem, quam indicauerat Angelus. *at verò fieri haud potuit vt è portu Romano primum intuerentur, quæ crypta index esset, si prope Suanam fuisset, quæ longius distat quam vt videri queat è portu Romano. sensit difficultates Auctor satis accuratus, eòque animum inclinauit, vt corrigeret M. SS. codices, & pro portu Romano, reponeret* Portum Telamonis, *inde enim facile fit eo recto cursu ex Insula Igilio in tum portum Telamonis trajicientes Suanam contendisse, inde Romam terrestri itinere. sed prudenter portus nomen immutare non est ausus, quod omnia exhibent M. SS.*

Aliò se vertit vir doctus, & Buccinã, seu Buanã prope portum Rom. inquirens in antiquis tabulis geographicis, cum eam ibi nõ reperisset, incidit in Bebianam. Lorium ibi reperies, quæ villa fuit, vbi Antoninus Pius Imperator è vita excessit: de ea Capitolinus spiritum reddidit apud Lorium. *D. Hieronymus in Chronico Eusebiano*, Antoninus Pius apud Lorium villam suam duodecimo ab vrbe milliario moritur; *consentiunt Eutropius lib. 8. & Sextus Aurelius Victor libro de Cæsaribus in Marco Aurelio Antonino: distabat verò duobus à Lorio milliaribus* Bebiana, *seu villa seu vicus, de qua eruditus vir Philippus Cluuerius in Italia antiqua lib. 2. cap. 3. fol. 512. ait fuisse inter Lorios, & Alsium, vt itineraria apud ipsum testantur. reperta ergo Bebiana, in eam immutandam Buanæ, aut Buccinæ nomen ignotum, & vt videtur, corruptum, existimauit. præsertim cum vox non sit lõge absimilis. & Acta ferenos cogant vt crypta locum in itinere, quò Romam è portu publica deducebat via, vel saltem non longe ab eo distantem reperirent Mamilianus & Nympha.*

Mihi res Portuensis Ecclesiæ euoluenti nil in actis nostris immutandum videtur. reperi enim iamdiu quæsitam Buccinam prope portum Romanum, sacram etiam eidem D. Nymphæ ibidem dicatam, quam exstructam post eius mortem dicunt Acta, vbi ipsa eiusque socij sepulti fuerant; difficultates, quæ Auctorem vrgebant, effugio, nec enim verisimile est redditus in Suanam ciuitatem è portu Romano, ad quem ex Igilio nauigarant; quamuis verò, quæ de reliquiis Suanæ sequutis Auctor memorat, verissima esse credam, ea tamen hunc reditum non suadent, nam illuc translata reliquias opinor, sed rem explicatius tradam.

Digitized by Google

Baronius ergo ad annum Christi 270. eum pleraque de Portuensi Ecclesia refert, ex Actis SS. Marij, Marthæ, & Audifacij perpendens ea verba, Ducti sunt via Aurelia milliario duodecimo ad Nymphas &c. ait locum illum, ad Nymphas corrupto vocabulo dici nunc, S. Nympham, ibique antiquæ ecclesiæ vestigia apparere. quo loquendi modo existimare videtur per errorem vulgi locum illum, qui ad Nymphas dicebatur, nunc S. Nympham appellari. ego verò libens nomen S. Nymphæ loco inditum arripio; sed nominis corruptionem non recipio; quamuis enim propinquum locum olim ab Ethnicis dictum fuisse, ad Nymphas ob aquarum copiam non inficiar, vt in actis à Baronio allatis legitur; haud crediderim tamen inde manasse nomen Sanctæ Nymphæ, sed reliquias opinor esse eius templi, quod nostrati S. Nymphæ in eius loci crypta cum sociis Martyribus consepultæ dedicatum est. & quidem eius templi mentionem reperi apud Gregorij IX. diploma, quo confirmans anno 1236. vnionem Portuensis, & Sylvæ candidæ ecclesiarum, recenset sacras ædes Portuensis ecclesiæ, atq; inter alias enumerat Ecclesiam S. Nymphæ cum omnibus possessionibus suis. Leo etiam IX. in diplomate scripto Kalen. Maij indictione 2., quæ incidit in annum Christi 1049. cum cuiusdam fundi fines prope Portuensem ciuitatem describeret, ait Redeunte ad mare per Buccinam, & circumeunte littus maris ad S. Nympham. & Benedictus VIII. Pontifex in alio diplomate antea scripto Kalendis Augusti indictione prima, quæ incurrit in annum 1018. eadem vsurparat verba de eodem fundo, Pergente recto itinere per Salariam, & vsque ad Attegiam piscatoriam, remeante ad mare per Buccina, & circumeunte littus maris vsque ad S. Nympham. integra hæc diplomata exscripsit eruditus Abbas D. Ferdinandus Vghellus in Italia sacra tom. 1. dū de Episcopis Portuensibus disserit. Anastasius item Bibliothecarius in vita S. Leonis IV. Papæ, qui ecclesiam rexit ab anno 847 de illo ait, Obtulit verò in ecclesia B. Nymphæ Martyris, quæ esse videtur in ciuitate Portuensi, vestem de fundato, in quibus verbis ea vox videtur esse in ciuitate propinquitatem ecclesiæ ad ciuitatem indicat; neq; enim Anastasius dubius esse poterat, an reuera esset ecclesia in ciuitate, an extra illā. haud ergo rectè aut correptum est S. Nymphæ nomen sed antiquum, & reliquum est ex veteri templo S. Nymphæ, quod christiani Portuenses posuere ad cultum sacrorum corporum S. Mamiliani, & Nymphæ, à quæ se innumeris beneficiis affectos sensere ob virtutum exempla, & caritatis affectum quo eos complexa est, dum idololatriam euerteret, & rem christianam promoueret, vt acta narrant. & Buccinam hic vides locum esse propinquum in Portuensi Diœcesi satis angusta, atque adeò non alibi quærendum esse, nec immutandum esse nomen in Actis.

Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ ad diem 5. Septembris de S. Mamiliano agens; locum, vbi Mamilianū eiusque socios, atque adeò S. Nympham tumulauere christiani, fuisse iuxta balneum à Buccina Insula milliario distans, ibique ecclesiam S. Nymphæ extructam refert ex antiquo M. S. codice. Iam hic non eam Buccinam, seu Buccinam insulam ille codex significat, quæ prope Siciliam est, aut eam quæ Sardiniæ adhæret, de quibus erudite multa congerit Philippus Cluuerius in Sicilia antiqua lib. 2. cap. 150. & de Sardinia antiqua cap. 1. fol. 490. sed nisi mea me fallit opinio, eam indicat illo nomine Insulam, quæ hinc mari adnitur, inde verò duobus Tyberis alueis, quorum vni adsidebat Portuensis ciuitas. Insula etiam ad Portuensem Diœcesim pertinentis pluries memoriæ allata Pontificum diplomata, & ab Anastasio Bibliothecario in vita eiusdem Sancti Leonis IV. lecta in ecclesia B. Hippolyti M. quæ ponitur in Insula Portuensi. sed ad hanc rem, aliaque quæ dicimus illustranda afferremus piget insignem locum ex Procopio rerum Gothicarum lib. 1. Vitiges portum, quem sic Romani vocant, occupare decreuit, is abest ab vrbe stadia CXXVI. tanto scilicet interuallo, quò minus maritima sit Roma submouetur. situs autē est Portus ad ostia Tyberis amnis; qui Romam egressus, vbi mare ad XV. stadia adpropinquat, in duos scissus alueos insulam efficit, quam vocant sacram. dextri aluei, inquit, os in portū effunditur, supra quod olim oppidū Romani in ripa amnis condiderunt validissimo muro cinctū, quod portum à re ipsa vocitant ad sinistrum alueū ātē alterum Tyberis os. Ostia sita est in vlteriore ripa vrbs quōdam magni nominis. huius etiam Insulæ meminit Ethnicus in cosmographia, & libanum Veneris appellatam ait. Insula vero inquit, quam facit Tyberis inter Vrbis portum, & ostiam ciuitatem, tantæ viriditatis, amænitatisque est, vt neq; æstiuis mēsibus, neque hyemalibus pasturæ admirabiles herbas dehabeat; ita autem vernali tempore rosa, & cæteris floribus adimpletur, vt præ nimietate sui odoris, & floris insula ipsa libanus almæ Veneris nuncupetur. potuit quidem ea Insula, quæ pascua habuit insignia, à Bobus Buccina dici, vt de alijs Siciliæ, & Sardiniæ proximis Insulis vel eodē, vel simillimo nomine insignitis differit laudatus Cluuerius. caterum an ipsa ita appellata sit, præter allatum M. S. codicem Ferrarii, non habeo adhuc aliud, vnde mihi compertum sit. siue autem Buccina dicatur ea Insula, siue alius propinquus locus, id certum est, haud longe distare a Portuensi ciuitate, atque ab ea via, quæ à mari Romam tendebant. quare non sistendum modo est in Actis S. Nymphæ, sed eorū fides adhuc maior euadit, dum in Portuēsi diœcesi, & Buccinam, & D. Nymphæ eccle siam, quam referunt, alibinde firmatam comperimus.

Duo adhuc ex eodem Ferrario perpendā ex an-

ex antiquo pergameno M. S. codice narrat, noſtratium Sanctorum corpora anno ſalutis 1098, Vrbano XI. Pontifice, & Mauritio Epiſcopo Portuenſi in eccleſiam S. Mariæ in Monticellis tranſlata fuiſſe, quod non de integris corporibus, ſed de eorum parte intelligendum arbitror. ſed iam hinc vides quàm certò ſtatuendum ſit veriſſimas Sanctæ Nymphæ reliquias eſſe, quas Panormi veneramur. nam ex antiquis Actis in Portuenſi Diœceſi in templo D. Nymphæ dicato conſepultas fuiſſe didicimus, & inde tranſlata in S. Mariæ in Monticellis; hinc demũ Panormum reliquias capitis S. Nymphæ habuiſſe tabulæ conteſtantur certiſſimis teſtibus conſignatæ. quod autem Mauritij Portuenſis Epiſcopi ibidem mentio fiat, nõ aliunde prouenire opinor quàm quod è portuenſi Diœceſi, vbi S. Nymphæ templum erat, fuiſſent tranſlata, ipſo volente.

Alterum eſt eiuſdem Ferrarium de monumentis eccleſiæ Suanæ referre Manilianum in Inſula Dianio defunctum, & in Igilium delatum vix exſpectatum, ac rurſus inde in eam eccleſiam Suanenſem Pio II. Põtifice: ſed hæc monumenta ex antiquis actis S. Nymphæ expurganda ſunt. id autem veritati conſonum eſt, eas reliquias noſtratium Martyrum illuc fuiſſe tranſlatas vnde autem aduenerint, non recte enarrari. poſſent certe tranſferri, vel cum pars ad S. Mariæ in Monticellis delata eſt, vel ab eiſdem Sanctæ Mariæ ade, ſi illuc omnia deuecta ſunt, vel ab alio quopiam loco, quò prius veniſſent. quid horum factũ ſit, ignoro. noſter verò Auctor cum perſpiceret Inuentionis, & tranſlationis nomina aliquando confundi, nam cum inuenitur corpus, tranſferri adhæc dicitur è loco, vbi delitescebat, ad publicam lucem conſpectũque hominum, ipſe feſtum tranſlationis, & Suanæ agitur, interpretatus eſt Inuentionis eſſe feſtum, quia ibi ſepulta corpora exiſtimauit; nos verò tranſlationis feſtum proprie ſumimus, & è diſtanti loco, nimirũ è Portuenſi Diœceſi illuc tranſlata ea corpora, vel potius corporum partem exiſtimamus; cæterum Saracenorum irruptiones, quæ Portuenſem oram, & Diœceſim diu male vexarunt, effeciſſe crediderim vt noſtratium Sanctorum reliquiæ inde efferrentur; nã vaſtitatem ab ijs allatam deplorat Baronius ad annũ 270. aliorũ Sanctorũ trãſlationes referens deploret etiam Benedictus in allato diplomate, & prius Anaſtaſius in eiuſdem Leonis IV. vita. quamuis nec inficiar plura alia ad eam tranſlationem, alijs etiam temporibus impellere potuiſſe; nec eſt neceſſe, vt eam nunc diſquiram.

ANIMADVERSIONES IN S. RHODIPPVM

RHODIPPVS EPISCOPVS *quæ de Sancto Rhodippo memoraui, ex actis Sanctorum Martyrum Alphij, Philadelphi, & Cyrini collecta à me ſunt. Romanus Pontifex, à quo Diaconus ordinatus eſt, à me creditur fuiſſe Sanctus Stephanus, an Syxtus? alias dictum. Beati Rhodippi mors in tempora magni Conſtantini incidit; nam Sanctus Neophytus Epiſcopatum inijt, anno Chriſti CCLVII. tenuit annos XXXVII. M. V. vſque ad annum Chriſti CCXCV. ſupra quos ſi Rhodippi annos XVII. numeres, ad annum Chriſti CCCXII. peruenies, quo Imperator Conſtantinus imperitabat, vt Rhodippus Sancti appellatione celebraretur, Paulus PP. V. indulſit.*

✣

ANI

ANIMADVERSIONES IN B. EVPREXIAM, ET THEOGNIAM.

EXCERPSIMVS hoc monumentum clarissimarum fœminarum, ex Actis Translationis Diuæ Agrippinæ, de quorum auctoritate, ac fide dictum est loco suo. ex harum vita, actibusque egregijs, antiquitatem christianæ religionis apud Mevenines intellige.

ANIMADVERSIONES IN DEPOSITIONEM CORPORVM SS. PAPPIANI, LVCIANI, GREGORII, ET ACACII MARTYRVM.

EX GRÆCORVM MENÆIS] *Transtulit P. Augustinus Florius. scripsit Translationem corporis D. Bartholomæi Apostoli ex Armenia in Insulam Liparæ Theodorus Presbyter Constantinopolitanus, qui floruit temporibus Adriani, & Leonis Rom. Pontificum, vt auctor est Vincentius. meminit etiam S. Gregorius Turonensis, Iosephus laudatione in S. Apostolum Bartholomæum, Sigebertus Monachus, & alij.*

Vincen. in spec. hist. lib. 9. c. 87. Greg. de glor. mar. cap. 34. Ios. ap. Simeon. Metaphr. in 2 Sur. to. 4. Sigeb. in Chron. ad ann. 83. Orig. l. 3. in Genes. Eus. hist. l. 3 4. c. 10. Hier. de 4 scrip. eccl. in Pæno. Chrys. ho. de 12. App. Sophron. ap. Hiero. scrip. eccl.

SANE VERO D. BARTHOLOMÆVS APOSTOLVS CVM IN VAR. ORBIS TERR. PROV.] *in India citeriore, vt auctor est Origenes, Eusebius, Hieronymus; in maiore Armenia, vbi Lycaones ad christianam pietatem instituit, vt Chrysostomus, & Albanos, vt Sophronius tradidere.*

IN ARCA LAPIDEA] *Sigebertus, Gregorius Turonensis, alijque*, in loculis plumbeis.

IN VRBANI CIVITATE] *sane Ptolomæo Albanopolis, vrbs in Albanorum regione, prouinciæ Macedoniæ. Armeniæ maioris vrbem, vbi sepultum* D. *Bartholomæum Apostolum, tradit Sophronius Græcus. Albaniam Dorotheus vocat, Albanum Freculphus, & Menæa Græca.*

VNA CVM QVATTVOR ALIIS SS. MM. CAPSVLIS *consentiunt Iosephus laudatione in S. Apostolum, & ex Theodoro Constantinopolitano Vincentius.* 5

ETENIM VT PONTICVM SINVM NAVIGAVIT APOSTOLVS] *nauigationem Sanctiss. Apostoli ita describit Iosephus, quem Hymnographum censeo laudatione in D. Apost. Bartholomæum:* hæc cum dixissent, etiam, quod cogitarant, aggressi sunt, & vna cum quattuor aliorum Martyrum loculis, B. Bartholomæi reliquias in mare deiecerunt. Martyres autem illi gloriosi Apostolum Bartholomæum valde inclytum, duo à dextera, & duo à sinistra parte, medium habentes, pontum ipsum sine fluctuatione aliqua transmittebant, cumque ad Bosphorum Thracium, in Propontidem, venissent, Hellesponti angustias trãsierunt: deinde transmisso Aegeo, & Ionio mari, ad Siciliam applicuerunt, & Syracusas ad sinistram derelinquentes, atque Occidẽtem versus tendentes, ad Insulam Liparim peruenerunt. atque ita celeberrimus ille Apostolus ad eam Insulam deductus est. Diuini autem illi Martyres, cum id compleuissent, quod Deus voluerat, quam celerrime redierunt in eam viam, in quam vnumquemque Diuina prouidentia direxit. 6

Ios. laudatione in S. Barth. ap. Surium

PAPPIANVS MYLAS.] *corrupte apud Mylenses, Papinus, vulgo dicitur, item* 7

apud

apud Vincentium, qui in recenſenda hiſtoria, multa vitioſe tradit detortis vocabulis. vnde hiſtoriæ errores, & tenebræ. qualia ſunt: in partes Scythiæ, in Inſulam Liparim, *pro* Siciliæ: Agathonem Epiſcopum Oſtienſem, *pro* Liparenſem; Bicitanũ, *pro* Lucianum, Meſſua, *pro* Meſſana: *aliaque quæ lector ex his facile cognoſcet.*

3 MYLAS SICILIÆ OPIDVM] *Liparim Inſulam contrà ſitas: ita nominat Thucydides, Marcianus Heracleotas, Strabo, Appianus, Dio, Ptolomæus; ex latinis Cicero*

Sil. lib. 4. *Paterculus, Plinius, Suetonius, Silius:*

Et iuſti quondam portus, nunc litore ſolo
Subſidium infidum, fugientibus æquora, Mylæ.

Et Ouidius.

Ouid. l. 4. faſt. Sacrarumque Mylæ paſcua læta boum.

Nam in Cherſoneſo, cui Mylæ impoſitæ, vt Apollonij interpres ait, ſolis boues paſci ſolitos fabulatus eſt Homerus in Odyſſea. Cauſſam fictioni dedere purgamenta ſimo ſimilia, quæ illic circa Meſſanam, & Mylas expuuntur in litus, vt memorat Plinius. verius, feracitas regionis, Seneca. Mylas à Zanclæis conditas refert Strabo. eis nomen fecit proximus ſtuuius, Mylæ.

Hom. Odyſſ. l. 11. & 12.

plin. l. 2. c. 101. Seneca in quæſt. natur. Strab. l. 6.

Chriſti Euangelium in vrbem Mylas inuectum ante Impp. Valeriani, & Gallieni tempora; nam Decio Imp. Tertullus Sicilia Conſularis chriſtianos ibi exagitauit, quod acta Græca docent SS. Alphij Philadelphi, & Cyrini. proinde D. Pappiuni loculum, Conſtantino magno regnante deuectum, à Chriſtianis viris ſummo cum honore exceptum, nemo dubitet. in litore, qua parte Cherſoneſus in occaſum flectitur, exſtat vetus ædicula, D. Pappiano ſacra: illuc loculum eius iectum, conditumque fama eſt; nec famam refutauerim. quippe illic à maioribus ædificata ædes, & plurima in eo loco miracula, quæ non modo vrbem Mylas, ſed ipſum litus prope ædiculam, in D. Pappiani tutela eſſe, oſtendunt. ſed enim ſcabioſi, vlceroſique, ſcrobe illic defoſſa, affectas partes corporis arena contegunt, & aquam maris ſuperinfundunt: continuò vermiculi quidam illinc exiſtunt, atque ita agriſanti fiunt.

Memorant incolæ, haud multos ante annos, piratarum triremes quaſdam (Turcæ, aut Mauri, hoſtes noſtræ fidei, erant) Mylarum direptionem molitas, qua parte litoris ædes eſt D. Pappiano ſacra. militem exponere iam feſtinantibus, armatas equitum acies, ac peditum viſas tota ea ora maritimas, ac Ducem agminum Pappianum: metuque perculſos, trepidanteſque in altũ reuectos. miraculi teſtes multi ſunt. inter ceteros, Vincentius Iacius Mylenſis, *qui captiuus in iis triremibus habebatur, cum Turcæ viſo in litore exercitu, in altum ſe recepere; nam incerti rerum, Vincentium interrogabere, num ne in ora Mylarum, miles ad cuſtodiam ſtaret? reſpondit ſe, nullũ illic militem eſſe, ſed D. Pappianum Mylarum Præſidem, & cuſtodem. idem Vincentius tota de re conſanguineos ſuos per literas docuit, monitis ciuibus, vt ædiculã S. Pappiani ſumma in veneratione haberẽt; paucos ante annos, ſuperſtites erant Sacerdotes duo, Oliuerius Virgilius, & Franciſcus Bittus, qui literas legerant. eiuſdem rei teſtis eſt Didacus Morales, miles Hiſpanus, qui cum in Turcarum triremibus captiuis, tum teneretur, armatas in litore cohortes contuitus eſt. libertate dein donatus, Mylas vltro adijt, diuque pro ſua in D. Pappianum pietate, eius adi famulatus eſt. Porrò D. Pappianus Mylenſis vrbis patronus habetur, magnoque cultu, anniuerſario feſto die, ad XV. Kal. Iulias, celebratur.*

LVCIANVS MESSANAM] *mendoſe apud Vincentium Beluacẽſem legitur, Meſſua, & pro Luciano Bicianus. ſed Diui Luciani memoria penes Meſſanenſes maxime Sarracenorum cladibus extincta, nuper reſtaurata eſt.* 9

GREGORIVS COLEMNAM] *apud Vincentium,* Columna. *numne hoc loco notatur, quam Strabo, Plinius, & Mela,* Columnam Rheglam *vocant? ea erat ad fretũ Mamertinum, è regione vrbis Meſſanæ, turriculæ inſtar erecta, Scyllæum inter, & Rhegium Iulium: de qua Strabo: vetuſti moris fuit, huiuſmodi ponere limites, quem admodum Rhegini, Columellæ loco, turriculam poſuerunt, cui oppoſita eſt turris Pelori. An locus ea tempeſtate cultus? nãbis actis Calabriæ ciuitas habitata. ſupra Columnam Rhegiam, introrſus, opidum eſt hodie, Calamna, à Columna fortaſſe detortum nomen.* 10 Strab. l. 3. l. b. 6.

ACACIVS VERO IN ASCALOS, NOMEN OPIDI EST] *certò opidum in ora maritima Calabriæ ſitum erat. at quod opidum, quaue in ora fuit? numne idem qui* Aſclus *Stephano,* Aſculum *Ptolomæo, Picenorum opidum, qui Brutijs contermini? ſed hoc mediterraneum, an quod hodie* Scalea *vocabulum à Græco Aſcalos deductum? fane opidum, quod Elea Straboni ætate ſua, antea vero Hyella, & Ella, ſed Elia, deinde Velia Plinio, ad ſinum Pæſtanum fuit, Pãdolfus* Scaleam *putat, at male, vt Gabriel Barrius docet. is vero* Scaleam, *ait, eſſe Straboni* Laum, *quod opidum Lucaniæ. ſed peream Barrius, Niger, Leander,* Talaum *appellant; articulum græci nominis cum voce Laus ideſt populum coniungentes. cæterum inclinat huc animus, vt* Scaleam *putem, maritimum Calabriæ opidum, quod hic Aſcalos, vnde nomen* Scalea *corrupte apud Vincentium,* Thale, *pro* Aſcalos. 11

VERVM AGATHONI] *numne is Agatho eſt Liparæorum Epiſcopus, qui Decij & Valeriani perſecutione, in Siciliam traiecit, vtque hæc finem habuit, in Liparam rediit, vt notum eſt ex Græcis actis Sanctorum Alphij, Philadelphi, & Cyrini? diutius vixiſſe oportuit, atque ad annum centeſimum perueniſſe, imo etiam ſuperaſſe. nam à ſuo in Siciliam appulſu, qui anno Chriſti CCIIII. fuit, ad annum CCCXXXI.* 12

XXI. quo D. Bartholomæus, vt mox dicemus, in Liparam deuectus eſt, anni intercedunt LXXVIII. adde annos ætatis, & Epiſcopatus: quos haud paucos fuiſſe, credendum. ſi XXX. circiter annos ei dederimus, CX. annum fuiſſe ſupergreſſum reperiemus. quoniam verò, haud ſatis firmè eſt, D. Bartholomæi corpus in Liparam anno Chriſti CCCXXXI. delatum, coniecturam noſtram, de Agathone Epiſcopo, afferre viſum eſt, quem acta maxime celebrè fuiſſe memorant; at quis Agathone Epiſcopo Liparęorum, qui Deciana perſecutione iactatus eſt, clarior fuit? falsò Vincentius Agathonem dicit Epiſcopum Oſtienſem.

13 QVI PER ID TEMPVS] *Ethnicis Chriſti eccleſiam adhuc vexantibus, ita Theodorus Abbas apud Vincentium, & Gregorius Turonenſis,* qui poſt multorum, *ait,* annorum ſpatia de paſſione, &c. *D. Bartholomæi,* cum iterum chriſtianis perſecutio adueniſſet, & viderent Gentiles omnem populum ad eius ſepulchrum concurrere, eique deprecationes aſſidue, & incenſa deferre, inuidia illecti, abſtulerunt corpus eius, & ponentes in ſarcophagum plumbeum proiecerunt in mare: ſed prouidentia Dei cooperante, ſarcophagum plumbeum, à loco illo, aquis ſubuehentibus ſubleuatum, delatum eſt ad inſulam vocabulo Liparis, &c.

Greg. Turon. l. de glor. Mar. cap. 34.

Prima hæc S. Bartholomæi Apoſtoli trãſlatio ex Armenia in Inſulam Liparam, prope Siciliam, Conſtantini Magni anno XXVI. Chriſti CCCXXXI. accidiſſe in manuſcripto Florario traditur. eſt hoc Martyrologium, à religioſo quodam viro confectum, ante annos C. quare non nimis ei fidendum, niſi res aliunde firmetur. eſt illud penes patrem Heribertum Roſuueydum è ſocietate noſtra, qui Cortracq ad me miſit ante annos ſeptem, & hunc in locum tranſcribo. Florarium MS. Sanctorum, XIII Iunij: apud Liparim inſulam, Translatio S. Bartholomæi Apoſtoli prima: poſt cuius martyrium, dolentes pagani, chriſtianum nomen per multas regiones diffuſum celebrari, & Deorum ſuorum ritus paulatim exhaniri, loculum in quo conditus erat, contumaciter aperiunt; & in loculo plumbeo reponunt; & in pelagus quaſi perpetuo celandum proiiciunt. quod in hanc Inſulam, Deo ducente, delatum eſt, anno ſalutis CCCXXXI. vbi per multa tempora in honore ſeruatum quieuit.

ETENIM PARVA INSVLA, QVÆ VVLCANVS APPELLATVR] *quod ſacra olim Vulcano eſſet; quam ob cauſſam, eadem* Hiera *dicta. Plinius:* inter hanc (*Liparam*) & Siciliam altera, antea Therasia appellata, nunc Hiera, quia ſacra Vulcano eſt, colle in ea nocturnas euomẽte flammas. *vide Diodorũ Siculum & Strabonem. Inſulam verò Vulcanum, Liperi pene centiquam, ad D. Bartholomæi corporis appulſũ ſtadijs ſeptem procul ceſſiſſe, Sanctiſſimi Apoſtoli beneuolentia erga Liparæos, factum intellige. enim vero vt ignium periculis, qui è proximo Vulcani cratere, damno accolarum, erumpebant, inſula longius pulſa, illos eximeret. nec mirum, diuinitus ſemotã, quę naturæ miraculo, haud ẽi orbe enata, ſed è pelago repente emerſerat,* Coſſ. Poſthumio Albino, & Fabio Labeone, *vt memorant Plinius, Eutropius, Paulus Oroſius, Iſidorus.*

14 Plin. lib 3. cap. 9.

Diod. l. 5. Strab. l. 6.

Plin. lib. 2. cap. 90. Eutrop. l. 4 Oroſ. l. 4.

15 MVLTIS POST ANNIS ETC.] *Leo Oſtienſis ait,* Baſſacius Abbas à *D.* Benedicto XVIII. ordinatus, anno Dominicæ Incarnationis IↃCCCXXXVII. præfuit annis XIX. huius tertio ordinationis anno, Principe Sicardo, corpus B. Apoſtoli Bartholomæi de Liparitana Inſula Beneuentũ translatum eſt. *igitur ex Leone, anno IↃCCCXL. translatum. ſed ex Sigeberto monacho, nouem ante annos, Theophilo Imperatore anno Chriſti IↃCCCXXXI. atque ad eum annum Oſtienſis ſcribit,* Sarraceni Siciliam incurſantes, etiam Liparam deuaſtant, vbi corpus Bartholomæi Apoſtoli quieſcebat, quod olim loculo plumbeo iniectum, & in mare merſum à paganis, non ferentibus illud, propter nimiam ſignorum claritatem, ab omnibus venerari, ab India vſque ad hanc inſulam vltro delatum fuerat cuius oſſa modo à Sarracenis huc, illucque diſperſa, & à quodam monacho, ipſo reuelante, collecta, Beneuentum transferuntur. *Porrò diſiecta oſſa, confuſaque eum alijs igneo ſplendore cognita, collectaque, S. Antoninus, & Equilinus tradunt. ijdemque annum primæ Translationis male notant. errat item Vincentius, qui libro nono Trãſlationem ſecundam factam ait anno IↃCCCVIII. quamquam libro XXIV. locat in anno IↃCCCXI. quibus annis nondum Liparis à Sarracenis capta.*

Cap. 19. Iſid. l. 14. Leo Oſtienſis l. 1. c. 26

Sigeb. Ch.

S. Anton. p. p. tit 6. c. 12. Equil. l. 7. cap. 303.

16 PRINCEPS OPIDI] *Sicardus, ex Leone Oſtienſi.*

ANI-

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES IN VITAM SANCTI FANTINI

VITA S. FANTINI] *vitam S. Fantini Syracusani dam° exscriptam ex vetusto libro manu exarato Ioseph Madrensis I. Consulti Syracusani; dictione paullulum expolita, ac leuibus quibusdam recisis. eãdem historiam pressius narrat Petrus Episcopus Equilinus. Meminit etiam Franciscus Maurolycus, & ex eo Ioannes Molan° ad Vsuardum, hisce verbis:* in Calabria, oppido Tabritano (*emenda Tauriano*) Fantini Confess. *Syracusani: cuius parentes Fantius & Deodata Syracusis plumbatis cęsi, cum Diis litare nollent, decollati sunt: Censemus autem Fantini parentes extrema persecutione sublatos, quæ ab Imperatoribus Dioeletiano, & Maximiano excitata est: proin Fantinum ad Magni Constantini tempora, quo Principe pax ecclesiæ reddita est, peruenisse. Philippus Ferrarius ex errore, Fantinum Episcopum appellat, numquam enim pontificatum gessit, sed confessor, & extorris obyit.*

Pet. Episc. narr de Vita, & miraculis S. Fãtini.

Ferrar. in noua Topographia

SYRACVSIS NATVS EST FANTINVS] *codex Madrensianus sic habet: Fantinus fuit filius Fantii, insignis inter proceres, & barones de domo Modica ciuis Syracusani. & paulò post, simul pergunt (Fãtius, & Fantinus) ad Deodatam in Castro dicto Modica, quod est caput illius baroniæ haud dissimilia tradit Equilinus: Fantius de domo Demadica. Deodatam veronobilem de Lentino appellat. quod Leontinus quidã ad patriam retulit, ac proinde Deodatam inter Diuos Leontinos adscripsit sed leue est argumentum, ex deprauatis actis desumpsit codex Syracusanus, Deodatam nobilem ait feminam, de domo Comomj. porrò hæc nugamenta actis immixta sunt a quopiam otioso. non enim ea ex antiquis moribus. pro quo Fantini, imperantibus Dioeletiano, & Maximiano, haud crediderim Syracusis fuisse familiam Demadicam, vel Modicam?*

Marafiot' descript. Calabr. l. 1. c. 20. & 25.

Hieronymus Marafiotus Policastrensis falsò Abbatem Maurolycum, virum doctissimum, & in Mathematicis disciplinis clarissimum, reprehendit, quod Fantinum Syracusis ortum, Martyrologio suo tradiderit planè vero Tauriani ciuem fuisse affirmat, quod opidum in Calabria fuit; multaque quibus se tueatur, promit. nam Fantinum, ait Syracusas profugisse, qua tempestate Taurianum à Sarracenis Afris, & Siculis euersum est, anno Christi Domini CIↃLXXV. ad hoc monachum ordinis S. Basilij fuisse, & præfectum monasterio D. Mercurij, quod exinde S. Fantini dictum est germanum fratrem S. Luca, aqualem SS. Philareti, Zachariæ, Elia Bouensis, et Nili Rossanensis. demum S. Fantini meminisse Vsuardi Martyrologio suo: Hęc Hieronymus à vero aberrans toto cœlo. neque enim Fantinus Tauriano Syracusas, sed contra Syracusis Taurianum ob persecutionem profugit, quod ex historia, quam edimus, notum est. Taurianum vero à Sarracenis Africã tenentibus euersum est, ante annum Christi ferme octingentesimum, cum nondum Sicilia occupassent, vt constat ex Petro, Tauriani Episcopo eorum temporum scriptore. Cetera refutare velle, hominis est otio abutentis.

Scias igitur velim, mi lector, Diuos Fantinos duos exstitisse, alterum Siculum, Syracusis natum, cuius super antiquissimam ecclesiæ Syracusanæ traditionem meminere scriptores Equilinus, Maurolycus, exstatque vita in M.S. codd. Syracusanis: alter Fantinus Calaber fuit, de quo hæc habet Menologium Græcorum, ex Bibliotheca & interpretatione Guilelmi Sirleti S.R.E. Cardinalis: eodem die natalis S. miraculorum effectoris Fantini. hic genus ducens ex regione Calabrorum, Georgii, & Bryenæ filius, ab infantia Deo consecratus, monasterio traditus est, in quo virtutem omnẽ exercens, & Dei præcepta custodiens, diuinis reuelationibus dignus efficitur. ita continens, vt dies 20. ieiunus transigeret; quin etiam 14 annis nudus vixit, innumerabiles calamitates ex Sarracenorum incursibus pertulit. in his annos LX. durans, Vitalem, & Nicephorum discipulos assumens, adiit Peloponnesum: & apud Corinthum multo tempore diuersatus, plurimis salutem conciliauit. Athenas profectus, sanctum Dei Genitricis Mariæ templum adorauit. Larissam venit, ad S. Achillei sepulchrum assidens. Thessalonicã se conferens, magni Martyris Demetrii miraculis fruitur totos octo annos. consuetum canonem abstinentiæ exercens, in senectute bona, vitam hanc terrestrem dissoluit. *Hæc menologium. Duos igitur Fantinos Hieronymus Marafiotus perperã confudit, quorum, vt animum aduertisti, diuersa est patria, institutum vitæ, ætas, dies natales. Ceterum Petro Episcopo Taurianensi, qui Fãtinum Tauriani natum asserere videtur, Notis adorationem eius faciemus satis.*

Menolog. Græc. die 30. Aug.

FANTIO, AC DEODATÆ] *de quorũ certamine, & corona loco suo dictum est.* 3

EIVS COMES LEONTIVS] *ita Madren-* 4

Digitized by Google

drenſianus liber manu exaratus. corrupte apud Equilinum, Lentinus.

5 VEHEMENTISSIME PLVMBATIS VAPVLANT] *plumbata, pilis plũbeis præfixæ virgæ, vt ait Vegetius, quibus in pugna milites vtebantur: à pugna, ac militib⁹ ad quæſtiones, & Martyrum carnificinam traducta. Metaphraſtes in D. Callipodia-*

Veget. l. 3. c. 14.

Metaphr. in D. Callipodia.

tum Maximus iuſſit, vt eminẽto plumbatis virgis omnia oſſa confringerentur. Erant & plũbata, loris è corio colligatæ glandes plũbeæ, quibus maximè cruciatu Martyres cædebantur, & verò interdum vſq; ad mortẽ. Metaphraſtes in D. Cæcilia, iuſſit eam verberari globis plumbeis, donec ſpiritũ emitteret. *D. Ambroſius, chriſtianos ait aut gladio, aut fuſtibus, aut plũbeis necatos, iſſq; exemplis plena ſunt acta Martyrum. porrò verberabatur plumbatis damnatorum hominum ceruix, & tergum. Zoſimus,* plumbeis pilis in ceruicẽ verbera dari iuſſit. *Prudentius* tundatur tergum crebris ictibus, plũboque ceruix verberata extuberet.

Idem in D. Cæcil. D. Ambr. epiſt. 17.

Zoſim. l. 4. hiſtor.

Prudent. hym. in S. Romanũ

6 HÆ IN PRAESENTEM VSQVE DIEM SYRACVSANA IN ECCLESIA DEMONSTRANTVR] *hæc ergo acta ſcripta videntur ante Sarracenorum in Sicilia dominatum, cum cateng D. Fantini demonſtrabantur: nam eorum barbarie, cuncta dein peſſum iere.*

7 OPIDVM, QVI TAVRIANO NOMEN, INGREDITVR] *apud Maurolycum, Equilinum, alioſq; opido nomen corrupte Tabritano. Taurianum verò opidũ fuit Brutiorum Straboni, Pomponio, Plinio apud quem pro Tauroento, Taurianum emenda, vt eſt in vetere libro. Metauri fluminis, quod Taurianũ interfluebat, vt auctor eſt Petrus Taurianenſis Epiſc. oſtiũ ex aduerſo Aeoliarum, Plinius, & Strabo deſcribunt. euerſum eſt Taurianum à Sarracenis: ex eius reliquijs hodie opidum Seminara, Gabriel Barrius.*

Strab. l. 6. Pomp. l. 2. cap. 4. Plin. l. 3. cap. 8. Pet. Epiſc. Taur. de miracu. S. Fant. Barr. de Calabria

8 PASCENDIS IVMENTIS AMANDATVR A DOMINO SVO RVRI] *vbi D. Fantinus equas ad paſtum egerat, poſteritas templum exſtruxit, quod exſtabat cum viueret Petrus Tauriani Epiſcopus, imperante Leone, vt mox dicam.*

9 CVMQVE AD METAVRVM PERVENISSET] *Equilinus, & liber Madrenſianus vitioſe appellant* Motabrum; *qui Straboni, Pomponio, Plinio Metaurus recte dictus. hodie fluuio nomen* Teriana.

10 POSTREMO DIE MENSIS IVLII] *variant ſcriptores in natali die S. Fantini. Madrenſianus liber, Fantinum pridie Kal. Auguſti obitum ſuum prædixiſſe habet, ſed Kalendis ipſis Dominico die obiuiſſe. Petr. Equilinus Epiſcopus, Fantinum demortuũ ait, die Dominico pridie Kal. Aug. Abbas Maurolycus natalem diem S. Fantini in pridie Kal. Aug. pariter conijcit. Petrus Epiſcopus Taurianenſis memoriam S. Fatini, feſtumque diem Tauriani ſolitum peragi, memorat IX kal. Aug.: idem tradit Hieronymus Policaſtrenſis quo die in eccleſia Syracuſana colitur.*

ANIMADVERSIONES
IN NARRATIONEM
PETRI EPISC. DE VITA
SANCTI FANTINI

1 PETRI OCCIDENTIS EPISCOPI] *Epiſcopus fuit eccleſiæ Tauriani in Calabria. multa perſuadent: ſermo ipſe habitus ad Taurianenſes. quorundam miraculorum non modo oculatũ teſtem fuiſſe, ſed miniſtrum ſe dicit. Nicetam appellat Archidiaconum eccleſiæ ſuæ: ille verò Taurianenſis eccleſiæ Archidiaconus fuit, ex actis Syracuſanis. demum planè appellat Taurianum patriam. ab alio quo Græco dictus eſt Occidentis Epiſcopus, ideſt in occidente, quia forte dubitauit, vel neſciuit quanam vrbi illi ſubderetur.*

Vixit is ſcriptor, vt extrema narratione ait, Imp. Leone hæretico, ad quem tertio eius imperij anno, legatus cum quibuſdam Siculis à Prætore Siciliæ miſſus eſt. porrò ab anno Chriſti Domini IↃCCXVI. ad IↃCCCXIV. Leones tres imperium tenuere, Leo Iſaurieus, Leo Porphyrogenitus, & Leo Armenus, qui omnes hæretici cognoſci ſuere. quis horum Leo Hæreticus fuit, ſub quo Petrus Taurianenſis vixit? in ambiguitate, cum nulla ex narratione lux affulgeat. ſed inclinat animus ad Leonem Porphyrogenitum, cuius imperij annus tertius incidit in annum Chriſti IↃCCLXXVIII. mouet me, quod is nõ niſi anno imperij quinto, qui extremus illi fuit, in ſceleratorum ſuorum vltionem, occultum animi virus euomuit, & imaginum cultores perſequi palam cœpit. ante hũc annum tutus adeũ acceſſus fuit, ad Leonem Iſauricum, & Leonem Armenũ acceſſus haud tutus fuit, qui inito imperio ſacris imaginibus bellum indixere. ſed leuis eſt coniectura. quod certum, vixit Petr. Epiſcopus Taurianenſis poſt occupatã, ac poſſeſſam à Saracenis Africam. quos Taurianum magna ex parte euertiſſe idem Petrus narrat. Sarraceni vero Africam penitus occupauere, anno Chriſti IↃCXCVII. Cedreno Auctore.

NAR-

Digitized by Google

2 NARRATIO] *narrationem hãc exſcripſimus ex Græco cod. M. S. Monaſterij S. Saluatoris, apud Meſſanam. tranſtulit in latinum P. Franc. Raiatus è noſtra ſocietate ea dicta videtur, anniuerſario feſto die Sancti Fantini.*

3 DIVINÆ LVCIS PARTICIPEM ESSE] *videtur hic ſcriptor nomen deriuaſſe à Prænomẽ, quod inter alia, lucere ſignificat.*

4 IN AMICORVM, ET CONSANGVINEORVM GRATIAM] *obtrectantium has voces accipe. neque enim extero Fantino, in Tauriani opido, conſanguineos fuiſſe facile eſt.*

5 TAVRIANEM INDIGITAVIT] *Stephanus Tauraniæ vrbs Italiæ. emenda Tauriane. ita etiam apud Strabonem. ſed Pomponio, & Plinio eſt* Taurianum. *de quo diximus Notis ad ſuperiorem vitam.*

6 HAC NATVS EST PATRIA] *ſed in Fantini patria ſcriptor hic falſus eſt. nam Fantinus Syracuſis in Sicilia natus, vt probatum à me eſt Notis ad ſuperiorem vitam. erroris cauſſa ſcriptori duplex eſſe potuit. prima, quod Fantinus Tauriani demortuus. quam ob cauſſam Taurianum, natalis patriam Fantini dici potuit, quod ex ea cœlo natus ſit. itaq; Syracuſanus Encomiaſtes laudatione in S. Marcianum Antiochiæ vrbe Syriæ ortum, Syracuſis verò demortuum gregem tuum ait, abluis, & patriam ſanctificas. & rurſum: hanc ſiquidẽ decantatiſſimam, & tua cauſſa celeberrimam Syracuſanorum vrbem, patriam tuã in terris iure cenſemus, vbi feretrum, ac templum tuum manet, ac perpetuis miraculis illuſtratur. in cœlis autem patriam habere te, haud ignoramus illam, quã diuinus Paulus ſupernam Hieruſalem appellauit. Altera erroris cauſſa ſcriptori eſſe potuit corrupta in vulgus fama; nam compoſita eſt hæc narratio à Petro Epiſcopo ex ijs, quæ per manus tradita adhuc circumſonarent, exſtarentque in vulgus, vt ipſe idem principio narrationis affirmat. famam vero interdum errare, ſatis conſtat, in ijs præſertim, quæ ab origine ſui longe abſunt, quæque nobis vſurpare glorioſum eſt.*

7 LIBERALITER TRACTANS EOS, QVI APVD IPSVM EO DIE CONVIVIO ACCIPERENTVR] *paulo poſt de Andrea à D. Fantino per miraculum ſanato: namque iam tum ſancti viri memoriam ſumma deinceps quotannis religione, ac fide colebat. præclarum eo die, lætumque conuiuium apparans, ingentemq; eum familiaribus latitiam agitans. ſane olim in Martyrum natalitijs epulum in ſacris ædibus celebrari ſolitum. quod ex eo D. Gregor. Nazianzenus* natalitium *appellat. Theodoret. Sanctis Martyribus, ait ſolemnitates populari epulo peragunrur. dein cum mores ſanctiſſimos tempora corrupiſſent, ea Agape è templis ſublata, vt D. Auguſtinus docet. à templis, in priuatos lares, traductum morẽ, hinc noſcis.*

S Gregor Nazianz de vitæ diſcr. Theodor. Euang ver it. l. 8. S Aug ep. 64.

8 PORRO NICETAS HVIVS HOMINIS FILIVS] *Theodori, cuius ſuperiore miraculo mentio facta eſt.*

9 PRÆVNCTVM CHLAMYDE] *Pollvce, & Hetychio auctoribus, Chlamys, tenue veſtimentum fuit, quod ſuper iniiciebatur.*

10 CVI ANTISTITA NOBIS, INQVIT ID A PATRE NOSTRO TRADITVM NON EST] *numne is Pater Sanctiſſimus Baſilius? cuius vitæ inſtitutum, qui ſectabatur, ſtantes canebant; ac ſedere in odæo, prohibitum.*

11 INTRODVCTA AD ARAM A PATRE, VBI SANCTI VIRI TVMVLVS ERAT] *reliquias S. Fantini intra altare aſſeruatas ex conſequente miraculo viſæ lucis, ad ſepulchrum eius, planè cognoſcis. aras vero ſepulchra Martyrum exſtitiſſe, dictũ eſt alias.*

12 QVI ID TEMPORIS IN SICILIA REI BELLICÆ DVCEM AGEBAT] *Prætorem potius dixerim. nam Iuſtinianus Imp. recepta a Gothis Sicilia, Prætores ad eam regendam deſtinauit. an tum Prætor cum exercitu, infeſtantibus Siciliam Sarracenis? & veriſſimum. ſi hæc legatio ad Leonem Armenum obita eſt.*

13 S. ÆMILIANVM, VT NAVIGANTIBVS MOS EST] *is forte mos eorum temporum. hoc ævo patronus nauigantium S. Eraſmus. incertum quis fuerit Æmilianus, nam multos in martyrologio reperies.*

14 SEDENTEM IMP. VIDERE IN EA QVÆ DICITVR MAGNAVRA] *Theophanes de Leone Porphyrogenito:* accuſatus eſt Nicephorus Cæſar, & frater Imp., quod inſidias conſtruxiſſet aduerſus eum, cũ quibusdam ſpatariis, atq; ſtratoribus, aliiſque regiis hominibus. & facto Imp. ſilentio apud Magnauram, expoſuit populo, quæ de ſe dicta fuerant.

Theoph. in Leone Porphyrogenito

Demum huic vitæ Hymnum in S. Fantinum ſubtexui: is exſcriptus eſt à me ex Græco cod. MS. Monaſterij S. Philippi Fragalatis, iuxta opidum S. Marci, in dioeceſi Meſſanenſi. latine redditus eſt à Patre Auguſtino Florito, noſtræ ſocietatis, credideram compoſitum à S. Ioſepho Hymnographo. In eo miracula S. Fantini percurruntur, quæ cum narratione Petri Epiſc. conferre poſſis. ex comparatione verò vtrique ſcriptori fides erit, & robur.

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES
IN VITAM
S. VRSI EPISCOPI

1 VRSVS EPISCOPVS] *hac S. Vrsi vita concinnata à me est, partim ex ijs, quę dispersa de eo dicuntur ab Hieronymo Rubeo, partim ex monumento quodam, quod ex MS. cod. ecclesię Rauennatis idem Rubeus vir doctissimus, & humanissimus ad Dominum Constantinum fratrem meum, is vero ad me, misit.*

Rub. hist. Rauen. l. 2

2 HIS SVMPTA CHRISTI FIDE] *Adi Vitam S. Bassiani.*

3 RAVENNATEM ECCLESIAM SVSCEPIT REGENDAM] *Anno Domini CCCLXXIIX. Hier. Rubeus. Mortem obijt anno CCCLXXXXIIX. sedit igitur annos XX.*

Rub. eodē lib.

4 HOMINVMQVE, ET ANIMANTIVM CRVSTIS] *Artifices iis componendis fuere Euserius, Paullus, Agathon, Satius, & Stephanus, quos ea ętas mustuarios præcellentes tulit.*

5 IVXTA FOSSAM AMNIS] Rauenna *vt ait, Iornandes,* ad Ioniũ mare sita, aquarum influentium exundatione concluditur. Habet ab Oriente mare, ab Occidente paludes: à septemtrione ramus illi ex Pado est, qui fossa Asconis vocatur; à Meridie ipse Padus, ab Augusto altissima fossa demissus, mediam vrbem interluit. *Ex his lux aliqua huic loco.*

Iornand. de reb. Geticis

6 MAGNIFICIS ÆDIBVS HABITABATVR] *Strabo,* vrbium, in paludibus sitarum, maxima est Rauenna, tota ligneis cõstans ædificiis, aquis perflua, quare pontibus & lembis viæ expediuntur. *Hæc Strabo, Cõsequentibus autem temporibus, vt Sidonius Apollinaris nos docet, cum Padus ab alueo principali, molium publicarum obiectu, discretus, deriuatusque vrbem Rauennam partim alueret, partim interlueret, super eas moles pulcherrimus ordo Insularum dispositus fuit. itemque prætoria longe, lateque lucentia. Padi gurgitibus oppositę,* auctore Cassiodoro.

Strab. lib. 5.

Sidon. l. 1. ep. 5.

Cassiod. l. 12. ep. 22.

7 AMPLISSIMVM IN SICILIA PATRIMONIVM] *Idem Hieronymus Rubeus, fama circumferri ait, per ea tempora Siciliam ecclesiæ Rauennati subiectam fuisse, eique Gemellum ab Archiepiscopo eius Ecclesiæ Exuperantio, qui Sancto Vrso successit anno 398. vsque ad annum 417. fuisse præfectum, & vivente Mauro Archiepiscopo, quem obijsse ait anno 672. Siciliæ partē adhuc sub Rauennatis Episcopi ditione fuisse, eòque Vicarios mitti consueuisse, qui prouinciam pro Archiepiscopis Rauennatibus administrarent, & ius dicerent. quæ omnia quam longe à vero absint, facile patet, cum tunc Imperatoribus paruerit, vt ex Siculis historicis apertissime liquet. sane Gregorius Magnus in priuilegio, quo bona omnia Rauennatis Ecclesiæ confirmat, & ipsum extat apud eumdem Rubeum, nec bonorum, nec Territorij eius Ecclesiæ, quod in Sicilia possideret, meminit: haud tamen inficias iuerim Rauennatem Ecclesiam Patrimonium in Sicilia habuisse; etenim anno 601. Marimianus Episcopus Rauennas Ioannem Diaconum in Siciliam misit, qui distractum eius Ecclesię patrimonium restitueret; eumq; Gregorius Pontifex Alexandrino Presbytero literis suis commendauit, quia patrimonium, inquit, Ecclesiæ Rauennatis, quod in Sicilia constitutum est ita dicitur diminutum, ac si nullus esset, qui vtilitates ipsius agere potuisset, necesse fuit Reuerendissimũ fratrem, & Coepiscopum nostrum de patrimonio ipso, ne amplius decresceret, cogitare.*

8 ECCLESIÆ SVÆ TRADIDIT] *Ea pietas Sanctorum Episcoporum fuit. Gregorius Nazianzenus Ecclesiam suam heredem reliquit. Illius vero testamentum lege apud Illustrissimũ Baronium. ad annum Christi CCCLXXXIX.*

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES
IN VITAM
SANCTI BASSIANI
EPISCOPI

1 VITA S. BASSIANI] *S. Bassiani Vitam compositimus ex his, quæ narrat de eo doctissimus Rubeus in historia Rauennatium, & Petrus Equilinus in catalogo: multoque copiosius prosequitur Mombritius, & M. S. codex ecclesiæ Syracusanæ. pauca quædam ex S. Ambrosio excerpsimus, in epistolarum eius libris. tradit Galesinus, suis ad Martyrologium Notis, Bassiani vitam ab eius discipulo conscriptam. subdubito, an ea sit, quæ extat apud Mombritium.*

Rub. hist. Rau. l. 2. Equil. l. 2. cap. 101. Mombrit. tom. 1. S. Ambr. Epp. l. 1. & 8. Galesin. in Not. ad 4. Kal. Febr.

2 BASSIANVS IMP. CONSTANTINO] *Bassianus anno Christi CCCXXVIII. natus est. constat ex eius vitæ, mortisque annis. nam exces sit nonagenarius, anno Christi Domini CCCCXVIII. si relegas annos, natum comperies anno CCCXXVIII. quæ dixi, regnante magno Constantino. Syracusis ortum præter M. SS. codd. affirmant Equilinus, Mombritius, Maurolycus, Galesinus, Rubeus, alij.*

3 PATRE SERGIO] *obscure Mombritius Sergium appellat Syracusanorum Prouinciæ Præfectum. MS. cod Syracusanus multo clarius, Syracusanorum, Prouinciæ Siciliæ Præfectum: ideſt Syracusis in Sicilia Præfectum. quãquam vereor, ne toti Siciliæ ab Imperatore Prefectus fuerit. sed rē à scriptoribus perturbatam inuenio.*

4 DVODECIM NATVS ANNOS] *Rubeus tradit, Bassianum decennem à patre Romam missum: Mombritius, Equilinus, Maurolycus, duodennem. idem MSS. codd. firmant. Romam igitur adiit Bassianus anno Christi CCCXL. sub ea tempora, Romæ docebat nobilissimus ille Orator C. Marius Victorinus. Hieronymus enim memorat, Victorinum Rhetoricam in vrbe docuisse, Constantino Principe. eumdem tradit Augustinus, scholam deseruisse, cum christiani doctores prohibiti sunt docere, Iuliani Apostatæ lege. Victorinus igitur summa cum laude, publice Rhetoricam Romæ professus est, à temporibus Cõstantini Magni ad Julianum Apostatam iam senex, vt ait S. Hieronymus, Christi fidem cõplexus est. quam ob causſam de eo à S. Augustino scriptum, non erubuit, esse puer Christi tui, & infans fontis tui. idemque Augustinus Victorinum appellat doctissimum senem, omnium liberalium doctrinarum peritissimũ doctorem tot nobilium Senatorum. Equidē existimo, insignem virum Marium Victorinum à Bassiano præceptorem Romæ auditum. & fortasse operæ illius iam christiani, ad fidem Christi perductum. porrò Constantini principatu, eloquentiam Romæ maxime floruisse, satis constat ex claris Oratoribus, qui Rhetoricam in vrbe docuere; vt ante Victorinum Paterius, ante Paterium Nazarius, summi Rhetores. quamobrem è prouincijs, studiorum causſa, Romam mittebantur. vt habes hic de Bassiano & de Rustico, ad quem D. Hieronymus ita scribit,* mater post studia Galliarum, quæ florentissima sunt, misit te Romam. vt vbertatem, nitoremque Gallici sermonis, grauitas Romana condiret

S. Hier. de scrip. eccl.

S. Aug. l. 8. confes. c. 5

S. Aug. cõfess. l. 8. c. 2

S. Hieron. ep. ad Ruvium 5

NE CONSILIA MENTIS FAMVLI INTROSPICERENT] *Mombritius ait, Bassianum timuisse famulantes sibi, quibus pater custodiendum tradiderat: codex Syracusanus, familiares, quorum fidei a patre commissus vtrumque fuit.*

6 ET RAVENNAM FIDO CVM COMITE ABEVNDVM] *cum Bassianus Rauennam ad Vrsum affinem suum venit, nõdum is Episcopus creatus erat. sic eruo ex coniectura, natus est Bassianus anno Christi CCCXXVIII. duodennis Romam missus est, ideſt anno CCCXL. quot annos Romæ commoratus est, studiorum causſa: incompertum ex actis: sane adolescens Christi fidem induit, vt scriptores omnes, & M. SS. codd. docent. fac fuisse viginti annorum aut paullo amplius, ac Rauennam venisse circa annum Domini CCCL. at Vrsus creatus est Episcopus Rauennæ, anno CCCLXXVIII. vt auctor est Rubeus. non potuit igitur Bassianus ad Vrsum venisse, cum is Episcopus ecclesiam Rauennatem regeret, quod nonnulli tradidere. alioquin oporteret, Bassianum Romæ versatum fuisse, ab anno Christi CCCXL. ad annum CCCLXXVIII. ideſt annos XXXVIII. atque ad Vrsum contendisse, cum ætatis annum quinquagesimum ageret. non videtur tamen Bassiano studiorum causſa missio, Romæ tot annos versari, à patre permissum.*

7 NAM CVM VRBE RAVENNA XV. PAS. MILLIB. PROCVL ESSET] *Eo loco facinus accidit, quo vetus Vrbs Phycocle fuit, quæ Ceruia dein dicta; His-*

Digitized by Google

Hieronymus Rubeus.

8 IN CLASSEM RAVENNÆ OPIDVM PERVENIT] *Iornandes*, Rauenna, *inquit*, Vrbs inter paludes, & pelagus, interque Padi fluenta &c. *paulloque post*: à meridie Padus altissima fossa demissus, qui septima sui aluei parte, mediam influit ciuitatem. trino vrbs ipsa vocabulo gloriatur, trigeminaque positione exsultat, prima Rauenna, vltima classis, media Cæsarea. *Habrabamus Ortelius, hallucinatum, ait, Iornandem, qui Rauennam Classem, & Cæsaream trinominem, & ex tribus vnam faciat quod Classis, & Cæsarea potius suburbia Rauennæ fuerint. sed iniuria reprehenditur Iornandes, qui non aliud notat, quam Rauennam in partes tres dissectam, triplex opidum fecisse. idem firmat Sidonius Apollinaris, qui suum Rauennę appulsum describit his verbis*; Rauennam paullo post cursu dexteriore subeuntes; quo loci veterē ciuitatem, nouumque portum media via Cæsaris, ambigas, vtrum connectat, an separet? insuper opidum duplex pars interluit Padi, cetera pars alluit, &c. *Rauenna igitur Sidonio opidum duplex, si mediam Cæsaris viam, inter Rauennam, & Classem nequaquam numeres verum si numeres cum Iornande, triplex opidum erit, Rauenna, Classis, & Cęsarea, à via Cæsaris dicta, quam Sidonius memorat. hęc enim, & si opida duo Rauennam, & Classem intercideret, habitabatur tamen, & opidi instar erat. quam ob caussam à Sidonio dictum est de media via Cęsaris, ambiguum esse, connecteret, an separaret veterem ciuitatem, nouumque portum, idest Rauennam & Classem. nam influens in vrbem Padus, ad Ostia portum prębebat, qui Classem CCL. nauium reciperet, vt ex Dione refert Iornandes, sed vetere portu in hortos mutato, nouus portus defossus est, qui, quod priore longe minor esset, Portellio dictus Agnello, in vita Ioannis Episcopi in portu Rauennę, Classem, ad tutelam maris Augustus collocauit. ex ea forte asse opido nomen, Classis. eius opidi hodie nihil exstat, præter monasterium Diui Apollinaris, auctor* Rubeus.

Iornandes de rebus Geticis.

Habr. Ortel. in thesau. Geograp. V. Rauēna

Sidon. Apoll. Epp. lib. 1. ep. 5.

Agnell. in vita Ioan. Ep. Rauēnatis.

9 BASSIANE DEI SERVE] *simile miraculum leges in vitis S. Nicolai Episcopi Myrensis, & S. Leonis Catanensis, qui eum adhuc viuerent, quamquam longe positi, inuocati opem inuocantibus attulere.*

BASSIANO PIE SACRIFICIVM PRO EO OFFERENTI] *Quid garriunt Hæretici, sacrificium missę defunctis minime prodesse?* 10

CLEMENTEM EIVSDEM ECCLESIÆ PRESBYTERVM] *in tabulis Ecclesię Laudensis, ad 16 Kal. Nouembris memoratur festus dies S. Clementis Presbyteri eumdem crediderim, cuius hic mentio est.* 11

VIROS DVOS LAVDE ADIVTVROS] *Laus, Insubriæ ciuitas est, in Transpadana Italia, Mediolanum inter, & Placentiam: à Pompeio Strabone, Magni patre Laus Pompeia dicta est.* 12

EPISCOPVS CONSECRATVS EST] *Bassianus consecratus est Episcopus, Kal. Ianuarij. scripsere nonnulli Bassianum delectum ad pontificatum, extremo anno Christi* CCCLXXXII. *pridie Kal. Ianuarias, consecratum anno consequente Kal. Ianuarijs. sed duobus annis erratum est. nam cum constet, Bassianum concilio Aquileiensi interfuisse, eiusque nomen inter Occidentis Episcopos reperiatur, ad quos Synodalis epistola à Concilio Constantinopolitano data est, delectum oportuit anno* CCCLXXX. *Decembri mense, consecratum Kal. Ianuarijs anni* CCCLXXXI. *quo anno Coss. Euchario, & Syagrio vtraque illa synodus Aquileiensis, & Constantinopolitana habita est.* 13

CONCILIO INTERFVIT] *Notum est ex actis concilij Aquileiensis, apud Sānctum Ambrosium descriptis. vbi perperam legitur* Basilianus, *pro* Bassianus. *idemque error est in epistola synodica concilij Constantinopolitani, apud Theodoretum.* 14 Decembr. l. 1. epist: Theodor.

LITERAS AD SIRICIVM PP. DEDERE] *exstant literæ, apud Sanctum Ambrosium l. 1. epist.* 15

ORATORIVM SS. APOSTOLORVM] *Ita Mombritius, sed Basilicam appellat in epistola S. Ambrosius, qua Felicem, Comensem Episcopum, ad eius ędis dedicationem inuitat. ex ijsdem literis clarum fit, hanc dedicationem mense Nouembri peractam.* 16 S. Ambro. l. 8. epist 1. edit. Ro. LX.

AD FELICEM EPISCOPVM COMENSEM] *De eo Romanum Martyrologium ad pridie Idus Iulias*; Nouocomi, Sancti Felicis, primi eiusdem ciuitatis Episcopi. *Comum autem idem atque Nouocomum caussam leges apud Strabonem.* 17 Str. lib. 5.

ANI-

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES IN S. GERASINAM MARTYREM

Equil. l. 9. cap. 87.

MEMORANT *Acta quædam (habes apud Equilinum) Gerasinam, Siciliæ Reginam, extitisse sororem Dariæ, matris D. Vrsulæ; cuius animi propositum cum à parente Vrsula Mauro, Rege Scotiæ, & Dario viro, per literas didicisset, relicto Siciliæ Regno natu maximo filio, cũ quinque liberis in Angliam nauigasse, eiusque consilio naues, cetera sque Virgines fuisse rectas; Gerasinam vero matrem, filiasq; cum D. Vrsula comitatu à barbaris interfectas. porrò veram de cæde D. Vrsulæ historiam Gaufridus, Episcopus Asaphensis scripsit, ex eo Trithemius, & Baronius recitant adeant, qui nosse concupiscunt. nos brevibus in hunc locum transtulimus, additis ex Sicilia comitibus.*

Baro. Notis ad Mart yr. Rom. & in Annal. ad an. 383.

Sed acta illa apud Equilinum, multis cõflata fabulis, obseruatum est præme à viris doctis. refellere omnia abs re mea est: attingam, quæ ad Historiam Siculam spectãt: certe quidem, quæ de Gerasina Siciliæ Regina, eiusque liberis commemorantur, veris falsisque immixta sunt. enimvero quod Gerasina propositum Vrsulæ neptis suæ, pro Christo emori cupientis, per literas resciuerit, difficile creditu est. nam cædes Vrsulæ, sociarumque, nullo paratu, nullo præuisu, facta est. quippe ad gentiles suos in Gallias, cum veherentur, à Pictis, Hunnisque fortuito deprehensæ, feliciter interemptæ. mitto cetera, scire sit satis, falsam esse Reginam Siciliæ, falsum in Sicilia Regni nomen, ac formam. qua enim tẽpestate D. Vrsulæ, sociarumque cædes facta est, Sicilia neutiquam nomine Regio tenebatur, sed Romana Prouincia Imperatori Valentiniano parebat. tum vero per Proconsulares, vt auctor est Sex. Rufus, administrabatur: nulla igitur ratione fieri potest, vt Gerasina Regina Siciliæ per ea temporum exstiterit, quibus Insula Imperatoribus Occidentis obtemperabat.

Sex Rufus Breu.

Non ausim tamen Gerasinam, filiasque ex D. Virginis Vrsulæ comitatu reijcere. quid enim prohibet, Siculam fœminam in eam gloriam cum liberis venisse? at qui factum, vt fœmina Sicula, tum in Britannia fuerit? quis diuinet, quo casu factum? sed afferam coniecturam meam, tuendæ historiæ nostrisque Martyribus. Ea sane tempestate, Iustina Augusta, Imperatorum, Valentiniani coniux, & Valentiniani Iunioris mater, Sicula fuit, vt Iornandes tradit, haud difficile creditu est, Augustæ Siculæ nonnullas è Sicilia nobiles puellas fuisse à cubiculo, à mundo muliebri. à veste: & principem inter has, Gerasinam, eamque Iustinæ Augustæ per affinitatem fortasse annexam, cuius fauore, Britanniæ viro principi matrimonio iuncta est, atque ex vero locus errori, posteriscque Regina Siciliæ credita, ob nobilitatem generis, coniunctionemque sanguinis Augusti. quippe eodem tempore, Pl. Maximo, qui Imperium inuasit, mater Britanna, pater ex vrbe Roma fuit. multis post seculis Margarita, Anglorum Regis filia, Guilelmo Siciliæ Regi nupta. ita fieri potuit, vt Gerasina Sicula, Britãno viro coniuncta fuerit, quem ad Christi fidem conuerterit, liberos genuerit, cum quibus in Vrsulæ comitatum adscita, eamdem gloriam adepta sit.

Iornand. l. 1. de Regi. ac tempo. succes.

Porro Gerasinam Siculam, filiasque cũ Diua Vrsula Martyres fuisse, nonnulla suadent. Primùm scriptæ historiæ. quamquam enim illæ in multis depravatæ, attamen aliquod ex vero fundamentum habuere. Secundùm, Assisij, in cœnobio Fratrum Minorum S. Francisci, caput inter rum S. Gerasinæ, Siculæ Martyris, de comitatu D. Vrsulæ, in honore habetur, argento inclusũ. inscripto: caput S. Gerasinæ Virginis, & Martyris, sociarum S. Vrsulæ Virginis, & Martyris, Reginæ Siciliæ. hæc inscriptio est, ex qua delendæ voces illæ (Virginis) & (Reginæ Siciliæ) quæ per errorem adiectæ, ex fama in vulgus. Tertiùm, nihil est, quod vetet Gerasinam, feminam cum primis Siculam, viro Britanno, siue in Britannia nuptam, siue in Sicilia; susceptisque in ea filijs, in Britanniam adisse, vbi viri opes, affinesque, & cognati. Inde filias cum D. Vrsula cum XI. CIↃ. Virginibus ad Gallias, vt militibus Maximi naberent, amandatas: matrem vero filias comitatam, vnàque interfectam. certo non omnia statim reijcidi æquum est, quorum rationem reddere non queas. hæc in tantis rerum tenebris, visa nobis, quæ traderemus. meliora alij, quibus ingenia feliciora.

ADDITIO.

FR. Chrysostomus Henriquez in Lilijs Cistercij *distinct. VI. agens de Beata Elisabetha Schanaugiensis Monasterij ordinis*

Digitized by Google

dinis Ciſtercienſis Abbatiſſa, quæ inſignis ſanctimonia laude fuit percelebris, anno circiter 1165. vt idem multorum teſtimonio euincit in ſuo Menologio Ordinis Ciſtercienſis die 18. Iunij; pleraſque, refert illi diuinitus oblatas viſiones: ibi Adrianus S. Geraſinæ filius decennis dicitur martyrium obiuiſſe: Sanctarum ſororum nomina & numerus idem eſt, quę nos exhibuimus; quamuis duos alios fratres, duaſque alias ſorores habuerit, inter quos maior natu erat Dorotheus pater S. Conſtantię Martyris. de S. Geraſina matre habet fuiſſe Reginam Siciliæ, & plurimis diuinæ gratiæ donis auctam, virum item ſuum Quintinianum Tyrannum erudeliſſimum in mitiſſimum veluti agnum conuertiſſe. ſororem item fuiſſe S. Mauriſi Epiſcopi, & Dariæ matris S. Vrſulę. demum ductricem eius virginei exercitus appellat.

ANIMADVERSIONES IN VITAM SANCTI LVCIANI EPISCOPI

1 LVCIANVS] *quæ de B. Luciano edimus, ex Græcis Actis Sanctorum Martyrũ Alphij. Philadelphi, & Cyrini excerpſimus.*

2 VT EIVS AVSIS CONTRAIRET] *Archidiaconi bona eccleſiæ curabant, quam ob cauſſam aduerſum Epiſcopos ea dilapidantes ſeſe opponebant. lege, quæ de Honorato Archidiacono Eccleſiæ Salonitanæ, ſcribit D. Gregorius lib. 2. epiſt. 13.*

3 SED ENIM CRESCENS INITO EPICOPATV] *relege miraculum V. Sanctorum Martyrum Alphij, Philadelphi, & Cyrini de more condendi Martyrum corpora in altari, alias dictum*

4 CRESCENTI DIVINO IVDICIO MISERE SVBLATO SVFFECTVS] *temporis ratio, quo impio Creſcente extincto B. Lucianus Epiſcopus creatus eſt, iniri fortaſſe poteſt ex ſerie Epiſcoporum Eccleſię Leontinæ, quam memorant Acta Græca Sanctorum Martyrum Leontinorum. Hæc vero eſt.*

SERIES EPISCOPORVM LEONTINORVM

Sanctus Neophytus, cœpit anno Chriſti CCLVII. ſedit Ann. XXXVII. M. V.
S. Rhodippus, ſedit annos XVII. igitur obijt A. C. CCCXII.
Criſpus.
Theodoſius.
Felicinatus.
Herodion.
Theodoſius II.
Creſcens, ſedit anno IV.
S. Lucianus ſedit in annos XXVII.

In annum 312. vt dixi, incides ſi ſupra annum CCLVII. quo S. Neophytus cœpit, numeres annos LIV. quos Neophytus, & Rhodippus præſedere. reliqui quinque Epiſcopi quot annos vixere, quis diuinet? domus annos LX. porrò Creſcens ſedit annos IV. Lucianus annos XXVII. quos in vnũ ſi colligas, comperies Lucianum ad annum CCCC. peruenisſe, quin excurriſſe.

5 IN DICTO, VT PER VII. DIES IEIVNARENT] *ab antiquiſſimis temporibus, Epiſcopos ieiunia ſolitos indicere ad populum, habes ex Tertulliano aduerſ. Pſych. cap. 13.*

6 ET CVM EIS GRANDÆVVS VIR] *Andreas Apoſtolus videtur fuiſſe Leontinæ Eccleſiæ patronus.*

ANI-

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES
AD VITAM, ET PASSIONEM
Sanctorum Martyrum
PLACIDI ET SOC.

3 VITA, ET PASSIO] *historiam de vita, & martyrio S. Placidi, & Sociorum Græce scripsit, olim Gordianus eiusdem S. Placidi comes Iustiniani Imp. mandatis. nam Messana Constantinopolim nauigio Neapolitanorũ vectus adijt, sed* post *570. annos eam Simeon Presbyter Constantinopolitanus in Italiam detulit, & Salernum appulsus instantibus monachis illic degentibus in latinum vertit; quod verò nulla sermonis elegantia id præstitisset, Petrus Casinensis Diaconus iussu Rainaldi Abbatis Catinẽsis cultiori dictione expoliuit. Stephanus item Anicien sis ex ijsdem Gordiani monumentis eamdem vitam, & Passionem scripsit,* nos quoque, ait ille, eorum sequentes vestigia, expressam ab iis in Græco veritatẽ reformabimus in latino, & quasi in via veteri nouam semitam figurantes, ita mediocriter incedamus, vt & satisfaciamus negotio, & aurium vestrarum delicias prolixitate superflua minimè vulneremus. *sed Simeonis illius versio, & Græca Gordiani historia perierunt; Petrum verò Diaconum, & Stephanum Gordianæ historiæ veritati, fideique institisse inde etiam conijcio; si enim conferantur, quæ referunt, ea consentire, & ex eodem fonte manasse facile perspiciemus. Petrus tamen Diaconus copiosius res persecutus multa adiecit, quæ ad historiæ ornatum spectare credidit, nec solum aliqua monumentis illis subtexuit, sed inseruit etiam pleraque; neque profectò iniurius illi sum, si ea, in quibus lapsum fuisse video, & reticet Stephanus, ipsi tribuenda existimem, cum facilior illi is lapsus fuerit, qui à rerum gestarum temporibus annis fermè sexcentis abfuit, quàm Gordiano rerum gestarum inspectori. de ea ergo historia S Placidi, quæ Gordiani nomine insignita circumfertur, ita sentio, à Petro Diacono illam fuisse scriptam, plerisque de suo additis, Gordiano verò attributam, quod is primus historiæ scriptor, unde res ipsas ille hausit, qua de causa Gordianum ipsũ loquentem initio facit, quamquam per oblivionem, vt videtur, eam personam aliquando deponat Petrus. Iam Lippomanus edidit hanc vitam, & passionem S. Placidi sub Gordiani nomine; is tamen aliqua recidit minus necessaria, longissima enim erat. Ego verò Stephani Anicien sis historiam dumtaxat edam; nam breuior est, neque hactenus typis est demandata, neque erroribus respersa. sed vtrique nostræ animaduersiones proderunt, præsertim cum integram historiam Petri Diaconi ex M.S cod. Cassinensi exscriptam habuerim. quare subindicabo hic aliqua, vbi lapsum Petrũ Diaconum arbitror, vt offusas veritati tenebras, quà possum, dissiciam. is verò Petrus quintum ætatis annum agebat, vt ipse ait, sub finem anno salutis 1115.*

STEPHANO ANICIENSI] *hanc vitã & passionem S. Placidi exscriptam ex M. S. cod. Casinensi habuimus à Domno Constantino fratre. quis fuerit, quoue æuo vixerit Stephanus Anicien sis, incompertum mihi est. sanè Stephanus Anicien sis Episcopus Cõcilio Lemouicensi subscripsit, anno Christi CIↃXXXIV. ex Banonio sed iste scriptor longe illo posterior, & diuersus conuincit ratio temporum, & viri dignitas. nam Stephanus vitæ, & passionis Sancti Placidi scriptor excerpsisse se, ait, quæ scripsit, à Græca historia Gordiani. sed hæc Casinum Constantinopoli perlata est post annum Christi CIↃCXV. vt Petrus Diaconus testatur. Arnoldus Belga hunc Stephanum Episcopum vocat: vnde hauserit, ignotum. In M.SS. cod. solum habetur,* Dominus Stephanus Anicien sis. *incertum mihi etiam est, an Stephanus Petrum Diaconum præcesserit, an sequutus sit; id verò sæpius repetit, Placidi acta Græco sermone celebrata, non item latino: seque ex Græcis Gordiani fontibus in latinam dictionem transferre aggressum: rogatum se ait, vt Placidi agones stylo mediocri editos ornaret, & paullò post se suscepisse describẽdam Placidi passionem à Gordiano Græcè scriptam, ac minus cultè in latinum translatam. à Columnia sibi canet, dum ait,* nec in nos aliquis vel nimis diligens, vel minus cautus deuoluere velit calumniam, quasi senescenti iam mundo nouum Martyrem inducamus, cum autenticus sit Martyr ille, nõ rudis, nec nouitius, sed antiquus teste Orientali Ecclesia, quæ triumphos illius per Gordianum monachum expressos in Græco venerata est ab antiquo. *quare crediderim, à Stephano non fuisse visam Petri Diaconi scriptionem, quòd vel præcessit ille, vel ista tùm delituit.*

Banon. ann. to. 11.

Petr Diac. Auctar. ad vitã S. Placidi.

PLACIDI MARTYRIS VESTRI] *paullo post,* Placidi monachi pridem, nunc

Digitized by Google

Martyris, commilitonis, olim vestri, nunc tutoris pariter, & patroni. *Vir quidem sanè eruditus putat, Stephanum Aniciensē fuisse monachum ex instituto S. Benedicti:* Constant. Apol. pro actis Gordiani M. S. *Idque ait ex ipsa eius scriptione demonstrari. sed ex ea contrarium probari posse videtur. nam alloquens Stephanus monachos Casinenses, Placidum* Martyrem vestrum *dicit*, & commilitonem vestrum; *Nostrum diceret, si monachus esset. quamuis autem D. Benedictus de Abbatis appellatione ita statuat cap. 63. Regulæ.* Abbas, quia vices Christi agere creditur Domnus, & Abbas vocetur, non sua assumptione, sed honore, & amore Christi; *& sæpe etiam titulus* Domni *Abbatibus apud alios tribuatur; hæc tamen vox sæpe etiam alijs communis est, vt facile apparet in epistolis D. Gregorii lib. 1. epist. 6. & lib. 7. epist. 127. quare ex eo Domni titulo Stephani nomini præfixo nihil ad hanc rem colligi potest.*

4 PER SACRAM VIGILIO PAPÆ DIRECTAM] *ad Chronicon Leonis Ostiensis exstant inter alias adiecta epistola duę, altera Imp. Iustiniani ad Vigilium Papam, altera Vigilij Papæ ad Iustinianum Imp. Porrò Iustinianus* æquum, *ait*, nostra Diua sagacitas cēsuit, præsentem nostram pijssimam sacram ad vestram beatitudinem destinare, per quam ea, quæ circa nobilissimū & dilectissimum nepotem nostrum Placidū euenerunt, vestra à Domino omnium dominatore congregata vniuersitas agnoscere valeat. *Et paullo post*: Cuius triumphalem lauream, ne per iniuriam in abolitionem dehiscens, perditum iret, per virum religiosissimum atque humillimum, & Deo amabilem Gordianum, eiusdem amantissimi Nepotis nostri Placidi famulum, Argolicis apicibus exarare, & ad vestram à Deo conseruandam beatitudinem cum præsenti Diuali sacra destinare curauimus; statuentes id à vestra Almitate per nostram imperialem auctoritatem Eoo, & Hesperiæ tradi: & ad succeduæ generationis memoriam, Archiuis SS. Ecclesiarum habenda contradi, &c. *Huic epistolę respondet Vigilius Papa*: Nos eiusdem Christi Placidi amore ducti, & vestro inuictissimo parētes imperio, Passionem illius à vestra Diua Celsitate directam cum ingenti gaudio, & veneratione suscepimus, atque in perpetuum legendum Catholicis Ecclesijs tradimus. *Hæc Iustinianus Imperator, & Vigilius Papa. sed qui verum est, passionem S. Placidi compositam à Gordiano, ad Vigilium Papam ab Imp. Iustiniano transmissam, & ab eodem Pontifice legendam ecclesijs Orientis, & Occidentis traditam fuisse, cum Petrus Diaconus tradit eamdem passionem S. Placidi descriptam à Gordiano, in Italiā à Simeone presbytero Constantinopolitano primū delatam anno Christi CIↃCXV. & Stephanus Anicienſis calumniam timeat, ne nouum Martyrem inducere videatur? ita ne abſoleuit, ac deperdita eſt memoria eius hiſtoriæ? quam ſanè in aliquo tabulario Italorum S. Benedicti monaſteriorum conſeruatam oportuit, ſi vera narrat Vigilij epiſtola. Spuria igitur, & falſæ ſunt Epiſtola illę Imperatoris Iuſtiniani, & Vigilij Papa nomine compoſita, forma etiam literarum minus digna tanto Pontifice eſt & Baron. docet. cæterum non abnuo, quod ſcriptori noſtro ſatis eſt, Iuſtinianum Vigilio de hac re ſcripſiſſe, & reſponſum retuliſſe literis aliter conſcriptis.* To. 7. Ann. Ch. 541.

Ideſt Orientis, & Occidenti.

IVSTINI] *ſeniorem intelligit. apertius id dixit Petrus Diaconus, cum ait, Tempore, quo Theodoricus Auguſtus in Seniori Roma. in noua verò Iuſtinus Senior, & Iuſtinianus Romani Imperij ſceptra retinebant, Sedi verò Apoſtolicæ Ioannes I. & Felix præſidebant. Exiſtimat vir doctiſſimus, ea tempeſtate, vnum Orientis Imp.* Auguſtum *dici ſolitum, ac proinde ſcriptorem hiſtoriæ accuſat, quod Theodoricum Gothorum in Italia appellet Auguſtum. At falsò accuſat, falſique conuincit antiqua inſcriptio Anxuri, ſeu Terracinæ, in Caſarei templo* 1 Baron. t. 7.

DN. Glorioſus, atque inclytus Rex Theodoricus Vict. ac Triumph. ſemper Aug. Bono Reipub. natus Cuſtos libertatis, & Propagator Romani Nominis Domitor Gentium.

habes integram apud Ianum Gruterum fol. 152.

Ad hoc, ſcriptorem tuentur mores temporum. Quippe Imperatores Orientis, vt Reges ſua opinione barbaros ſibi conciliarent, & in officio continerent, Conſulis, & Auguſti appellatione inſignibant. Quāobrem Clodoueus Rex Francorum ab Imper Anaſtaſio Conſul, & Auguſtus renūciatus eſt, auctores Gregorius Turonenſ. Aimoinus Monachus, Hincmarus Remenſ. Ado Viennenſis. Eadem ratione Theodoricus, Rex ab Imp. Lenone Conſul, & Auguſtus dictus eſt, vt vetus inſcriptio reuincit, Et quidem iure optimo. Quippe Theodoricum ob debellatos imperij hoſtes, Zeno Imperator euocatum ad ſe inter proceres collocauit aulæ ſuæ triumpho, & ſtatua equeſtri donauit, Conſulem ordinarium creauit: adoptauitque in filium, erexitq; in ſpem Regni Occidentalis, vt docet Iornandes. Theodoricus igitur Auguſti nomē, minimè ille quidem honoris cauſſa, vt Frācorum Rex Clodouaus, ſed iure adoptionis ſortitus eſt. Nam adoptatus in filium, ſucceſſor imperij renuntiatus videtur. Iam Sedi Apoſtolicæ Ioannem, & Felicem præfuiſſe docet Petrus Diaconus; ſed falsò in M.S.

Greg. Tur. hiſt. Franc. lib. 3. c. 38. Aimo. de Geſt. Frāc. Hincmar. in vita S. Remig. Ado in Chron.

Iornan. de reb. Getic. cap. 73.

Digitized by Google

M. S. cod. Casinensi eius historiæ, dum Felix II. dicitur, corrigendum est, Felix IV. *qui Ioanni primo successit; ita series Rom. Pontificum docet, Leo Ostiensis in Chron.*

Leo ostiēs. l. 1. c. 1.

6 IN CVLMEN ROMANI PATRICIATVS EVASIT] *Patricij dignitas per ea tempora summa erat. Hunc verò honoris titulum primus Imp. Cõstantinus excogitauit, vt Zosimus tradit, latáque lege sanxit, vt qui eum consecuti fuissent, supra ipsos Præfectos Prætorio sederent. Exinde auxit Imp. Zeno, statuitque, neminem creari posse Patricium, qui prius Consul non fuisset, aut Præfectus Prætorio Orientis, vel Illyrici, vel Vrbis, aut Magister militum, siue Magister officiorem. Huic legi à Iustiniano Imperatore derogatum est, qui permisit Illustribus viris, accipere codicillos Patriciatus, quamuis nec Consulares, nec Præfecti fuissent. Qua formula conferretur ea dignitas, quibus ornaretur insignibus, habes apud* Cassiod. *sed apud Petrũ Diaconum dicitur Tertullus ex Aniciorũ sanguine stemmatis lineam ducere. Hac autẽ serie stirpis, & affinitatis cum Imperatore Iustiniano, vt scribit Arnoldus Duacensis, penes quem sit fides. Anicius Iustinianus tres liberos genuit. Germanum Eutropium, & Tertullum. Germanus Iustinianum Imperatorem. Eutropius SS. Benedictum & Scholasticam, Tertullus Tertullum patrem Placidi, Eutychij, Victorini, ac Flauiæ. Porrò Imp. Iustinianum Anicię gentis fuisse, ex Iornande cognoscimus. Is de Germano Iustiniani fratre loquens, qui Mathasuentam duxit vxorem,* in quo, *ait,* Aniciorum genus cum Amalastirpe spem adhuc utriusque generis, domino præstante, promittit. *Quamquam idem Iornandes initio, hunc germanum Iustiniani fratruelem dixerat: nepotem ex fratre, vocat Procopius de bello Persico, & Vandalico. sed bello Gothico, nepotem ex sorore.*

Zosim. li. 2

Imp. Zeno lib. 3. de cons. cod. lib. 12.

Imp. Iustinian. nouell. 66. de Consulta. Cassiod. li. 5. & l. 8. Ep.

Arnold. p. p ligni vitę tract. de Anic. fam.

Iornan. de reb. Geticis extremo.

Procop. de Bello Persico lib. 2. De bello Vãd. lib. 2 De bello Gott. lib. 3

7 OCTAVIA GENTE] *Faustinam indigetat Ioannes Petrus Villadecanius, sororem Elpis Messanensis, quæ vxor fuit Severini Boetii viri clariss. sanè Elpis Sicula fuit, mulier pia, eqnè ac docta. Hymnum illum composuit in SS. App. Petrum, & Paullum, qui in eorum natali die canitur: Aurea luce, ac decore roseo. Obijt Elpis Tiicini, viro superstite; atque Epigrammate sepulchrum inscripsit suum, cuius initium est.*

Villadec. epist. quam habes ap. Arnold. li. 3. ligni vitę, notis ad 11. Non. Octobris.

Elpis dicta fui, Siculæ regionis alumna,
Quam procul à patria coniugis egit amor.

Extat integrum apud Arnoldum, de gente Anicia Boetia. At crediderim ne, Faustinam matrem SS. Placidi Eutbychij, Victorini, ac Flauiæ, insuper sororem Elpis fuisse? quo nixus antiquo auctore, Villadecanius id affirmet, ignotum mihi est.

8 QVATTVOR] *ita etiam Petrus Diaconus. sed Thomas Porcacchius Siluiam insuper addit. lib. 3. familiæ Malaspinæ.*

OBLATVS EST] *Petrus Diaconus ait obtulisse temporibus Iulij Papæ, diuinæ autem Incarnationis anno 22. ac quingentesimo. sed cæcutit. Nam anno Christi IↃXXII. Romanum Pontificatum regebat Horsmida. sed hæc anno IↃXXIII. accidisse, docet vetus Chronicon Monasterij Casinensis. Quo anno, mense Augusto Horsmida diem obijt, cui suffectus est Ioannes Etruscus. Igitur sub altero horum Pontificum, Tertullus prolem suam Deo obtulit, & ad Sanctissimum parentem Benedictum detulit. Iulius verò ante annos CLXX. supremum diem expleuerat.* 9

MAVRVM] *narrat hæc Gregorius Magnus in suis Dialogis.* 10

SVPERVENERAT] *latissimè hic Petrus Diaconus recenset, quæ Tertullus S. Benedicto dederat, in M. S. autem codice Casinensi eiusdem historiæ, plures sunt variantes lectiones in nominibus prædiorum. sed de hac narratione vide iudicium Baronij tomo 7. ad annum Christi 541. iam addidit dedisse decem, & octo patrimonij sui cortes, quas in Sicilia habebat cum seruis septem millibus. Idem etiam testatur Leo Ostiensis in Chron. Cassin. lib. 1. cap. 1. extat etiam longissima inscriptio, quam ex Mazochio recitat Ianus Gruterus, vbi quibus in locis hæ Cortes fuerint, explicatur. sed hæc Ianus Gruterus inter sputia, & suppositicia recenset. Zacharias Pontifex diplomate Aquini dato 15. Kal. Martij Pontificatus anno 1. confirmat inter cætera Casinensibus decem & octo Cortes, quas Tertullus Patritius vnà cum Placido filio obtulit S. Benedicto cum seruis 7. millibus, & portu Panormitano, & Messanensi. sed de eius diplomatis fide viri docti dubitant.* 11

DIMISIT] *Petrus Diaconus ait, dimissę anno Dominicæ Incarnationis 536. si autem verum sit, sanè prima extra Italiam colonia Ordinis S. Benedicti in Siciliam à Placido deducta, primumque eius ordinis in ea Monasterium fuit Messanense, Protomartyris dein Placidi, ac tot monachorũ sanguine decoratum. in Gallias altera colonia S. Benedicti, quinque post annos ab appulsu Placidi in Siciliam ducta est anno Christi 541, quo anno S. Maurus illuc à S. Benedicto missus est.* 12

FVRCAS CAVDINAS] *locus est, vbi vt ait Augustinus lib. 3. de ciuitate Dei cap. 17. à Samnitibus obsessi ambo cũ exercitu Consules fœdus cum eis fœdum facere coacti sunt, ita vt equitibus Romanis sexcentis obsidibus datis, cæteri amissis armis aliisque spoliati, priuatique tegminibus sub iugum hostium cum vestimentis singulis mitterentur. fuere ij Consules Sp. Posthumius S. Veturius ex Tullio in Catone, eiusque insignis cladis tam probrosę nomini Romano fere omnes meminere historici Liu. 9. Florus 17. Plinius de viris illustribus 30. 3. Oros. 15. 17. Gellius 15.* 13

CANNIBVLA SVA] *Petrus Diaconus* cum baculo. *codex Casinensis eiusdem Petri* 14

tri cum Gambutta *barbara monachorum voces,*

15 ABDALA SARACENÆ GENTIS] *Plurimos virorum præstantium torsit hæc historia, satis illa quidem perturbata, multisque difficultatibus implicita. Gordianus ait, Mamuchan ab Abdala Rege Hispaniæ Sarracenorum 16. millibus octingentis præfectum, classe in Siciliam transgressum oræ Messanensem vastasse, Placidum, sociosq; ob Christi fidem interfecisse. At hoc quinã consistat? nam anno 541. quo Placidi casus obuenit, regnabat in Hispania Theudius, neque ille Sarracenus, sed Gothus, idemque Arrianus, auctores S. Isidorus, Rodericus Sanctius, Alfonsus à Cartagena, Ioannes Vasæus. Porrò Theudius Hispaniæ Regnum iniit anno Christi IↃXXXII. tenuitque annos 17., ijdem scriptores verum Hispanicarum docent; Sarraceni verò longe post hæc tempora, Hispaniam tenuere: Etenim eius litora infestare cœperunt anno IↃCLXXVI. sed ira, operaque Iuliani Comitis, ob violatam filiam à Rege Roderico, euocati anno IↃCC. XII. expugnarunt, ac biennio totam Hispaniam obtinuerunt, idem Vasæus in Chron. rerum Hispanicarum.*

s. Isid. Roderic. Alfons. à carth. I. Vas. in Chron.

I. Vas. in Chron.

Ex eo motus Antonius Iepius, Congregationis Vallisoletanæ in Hispania Abbas ex ordine S. Benedicti censuit expurganda ea acta, & recidenda ex ijs verba illa; Qui Hispaniam inhabitant. Nam Regem Abdalam, ac Ducem Mamuchan Sarracenos fuisse satis constat: sed ij Regnum Hispaniæ auo S. Placidi, nondum inuaserant. At quis hoc glossema ab exscriptore historiæ adiectum putet, cum ipse idem scriptor planè affirmet, hos barbaros ex Hispania venisse? nam paullo post affirmat, barbaros patrata cæde SS. MM., reditum in Hispanias fuisse molitos. Præter Gordianum noster Stephanus Aniciensis; illo, ait, tempore, quo B. Placidus apud Messanam, urbẽ Siciliæ, morabatur, Abdala Sarracenæ Gentis, & ritus caput, & Princeps toti Hispaniæ præsidebat. Paullo post, Hispanã Gentem; *mox,* de sinu Hispanico collectam *inuadendæ Siciliæ memorat. Vt dubitari nullo modo possit, Scriptoribus historiæ S. Placidi hanc mentem fuisse, Abdalam Sarracenorum in Hispania Regem extitisse, classemque Mamucha Præfecto, ex Hispania aduentasse, quæ oram Mamertinam vexarit, Placidum, sociosque occiderit. Aliò igitur quærenda effugia, si tueri historiam velimus.*

Quanam igitur ex gente, quaue religione hos barbaros fuisse, & quibus è terris in Siciliam exundasse censeamus? viri docti variant. Baronius à vocabulo Sarracenorum abstinet. Piratas dumtaxat cõmuni nomine appellat, qui Mamucha Duce, Placidum, ac socios pro christiana fide contrucidarunt. Qui verò fuerint ij Piratæ, non affirmat. Philippus autem Villadecaneus, Patritius Messanensis, hosce barbaros putat Gothos: neque hanc cladẽ sub Rege Abdala, sed sub Totila Rege Gothorum accidisse, sed Philippus certò falsus est. Nam Totilas anno Christi IↃXLII. post martyrium S. Placidi, Gothorum in Italia Regnum inuasit. Siciliam anno IↃL. depopulatus est, vt tradunt Sigonius, Baronius, Iacobus Gordonus è societate nostra. Ad hoc Gothi Arriani quidem, non tamen Idololatræ: At hi barbari cultores Dæmonum extitere.

Villadec. apud Arnold l. 3. ligni vitæ

Sigon. de Regn. Ou. lib. 39. Baron. to. 7. annal. Gord. in Chron. Arnold li. 3. ligni vitæ notis ad 3. Non. Octobris

Arnoldus Monachus existimat, interfectores S. Placidi fuisse Agares, seu Abares, Hunnorum gentem. Atque ex affinitate nominis, qua inter Abares, & Agares, Abarenos, & Agarenos intercedit, Gordianum deceptum, Agarenos pro Abarenis, seu Abaribus, ignarum vocabuli posuisse. Sed illud in primis contra Arnoldum est, quod Abares, Scytharum gens vltrà Caucasum à Turcis finitimis pulsi, ad Bosphorum primùm, exinde ad Danubium peruenère, extremo imperio Iustiniani. Neque vltra transgressi, illo imperante, vt ex Euagrio scholastico constat. Iustino dein, successore Iustiniani, imperante in Thraciam irrupère, vt Nicephorus, & Euagrius scribũt: Igitur nullo modo fieri potest, vt Abares Siciliam depopulati, Placidum martyrio affecerint. Cum neque illi vltra Thraciam transuecti, neque è finibus egressi essent suis, cum Placidus iam vita excesserat.

Ant. Gallon. notis suis ad vitas Virgg. Roman.

Antonius Gallonius censet hos barbaros fuisse Arrianos. sed Gallonij dictum omninò cum historia pugnat, in qua Rex Abdala; Mamucha Præfectus, eorumque copiæ non modo Sarraceni, sed pagani fuisse dicuntur, & Deorum simulacra adorasse, præcipuè Moloch Rempham, ac Sidus luciferum. Quæ Arrianis nullo modo conuenire possunt.

Ribadin. in vita s. placidi.

Petrus Ribadineira è societate nostra, Mamuchan Abdalæ Regis Africani Ducẽ fuisse ait. Nec promit, quo fundamento nixus, id firmet.

Constant. Apologia. pro Ioan. Diac.

Vir quidam sanè eruditus multa ad hũc locum illustrandum, acutè, ingenioseque commentatur. sed quæ ille fusius, contractius memorabo. Pagani, quos Gordianus scribit Hispaniam inhabitasse, Gothi fuere, qui anito Idolorum cultũi Arrianam haresim adiunxere, quam Sanctissimi Patres, ob sectæ impietatem Idololatriæ, & Arrianos Idololatris comparant. Itaque Constantinus ille Magnus Arrianos, ab Idololatra Porphyrio, Porphyrianos nuncupauit, vt Theodosius, & Socrates tradũt. Eadem ratione Gothi Arriani Hispaniam habitantes, à Gordiano pagani dici potuere. Porrò ea tempestate Theudius in Hispania regnabat. Hunc Gordianus Abdalam appellat. sed nonnulli scriptores Hispani memorant, Hispaniæ Regem tum fuisse Agilam, quem alij Aquilam vocant. Nec mirum si Agila à Gordiano Abdila dictus, scriptorque externus in eo variet, in quo scriptores indigenæ discrepant: Gordianus verò meminit Agilæ, quem Abdalam per errorem vocat, quod is in Hispania regnaret,

s. Athanas. serm 4 cõtra Arrian.

Digitized by Google

ret, vt aliqui tradidere, cum S. Placidus martyrio coronatus eſt, ſeu certò cum Gordianus hiſtoriam Conſtantinopoli ſcripſit. Nam nemo dubitauerit, Agilam Hiſpaniæ Regnum inijſſe decem poſt annos ab exceſſu S. Placidi: Ceterum quiſquis fuerit is Rex, ſiue Abdala loco Theudis, ſiue Agila, ex errore traditur Sarracenus, hiſtoria perperam intellecta. Quamquam enim Gordianus Abdalam dicat impyſſimum inſectatorem Chriſti, non niſi impietatis Arrianorum ſectatorem intelligit, quos paganos dictos ſupra retuli. Neque vnquam Gordianus appellat Abdalam Sarracenũ. Qui verò id in animum induxere, ex eo in errorem inducti ſunt; quod Abdala hominem Sarracenum Mamuchum claſſi ſuæ præfecit. Ij verò Sarraceni, quos Mamucha duxit, Mauruſij, ſeu Maurifuere; qui olim in Aſia Arabiam, in Africa Mauruſiam, ſeu Mauritaniam incoluere. Qui incertis ſedibus, barbariſque legibus vſi, & Idolis dediti, conductitiam operam ſtipendio allecti, præſtare ſoliti erant. ſanè Iuſtiniano Imperante, & ſi Mauri ad Tripolis promontoria habitantes, Chriſti fidẽ accepere, vt Procopius memorat, alij tamẽ à chriſtiana Religione abhorrentes, Iuſtiniano aduerſati ſunt. Quos Imperator bello vltus compeſcuit, & per duces ſuos in ordinem redegit, auctor idem Procopius. Igitur Mamucha cum militaribus Sarracenorum copijs, ex Mauritania Africæ regione à Theudio Gotthorum in Hiſpania Rege conductus, inſtructa cum claſſe in excidium Romani imperij miſſus, Siciliam inſigni clade affecit, Placidum ac ſocios ferro ſuſtulit. Firmant rem coniecturæ. Quod enim in Caſinenſi cod. M S. habetur, Moloch, Rempham. In Vaticano extat, Molorchi templa. Quod aptè Mauris conuenit. Nam tradit Salluſtius, Medos ductu Herculis, in ea Africæ loca veniſſe, ac Maurospro Medis dictos. ſanè Hercules cum Leonem Nemeæum à Nemea Peloponneſi Siluæ vocitatum, regionem illam latè infeſtantem, à Molorcho paſtore comiter hoſpitio ſuſceptus interfeciſſet; beneficij memor, ſacra illi ſolemnia, quę Molorchæa dicebantur, inſtituit, vt Seruius ſcripſit: haud mirum igitur, colonos ab Hercule ductos Molorchum prò Deo habuiſſe. Quin Principi fluuio Mauritaniæ, Molochath nomen inditum.

Procop. de ædifica. Iuſtin. or. 3 Procop de bello Vandal.

Salluſt. in Iugurtha.

Seru. in li. 1 151. Georgico.

Hac vir doctus, quem dixi, Doctè ille quidem, & præclara ingenij laude. ſed cui amore coniunctiſſimus ſum, diſſentire a ſententia cogor. Principio quod ait, paganos Hiſpaniam tùm habitantes dici Gothos Arrianos, & Idololatras ob impietatem Arrianos dictos, non probo. Et ſi enim S. Athanaſius Arrianos Idololatris conferat, ob impiam fidei doctrinam, quam docebant; Imp. verò Conſtantinus, ob nefarios mores: Arrianorum tamen religio non eadem, quæ Ethnicorum fuit: neque illos dixeris, Idola coluiſſe. quod verè eſt Idololatram eſſe. Barbari autem interfectores S. Placidi, ex Gordiani hiſtoria, Ethnici fuere, ſimulacrorum, ac dęmonum cultores. Ex eo Abdalam dici paganum, ideſt Arrianum quis coniiciat? nec quiſpiam ex hiſtoria, colligat Abdalam non extitiſſe Sarracenũ: Quin Sarracenum fuiſſe nemo non colligat. Nam impiſſimus Chriſti inſectator dicitur, & hoſtis: quique religionem chriſtianam funditus euertere, & Dęmonum cultum augere inſanierit. Quarè Mamucha Dux ita à ſcriptore hiſtoriæ inducitur alloquens Placidum. Nega Chriſtum tuum, & dic in eum conuicia, & iuxta ritũ Inuictiſſimi Regis noſtri Abdalæ, Deum adora. *Et rurſum ita alios ſollicitat*: obtemperabitis præceptis Excellentiſſimi Regis Abdalæ, vt Chriſtum relinquentes, Deũ noſtrum adoretis? *Quę homini Arriano minimè conueniunt, Ethnico maximè. Et ſanè ſi eadem Abdalę Regis ſuperſtitio, ac ritus, qui Mamuchæ Ducis, ijdem vtriuſque dij Sarracenorum fuere Moloch, Rempham, & ſidus lucifer, cui gens illa deuota, in præſentem vſque diem. Adde Stephanum Anicienſem, quem vir iſte doctus tãti facit, vt Gordianum ipſum pro Stephano deſerere interdum, non dubitet. Is verò Abdalam Sarracenum facit. Ita enim ait*: tempore, quo B. Placidus apud Meſſanam, Vrbem Siciliæ morabatur, Abdala Sarracenæ gentis, & ritus nefandiſſimi caput, & Princeps toti Hiſpaniæ præſidebat.

Porrò, quę de Moloch dicuntur, quem Sarracenorũ Prophetam ſcriptor hiſtoriæ appellat, ad Molorchum, Herculis hoſpitem per vim trahuntur. Demum, quod ait, hos Sarracenos ex Mauritania veniſſe, hiſtoriam Gordiani, pro qua ſcribit Apologiam, minimè tuetur, immò conuellit. Neque enim, vt rem paucis concludam, Gordianus ait, hos barbaros fuiſſe Gothos, & Arrianos, ſed Sarracenos, & cultores Dęmonum; neque habitaſſe Mauritaniam, ſed Hiſpaniam. Illud non negauerim, ex viri huius ſanè eruditi dictis affulſiſſe mihi neſcio quam lucem perueſtigandę rei. ſed antequam, quod ſentio, dicam, nonnulla commemorare operæpretium duxi.

Tradit Salluſtius, poſtquam Hercules, vt Afrorum opinio fuit, in Hiſpania interijt, exercitum eius, compoſitum ex varijs gentibus, breui dilapſum. Ex ijs Perſas, Medos, Armenios in Africam tranſuectos, ac Perſas intra Oceanum locos occupauiſſe: Medos, & Armenios propius mare ab Hiſpania freto diuiſos. Paullatim verò Medorum nomen à lybies populis barbaris corruptum, Mauroſque pro Medis appellatos ſed variant ſcriptores. *Nam Strabo de Occidentalibus Africæ partibus loquens*; ibi, *ait*, qui à Græcis Mauruſij appellantur, libyca gens, & magna, & opulenta; Romani, & indigenæ Mauros vocant, ab Hiſpania oppoſita mari diremptos. *Paullo verò poſt* ſunt, *ait*, qui dicant, Mauros Indos fuiſſe, in hunc locum cum Hercule deſcenderunt. *At Procopius memorat, ex Palæſtina in Aegyptum; & Aegypto creſcente ſobole in A-*

Salluſtr in bello Iugurthæ.

Str. lib. 17.

Procop. de bello Vãd lib. 4.

Digitized by Google

Nicep. Eccles. Histo. lib. 17. c. 12.

in Africam exundasse, omnemq; eum tractum vsq; ad Herculis columnas tenuisse. Nicephorus item Callistus Mauros scribit antiquitus Palæstina expulsos, in Occidentali libyæ ora consedisse. Eos verò esse, quos sacræ literæ Gergeæos, & Iebusæos vocant, aliasque insuper gentes, quas Iesus Nauæ filius, deuictas domibus eiecit suis. an ea gens, vt Scriptores inter se dissidentes conciliemus, ex Palæstina in Mediam, ex Media in extremam Aegyptum, quam ob causam Indi putati sunt, ex Aegypto in Occidentalem libyam commigrarunt?

Ptolom. li. 5. c. 17. Plin. lib 5. c. 28. c. 29. Plin. lib. 5. cap. 12. Pompon. Mela lib. 1 cap. 11.

Caterum satis ex ijsdem Scriptoribus constat, Maurosque superstitione, vtuque Arabum vixisse, vagis sedibus, ferisque moribus. Quod eorum origo conuincit. nã siuè ex Palæstina, siuè ex Aegypto in Africam venerunt, Arabiæ accolæ, aut incolæ fuerunt. Etenim Petræa Arabia ab occasu terminatur Aegypto, à Septemtrionibus Palæstina, & Syria, à meridie sinu Arabico, vt Ptolomæus tradit. at Plinius Arabia à monte Amano, è regione Ciliciæ, Commageniſque descendit ad litus Aegyptiacũ. Additq; auctore Iuba, accolas Nili ad Meroèn vsque Arabas esse. Idemque Plinius, Syria *inquit,* litus occupat; *Palæstina vocabatur, quòd contingit Arabas. Ex eo Pomponius,* Palæstina tangit Arabas, *Quin Palæstinæ pars, Arabia; & Arabiæ pars, Palæstina scriptoribus dicta: Quam ob causam Palæstinæ vrbes tribuuntur Arabiæ;*

Ptol. lib. 5. Cõc. Chalced. Stepha. de Vrbibus S. Hiero in vita Hilar. In loc. Hebraicis. Auct. operis de actis Apost. ap. S. Hieron.

contràque vrbes Arabiæ ad Palæstinam spectare dicuntur. Itaque Elusa opidum Idumææ Ptolomæo; Palæstinæ secundæ, concilio Chalcedonensi, Palæstinæ tertiæ, Stephano, Eidemque vrbs Arabiæ dicta. Vrbẽ verò Palæstinæ, & à Saracenis habitatam S. Hieronymus memorat. Certè Moab, Palæstinæ Vrbs. quę Rabathinoma Stephano, & Arcopolis S. Hieronymo, Arabiæ ab eodem tribuitur, ab illo Palæstinę, quę olim Arabia, vt idem Stephanus ait. Sanè auctor operis de Actis Apostolorum, qui falsò tribuitur S. Hieronymo, (quamquam ille vir doctus, & fidus) Moabitas Ammonitas, Idumæos, & Sarracenos Arabię gentes connumerat: quas tamen Palæstinæ fuisse, ex sacra Genesi planè constat.

Ammian. lib. 22.

Quamquam verò Sarraceni gens peculiaris Arabiæ fuit, attamen consequentibus temporibus, omnes Arabes vagi dicti sunt Sarraceni. Ammianus Marcellinus in descriptione Ægypti: quà Orientem è regione prospicit, in rubrum pelagus, & Scenitas prætenditur, Arabes, quos Sarracenos nunc appellamus. Aio igitur, Barbaros quos Gordianus scribit, Siciliam afflixisse, Placidumque, ac socios pro fide Christi occidisse, Sarracenos Dæmonum superstitionis cultores extitisse, & in Siciliam ex Mauritania adnauigasse, quæ Gordiano Hispania dicta est. Quæ id suadeant, probentque, multa sunt argumenta.

Primum Hispaniæ appellatio, quæ Mauritaniæ Tingitanę tributa. Notissimum est enim, Mauritaniam in duas prouincias diuisam. Quarum altera Cęsariensis dicta à Cęsarea colonia: altera à Tingi Opido, Tingitana: quæ extrema prope Oceanum, aduersum Gades. Hanc sexquiseculi scriptores Hispaniam, adiecto aliquo vocabulo appellarunt. Quippe auctor Notitiæ Imperij Hispaniam Tingitanam vocat. Sextus, Rufus, & Honorius Hispaniam transfretanam. Quod obseruarunt viri docti Abrahamus Ortelius, Dionysius Gothofredus, & Guido Pancirolius. Quemadmodum igitur extrema Italię pars, quæ freto Siculo alluitur, quod Siculię proxima, Sicilia dicta est; ita extrema pars Africę, quæ Solino Mauritania inferior, quod proxima Hispaniæ sit Hispania est nuncupata. Freto enim, quod inter Mauritaniam, & Hispaniam funditur, montesque Abilam, & Calpen, quos dicunt columnas Herculis, longitudo XV. mill. pass. latitudo, vbi minimum, VII M. P. vbi plurimum, X., vt T. Liuius, & Cornelius nepos, Solinus, & Plinius tradidere. an contrà quemadmodum Sicilia, quod prouincijs Italię adnumerata est, Italiæ appellatione, vt scribit Vlpianus, comprehẽditur; ita Mauritania Tingitana, quod vna prouinciarum Hispaniæ fuit, Hispania dicta est? Nam Mauritaniam Tingitanam Hispaniæ prouincijs connumeratã, Notitia vtriusque imperij, & Sex. Rufus docent. Institutam à Constantino Magno, annotauit Guido Pancirolius. Hæc igitur Gordiani mens, Abdalam Hispaniæ Regem, Piratasque Sarracenos, Hispaniã habitasse, ideſt Mauritaniam ad Oceanum Atlanticum. Neque enim aliam Hispaniæ nomine, quam Mauritaniam Tingitanam Gordianus intelligit, atque ego accipio.

Abr. Orte. Thes. Geogr. V. Mauritania. Dion. Gothof notis ad tit. de off. Præf. Præt. Afr. cod lib. 1. Guido Pacir. Notis ad notitiã imp. c. 67. Lu. & Cornel. apud Plin lib. 5. proem. Solin. Polyist. ca. 26. Pl. eod. lo. Vlp. lib 9. ad Edict. de iudic. lib. 9.

Secundum idem suadet Origo gentis. Etenim seù Mauri ex Ægypto, siuè ex Palæstina, proximis Arabię prouincijs, in Africam commigrarunt, more Arabum vixere, qui Sarraceni dicti sunt.

Tertium Auita superstitio, cultusque simulacrorum. Nam Moloch, quem hi Sarraceni coluisse dicuntur, Ammonitarum Deus fuit, vt ex libris Regum cognoscimus Oecumenius ait, Moabitarum etiam Deũ fuisse: haud difficile, cognatos, ex duobus fratribus ortos, eosdem Deos habuisse. Ammonitæ autem, & Moabitę ex libro Geneſis, Palæstinæ gentes extitere. sed Mauros, Palæstina in extremam Africam venisse, superius ex Procopio, & Nicephoro probatum est. Credibile igitur est, ex cultu Dei Moloch, qui proprius Palæstinorum fuit, & ex ortu Maurorum ex Palæstinis, quorũ plerique Arabes, & Sarraceni, hos Barbaros Mauros fuisse, & Sarracenos.

Procop. li. 4. de Bello Vand.

Quartum, Status Mauritaniæ sub Imperatore Iustiniano. Etsi enim, auctore Procopio, Mauri, qui circa Tripolis promontoria habitabant, eiusdem Iustiniani suasu, christianam fidem complexi sunt: reliqui tamen abnuere. Quos Iustinianus paganos, quemadmodum Gordianus in historia, vocitat epistola ad Salamonem P. P. in

in Africa; Qua præcipit poſſeſſiones, domos, & ornamenta ſacroſanctis Eccleſijs reddi, quæ apud Afros quoſcumque detinerentur ſiuè Arrianos, ſiuè Paganos.

Quintum. Bella, quæ Iuſtinianus Imperator cum Mauris geſſit. Nam Vandalorum rebus attritis, aduerſum Mauros arma vertit; Quos bello perſecutus, poſt decennium ſubiugauit. Haud tamen ſine cladibus. Etenim anno Chriſti IↃXXXX Iuſtiniani 4. Cum Mauris malè pugnatum eſt à quibus Iuſtiniani exercitus fuſus, cæſuſque amiſſo Duce. Haud difficile igitur fuit, conſequente anno IↃXLI. qui annus martyrio Sancti Placidi clarus fuit, Mauros ea Victoria elatos, inſtructa cum claſſe, aduerſum Romani imperij prouincias ſoluiſſe, & in obuiam, inermemque Siciliam iras, clademque intuliſſe ſed Barbaris, ob fuſum ſanguinem tot innocentium, freto Siculo à Deo vindicatis attritiſque copijs, Mauri annoferè IↃXLVI. à Ducibus Artabane, & Ioanne in ordinem redacti ſunt. Quæ Procopius fuſius perſequitur.

Sextum. Mores Arabum, quos fuiſſe Mauros, paullò antè diximus. Eoſque latrocinia, & Piraticam exercuiſſe, Strabo, Plinius & omnes docent.

Str. lib 16 Plin. lib. 6. c. 26. 28. 29 Cyrill. in vita s. Theodoſ. apud Sur M Sauar.

Septimum. Vetus Sarracenorum in Monachos odium, in quos ſæpe graſſati deletis Monaſterijs, occiſis Monachis, aut in captiuitatem abductis. Vt ſub Iuſtino; in Monachos Palæſtinæ, ex Cyrillo: ſub Tiberio in Monachos Ægypti, ex Prato ſpirituali: in Monachos Iaurę ſub Heraclio Imperatore, ex Antiocho.

Prat. Spir. cap 112. Antioch. epiſt. ad Anaſt. apud Baron. to. 4. an. 614.

Hæc mouere me, vt Abdalam Regem Sarracenorum fuiſſe aſſererem, hoſque Sarracenos ex extrema Mauritania ad Oceanũ in Siciliam adnauigaſſe, Placidumque, ac ſocios pro chriſtiana fide interfeciſſe. Mauritaniam verò à Gordiano ſcriptore appellatam Hiſpaniam ex antiquo vſu ſcriptorum. Cęterum ſententiam meam, iudicio Doctorum virorum lubens ſubijcio

16

MOLOCH] *codex M.S. Bibliothecæ Vaticanę habet*, Molorchi templa. *Rectius*, Moloch, & Remphan, *vt eſt in Caſinenſi libro manu exarato, & in editis libris. Dei Moloch, & Remphan meminit S. Stephanus oratione ad Iudæos*: & ſuſcepiſti tabernaculum Moloch, & ſidus Dei veſtri Remphan; figuras, quas feciſtis adornare eos. *Quo loco ad oraculum Amos alluſum eſt, quod ita habet editio vulgata*: Et portaſtis tabernaculum Moloch veſtro, & imaginem Idolorum veſtrorum, ſidus Dei veſtri, quæ feciſtis vobis, *Vbi quod Hebraice eſt Chyũ imaginum veſtrarum, ſeptuaginta tranſtulerunt*: Et ſidus Dei veſtri Remphan. *Siuè vt legit S. Hieronymus*, Rephan. *Quod S. Lucas, Aquila, & Symmachus retinuerunt.*

Quinam verò Dij, Moloch, & Remphã? ſanè Moloch, qui idem atque Melchõ, Deus Ammonitarum fuiſſe traditur, lib. 3. Regũ. Quoniam verò vocabulum Malchechem, Amos cap. 5., quod S. Lucas LXX. & Sanctus Hieronymus vertere Moloch, Symmachus, & Theodotio interpretati ſunt Regis veſtri, *deducta voce à verbo Malach, quod regnare ſignificat, quidam ex Etymologia nominis*, Moloch, *fuiſſe Saturnum putant, qui Deorum Princeps Regnum habuit: alij Iouem, quem Regem hominumque Deumque Poeta dixit. Ioſephus Scaliger*, Moloch *ait*, Chaldæis Saturnus; Remphan Iuppiter *Ego in alia omnia. Moloch, & Remphan eumdem cenſuerim Deum, quod ſidus Luciferum. ſuadet oraculum Prophetę Amos quod ita etiam tranſferre ex Hebraico poſſis*: Et portaſtis thenſam Regis veſtri (*Moloch*) & ſtatuam ſimilitudinum veſtrarum, ſidus Deorum veſtrorum, *ſeù* Dei veſtri. *Igitur ex hoc loco idẽ eſt Rex atque Statua. Reprehendit enim Prophęta Hebræos, quod Regis eorum ſtatuam in baſi locatam thenſis in pompa traſtulerint. ſed Malchechem quod alij Regem, & Chyum, quod alij imaginem, nos ſtatuam ac ſimulacrum, LXX. Moloch, & Remphan interpretati ſunt. Igitur Moloch idem atque Remphan. Sed Remphan idem, quod ſidus lucifer. Atque hanc prophetę mentem eſſe, S. Hieronymus explicat; Qui commentarijs ſuis*, quæ ſic, *inquit*, ipſa imago, vel Idolum, ſequente ſermone (*Propheta Amos*) demonſtrat ſidus Dei veſtri. *Igitur apud Amos Prophętam videntur idem eſſe Moloch, Remphã, Sidus Lucifer; præfert neſcio quam facem Oecumenius, qui tradit, ſimulacrum Moloch lapidem habuiſſe tranſparentem, ac preciоſum in modum luciferi, extrema frontis parte, Quare illud ipſum ſidus, quod S. Lucas, & LXX dicunt Remphan, Oecumenius in Molochi vertice emicaſſe ait. planèque oſtendit idem fuiſſe ſimulacrum Moloch, & Remphan, quod in ſuperiore frontis parte, ac in ipſo prope vertice ſtellã luciferum habuit. Vetus enim ſuperſtitio ſimulacris Deorum ſtellas addidit in vertice, ſeù fœlicitatis omen, ſeù inſigne diuinitatis. Quod maximè notum ex Horatio, Virgilio, Suetonio, Plinio. Leo à Caſtro putat, huic Idolo duplex fuiſſe nomen, idemque eſſe Chyum, & Rępban. ſed Chyũ eſſe nomen Barbarum, Rępban Hebræum ſed iure Ioannes Lorinus confutat. Cum non minus Hebraicum ſit Chyum, ac Rępban. Nec legamus Rępban, ſed Remphan. Equidem exiſtimauerim, Idolo huic fuiſſe duo nomina, Moloch, & Remphan. Sed Moloch vocem Hebraicam fuiſſe. Remphã Barbaram, & Sarracenicam. Vtraque autem voce ſunt vſi LXX. interpretes, & S. Stephanus in actis Apoſt. fortaſſe, quod illa propria gentis, hæc verò eſſet notior. Quodnam verò fuit hoc ſimulacrum? quam ob cauſſam dictum Moloch, ideſt Rex? an ſimulacrum Veneris fuit? quod in eius frõte, ſtella lucifer reuincit, nam Sarracenos cultui Veneris præcipuè addictos fuiſſe, notiſſimum. Etenim ſi ſtella hæc, quæ Remphan, & Moloch dicitur, ſtella Veneris ſacra, vtique ſimulacrum Remphan, & Moloch,*

Scalig. Cõment. in Euſebi. in

s Hiero in Amos c. 5

Oecum in acta apoſt. cap 7.

Hor. lib. 1. ode 12. Virg. lib 8. Aeneid Suet in vita Iul. Cæſar. c. 88. Plin. lib. 2. cap. 25 Leo à Caſtro poſtol ib 6. Lorinus in acta apoſt. cap. 7.

Digitized by Google

loch, ſimulacrum Veneris fuit, habitu virili effictum. Cur verò Moloch dictum, ideſt Rex? an quod apud hos Barbaros præcipuus, & maximus Deorum haberetur, ac præ cæteris dijs percoleretur? an quod ſimulacrum habitu regio factum? ſacra Biblia teſtantur, Idolo Moloch, fuiſſe coronam ex auro, gemmis diſtinctam. Liber Regum. Congregauit Dauid omnem populum ; & profectus eſt aduerſum Rabbath: cumque dimicaſſet, cœpit eam. Et tulit diadema Regis eorum (*Moloch, ſeù Melchom ; nam ſimulacri nomen interpres tranſtulit*) de capite eius, pondo auri talentum, habens gemmas precioſiſſimas, & impoſitum eſt ſuper caput Dauid. *Liber Paralipomenon* : Tulit autem Dauid coronam Melchom de capite eius: Et inuenit in ea auri pondo talentum, & precioſiſſimas gemmas, fecitque ſibi inde diadema. *Melchom, & Moloch idem eſſe, ſuperiùs dixi. Nam quod Melchon ſecundo, & quarto Regum, Moloch tertio Regum dicitur.*

lib.2. Reg. cap.12.

lib.1. Paralip.c.20.

2.Reg.c.12
4.Reg.c.23
3.Reg c.11

Vetus Arabum ſuperſtitio, fuit in ſtella Veneris obſeruanda: Hieronymus de Hilarione, Peruenit Eluſam, eo forte die, quo ſolemnitas anniuerſaria omnem opidi populum in templum Veneris congregauerat. Colunt autem illam ob luciferum, cuius cultui Sarracenorum natio dedita eſt. *ſed aliàs, cõtra: luciferum à Sarracenis ob Venerem cultum, cui ſacer. Itaque ad verba illa Amos, ſidus* Dei veſtri, *addit*: quod Hebraicé dicitur Cochal, ideſt lucifer, quem Sarraceni nunc vſque venerantur. *Beda: Sidus Remphan ſignificat luciferum, cuius cultui Saracenorum gens ob honorem Veneris erat mancipata. Sanè Alamundarus Sarracenorum Dux filium Arethæ hoſtis, bello captũ Veneri conſecrauit, auctor Procopius. Nàm manes Princeps Sarracenorum conuerſus ad Chriſtum, ſtatuam Veneris auream, quam adorobat, liquefactam ignis in paupores erogauit, Euagrius.*

S.Hiero. in vita S.Hila

Et in amos cap.5.

Beda in acta apoſt.c.7.

17 DONATVS QVIDEM *igitur Donatus ipſa irruptione. ac nocte Martyr exceſſit. Non ea tamen nocte, qua Placidi eadem præceſſit, nec pridiè quàm is demoreretur, vt Arnoldus Monachus ex ingenio ſuo ſcripſit. Quin Donatus multos antè Placidum dies ferro ſublatus eſt. Quos dies ex Gordiano, & Stephano colligere operæ pretium eſt. Donatus in nocturna Synaxi, ac proin a media nocte occiſus. Placidus, cæterique ante Mamuchæ ſiſti, & fuſtigari iuſſi. id factum, ait Stephanus Anicienſis orto ſole, à quo dies numeramus. Exin à Mamucha, incluſi per ſeptem dies, ſine cibo. Vbi defluxere, reuocantur ad Tribunal, & cruciantur. Quatuor per dies torti, ex Stephano. Deinde in cuſtodiam truſos, Gordianus nocte inuiſit. Manè ad Mamuchæ reducti, torquentur: decurſo in tormentis die, retruduntur in carcerem. Sole exorto, rurſum excruciantur. Quinto poſt die, virgis ad mortem mactati, ſed curantur ab Angelis. Poſtea quam illuxit, diuerſis ſupplicijs affecti die, ac tota nocte. mox enata luce damnati, decollãtique. Quos dies ſi collegerimus XX. fuiſſe reperiemus. Igitur ſi Natales ipſos dies cõnumeremus, Donatus, vnde viginti ante Placidum dies mortem obijt. Placidus IV. Non Octobris, Donatus XVI. Kal. Octobris.*

FAVSTO] *perperam apud alios pro Fauſto Fauſtinus, pro Firmato Firmianus in Epiſtola Siculorum, & Fortunatus in Epitome martyrij SS. Placidi, & Sociorum.* 18

Addit Petrus Diacònus Barbaros circũquaque cuncta igni deliueſſe, & adulteria, ac innumerabilia mala in Eccleſijs, & in hominibus committentes, & viros ac mulieres ob Chriſti fidem trucidantes ciuitati Meſſanæ innumera mala intuliſſe, ac paullò poſt varia tormẽtorum genera enarrat, quibus deſeuijt Barbarus Pirata in fortiſſimos illos Athletas; Additque hæc verba. Mamucha ira commotus præcepit, vt quotquot chriſtianorum inueniſſent, diuerſis ſupplicijs enecarent; Iam verò quis digne enarrare valeat, quantis ſuppliciis chriſtiani eo tempore in Sicilia ſint affecti? nonnullis nãque palorum vectibus ora reſerantes, fœtidum cœnum faucibus ingerebant : Alios in frontibus, & in tibiis remugientibus neruis torquendo cruciabant, pleriſque aquam marinam, acetum, amurcam, & liquamẽ, & alia multa, & crudelia tamquam vtribus imbutis ori appoſitis ſine miſericordia porrigebant ſtimulis ferreis ad ambulandum vrgentes. Paruulos etiam ab vberibus maternis rapiẽtes, inſontem infantiam elidebant ad terram. Alios è regione pedes tenentes à meatu prorſus naturali vſque ad arcem capitis diſſipabant. Alii cãdentis ferri laminis aduſti ſunt, aptanteſque fuſtes in modum ſerrarum ex palmis cum ſtirpibus, & dorſa chriſtianorum cum illis flagellantes, non tantũ oſſa confringebant ; ſed etiam terebrantes aculei intrinſecus remanebant, diſſipatiſque carnibus viſcera pandebantur. Nonnulli verò ligatis pedibus, poſt terga currẽtiũ equorum inter ſpinoſa loca ſyluarum ducebantur, vt ducta, & reducta dumoſis lignorum aculeis eorum corpora carperentur, ac diù, & ſæpius tibias torquendo tinniẽtibus chordis conſtringebant. Feminas autem per vnũ pedem appendentes palis minoribus dentatis iactis in capita, crinibuſque in eiſdem colligatis, ac vehementiùs ſtringentes ſimul cum capillis omnem pelliculam capitis auferebant, ingentia pondera in vno pede colligantes, & laminas ferri ignitas dorſo, ventri, mammillis ac lateribus apponentes. *Nemini ergo mirum videatur tot Martyrum corpora Meſſanæ inuenta circa ſepulcrum S. Placidi, & ſanè ei narrationi ipſa corpora SS. Placidi, & ſociorum effoſſa fidem fecerunt; nam iiſdem cruciatibus fuiſſe affecta in nonnullis etiam num dignoſcebatur. narrat etiam* Petrus Diaconus *Gordianum penetraſſe Sarracenorum caſtra, & in carcere hortatum eſſe ad martyrium fortiter obeundum Sanctos illos Monachos: hoc quidem credi facile non poteſt, ſed vt fit, ſanè inſulſa, ineptaque nimis eſt oratio illa conſo-*

Epiſt. Sicul. affixa ad Chron. Leonis Oſtienſ.

conſolatoria, quam recitat ex Gordiano idem Petrus.

19 NECARENTVR] *non abſimili vindicta ibidem Alaricus Gothorum Dux pœnas luit; etenim cum pacta Vrbe Roma, Rhegio conſcenſis nauibus in Siciliam, eius aduentu contremiſcentem, tranſmitteret; infeſto mari, exercitum naufragio amiſit, in ipſo Siciliæ conſpectu, cuius excidium meditabatur. Ipſe paucos poſt dies apud Conſentiam repentino mortuus, ſceleris pœnas dedit, ità Rodericus Toletanus. quæ perierunt naues Mamuchæ fuere centum, cum Sarracenis ſexdecim millibus octingentis, ait Petrus Diaconus.*

20 SEPVLTVRÆ] *eadem corpora Sanctorum Fratrum Placidi, Eutychij, Victorini, et Flauiæ Sororis, vt à Gordiano compoſita fuerant, eodem ſimul tumulo reperta ſunt in Eccleſia Sancti Ioannis Baptiſtæ anno Chriſti 1588. De reliquis Sanctorum triginta trium Martyrum corporibus Petrus Diaconus narrat, ea miro odore fragrantia, vbi decollata fuerunt in arena ſepeliuiſſe Gordianum. Sed fama edocebat non multo poſt in eamdem Sancti Ioannis Baptiſtæ ædem fuiſſe tranſlata, et ibi eodem anno inuenta ſunt. Addit idem Petrus Diaconus Deũ eas ſacras Reliquias frequentibus miraculis, et collatis in ægrotos beneficijs ſupra naturæ vires eo honeſtaſſe, et Meſſanam Vrbem inſignibus erga S. Placidum, et Socios officijs functam iã inde ab eius martyrio ſacros honores obtuliſſe ſepulchro odoribus cereis, cumulato: itẽ in tota Eccleſia ab antiquiſſimis temporibus eos Martyres fuiſſe cultos docent vetuſta martyrologia Bedæ, Vſuardi, Adonis, Rabani, NotKeri, et Romanum.*

III. NONAS OCTOBRIS] *annus paſſionis fuit 541. ſed falsò Petrus Diaconus addidit fuiſſe tertium decimum Iuſtiniani Imperatoris. nam is imperium iniit anno 527. vt Marcellinus ait Kalend. Aprilis, iam ergo annus fluebat 15. annos Sancti Placidi ita numerat idẽ Petrus Diaconus; oblatus eſt Deo à patre ſuo Tertullo ſeptimo ætatis anno. habitauit cum Sancto Benedicto Magiſtro apud Sublacum annis quinque, commoratus eſt cum eodem in Monaſterio Caſinenſi recẽs extructo annis nouem, Monaſterium in Sicilia conſtruxit annos quatuor, eidem præfuit anno vno, qui omnes anni eius ætatem conficiunt viginti ſex annorum.* 21

Subdit demum idem Petrus à Meſſalino & Pompeio Cilio monitum Sanctum Benedictum de cæde Sancti Placidi, et ſociorũ, reſpexiſſe quantum bonorum cæleſtium cumulum indepti eſſent, eamque obrem hilarem gaudentemque ſuæ Congregationi Monachis id aperuiſſe: tum ſubmiſiſſe alios in Siciliam ad Monaſterium B. Placidi reſtaurandum.

ANIMADVERSIONES
IN FRAGMENTVM
EX HIST. PETRI DIAC.
DE S. PLACIDO, ET SOC.

1 PETRI DIACONI] *hiſtoria Gordiani nomine à ſe conſcripta Petrus Diaconus ad calcem de ſuo addidit appendicem, quæ quãuis nonnullis maculis, in Chronologia præſertim, deturpetur; pleraque ſcitu digna continet, & plurimorum Martyrum Siculorum, obſcuris tamen nominibus, mentionem inſicit; volui hic illam ſubnectere, eaque libentius idfeci, quòd Lyppomanus hiſtoriam Petri edens, hæc reſecuit; hoc verò fragmentum deſumptum ex M. S. codice Caſinenſi, vnde integram Petri Diaconi hiſtoriam, vt dixi, exſcriptam habui, Siculæ hiſtoriæ prodeſſe fortè poterit. ipſe autem Petrus hæc, quæ adiunxit, exſcripſiſſe ſe ait ex Coſmographia Theophanis, & Chronologia Romanorũ Pontificũ.*

TEMPORE ILLO QVO CONSTANS] 2 *quibus is furijs exagitatus fuerit, habes apud Paullum Diaconum. Quæ impiè, & crudeliter in Sicilia egerit, recitat Anaſtaſius Bibliothecarius. Paulus Varnefridus, & Aimoinus monachus.*

ANDREAS] *Habes eadem apud Paullum Diaconum, Anaſtaſium, & Cedrenum Anno Chriſti IↃCLXVIII. Quo anno Conſtans Imperator Syracuſis occiſus eſt, vt probat Baronius in annalibus ſuis; Idibus Iulijs, vt ait Anaſtaſius, indictione XI. atque adeo Anno, vt diximus IↃCLXVIII. Gordonus in Chronico Imperat. Conſtantem occiſum ait anno 669. & fauet Paulus Diaconus, qui tradit Cõſtantem manſiſſe in Sicilia ab indict. VII. ad XII. quæ cœperat menſe Septemb. anni 668. in balneo occiſum omnes tradũt, Theo* 3

Digitized by Google

phanes lib. 19. S. Nicephorus de rebus geſtis ab obitu Mauritij, Aimoinus Monach⁹. ſed Gregorius Papa in epiſt. ad Leonē Iſaurum apud Baron. anno 726. ait Nezeuxius, qui tum Comes obſequij eius *Conſtantis* erat ab Epiſcopis Siciliæ certior factus hæreticum eum eſſe, ipſum intus in templo trucidauit; *error fuit exſcribentis templum pro balneo; nam Græca voces non multum diſſimiles ſunt.*

4 HÆC DVM AD NOTITIAM SARRACENORVM] *De hac Sicilia, & Syra euſarum clade à Sarracenis illata, vide Anaſtaſium, & Paullum Diaconum, & Vuarnefridum. Ea obtigit anno* Cōſtantis *eodem conſequēte, qui fuit 669. vel 670. ſeuitum etiam eſt in templa, & perſonas ſacras. nam tunc fortè occiſus eſt Georgius Epiſcopus, de quo in M.S. Cod. Eccleſiæ Syracuſanæ dicitur,* Georgius didicit Conſtantinopoli, qui Tropària, quæ in natiuitate Chriſti canuntur, & in Epiphania, fecit; occiſus eſt autem in loco, qui vocatur terra maran, & ſepultus eſt in Eccleſia S. Anaſtaſij de ollis. *at verò de Theodoſio Epiſcopo in eodem M.S. cod. dicitur* hic cooperuit Eccleſiam (*matricem intellige*) & alias 14. quas combuſſerat Addelmucas Amiratus: hic verò Theodoſius hanc cladem conſecutus eſt. *Strages tanta fuit, vt Vuarnefridus dixerit,* multam ſtragem faciunt populorum, vix paucis euadentibus, qui per munitiſſima caſtra, & iuga transfugerant montium.

Anaſtaſ. in Adeodato. Paull. Diac. lib. 5.

5 AD B. PLACIDI MONASTERIVM] *Hoc eſt ſecundum excidium* Placidiani *Monaſterij, & Monachorum cædes ſub Sarracenis. Mirum alicui videri poſſet, Paullum Diaconum, et Anaſtaſium Monachum, qui Sarracenos inuaſiſſe, ac diripuiſſe Syracuſas ſcripſerunt, excidij huius, ac cædis Monaſterij S. Placidi, et Monachorum haud meminiſſe. Quod hic à Petro Iacono traditum, ex aliorum monumentis, ſeu veterum traditione per manus accepta habitum eſt.*

6 VITALIANI PAPAE] *Adeodati poti⁹, ſub quo hęc Sicilia vaſtitas obuenit. Adi Baronium ad annum 669.*

Baron. Ann. Tom. 8.

7 POST HAC SERGIVS PROTOSPATARIVS] *Id factum anno III. Imperij Leonis Iſauri, Chriſti verò 718. Rem fuſius narrat hiſtoria miſcella Pauli Diaconi, ſed quem in finem hęc à Petro Diacono enarrata?*

Hiſt. Miſcella lib. 20.

8 DOMINICAE INCARNATIONIS] *Falſus eſt annus occupatæ Siciliæ à Sarracenis, qui fuit Chriſti 820. ex Oſtienſi lib. 1. cap. 28. & ad eum annum Baronius. Nec conueniunt, quæ Petrus Diaconus hoc loco componit. Nam etſi demus Leonem Abbatē Catinenſem anno 900. ordinatum, Ludouicus tamen Caroli Calui F. de quo loqui videtur, quique Ioanne Papa VIII. imperauit, anno Chriſti 877. inijt Imperium, vt ſcribit Baroni⁹, Gordonus, & alij. Haud negauerim, anno 900. auſpicatos Imperium occidentis Ludouicos duos, alterum in Germania, alterum in Italia. Sed ille Imper. Arnulphi Filius, hic Baronis Comitis. At tum Pontifex erat Stephanus IIII. Errat igitur Petrus Diaconus, in hac Chronologia.*

Baronius ad Ann. 877.

Gordon. in Chron.

De eadem clade Monachorum, Duce Abraimo, hæc ſcribit Ignatius Pragenſis, qui vixiſſe videtur duodecimo ſeculo. Non autē in longū vindicta cœleſtis defuit; Rex enim Sarracenorum Abraimo, cognomento Caffala, innumerabilem congregans exercitū, tàm iſtarum Italię partium, quam aliarum intrauit Siciliam, eamque poſt tranſitum S. Mart. Bertharij Monachis Caſinenſibus auferens; quotquot ibi reperit Monachos, pro fide Chriſti capite truncauit. Alio verò anno, Tauromenium, Siciliæ Ciuitas, quæ ſola de poſſeſſionibus ſacri Cœnobij Caſinenſis ſupererat, capta fuit, Sed Dei iuditio, ac Beatiſſimi Patris noſtri Benedicti & Glorioſi Martyris Chriſti Bertharij meritis, idem Rex eodem anno, quo rebus ſuis ſacrum Caſinenſe Cœnobium ſpoliauerat, ſuper Conſentiam Calabrię Ciuitatem, amara interijt morte.

Ignat. Pragen. in vita S. Bertarij. Extat M.S. in Biblioth. Caſin.

Hæc Ignatius Monachus. ſed dupliciter errat. Primum eſt, dum ait, Sarracenos Siciliam ingreſſos poſt euerſam Caſinū, occiſoſq; Monachos cū S. Abbate Berthario Quod accidiſſe XI. Kal. Nouembris Anno Domini 1384. Eodemq; anno obijſſe Abraimum, ideſt intra annum, vt ab incenſo Caſinenſi Monaſterio, obtruncatoq; S. Bertharo, non præterierit annus, quin Abraimus vlciſcente Deo, miſerè perierit, Sarraceni igitur ex Ignatij ſententia in Siciliā ingreſſi extremo anno 884. vel 885. ineunte quod planè falsū. Etenim iam indè ab anno 820. Siciliam occupauerant, vt dixi. Alterum, in quo errat Ignatius, annus eſt Excidij Vrbis Tauromenitanæ, quod ponit anno conſequente Sarracenorū in Siciliā ingreſſum. Quod item falsū eſt. Captū enim Tauromenitū à Sarracenis poſt annos ab eorum in Siciliam ingreſſū, 73. certum igitur eſt, Monachos pro fide occiſos à Sarracenis Kalen. Aug. ꝙ ait Petrus Diaconus. ſed incertus eſt annus eorum Martyrij. Nullo enim modo eſſe potuit annus Chriſti IↃCCCC. Nam plures ante hunc annos Siciliam inuaſerant.

9 SARRACENI A BABYLONIA] *Sarracenos, qui tum Siciliam inuaſere, nonniſi ex Africa exundaſſe, docet Ioannes Curopalates, & Siculi ſcriptores.*

Ioann. Curopal. in Michaele.

10 VILLAS ETIAM ET CIVITATES] *Huic Vrbium exſcriptori iure primum ſuccenſeo, qui vitioſe ſatis exſcripſit. Sed num falſa hæc dixerim, quæ memorat hic ſcriptor, quod affirmant viri docti? dixerim per ambitionem, ſeu per errorem vulgata in maius? nam quis credat, Caſinenſe Monaſterium tot Ciuitates in Sicilia tùm poſſediſſe? quis non videat, Petrum Diaconum Ciuitates in hoc Catalogo numerare, quæ tùm non extabant, ſed multis antè ſæculis defecerant?*

Baron. in Annal. tom. 7. H. C. 541.

IPSAS

41 IPSAS VRBES PANHORMVM, ET SYRACVSAS] *confundit hic scriptor ordinem, ac tempora, quibus eapsę vrbes Sicilię a Sarracenis. Nã Panhormus, & Messana primùm occupatæ anno Christi* IↃCCC-XX. *circiters Syracusa verò anno* 878.

42 MONASTERIVM, OMNE PRÆTER ECCLESIAM *mirũ est, Barbaros ter Messanense Monasteriũ demolitos, & Ecclesiã S. Placidi peperciſſe. sed illa nõ diù fletit. Nã euersa demùm à Sarracenis; Quib' Sicilia expulsis, eam instaurarunt Normanni Principes.*

43 HORVM AVTEM MM. PASSIONES] *curamandas nos, mi Petre, ad Bibliothecas Constãtinopolitanas, his actis cognoscẽdis. Satius tibi fuisset, egregia certamina fortissimorũ MM. ac Monachorũ tuorũ recensere, quam villas, & opida, quæ Monasterium Casinense possedit.*

44 MANIACES DVX CVM EXERCITV] *recuperata à Duce Georgio Maniace anno Christi* 1038. *vt ait Baronius, licet in proximum annum id reponat Gordianus, qui rem pernosse cupit, legat Io. Curopalatẽ Leonẽ Ostiensem, & Gaufredũ Monachũ.*

45 SVBLATIS EXINDE SS. CORPORIBVS] *de sublatis Agathæ, & Luciæ corporibus à Georgio Maniace, & Cõstantinopoli deportatis, diximus in notis ad earũ vitas.*

46 SARRACENI CVNCTA, QVÆ AMISERANT] *intra biennium. nam amisere Insulam anno* 1038. *recepere* CIↃXL. *Ioan. Curopalates in Michaele Paphlagone, Cedrenus hoc anno.*

47 CVM IG TVR PANHORM. CIVIT. REGIMEN *alia Barbarorum Principum nomina, alia defectionis causa, apud Gaufredũ Monachum eorum temporum scriptorem, cui potior fides.*

48 VVLTNAMIVS] *Gaufredo Belcamẽdus.*

49 ADMIRARIVS] *Gaufredo*, Admiraldus

50 *corrupta nomina ab Sarraceno*, Amiras.

BELCHIVS] Becumen *Gaufredo dictus In libro manu exarato* D. *Io. Vigintimilij*, Betumen.

51 ANNO DOMINICAE INCARNAT. CIↃLXX.] *Castiga annum, nam cæsis Sarracenorum copijs, recuperata Messana à Nortmannis Ducibus, anno Christi* CIↃLX. *Gaufredo Auctore.*

52 DVX AD VRBEM RIMETVM PER VENIT] *Gaufredus*, Gomeram.

53 ADVENTVS, QVEM BALCAOTH] *Gaufredo* Bechamet.

54 CVM XV. MILLIBVS EQVITVM, ET C MILLIBVS] *tradit Gaufredus, 15. millia armatorum, Bechameto fuisse, Roberto milites* IↃCC. *Aquibus X millia Sarracenorum cæsa, reliqui fugati. Ex quo cognoscas, à Petro Diacono quædam hic falsa, nonnulla supra fidem narrari.* Gaufr. l. 2. cap. 17.

55 VENIT IN VALLEM DEMONA] *à Gaufredo* Vallis Demena *sæpius dicta.*

56 ARCEM IN HONOREM S. EVANGELISTAE MARCI CONSTRVENS] Castrum *Marci Gaufredus appellat. Conditum à Duce Roberto anno* CIↃLXI. *ex eodem Gaufredo constat.*

57 PANHORMVM PER QVINQVE MENSIVM CVRRICVLA OBSIDENS, CEPIT] *capta est Panhormus à Roberto, & Rogerio fratribus, ãno* 1171. *Gaufredus.* Gaufr. l. 2. cap. 45.

58 ECCLESIAM IN QVA S. PLACIDVS QVIESCEBAT] *S. Hyacinti corrupte nominare ceperunt, id templum S. Ioã Baptistæ dicatum, post martyriũ S. Placidi ab eodẽ appellari capit, tẽplũ S. Placidi, sed post aduentum Nortmannorum S. Hyacinthi ædes nuncupatũ est, ait Petrus Diaconus. Gaufredus item meminit Insulæ S. Hyacinthi haud longe ab Vrbe Mess., vbi ait Rogerium Comitẽ diuersatum fuisse. At nulla propè Messanam Insula. An insulæ nomine aciem intelligit S. Placido dicatam? an potius per insulam, qua Portum Messanensem complectitur?*

59 Q. HENRICI] *corrige* Quarti Henrici.

ANIMADVERSIONES IN INVENTIONEM S. PLACIDI, ET SOCIORVM.

1 IN HAC RERVM] *annuit piis, fidelium votis Deus, sed ne diligentia humana tribuatur, & ipse dat, fortuito SS. Corporũ inuenire vult, dum aliquid ad illorum obsequiũ molimur. id legimus in D. Gregorio obtigisse Pelagio Pontifici Maximo, eius affert verba ex lib. 3. epist. 30. s. memoria decessoris sui ad corpus S. Laur. Mart. quadã meliorare desiderans, dum nescitur, vbi venerabiliter corpus ipsius collocatum esset, & effoditur exquirendo, subitum sepulchrum ipsius ignoranter apertum est.*

2 COMPLVRA] *certum est præter duos fratres, & sororem S. Placidi triginta tres monachos fuisse à Barbaris trucidatos, quorum omnium corpora triginta septem. sed inuenta præterea & alia, inter quæ corpus pueri triennis, quantum conijci potuit, repertum fuit; nec mirum id esse cuiquam debeat, nam etiam martyrij palmam multi alij cuiuslibet ætatis, & conditionis consequuti sunt vt historia significat, & Baronius to. 8. pag. 89. ait*, Infantes, nedum pueros Christi victimas sæpe oblatas.

Digitized by Google

3 COLLOCATA] *Non hic prætereundũ censeo, quod peculiari Dei virtute factum videtur. nam inter hæc sãctissima corpora, & primos lapides fundamentorum Templi vix terræ, seu arenæ palmus intercedit; & verò fabri, & Architectus contra morem, artemque ædificandi supra mobilem arenã & non firma saxa, prima iecerint fundamenta, non sine Diuinæ potentiæ manu factum esse putandum est.*

4 AMPVLLAE SANGVINIS PLENÆ] *ad significandos Martyres non obscurum indicium, quod etiam in Inuentione S. Antonini Martyris accidisse narrat S. Anton. Tit. 15. cap. 14. p. 2. Angelus enim, qui Sancto Sauino Episcopo Placentino oblatus, corpus S. Martyris indicauit, vt hic auctor ait, cum capite abscisso, vrceum quoque eius sanguine plenum in testimonium pandit B. Sauino. Maffeus etiam, aliique veri indicarum scriptores narrant vna cum S. Apostoli Thomæ corpore ampullam sanguinis, & terræ plenam fuisse repertam, nec nõ ferream lanceam, martyrij clara argumenta.*

5 TELORVMQVE EX AERE] *extabãt SS. MM. trophæa duæ sagittæ barbarorum latiore cuspide, vnci gladioli, capuli pugionum, admixtaque ferri frustra exesa humo, contactaque rubigine, in vnius Martyris caput, & in alterius costas adactum adhuc ferrum manebat, ad commiserationem prætériti vulneris; aliorum in visceribus repertum est plumbum, quod liquẽs per tormenta defusum tenues in calamos se forma uerat. ex his varia cruciatuum formæ cognosci possunt, quibus Placidianum agrum in stellas sublatum vidimus.*

6 SVAVISSIMVS ODOR] *vt quæ tormenta passa fuerant membra pro Christo aliquam etiam reciperent mercedem, velut arrabonem futuræ gloriæ. Commune id fere sanctissimorum corporum inuentionibus fuit suauissimum efflare odorem; satis sit illud Baronij tom. 10. SS. MM. Diodori, & Marciani Corporibus inuentis, mirus odor inerat, vt omnes reficeret, qui aderant.*

7 NOTAE NVLLAE] *Qui enim condiderat futuras Siciliæ clades nesciebat, putabatque fore, vt ipsa traditione, ac veneratione sanctissimorum corporum memoria numquam esset interitura; non parui tamen momenti fuit, quod eodem anno ad 14. Kalend. Ianuarij euenit ad maiorem SS. Inuentionis approbationem. Namà læua Templi parte, haud longe S. Placidi sepulchro, repertus est tumulus Pompeij Cilij cum tabella marmorea græcè ita inscripta.*

SEXT. POMPEIVS Phœbus ex Vrbe Roma hic iacet.

FVIT *is Pompeius Cilius Tertulli amici eius, ac Messanæ portitorum Princeps, cuius studio Placidus sacrarium S. Ioanni Baptistæ, Monasteriumque construxerat quod Petrus Diaconus sæpe laudatus affirmat. is verò iuxta Placidum post cæteros Monachos sepeliendum se iussit, pietatis in SS. MM. illustre argumentum.*

8 ATQVE INNVMERABILES] *Primũ quod Sancti Martyres ediderunt signum in Ioseph o Frassica fuisse fertur. hunc enim ipsa nocte, qua inuenta sunt Sancta reliquiæ, caput è sepulchro in suas ædes asportantem cælestium iram incessisse tradunt; vt è templo pedem extulit repentino horrore concussus agre centum passus confecit; vlterius pergere nec animus, nec vires permisere, quarè rursus in sepulchrum, quod abstulerat deportauit.*

9 MORBIS OPPRESSI] *licet innumera fuerunt miracula, non ideò tamen omninò reticenda, paucissima breuiter attingam, ex quibus reliquorum coniectura duci possit.*

Mariano Marocco redijt exesa vis luminis oculis aquæ respersis: Vuillelmo Spuccio elapsa in prauum brachij ossa, neruiq; felicíter integrata. Ereptus Ioannes Luparus è morbo difficili, neque humana ope iudicio medicorum superabili. Franciscæ Blasia diuturno absumpta tabo audire per quietem visa, conualituram simulac aquã S. Placidi ebiberet. orto sole excita, neque vanum somnium rata, quod audierat, propere iussa exequitur, & fidei pretium incolumitas fuit, longa tabe corporis per emissũ sanguinem exoluta. Liberati Thomas Vicianus ex apoplexia, Marianus Carozza ex Paralysi, ex Hydropisi Tissa Gotha. Puella obtrita turru fronte lota conualuit, alijsque conuersa ad vsum manus, pedesq; alijs aures, alijs oculi: pulsi ab obsessis Cæodæmones. Denique plurimæ tabellæ templo SS. affixæ miraculorum multitudinem contestantur.

AQVAM] *ad 17. Kal. Sept. dum Corpus effoditur, ad sepulchri caput, fons erupit aquæ perennis, qui tot annorum spatijs sese continuerat, ea aqua miracula quàm plurima, maximaque confecta sunt.*

10 PVELLAE] *huius Sanctissimæ Puellæ capite peritia medicorum iam ab alijs diffideto, inferius illius mentum cum decem dentibus ineisiuis Messanensis domus professæ Societ. Iesu obtinuit. Fama etiam est inuentum in sepulchro Vasculum, in quo S. Placidi lingua asseruabatur, quod argento, gemmisq; ornatum eadem domus habet.*

DIPLOMATE] *Anno 1608. dum circà*

eum

Digitized by Google

eum locum, vbi S. Placidi ſepulchrum inuentum fuerat foderetur, alia etiam Sancta corpora inuenta, quæ cum multis argumentis, miraculiſque Sanctorum eſſe reliquias probaretur, miſſus eſt publico conſilio P. Iacobus Carybdis Soc. Ieſu ad Pontificem Maximum, vt res illius auctoritate ſanciretur; ſed edita diplomata iuuat afferre, vt grauiſſimas difficultates in his inuentionibus, vt ſolet, emerſas iam protritas intueamur.

BREVE APOSTOLICVM
IN PRIORI NEMPE SS. PLACIDI & Sociorum aliquot inuentione datum.

XISTVS Quinctus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Dominus Omnipotens, qui ſuauiter cuncta diſponit, miſericordiarum pater, & Deus totius conſolationis, Sacroſanctam eius eccleſiam pretioſo vnigeniti Filij ſui ſanguine acquiſitam, & in Apoſtolicæ confeſſionis petra ſolidatam, voluit ne dum inter mundi aduerſa à turbine Sanctis Martyribus, quaſi fortiſſimis propugnatoribus tueri, verùm eorundem glorioſis trophæis ita in dies illuſtrari, vt non modo illi feliciſſimas de impijs perſequutoribus, & chriſtianæ fidei hoſtibus in hoc ſeculo victorias reportando, eamdem propagarent; ſed mox ad æternã ipſi cæleſtis patriæ beatitudinem euecti, piè apud Deum intercedendo illam vel maximè iuuarent, ac perpetuo iuuent. Vnde non immerito ſacræ eorum reliquiæ ad earumdem paſſionum monumenta in terris relictæ, chriſtianum populum ad laudandam in eis diuinam maieſtatem ad illorum ſalutaria exempla imitanda, ad rerum humanarum, & prætereuntis huius ſeculi deſpicientiam, ad eorum denique opem, & patrocinium in tribulationibus, & neceſſitatibus inuocãdum mirum in modum excitãt. Inter hos vero ipſos, quos martyrij corona donatos Catholica inuocat, & veneratur Eccleſia, merito inſigni honore celebranda eſt memoria SS. Placidi, & Soc. Martyrũ, qui Iuſtiniani Magni Imp. temporibus cũ S. Benedicti, tunc adhùc viuentis, religionis zelum, & vitæ ſanctitatem admirati, ſub illius regula ſe Dei obſequio ijs dicauiſſẽt, & in Monaſterio cum Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ prope muros Meſſanæ Ciuitatis tunc recenter ab ipſomet Placido in paterno fundo extructo, & inſtituto, cui idem Placidus à S. Benedicto eo miſſus, tanto magiſtro dignus diſcipulus, præerat, gratum altiſſimo exhiberent famulatum, ad eum perfectionem breui peruenerunt; vt cum eorum Sanctimonia fama longe, latèque diffuſa etiam in Vrbem Romanam peruaſiſſet, & impulerit pios ipſius Placidi Germanos Eutychium, & Victorinum, & Virginem Flauiam eorumdem ſororem, ad iter ſuſcipiendum Placidi fratris videndi cauſſa: ſed diuina prouidentia factum eſt, vt cũ Meſſanam veniſſent, & apud eum vix per pauco dies morati eſſent, crudeliſſimi Saracenorum Regis, vel potius Tyranni Abdalæ claſſis chriſtiano nomini nefarium bellum, Inſulæ Siciliæ vaſtitatem, incendia, rapinas inferens ad eamdem Ciuitatem ex improuiſo appulerit, vbi eius claſſis Dux Mammucha cum in Monaſterium irrupiſſet, cœpit mira feritate vltra eos omnes in vincula coniectos ſæuire, & acerbiſſimis quibuſdam cruciatibus, exquiſitiſque tormentorum generibus conari, ſi qua ratione poſſet eos à chriſtiana religione dimouere. Verum tamen ipſi adiuuante Spiritus Sancti gratia, & non modo in religioſis viris, ſed in alijs quoque Placidi fratribus, atq; adeo in ſexu fragili, & Virgineo pectore ſuam diuinam virtutem mirabiliter oſtendente, cuncti in chriſtianæ fidei præclara confeſſione fortiter perſeuerantes, agonem ſuum glorioſo martyrio conſummarunt. Cumque eorum quidem animæ triumphalem palmam adeptæ in cœlum euolaſſent, corpora verò multis, vt antiquæ teſtantur hiſtoriæ, magnifique miraculis illuſtria, in Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ Meſſanenſis, quæ poſt modum ſucceſſu temporis in prioratum Hoſpitalis eiuſdem S. Ioannis Hieroſolymitani fuit erecta pie ſepulta, & recondita, temporum iniuria per multa ſecula, ita inibi occulta latuiſſent, vt iam noſtra ætate, licet ex pluribus antiquitatis monumentis conſtaret, ea in præfata Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ ſepulta fuiſſe, tamen certus eius Eccleſiæ locus, vbi ſita forent, penitus ignoraretur; placuit tandem diuinæ miſericordiæ ſacra nonnullorum ex eis monumenta, & Reliquias dum profundamentis in reparatione ipſius Eccleſiæ iacendis huius effoderetur, poſt longum temporis interuallũ nuper in lucem proferre. Quare cum primum ex relatione Venerabilis fratris Antonij Archiepiſcopi Meſſanenſis, compluribus deſuper examinatis teſtibus, ac proceſſu formato, ac ad nos tranſmiſſo, id nobis ſignificatum fuit. Nos attendentes iuxta antiquiſſimum Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ vſum à primæuis chriſtianæ Religionis temporibus receptum, Sanctorumque patrum vnanimem conſenſionem, & ſacrorum Conciliorum, ac nouiſſime

Digitized by Google

me Oecumenici Tridentini decreta Beatorum Martyrum, & aliorum cum Christo in cœlis regnantium Sancta Corpora, per quę multa beneficia à Deo mortalibus præstantur, congruo quidem honore veneranda esse; sed eam adhibendam cautionem in Sacrarum Reliquiarum veneratione, vt omnis superstitio tollatur, nec nouas reliquias recipiendas esse, nisi prius ab Episcopo recognitæ, & approbatæ fuerint, recognitionem processus huiusmodi Ven. fratribus nostris Sanctę Romanę Ecclesię Cardinalibus, super interpretatione, & executione dicti Concilij Tridentini deputatis duximus committendam, qui ipso processu diligenter, prout rei grauitas postulabat, considerato, & recognito; nec non vocato, & audito eodem Antonio Archiepiscopo, qui & sacras reliquias, & alia complura antiquitatis monumenta in ea Ecclesia inspexit, & deinde ad nos, & Beatorum Apostolorum limina visitanda in Vrbem venit: Cum nobis retulissent, satis constare de aliquorum ex dictis Sanctis Corporibus Inuentione: Nos primum quidem ingentes Deo omnipotenti gratias egimus quod inter cetera, quæ his calamitosis, & truculentis temporibus Christiano populo in dies largitur, plurima, & maxima beneficia, hoc quoque insigni munere, quasi pretiosissimo thesauro detecto, dignatus sit dictorum Placidi, & Sociorũ MM. memoriam renouare. Nunc autem pro nostro pastorali officio quantum in nobis est curemus, ne inuictorum Martyrum Corpora, diuinæ erga nos caritatis pignora, quæ viua membra fuerunt Christi, & templa Spiritus Sancti ab ipso ad æternam vitam suscitanda, & glorificanda diutius inobscuret vetustas, aut ex animis Christi fidelium deleat obliuio: sed vt potius eis omnium gentium, & seculorum prædicatione dignissimus honor debitus, si non pro ipsorum dignitate, ac meritis, saltem pro nostra tenuitate, tribuatur: simulque excitentur iidem fideles ad eorum vestigia pro cuiusque captu prosequenda, & ad inuocandam opem illorum, quod, & ipsius Ecclesiæ amantissimos, & propter religiosæ vitæ professionem, & obseruationem, castimoniam, sanctitatem, & eon, stantem Christianæ fidei confessionem, martyrio consummatam, Deo acceptissimos esse intelligimus: ac denique sit in eorumdem veneratione Dei, qui se per os Dauid in Sanctis suis laudari præcipit, vniuersa bonitas glorificetur, & pia Christi fidelium mentes ad eorum memoriam recolendam anniuersaria commemoratione, & celebritate admoneantur. Habita prę dictorum Cardinalium relatione, de eorum consilio, & assensu, auctoritate Apostolica tenore præsentium præcipimus, vt eorumdem Sanctorum Martyrum Placidi, & Sociorum dies festus, quo illi bono, & legitimo certamine pro Christi gloria absoluto, cursu consummato, & fide seruata nobilissima martyrij corona decorati ad cęlestem patriam migrauerunt, nimirum tertio Nonas Octobris, in omnibus Christiani Orbis partibus sub officio simplici, in Messanensi vero ciuitate, & Prouincia duplici; & præterea alter dies festus Inuentionis eorumdem pridie Nonas Augusti in Ecclesia præfata S. Ioannis Baptistę Messanensis dumtaxat sub duplici pariter officio, à cunctis personis, Ecclesiasticis, secularibus, ac quorumuis ordinum regularibus, de communi plurimorum Martyrum, vbi proprium deerit, perpetuo celebretur. Volumusque vt in Kalendario, quo nunc vtimur, sicut in Romano Martyrologio, & antea in quibusdam Calendarijs habebatur, ad eum diem, eorumdem Sanctorum nomina adscribantur, etiam si in nouissima Missalis, & Breuiarij Romani eattione ea fuerint prætermissa. Adhortantes vtriusque sexus Christi fideles Ciuitatis Messanensis incolas, vt eorumdem Martyrij diem festum pię, ac religiosè colant, & obseruent: & sicuti in reliquis diebus festis de præcepto Sanctæ Matris Ecclesiæ moris est, à seruilibus operibus abstineant. Ac demum ad augendam Christiani populi erga eosdem inclytos Martyres deuotionem, vt eo frequentius, & ardentiori pietatis studio confluãt, ad sacra eorum sepulchra, quò vberius cognouerint, se per hoc cælestis gratiæ donis esse refectos, de omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, eisdem Christi fidelibus verè pœnitentibus, quia peccata sua Sacerdotibus idoneis ab Ordinarijs locorum approbatis, confessi fuerint, ac sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum susceperint, & prędictæ Inuentionis die festo dictam Ecclesiam, vbi eadem Sancta Corpora requiescunt, deuote visitauerint, atque inibi pias ad Deum preces fuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem perpetuo concedimus, & elargimur. Quo circa mandamus vniuersis, & singulis Ven. fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ceterisque Ecclesiarum Prælatis, vt præsentes literas in suis quilibet prouincijs, Ciuitatibus, & locis solemniter publicari, & ab omnibus personis Ecclesiasticis, Secularibus, & Regularibus, vbique gentium, & locorum inuiolatè obseruari curent. Volumus autem, vt earumdem præsentium exempla, etiam impressa, Notarij publici manu subscripta, & Sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę obsignata, eandem prorsus vbique fidem faciant, quæ ipsę præsentes facerent, si ostenderentur, vel exhiberentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostrorum præcepti, voluntatis, hortationis, concessionis, elargitionis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

rum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1588. Idibus Nouembris Pontificatus nostri anno IV. E. Card. Prodat. S. de Vrsinis.

IN SECVNDA INVENTIONE

Dominicus Episcopus Ostiensis sacri Collegij Decanus S.R.E. Cardinalis Pinellus Congregationis Sacrorum Rituum Præfectus vniuersis & singulis præsentes inspecturis, lecturis, & audituris salutem in domino sempiternam. Cum olim tempore felic. rec. Xisti Papæ Quinti in Ecclesia S. Io: Baptistæ Ciuitatis Messanensis Corpora Sanctorum Martyrum Placidi, Eutychij, Victorini, & Flauiæ, & multa etiam alia Sanctorum Martyrũ dicti S. Placidi Sociorum corpora inuenta fuerint; ad quorum Sanctorum Martyrum Inuentionem, Senatus Populusque Ciuitatis Messanensis Ecclesiam magnificam, & amplam à fundamentis edificare ceperit, & adhuc edificet; & vt illam ad decentem, & designatam perfectionem redigat ab anno proximo præterito 1608. vsque ad annum 1610. inclusiue fundamenta anterioris partis dictæ Ecclesiæ foderit; & in fossione predicta, multa alia Sanctorum Martyrum corpora inuenta fuerint in eodem plano prope aquam, vel supra, in quo olim corpora Sanctorum Placidi, & Sociorum inuenta sunt quæ etiam ex Socijs dicti S. Placidi esse vel ex monachis eiusdem Ordinis certissimis argumentis comprobatur; idem Senatus et Ciuitas Messanensis ad Vrbem destinauit Reuerendum P. Iacobum Charybdim Sacerdotem Societatis Iesu, cum legitimis mandatis, & opportunis documentis de noua dictorum Martyrum Corporum Inuentione, & miraculis factis eorum meritis, & intercessione, vt à Sanctissimo Domino Nostro Paulo Papa V. approbationẽ obtineret, cum declaratione, quod Corpora etiam de nouo inuenta, sint Sanctorum Martyrum, & tamquam talia possint ab omnibus Christi fidelibus coli, & honorari. Cumque Sanctissimus Dominus noster eũdem P. Iacobum ad Sacram Rituum Congregationem remiserit, nobisque processum ab Archiepiscopo Messanensi auctoritate ordinaria confectum super nouæ Inuentione dictorum Sanctorum Corporum, & super miraculis ab eisdem factis præsentauerit: nos vt in hoc negotio ea, quæ decet maturitate omnia fierent, Illustrissimo, & Reuerendissimo Cardinali Conzaga nostro in eadem Congregatione Collega commisimus, vt diligenter inspiceret processum predictum auctoritate ordinaria confectum super Inuentione dictorum Corporum. Qui mature, & diligenter omnibus in eodem processu consideratis, tandem in plena Congregatione, quæ fuit habita in nostræ solitæ residentiæ Palatio die XV. Ianuarij anni præsentis 1611. in qua vna nobiscum præsentes fuerunt Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinales Gallus, de Monte, Bellarminus, Millinus, Lenus, Farnesius, Perettus, Detus, Sancti Cæsarij, ipse Gonzaga, & Capponus, idem Illustrissimus & Reuerendissimus Dominus Cardinalis Gonzaga retulit, & processum ab Archiepiscopo Messanensi super Inuentione dictorum Corporum esse legitimum, & iuridice factum, & formatum, & ex eo legitime constare de dictorum Sanctorum Corporũ Inuentione, & ex multis argumentis, præcipue autem ex miraculis in ipsorum Sanctorum Corporum Inuentione à Deo factis manifeste, & infallibiter constare esse Corpora SS. Martyrum, & pro talibus posse declarari iudicauit. Et cum omnes supradicti Illustrissimi. & Reuerend. Cardinales eiusdem fuissent sententiæ, decreuerunt de prædictis omnibus Sanctissimo Domino nostro faciendam esse Relationem. Quod cum à nobis vna cum prædicto Illustriss. & Reuerendiss. Domino Card. Gonzaga factum fuerit die 19. eiusdem præsentis mensis Ianuarij in Consistorio secreto, Sanctitas sua sententiam Congregationis approbauit, & dicta Corpora Sanctorum Martyrum nouissime inuenta, vt supra, in Ciuitate Messanæ in fossione fundamentorum Ecclesiæ S. Io: Baptistæ, esse Corpora Sanctorum Martyrum declarauit, & tamquam talia, & pro talibus ab omnibus Christi fidelibus colenda & veneranda esse censuit, & declarauit. In quorum omnium & singulorum fidem, & testimonium præsentes per infrascriptum nostræ prædictæ Congregationis Secretarium fieri iussimus, manu nostra subscripsimus, et nostri soliti sigilli appensione muniri fecimus. Romæ in Palatio nostræ solitæ residentiæ die 19. mensis Ianuarij 1611.

Dominicus Episcopus Ostiẽsis Card. Pinellus.

Io: P. Mucantius Secretarius Congregationis.

PAVLVS PAPA QVINTVS.

AD perpetuam rei memoriam. Regis Martyrum Domini vices Apostolorum Principis sede, licet immeriti, gerentes, illorum Corporibus meritam asserimus ex Officij nostri debito venerationem, qui candidato Martyrum exercitui adscripti, præmia celestis Regni percipere dignoscuntur. Cum itaque, sicut nobis nuper exponi fecerunt dilecti filij Communitas, & Homines Ciuitatis Messanæ, dum

dum de anno 1608, et sucessiue vsque ad annum 1610. inclusiue foderent fundamenta Ecclesiæ S. Io. Baptistæ, quam ijdem Communitas, et Homines pro eorum erga deum religione in dicta Ciuitate construi curarunt, multa Sanctorum Corporum inuenta fuerint, et Venerabiles Fratres nostri S.R.E. Cardinales Ritibus et cæremonijs Ecclesiasticis Præpositi, quibus processum à Venerab. Fratre Petro Archiepiscopo Messanensi factum, totumque negotium examinandum commisimus, maturè et diligenter omnibus in dicto processu contentis consideratis, processum huiusmodi esse legitimum, et iuridice confectum, ex eoque legitime constare illa esse Corpora Sanctorum Martyrum nobis retulerint; nos, vt SS. Corporibus huiusmodi, qui coronas decoris meruerunt de manu Dei, debitus cultus honoris ab omnibus Christifidelibus exhibeatur, et in Sanctis suis exaltetur Altissimus, de eorumdem Fratrum consilio, Apostolica auctoritate tenore præsentium decernimus et declaramus dicta Corpora in fossione fundamentorum prædictæ Ecclesiæ S. Io: Baptistæ de anno 1608. vsque ad annum 1610. inclusiuè inuenta, esse Corpora Sanctorum Martyrum, et pro talibus ab omnibus Christi Fidelibus coli, et venerari debere, quibuscumque contrarijs non obstantibus. Datum Romæ apud S. Petrum sub anulo Piscatoris. die 19. Martij 1611. Pontificatus nostri anno sexto.

Subnectã hic Epitomen Martyrij, & vtriusq; Inuentionis, & Messanæ editam anno 1610. nam paucis distincteque rem omnem complectitur, et lectoris nostri memoriæ prederit. subdam deinde Messanæ scriptas responsiones aliquas ad dubitationes in hac secunda Inuentione ante Pontificiam declarationem excitatas; quamuis enim, vt superius dixi, protritas esse videam à veritate, et Apostolica auctoritate, operæ tamen pretium erit hic proponere, non quòd eas in examen vocare velim, et adhuc stare credam; sed quòd earum victoria facem præferre poterit alijs Sanctorum Corporũ Inuentionibus, quæ sæpe his aut similibus difficultatibus sunt circumseptæ.

EPITOME MARTYRII

Ex Historia Gordiani de Sãctorũ Placidi, & sociorum martyrio.

PLACIDVS Messanæ Martyrio coronatur Anno Domini 541. Vigilio Papa. Iustiniani Imperatoris Anno 13. vel 15. vt supputat Baronius: fratres, & Flauia soror, Donatus, Fortunatus diaconus, Faustus, & alij triginta Monachi, omnes numero 37. sed præterea multi alij Christi fideles; nam Mamucæ Satellites (vt Gordiani huius historiæ scriptoris, verbis vtar) viros, & mulieres ob Christi fidem trucidantes Ciuitati Messanæ ineffabilia mala intulerunt. In quibus eos annumerari necesse est, qui Eutychiũ, & Victorinũ Messanã, Roma prosequuti, & eas quæ de Flauiæ comitatu, eãdẽ cum dominis aleã subiere.

Prima inuasio, & prima martyrum classis.

Ex his quatuor, Placidus nimirum, eius fratres, & soror tumulati à Gordiano sunt, intra Ecclesiam Sancti Ioannis Baptistæ, ab eodem Placido erectam; eam quippe ob operis amplitudinem, & firmitatem tyrannus demoliri non potuit. Alij vero 33. monachi humantur extra, sed iuxta Ecclesiã, in litoris arena vbi passi sunt, vbi Tyrannus siue de prætoria naui, siue vt testatur Gordianus de tentorio, ad litus posito, iniurias, plagas, vulnera, carnificinas attenderet; vt par sit æstimare plerosq; ex alijs martyribus, eos præsertim, qui de principũ illorum, & regiæ virginis familia erant ad idem litus obtruncatos, inibi inspultos cũ monachis relictos, & post classis discessum, cum eisdem in arena defossos.

Ex Petri Diaconi Casinensis supplemẽto ad historiam Gordiani.

Proximo deinde seculo ab horum Martyrio, Anno fere salutis, 657. Vitaliano Papa, Constãtino Constantij filio tunc primum ad imperium euecto, Cœnobium S. Placidi à Mamucâ euersum, & non multo post B. Patris Benedicti auctoritate, transmissa secunda Monachorum colonia restitutum, Sarraceni direptis Syracusis, magna nauium classe Messanense litus aduecti, diruunt, & templo similiter eadem ex causa seruato, monachos omnes & multos præterea alios pro Christi fide varie tortos, crudeliter occidunt, vix paucis, fuga euadentibus. Et quamuis in Casinensi Petri Diaconi Historia nihil de horum martyrum sepultura proditum sit, æquis tamen rerum æstimatoribus certum esse debet, ad priores martyres, quorum adhuc recens erat memoria à fidelibus esse tumulatos; vt qui eiusdẽ militiæ, & familiæ essent, pro eadem causa ibidem decertassent, & cecidissent, ibidem colerentur, ibidem supremi iudicis tubam opperirentur. Et sane, quod attinet ad huius secundæ classis Martyres, Casinensis historiæ veritas multam lucem, & fidem accipit ex aliorum monimentis, ex quibus, teste etiam Baronio, tomo Annalium octauo constat, annum Constantini Imperatoris primum miseris

Secunda inuasio, & classis martyrum secũda.

Afri-

Africanis lugubrem extitiſſe, erumpentibus nimirum Sarracenis, & infinitam captiuorũ vim abducentibus. quamuis hunc primum Conſtantini annum Baronius, 668. numeret, non, 657. vt Petrus Diaconus auctor hiſtoriæ Caſinenſis. Sarracenos enim, vel ante, vel poſt illam Africæ excurſionem, a Sicilia vicina, & opulenta inſula, & recens occiſi Imperatoris occaſione varijs motibus agitata, non abſtinuiſſe; Meſſanenſe ſuburbium, vbi Caſinenſes degebant, odio Chriſtianæ religionis, totamque eram illã maritimam cæde, & flammis permiſceuiſſe, vix dubium cuiquam relinquitur. Nam vt hæ minutiæ in alijs chronologijs notatæ nõ ſint, ſatis eſt ad earum fidem, quod habeãtur in hiſtoria Caſinenſium, tunc Romæ ad Lateranenſem Eccleſiam degentium; quos cariſſimorum fratrum certamen, & triumphus latere nõ potuit, & quorum intererat, vt hęc memoriæ commendarentur, ne tantæ virtutis ſpecimen excideret, & vt domeſtica fortitudinis exempla ſuppeterent, ne immortalia ſuorum decora in totum ordinem redundantia ſcriptorum vitio interirent. Quare, vt primum de ſuorum cæde & monaſterij ruina cognouerunt, Vitaliani Papæ auctoritate alios ſubinde in Siciliam pro reſtaurando monaſterio, & propaganda ibidem Benedictinorum colonia deſtinarunt. Adde quod horum Martyrum habetur expreſsa mentio in martyrologio D. Arnoldi Vuion, quod inſcribitur lignum vitæ, habetur autem lib. 3. Calendis Auguſti in annotationibus. Quamuis hoc factum referat ad annum Domini 884. cum ex Pontificum, & Imperatorum chronologia conſtet multo antea tanta geſta fuiſſe.

Nam Conſt. Imp. Syracuſis in balneo fuerat interemptus. Conſulendi Abbas Maurolicus Sicanicæ hiſtor. lib. 3. fol. 86.

Demum Anno ſalutis, 900. vt Petrus Diaconus ſcribit; vel potius anno circiter, 880. Kalendis Auguſti Ioanne Octauo Pontifice, Ludouico Caroli filio Imperatore, Leone Caſinenſium Abbate, Sarraceni vniuerſam rurſus Siciliam deuaſtantes, eodem, quo ſuperioribus alij ſeculis, ſtudio, Chriſtianę nimirum Religionis extinguendę, ſtrictis gladijs Meſſanenſis Cœnobij monachos aggrediuntur, cumque vt à Chriſtianis ſacris, ad eorum perfidiam deficerent, nulla vi obtinerent, ad vnum crudeliter occidũt; & Monaſterio ſolo equato, vix templum ab excidio ſuperfuit; & hos quoque ad priores Martyres humatos eſſe cenſendum eſt, cuius martyrij ſeries plane digeſta ſeruabatur olim in Conſtantinopolitanis Bibliothecis; ſed hæc, & ſimilia antiquitatis monimẽta omnia cum religione interiere. In martyrologio autem ſupra citato Kalendis Auguſti, ſic de his Sanctis Martyribus habetur. Meſſanæ in Sicilia paſſio infinitorum monachorum, qui ab Abraymo Sarracenorum duce pro fide Chriſti occiſi ſunt. Huic porro hiſtoriæ Caſinenſi, chronologiæ, & Græcorum hiſtorię adſtipulantur, quibus habetur, per id tempus innumerabiles Sarracenorum copias ab Abramo, vel Abraymo in Siciliam miſſas, ſiue aduectas, totam Inſulam miſerandum in modũ penitus abſumpſiſſe, & in diuturnam ſeruitutem redegiſſe. His ergo tertio loco pro Religione occiſis nulli alij Benedictinæ familiæ monachi ſucceſſerunt. Et Barbaris Siciliam, & Religionem diutino, impioque dominatu prementibus, omnem Sanctorum Placidi, Sociorumque ſepulturæ memoriam excidiſſe oportet; quin obliuio his profecta initijs eò creuit, vt Normanni, qui eiectis Sarracenis noui, & peregrini incolæ Siciliam coluerunt, templum à Placido extructum, & Sancti Ioannis Baptiſtæ eo viuente appellatum, mortuo autem, & inter Martyres relato, Sancti Placidi à Mamertinis dictum, nouo nomine Sancti Iacinthi nominarint, vt noſtra etiam ætate, antequam ſacræ reliquiæ inuenirentur, non ſatis exploratum eſſet, quis certus martyrij, quis ſepulturæ locus eſſet. Sed iam quomodo Deus theſauros iſtos in lucem extulerit breuiter aperiamus.

Tertia inuaſio, & Mart. claſſis tertia

Abb. Maurolic. libr. 3. Sicanicæ hiſtorię fo. 88

EPITOME Inuentionis.

ANNO Domini 1588. cum aram maximam Templi Sancti Ioannis Baptiſtæ in quo Sanctorum Martyrum oſſa deliteſcebant, in contrariam partem, qua aditus patebat in templum, transferri placuiſſet, & ianua ad abſidem vbi ara fuerat, ſtatuenda eſſet; dum pro iaciendis illius fundamentis eruitur terra, non ſolum tumulus quatuor Martyrum, fratrum, & ſororis intra Eccleſiam ferè ſub altari detegitur; ſed deiiceps ſociorum etiam aliquot corpora in ipſa quidem terra, ſed intra Eccleſiam alte ad aquæ ſcaturiginem palmis ſuarijs circiter quatuordecim effoſſa reperiuntur. Quin ex his aliqua ſub eiuſdem templi fundamentis, vt veriſimile ſit monachos per Meſſalinum, & Meſſanenſes à Beato Patre Benedicto impetratos, & in locum Martyrum ſummiſſos intra templum tranſtuliſſe, quos Gordianus, vt tempus tulerat, effoderat in arena; effectumque vt templum ſeu vetuſtate collapſum, ſeu multis poſt ſeculis à Sarracenis, rerum in Sicilia potitis, querſum, illis iam Meſſanenſium virtute, & Rogerij Normanni auſpicijs tota Sicilia exactis, dum pia ciuium religione reædificatur: & in anguſtiorem formam redigitur, quorumdam Martyrum ignota iam corpora fabricæ ſuffundari contigerit; & multa extra Eccleſiam relinqui, ex his etiam, quæ in illam immiſſa fuerant. Placidi vero, & ſociorum aliquot, reliquijs iam inuentis, & Xyſti Quinti Pontificis Maximi auctoritate probatis, & quanta fieri potuit pompa, & celebritate expoſitis; dum templum in quo ſacra pignora defoſſa fuerant, ſenſim diruitur, & publico ſumptu magnificentius reſtituitur, alio-

Prima MM. Inuentio.

Ant. Valtrinus in offic. Inuentionis lec. 4.

Valtrin. ib.

Digitized by Google

Secũda pau corum inuẽtio.

rum aliquot cadauera deteguntur, quæ Reuerendiſſimus Frater Bonauentura Secuſius Patriarcha Conſtantinopolitanus, & tunc Archiepiſcopus Meſſanenſis, facta ſibi à Sacris Canonibus, & demum ab oecumenica Tridentina Synodo facultate, ad prius inuenta apponi, & cum illis exponi curauit. Cumque anno 1608. iam fabrica ad extremam excurreret partem, qua nempe templi facies ianuis ad campum, & ad oram maritimam reſeratis extruenda erat, atque inibi vt fundamenta locarent non longe ab inuenti ſepulchri; & aliorum corporum loco altè terram molirentur, alia, & deinceps alia, ſane multa Sanctorum Martyrum cadauera magno ciuium concurſu, magna omnium ordinum frequentia multis ad terræ, & ſacrorum oſſium contactum, multis ad hauſtum eius, in qua iacuerant, aquæ editis miraculis, in lucem proferuntur. Coniectura autem eſt ex his ea, quæ ad eandem æqualitatem cum Beati Placidi ſocijs humata, nempe profunde, & ad aquam reperta ſunt, omnia eorum eſse, qui ſub Mamucha vnà cum Sancto Placido agonem primum feliciter confecerunt; reliqua verò minus altè tumulata, & iam memoratis, interiecto aliquo terræ ſpatio ſuperpoſita, eorum eſse, qui poſterioribus ſeculis ſecundum, & tertium certamen fortiter ſubiere. Nam cum omnis ea regio arenoſa ſit, torrentis in mare defluentis illapſu ſenſim ſuccreſcit, vt decurſu temporis alij alijs ſuperponi, & attumulari potuerint. Quæ omnia corpora ſeorſum diligentiſſime aſeruantur dum ſedis Apoſtolicæ auctoritate ad cultũ & venerationem publicam exhibeantur.

Sess. 25. in principio

Tertia inuentio, quę habetur copioſius in proceſſu Meſſanæ confecto mãdato Reuerẽdiſſ. Archiepiſc.

DVBITATIONES QVAEDAM circa Reliquias Meſſanæ ad templum Sancti Ioannis Baptiſtæ diuerſis annis inuentas, de quibus proxima Epitome diſſeruimus.

RELIQVIAE de quib' agitur, videntur eſſe in triplici differentia. Prima Claſſis eſt Reliquiarum Sancti Placidi, & aliorum triginta ſex Sociorum. Secunda Claſſis eſt oſſium, quæ ſunt aliorum, qui vltra memoratos 37. ſub eodem Mamucha ſimul eum Placido martyrio coronati ſunt, & ad ipſius familiam attumulati. Tertia demum reliquiarum claſſis referenda eſt ad eos, qui alijs poſt ſeculis à Sarracenis in duabus perſecutionibus occiſi, nobile Chriſto teſtimonium reddiderunt. & quãuis de duabus tantùm poſterioribus reliquiarum differentijs dubitari poſſe videatur; tamen etiam de prima grauis ſanè dubitatio exoritur ex occaſione reliquiarum ſecũdæ Claſſis.

I. DVBITATIO De Reliquijs Primæ Claſſis.

QVAMVIS conſtet, quòd Placidus, & XXXVI. eius Socij poſt martyrium conſummatum, ſemper in Eccleſia Catholica, vt Sancti, in honore habiti ſunt; vt dubitari non liceat, reliquias Anno 1588. inuentas, ſi eorum ſint, eſſe venerandas, præſertim quòd Romani Pontificis auctoritate probatæ ſint; quietamen probabiliſſimum nunc eſt, eas tunc repertas, non omnes ſociorum Placidi præciſè fuiſſe, ſed promiſcuas, partim Monachorum, Placidi ſociorum, partim aliorum infimæ paſſorum (vt habetur in Epitome noſtra) qui tamen vnquam in Eccleſia pro Sanctis habiti ſunt, ideò conſequens videtur fas non eſſe, illis publicum honorem haberi, nedum Sanctos venerari volumus, non Sanctos, vel ſaltem aliquem non Sanctum, honore indebito veneremur. Porrò conſequutio euidens eſt. Antecedens verò probatur: Permixtionis namque probabilitas aperte colligitur ex topographia; nam corpora tum circà Sancti Placidi ſepulchrum in prima inuentio-

Digitized by Google

ne intrà veterem S. Ioannis Baptistæ Ecclesiam reperta, tùm alia in proxima inuectione extrà Ecclesiam inuenta, æquè omnia altè defossa erant, æque ferè vtrinque ad B. Placidi tumulum accedentia, similibus Martyrij notis instructa, vt ampullis ossibus semiustis, carbonibus, & id genus alijs, vt nulli mortalium, quamuis oculatissimo diuinare liceat, quæ ex his corporibus 33. Monachorum, & S. Placidi sociorum, sint; non sanè quæ intra Ecclesiam, quia hunc numerum non explent; nec quæ extrà, quia illum excedunt. Adde quod in horum corporum distinctione, nulla huius Ecclesiæ ratio habenda est, vtpotè, quæ multis pòst sæculis à Martyrum sepultura erecta fuerit, & in summa ipsorum ignoratione, sacris ossibus superextructa, quædam incluserit, quædam excluserit, quædam fundamentis oppresserit, probabilissimum ergo est, hos Martyres vtrinque esse promiscuos, quod probandum mihi erat. quòd verò ad hos vsque proximos annos, quos posterior inuentio subsequuta est, corpora illa primum inuènta Monachorum esse omnia non Messana modo, sed Roma etiam existimarit, sint, inde profectum est, Nam cum ex Martyrologijs tantùm constaret de Placidi, & 36. Sociorum martyrio & sepultura; detecto iam S. Placidi tumulo, & in illo duobus eius fratribus, & sorore inuentis, quæ deinceps in terra detegi iuxtà tumulum cœperunt corpora, Monachorum esse iure optimo reputata sunt, cumq; Ecclesia muri obstarent, quo minus quotnam essent cognosci posset, & iam inuento præscriptum numerum non dum explerent existimatum est, omnia etiam cum nondùm inuentis triginta tribus, plura esse non posse. quippe qui vel non satis aduerterent Gordianum in Historia aliorum etiam meminisse, Messanæ sub Mamucha pro Christi fide cæsorum, vel quòd non arbitrarentur ibidem ad Monachos fuisse humatos, sed iam modo ex tot alijs in eadem arena ad eandem aquæ scaturientis profunditatem, tum in prima inuentione, tum in hac secunda repertis, quosdam esse Monachos, quosdã esse non Monachos; ideòq; haberi permixtionem nõ Sanctorum cũ Sanctis.

Dubitatio sanè grauis, atque perplexa, sed quæ semel sufficienter expedita tantam lucem huic causæ afferat, vt omnem aliarum dubitationum caliginem dissipet, atq; disyciat.

Ad hanc primam dubitationem pluribus modis respondere potest. Primum, quòd cum Ecclesia Placidum, & socios à Vigilij vsque Papæ, & Iustiniani Imp. tempore venerari cœpit, vt Sanctos Martyres, omnes æquè venerari voluisse censenda est. quotquot Messanæ sub Mamucha Tyranno testimonium fidei reddiderunt. Neq; enim æquum est arbitrari, quòd à gloria dissociare voluerit quos martyrium sociarat. Quod autem in Martyrologijs certus quidam, nempè 37. Martyrum, & non plurium numerus adscriptus sit, inde est, quòd Gordianus, qui huius martyrij historiam scripsit, Monachorum quos singillatim nouerat certum numerum notauit, reliquorum verò Martyrum simul ossorum, quam compertum non habebat numerum, non adiecit. Hinc enim effectum est, vt Martyrologiorũ auctores sic à Gordiano certum illum numerum mutuati sint, vt aliorum, quorum Gordianus, numero tamẽ omisso, meminit, mẽtionem facere, aut non aduerterint, aut non curarint, suo muneri diligentius satisfacturi, si post certum 37. Martyrum numerum Messanæ sub Mamucha coronatorũ, adiecissent, plures quoque alios promiscui sexus ibidem eiusdem gloriæ consortes extitisse. Sed quòd ipsi non præstiterant, præstitit Gordianus, & quòd in Martyrologijs desideratur, legitur in historia ab oculato teste conscripta, in qua habetur, promiscuam quoque virorum, ac mulierum turbam à Mamuchæ satellitibus ob Christi fidem fuisse trucidatam. Plus autẽ fidei meretur, quod sumitur ex historia, quàm ex Martyrologio, quod illius Epitome est, vt non fidem historiæ, sed ab historia fidem sibi conciliet; Vt certum sit, scriptorum quorumdam incuriam, vt primæq; historiæ, sic nec Sanctis Martyribus præiudicare potuisse: nisi forte aliquis, hos etiam Martyres nec esse omninò in Martyrologijs omissos putet, quod ad singulas lectiones suppleméntum illud adijciantur, Et aliorum SS. Martyrum, &c.

Intentio igitur Ecclesiæ in Sanctorum numero exprimendo non est, vt si illis fortasse plures sint, qui numerum illum excedũt pro Sanctis non habeantur. Tunc enim incertum relinqueretur, æqui demum ex illo maiori numero habendi essent Sancti, qui verò non. Numerus ergo notatur, non ad alium excludendum, si forte alius verior sit, sed ad indicandum quid de Sanctorum illorum multitudine compertum sit. Fauet Sanctissimus Pontifex Xistus Quintus, qui in bulla inuentionis horum Martyrum nullum omninò eorum numerum adscribit.

Ex his sic ad dubitationẽ propositã respõdemus. Vltro enim cõcedimus illam antecedẽtis partem, in qua assumitur, Sanctorũ Monachorum corpora, sic cum non Monachorum corporibus permixta esse, vt in vtraquè inuentione contigerit, esse promiscua; Sed negamus alteram assumpti partem, quòd hæc fuerit confessio sanctorum corporum cum corporibus non sacris, cum hactenus non obscure probatum sit, omnes eorum reliquias, qui sub Mamucha passi sunt ad scaturientem scilicet aquam repertas, tùm Anno Domini 1588. Tum Anno 1608. siue Monachorum illa sint, siue aliorum, omnes Sanctorum esse ab Ecclesia receptorum; quare nouas quidem, sed Sanctorum veterum reliquias; & quoquomodo S. Placidi sociorum, & commilitonum esse.

Cur ergo, inquies, Reuerendiss. Fr. Bonauentura, cum esset Archiepisc. Messanensis & noua quædam corpora reperta essent, quam-

quamdiu 37. corporum numerus nondum expletus videbatur, ea iussit appeni ad alia Sixti V. auctoritate probata, & exposita; ea vbi ad illum circiter numerum deuentum est, non est ausus subinde alia, quæ inueniebantur in sacras arcas inferre? Hoc ideò prudentissimus Præsul præstitit, quòd in re non omnino perspicua, satius putauit Apostolicæ sedis iudicium expectare, quàm aut in deliberando præceps, aut in arrogada sibi auctoritate audacior apparere.

Sed iam ad argumentum propositum redeamus, & cum antecedens falsum esse ostenderimus, par est, vt etiam consequens & falsum putemus, & nullatione admittamus: in cuius falsitate, & absurditate ostendenda immorari metantisper oportet, vt ex falsitate consequentis, falsitatem antecedentis iterum ante oculos ponam. Porrò consequens hoc erat, quod reliquijs non iampridè à sede Apostolica probatis, & ad honorandum exhibitis honor amplius habendus non sit. Ad cuius propositionis prolationem Catholicum hominem vehementer commoueri, & toto corpore contremiscere necesse est. Nam quid magis impium si ad sanctos referatur, quàm Sanctorum reliquias exauctorari? quid magis impium quàm sacras reliquias auctoritate publica ritè expositas abrogari? quid magis impium, quàm diuinæ attestationi de reliquiarum veritate per mille miracula exhibitæ fidem non habere? Quid magis absurdum, & indecorum, si ad Pontificem referatur, quàm ipsius iudicium in re tam graui, tàm diligenter ex processibus ab Archiepiscopo Messanensi coram productis discussa, cum antiquarijs, præsertim Baronio, nondum Cardinali collata, cum grauissimo Cardinalitij conuentu communicata non vereri, sed reuocandum esse contendere? Bulla præsertim super hac re edita, & per totum orbem vulgata, in qua fas est S. Pontificem cernere in Sanctorum inuentione præ lætitia gestientem, Ecclesiæ gratulantem, Sanctos Martyres Kalendario adscribentem, & plura alia in eorum honorem in Messanensi Sancti Ioannis Baptistæ Ecclesia, in dioecesi, in tota prouincia disponentem? Quid ad offensionem, & Ecclesiæ totius scandalum aptius excogitatum, quid tam insolitis, & inauditum? quid Hæreticis gratius, & iucundius, quàm Christianam Remp. suis ornamentis spoliari, patronis destitui, defensionibus priuari? Agedum & ex consequentis absurditate retrogressi antecedentis absurditatem in hunc modum iterum conuincamus. Abrogari reliquias tam grauiter, tàm sanctè expositas nefas est; ergò opinari eas non esse Sanctorum Martyrum, & religio, & piaculum est.

Respondetur secundo, esto demus antecedens, & concedamus ante primam inuentionem ex omnibus sub Mamucha cruciatis, solos 37. Placidum nempè, ipsius fratres, sororem, & Monachos ab Ecclesia habitos esse pro sanctis; nego tamen consequentiam, quòd scilicet reliquijs tunc inuentis prima nimirum, & secunda classis honos publicus habendus non sit. Nam ex quo Sixtus Pontifex Sixtus V. eas reliquias venerandas esse sanxit, satis, superque eas Sanctorum esse declarauit & eos, quorum illæ essent pro sanctis haberi oportere. At, inquies, Sanctorum esse declarauit, quod putant esse Sociorum Placidi, & trigintatrium Monachorum, cui iudicio subesse falsum valdè probabiliter ex facto ipso compertum est. Ad quod ego audacter nego, ideò declaratas esse pro reliquijs Sanctorum, quòd essent Monachorum crederentur: quin potius, quæ Sanctorum esse declaratæ sunt, ob probationes meritorum ex processibus deductas, ea S. Placidi sociorum, & Monachorum esse existimatæ sunt; ità vt circumstantia, & qualitas personarum potius fuerit conditio comitans Pontificis sententiam, quàm ratio antecedens, cui sententia niteretur. Vnde etiam si in conditione personæ errare contigerit, sententia tamen, quæ meritis nititur, inconcussa perstiat, vtque similitudine vtar in re absimili non inepta. Si cõtingat equitem quempiam in publicis ludis ea dexteritate suas partes peragere, vt ab arbitris præmio dignus iudicetur, eoque donetur; sed depositâ demum persona alius quidam sit, quàm sub persona putabatur, an propterea iudicium semel factum reuocari oportet? minimè sanè; quòd iudicium meritis, non personæ conditione fuleiatur. Et quamuis contingat subesse errorem personæ, iudicium tamen sanctum, & immotum sit; vtque rem satis probatam confirmare magis pergamus, iudicium Ecclesiæ de colendis reliquijs nititur beatitudini illius, cuius reliquiæ sunt, beatitudinis porrò certitudinem ex vitæ puritate, & præcipua quadam ratione ex martyrio colligit; sed potissimum ex miraculis à Deo pro testando illius sanctitate, & beatitudine patratis. Cum ergo nouæ antiquorum Martyrum reliquiæ inueniuntur, si de martyrio constet, & veræ edantur miracula, nihil aliud præterea necessarium videtur, vt canonice ab Ecclesia exponantur, siue de persona constet, siue non constet, vt quamuis in illa errari contingat, sententia nulla ex parte vitietur. Ad quod stabiliendum satis aptè adducitur quod scribit Gregorius Magnus in responsionibus ad Augustinũ Episcopum Cantuariensem cap. 9. vbi pro abrogandis quibusdam reliquijs, quæ Episcopo non probabantur, duo Sanctissimus Pontifex requirit. Alterum, vt corpus illud nullis coruscaret miraculis, alterum vt ne quidem ex fama haberetur illũ, cuius reliquiæ essent, martyrium pro Christo sustinuisse. Cum ergo in prima nostrarum reliquiarũ inuentione ex processibus à Reuerendiss. D. Antonio Lombardo Archiepiscopo Messanensi Romam allatis apud Romanum Pontificem, duo hæc fuerint sufficienter probata, primum inuentas reliquias Martyrum esse, quod ex Historia Gordiani, & ex multis martyrij notis, puta ampullis, ossibus semiustis, capitibus abscisis, ferreis instrumentis,

Digitized by Google

mentis, conficiebatur. Secundum quòd eſſẽt vererum, & Sanctorum Martyrum, quòd magnis, & plurimis miraculis eoruſcarẽt, etiam ſiin tertio quodam capite, ad iudicium non neceſſario, quòd ſcilicet omnes illa eſſent Monachorum reliquię, aliqua fortaſſe potuerit ſubeſſe deceptio, nihil de ſententię ſanctitate, & firmitate detrabit, adeo vt expoſita ſemel reliquia omni religione colenda ſint, quin earum cultus, & honos auctoritate Sũmi Pontificis ad alias eiuſdem ordinis extendendus. Adde quod nulla omninò in tertio capite ſubeſt deceptio, quod enim omnes illa reliquię ſociorum Placidi putata ſint, nihil habet abhorrens à veritate: nam, vt omnes Monachorum non fuerint, nec ſociorum ratione ordinis, conuictuſque monaſtici; omnes tamen fuerunt ſociorum ratione martyrij ibidem ſub eodem Tyranno, eodemquè tempore feliciter coronatorum. Ex quibus

propoſita dubitatio, non ſolũ ſoluta, ſed ſublata videtur eſſe de medio.

II. DVBITATIO

De Reliquijs ſecundæ Claſſis.

CIRCA has Reliquias dubitari poteſt, quòd cum non ſint Martyrum, qui aliquando in Ecclesia pro ſanctis habiti ſunt, non licet eas probare, & venerandas exponere.

Ad quam dubitationem ſatis reſponſum eſt in ſolutione primæ dubitationis, in qua quidquid eſt controuerſiæ naſcitur ex reliquijs huius ſecundæ Claſſis, ex confuſione ſcilicet reliquiarum primæ Claſſis, cum corporibus huius ſecundæ Claſſis. Quarè ad hanc dubitationem dupliciter reſpondetur, vt reſpondimus ad primam. Reſpondemus primum, negando reliquias huius ſecundæ Claſſis non eſſe Martyrum, qui pro ſanctis in Ecclesia habiti ſint, vt fusè habetur in prima reſponsione ad primam dubitationem.

Reſpondetur ſecundò, eſto hę reliquiæ ſint Martyrum, qui nunquam pro Sanctis in Ecclesia ante primam earum inuentionem habiti fuerint; tamen cum primum à Sede Apoſtolica poſt primam inuentionẽ fuerunt exhibitę, vt colerentur, ſatis, ſuperquè declaratum eſt eas eſſe Martyrum Sanctorum, vt nunc circa eiuſdem claſſis reliquias nulla alia diſquiſitione opus ſit, quã vt conſtet eas eſſe eiuſdem ſecundę claſſis, & permixtas cũ reliquijs primæ Claſſis, vt quæ à Syxto V. expoſitæ ſunt, idque aperte patet ex proceſſibus, & ex noſtra Epitome.

III. DVBITATIO

De Reliquijs tertiæ Claſſis.

CIRCA has Reliquias dubitari poteſt; nam conſtat eas eſſe occiſorum quidem profidè; ſed qui numquam antèa in Ecclesia pro Sanctis honorati ſunt.

Fortaſſe reſponderi poteſt. Martyres huius tertiæ Claſſis pro Sanctis in Eccleſia olim habitos, vt colligi poteſt ex Epitome noſtra, in qua ex Petri Diaconi hiſtoria retulimus etiam paſſiones olim in Martyrologijs fuiſſe inſcriptas, & nunc haberi in Martyrologio ſupra citato, in quo aliud ẽt Martyrologium citatur. quo loco diligenter aduerte Martyres, qui ſimul cum triginta tribus Monachis, & S. Placidi Socijs, ad ſcaturientem aquã reperti ſunt; fortaſſe non eſſe ſolos illos, qui ſub Mamucha paſſi ſunt; ſed eſſe etiam Monachos, qui à Sarracenis poſt euerſas Syracuſas in ſecunda inuaſione, & S. Placidi Monaſterio occiſi, cum adhuc recens eſſet priorum Martyrũ memoria ad ſcaturientem aquam defoſſi, ad illos attumulati ſunt. Quod ſi ità eſt, oportet multa corpora in prima inuentione reperta, & ad honorandum expoſita ex hac claſſe fuiſſe: vnde conſequens eſt hos Martyres poſt illam ſedis Apoſtolicę declarationem pro Sanctis habendos eſſe.

Reſpondetur prętereà quòd etiamſi reliquiæ tertiæ claſſis ſint Martyrum, qui nũquam hactenùs pro Sanctis in Eccleſia habiti ſunt, quę tamẽ ex proceſſibus deducuntur ſufficiunt, vt à ſede Apoſtolica probentur, vt in poſterum publicè honorẽtur; nam circa recens inuentas antiquorum Martyrum reliquias nulla firmior regula præſcribi poteſt, quàm quæ à Gregorio tradita ſuperius à nobis adducta eſt, in qua duo ad ſummum exigũtur vt inuentę reliquiæ Canonicè coli poſſint. Primum eſt, vt aliquo modo conſtet de martyrio: Secundum, vt ad reliquias edantur miracula, vtrumque autem de noſtris tertię Claſſis reliquijs, clariſſimè probatur: Primum, & iſtiuſmodi reliquiæ Martyrum ſint, plures & certiſſimæ martyrij notæ oſtendunt, de quibus in noſtra Epitome, & in proceſſu inuentionis; Atteſtatur etiam hiſtoria paſſionis horum Martyrum, quę habetur in Epitome noſtra. Secundum quoque hic deſiderare non oportet, nam quòd hæ reliquiæ verorum, & Sanctorum Martyrum ſint teſtatur, qui mentiri non poteſt Deus per miracula ad ipſas edita; hæc enim præſtita ſunt promiſcuè ad omnes reliquiarum claſſes, vt colligitur ex proceſſu miraculorum.

Dubi-

Digitized by Google

Dubitari denique poteſt, quòd quæ aſſeruntur miracula vere miracula non ſunt; nam quod ad rem noſtram attinet, miracula ſunt in duplici differentia, quædam quæ nullo modo poſſunt fieri per virtutem creatam, & finitam, ſed ſolùm per virtutem infinitam, huiuſmodi eſt cœlum, & ſolem ſiſtere, diuidere mare, & ſimilia, quæ naturæ ordinem tollunt, aut quæ proximè ad hæc accedunt, vt mortuos ad vitam reuocare, cæcos illuminare, & ſimiles regreſſus a priuatione ad habitum. Et quidem ſi quæ aſſeruntur miracula huius generis eſſent, dubitari non poſſet ea Deo tribui oportere, eumque edita ſint ad reliquiarum comprobationem, euidens eſſet Deũ, qui mentiri nõ poteſt, illis atteſtari. Atqui miracula, quæ in proceſſu habentur, non ſunt huius generis, vt patet ea conſideranti. Quædam alia ſunt miracula, quæ in effectibus quibuſdam conſiſtunt, qui quamuis virtute naturali fieri poſſunt, cum tamen extraordinaria ratione fiunt, ſine vllo ſecundarum cauſarum concurſu, ſed ſolius Dei virtute, miracula ſane ſunt. quorum tamen teſtimonium infallibile non eſt, quia in his ſemper dubitari contingit, an præſtentur per cauſas naturales, ſaltem ſecrete a Dæmonibus applicatas, in quo euentu atteſtatio, quæ fit per illa, non alterius eſt, quam Dæmonis atteſtatio, cui quanta fides habenda ſit, patet, vt ſanctitas, quæ eo teſte aſſeritur, non modo certa habenda non ſit, ſed omninò ſuſpecta, huius autem generis ſunt miracula, quæ in proceſſu aſſeruntur, omnia enim conſiſtunt in depulſione morborum, qui curabiles ſunt, ſed aſſeruntur diuina virtute, non autem naturali ordine curati, quod tamen cum, vt dixi, euidens non ſit, relinquitur eorum teſtimonium eſſe imbecillum nec plenam fidem facere.

Reſpondeo, & dato, nèd omnes effectus miraculoſi in proceſſu contenti pertinent ad ſecundum miraculorum gradum, nego tamen non facere certam, & indubitatam fidem ſanctitatis reliquiarum inuẽtarum: cum enim huius ſecundi gradus miracula certam fidem non faciunt, ideò eſt, quòd non exiſtimantur vera miracula eſſe; & tunc, vel quia hi effectus virtute ordinaria medicamentorum, & medicorum arte facti aſſeruntur, & hoc in propoſito noſtro dici non poteſt; Tum quia pleráque ſanitates in proceſſu contentę tunc demum ſecutæ ſunt, vbi iamdiu fruſtra deſudaret medicorum induſtria; Tum quia curationes, quæ modo ordinario, & præſidio medicinæ fiunt ſenſim fiunt, & nõ niſi remedijs applicatis; at hæ curationes momento temporis fere, omnes effectę ſunt. & pharmacis, aut ſimilibus non applicatis ſed ad ſolum Sanctorũ oſſium, & ſepulcralis terræ contactum, aut hauſtum aquæ, adeò vt, qui ea beneficia conſecuti, & qui interfuerunt, ſanctè iurẽt eas ſanitates non ordinario, ſed mirabili modo contigiſſe. Vel quia ijdem effectus cenſẽtur facti virtute quidem naturali; ſed ſecrete, & quaſi artificioſe applicata per Angelos. Ad quod ego, ſi dixeris hos fuiſſe bonos Angelos, etiam ſi tales effectus potius mirabiles, quam miracula vocari debeant, ob artificioſam, & ſecretam naturalium cauſarum applicationem, infallibile tamen eorũ teſtimonium eſſe oportèt, cum mentiri, & ex induſtria decipere non poſſint; pugnat enim id cum rectitudine ſtatus, nec ex ignoratione, cum in ſubiecta materia, nullus in eos error, aut deceptio cadere poſſit; nam beatos omnes optimè norunt. Omnem ergo falſæ atteſtationis ſuſpitionem à Sanctis Angelis propulſari oportet, præſertim in miniſterio ſibi diuinitus commiſſo, in quo ſi deciperent, fraus in Deum ipſum redundaret. At inquies fuiſſe malos Angelos; ſed neque hoc probabili vllo argumento nititur, nam nec Deus Dæmoni permittere tenſendus eſt inter Catholicos, & pios numinis cultores, tam admirabiles, tamque multos effectus edere; nam quorſum id permitteret, an vt ſanctis ſuis Eccleſię deuotionem per Dæmonum prætigias cõciliaret? atqui Deus ad veritatem aſtruendam reprobis teſtibus opus non habet. An vt non Sanctis indebitus cultus exhiberetur? atqui Deus his Dæmonum conatibus non faueret, & Eccleſia quam ſuo ſibi ſanguine peperit, ſummam ſollicitudinem gerit. Nec ipſi Dæmones ſi permittantur, huiuſmodi effectus præſtare velint. quid enim ex his effectibus profectum eſt, niſi malè habentibus commodum vnius ſęculi gaudium. in Deum pietas, & gratiarum actio, & in Sanctos Martyres, reuerentia? Inquies, vt in Idololatriam inducat, ſuadendo cultũ reliquiarum, quæ Sanctorum non ſunt, verum præterquam quod Deus in publicis Eccleſiæ cœtibus, tantam Dæmoni facultatem non facit, vt proxime docuimus, nec propoſitũ conſequeretur; quia in hoc euentu non cõmitteretur Idololatriæ peccatum, natura ſiquidem exterioris cultus ſequitur naturam affectus interni; vnde ſicut ille eſt purè, & ſincerè Religionis, talis etiam eſt exterior adoratio, omniſque ille cultus in Deũ fertur, nec caret merito vt diſputat Grabiel Vaſques in tertiam partem Summæ S. Thomę diſp. 112. cap. 8. & diſp. 108. cap. 5 num. 33. & 34.

Denique vt huic diſputationi coronidem imponam, quod euidentius miraculum quæ poſt mille annos, ſi loquamur de reliquijs prima, & ſecunda claſſis; vel poſt multa ſęcula, ſi de alijs, ſanguinem adeò recentẽ fuiſſe inuentum, vt, admota aqua, cruentaret, cuius ſimile aliquid legitur in inuentione Sanctorum Martyrum Nazarij, & Celſi; nam oſſa quædam, & lapides, vt ipſi vidimus, veſtigium adhùc ſanguinis præferunt. Quid mirabilius, quàm vt oſſa tot ſæculis, nec in cineres abierint, nec à terra & aqua, in qua effoſſa delitescebant, tabẽ, aut marcorem contraxerint; ſed ſoliditatẽ, & pulchritudinem retinuerint, tantumque ſanctitatis præferant, vt non ſtomachum vt communia mortuorum oſſa, moueant; ſed pietatem, & ſui deſiderium ingenerent.

ANI-

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES
IN VITAM
S. GREGORII EPISC.
AGRIGENTINI.

LEONTII I EPISCOPI *hanc D. Gregorij Episcopi Agrigentini Vitam à Leontio Presbytero Græcè compositã, habuimus exscriptam ex antiquis membranis manu exaratis, Bibliotheca Monasterij S. Saluatoris, propè Vrbem Messanam. latinitate donauit P. Franciscus Raiatus è nostra Societate. Titulus ei præfixus ita se habet.* Leontij Presbyteri Monachi, & Præfecti Monasterio S. Sabbæ in Vrbe Roma narratio de Vita, & Miraculis Sancti & Beati Patris Nostri S. Gregorij Agrigentinæ Ecclesiæ, Siculæque Prouinciæ Episcopi. *de vita scriptore quatuor videnda sunt: Primum, tempus, quo vixit: Secundum, scriptionis fides, & veritas: Tertium, pietas: Quartum, stylus.*

Triplex est coniectura, vnde colligere liceat, Leontium eodem fere tempore, cum D. Gregorio Episcopo vixisse. Prima, quia sub initium, dum pauca de B. Gregorio præfatur, ait: quia talem sibi Dominus, extremis hisce temporibus, delegerit operarium. Secunda, sub Imp. Iustiniano vixisse videtur, quem, Imperatorem nostrum, passim appellat: sub quo etiam Imperat. D Gregorius floruit. Tertia, suspicari licet, Leontium hunc S. Sabbæ Monasterio in vrbe Roma præfectum, vnum ex illis tribus fuisse, qui B. Gregorium Hierosolyma deduxere. Tres enim ibi nominantur Leontius, Serapion, Marcus monachi. quare superstitem omnino Leontium fuisse D. Gregorio oportuit, cuius res composuit.

Quod attinet ad fidem scriptionis, nihil hic nutare admodum videas, certe Metaphrastem, qui S. Gregorij res etiam scripsit legas, & cum Leontio conferas, eos oppido paucis variantes comperias; neque id in rebus grauioribus. quinimò Metaphrastes Leontium, quo posterior quo fuit, videtur exscripsisse, sed multa recidit, vel superflua, vel non adeò necessaria, componitque res aptius ad historiam. at Leontius quidè paucula quædam adijcit locorum, & hominum propria nomina, quę Metaphrastes recitet. Haud negauerim, næuos quosdam in huius historiæ facie esse. quare corruptam illam in plerisque locis, cẽsuerim nam tradit Concilium coactum aduersum Monothelitas, Pyrrhum, Sergium, Cyrum, & Paulum, quorum hæresis tum maximè serpebat. quod plane falsum est. sedenim Concilium V. Constantinopolitanum sub Vigilio Papa, vt memorant Zonaras, & Euagrius, coactum est contra Anthemium Constantinopolitanum, & Theodorum Mopsuestbenum hæreticos negantes D. Virginẽ esse Deiparam, & ad confirmandas quatuor Generales Synodos, & præterea contra Origenem. at Monothelismus nondum emerserat. Cõcilium autem Constantinopolitanum aduersum Monothelitas CXXX. post annos, & amplius habitum est. Quid autem illa? Marcum Abbatem loquentem facit eum Pontifice, ac docẽtem de Gregorio decidi neutiquam posse, quin prius & Imperatoris, & Patriarchæ Constantinopolitani auctoritas accedat. an quia tum id erat in more positum? an verò quia id necessarium erat ad concilium illud, quamuis non esset Generale, cogendum, vt Gregorij causa dijudicaretur? sed vtrumque reiecerim. certè Gregorius deinde apud eumdem hunc scriptorem, cum Imperatoris nomine Phatarius, Patriarchæ verò Episcopi Romam in eamdem causam, conuenere id minime necessarium fuisse docet. sed vnius auctoritatem Pontificis fuisse satis. quid furor ille, ac temeritas Orientalium Episcoporum, qui Gregorium voluntinia iussu Pontificis, è carcere educere? quamquam eos ab ea mẽte Gregorius prudenter reuocet. Rursus hi quam superbe apud Pontificem agunt? quã incondite ab eo recedunt? prorsus vt nihil tantam auctoritatem, dignitatemque respicere videantur. At suspecta mihi quidem est ea etiam oratio, quã Imperator ad Episcopos habuit, antequam eos Romam dimitteret. quantum præ segerit in eos imperiũ? quãtum in huiusmodi causa auctoritatis? certe vt hanc orationem, ita & Episcoporũ audaciam Metaphrastes tacuit. at non hæc videntur vitio vertenda scriptori Leõtio. ita refert, eos egisse non profert in illis fidem, aut sententiam animi sui.

Vt de scriptoris pietate constet, duo in memoriam reuocauerim, quæ cum primis suspecta apud Græcos esse solent; cultum in Spiritum Sanctum, & reuerentiam in Romanum Pontificem. porro hic scriptor de Spiritu Sancto recte sentit: illum semper cum Patre, Filioque non modo coniungit, Sane-

Sanctissimumque, ac vitalem Spiritum appellat, sed apertissime docet eum cum Patre ac Filio iuxta aternum. ceterum in Pontificem Romanum acrius, ac liberius inuehitur, plane vt actum à Demone dicat, ac temere ruisse in Gregorij caussa, iniustèque de eo decreuisse. quod certè si rem inspexeris, ità senseris; sed parcendum erat verbis amarioribus. quare satius nobis visum est, ea verba rescindere. sed vitium hoc Graecorum scriptorum eius temporis fuit, quorum plerique in Romanos Pontifices parùm aqui, in quos sæpè inuehuntur, vt obseruat in Annalibus Baronius.

Bar. tom. 7. ad Ann. 552

Demum de scriptoris stylo, Pater Franciscus Raiatus interpres, ita censuit: Rem totam, vti patet, non apte componit ad historiam: ac plane verbosior est. syntaxis in eo & barbarismis scatet, & aspergitur solœcismis: præterquam quod sic aliquando corruptæ sententiæ sunt, siuè id scriptoris ipsius vitio fiat, siue librarij, vt difficile fuerit sensum elicere. quarè non ita visum est, in vertendo verbis hærere, vt nihil immutaremus, adderemus nihil. sed vsque sententiam, reique veritatem sartam, tectamque seruantes, paucula quadam mutauimus, reiecimus, addidimus: ac fortasse minus id libere præstitimus, quàm potuisset. hæc interpres.

NON MEDIOCRES HVIVSMODI COGITATIO POENAS DEDIT] *In Græco Codice corruptissimus erat locus, ex quo hic elici sensus potuit.*

QVOD IN NOVISSIMIS HISCE DIEBVS] *hinc fortasse conijcias, vt superius memoraui, eodem fere tempore vixisse cum Gregorio Leontium, qui hæc scribit.*

PATRIA VICVS FVIT QVOD PRÆTORION DIXERE] *Codex MS. Ecclesiæ Cephalœdensis: ortus est in Castello Prætoriano. interpres Metaphrastis apud Surium vertit prætoria. in Græco est, vox quæ sonat Prætorij, an Prætorianorum quàquam idem: fortasse à Prætorianis olim militibus dictum, qui illic in statione militari fuere. vicus hodie incultus: loco nomen feudum Giuraninum, distat Agrigento P. M. sex, quà Orientem respicit.*

PATRE NATVS EST CHARITONE MATRE THEODOTE] *Græca habent Chariton, & Theodote interpres Surianus ita vertit: parentes verò, quę Dei gratia, & benignitas fuit &c. perperam. nam, vt vides, parentum Gregorij nomina propria sunt. paulo post, Leontius ait, Charitonem, & Theodoten, post editum Gregorium, vsu matrimonij abstinuisse. sed hic D. Gregorij tempora constituenda sunt, illustranda historię.*

D. GREGORII ÆTAS EX LEONTIO

De S. Gregorij ætate hæc colligi ex Leontio possunt.

Anni Christi.	*Ætatis Gregorij.*	
524	1.	*S. Gregorius nascitur, & à D. Potamione Episcopo baptizatur.*
532	8.	*Offertur Damiano Grammatico literis imbuendus traditur.*
536	12.	*Cum annum ageret XII. Clericum profitetur.*
542	18.	*XIIX. agens annum, ab Angelo monitus, pridie Kal. Iulij, fugam, & peregrinationem Hierosolymitanã capessit.*
543		*Post menses ferme VI. Hierosolymam peruenit, sacraque loca veneratur. vbi sacris Pentecostes diebus a Macario Episcopo Hierosolymitano Diaconus ordinatur.*
544	20.	*Paullo post Montis Olyueti Monasteria obit. atque in ijs annum diuersatur.*
549	25.	*Ex Olyueto in Eremum interiorem secedit, & annos IV. apud senem quemdam commoratur.*
550	26.	*Hierosolyma redit ad Macariũ Episcopum. bis annum agit: mox Antiochiam proficiscitur, quarto Idus Aprilis.*
552	28.	*Vbi annum Antiochiæ exegit, Constantinopolim adit.*
553	29.	*Ibi Synodo interfuit, quæ habita est anno Christi IↃLIII. à Synodo statim Romam peruenit, XI. Kalend. Iulij. S. S Apostolorum sepulcra veneraturus.*
555	31.	*Hic à Romano Pontifice ordinatur Episcopus Agrigenti. quod à Pelagio Papa factum oportuit. nam Vigilius Pontifex, quod Synodum ratam habere nollet, statim ab ea in exilium à Iustiniano actus est. in Hypsam, an Proconesum (illa Illyricis, hæc Propontidis Insula est) Anastasius, & Liberatus Diaconus. ex eo reuocatus, cum rediret, Syracusis obit, ineunte anno IↃLV. quo Pelagius creatus est Pontifex. à quo primo Pontificatus anno, Gregorius Episcopus ordinatus est. quo tempore à Charitone patre agnitus esse dicitur, cum XIII. ageretur annus, ab eius fuga. è patria autem, vt diximus XVIII. annos natus fugit; post XIII. ordinatus est Episcopus, igitur anno Christi IↃLV. Ætatis suæ XXXI. exeunte, an XXXII. ineunte? Roma profectus est XVII. kal. Septembris, cum Felice Episcopo, qui Agrigenti VI. egit menses.*
556	32.	*A Felicis Episcopi è Sicilia abitu, ad accusationem D. Gregorij, quid interceßerit temporis, pronuntio, non liquere. sed aliquot effluxisse annos, conijcio ex verbis Sabini, & Crescentini turbarum auctoribus. ea sunt: quo vsque tandem isti nos parcamus impostori, atque malefico?*

Quæ verba Gregorium plures annos sedisse, significant. proin turbas contra illum excitatas post extinctum Pelagium, qui sedit annos VI. accidisse, crediderim. Ioannis III. Pontificatu, qui Pelagio successit, anno Christi IↃLIX. Ætatis Gregorij XXXV quoniam verò Gregorius accusatus vnaque absolutus est, dum viueret Imperator

Digitized by Google

Peter Iustinianus, qui Idibus Pontificatus anno sexto supremum explevit diem, necessariò fit, vt Gregorij caussa ad Ioannem Pontificem delata sit, tres saltem ante Iustinianum demortuum annos. Etenim Gregorius exantis turbis, dolore ex tres menses in Sicilia. Romam adductus, annos duos, & menses quattuor in custodia fuit. Cognita caussa, & à Synodo Roma absolutus, Constantinopolim ad Imperatorem Iustinianum contendit, à quo multis donatus donis, indè Romam, hinc Agrigentum in Siciliam, anno consequente, rediit. vbi quamdiu vixerit, haud certo dixeris. Interea siquidem optimum, nanumque pastorem egisse, Leontius scribit. ex ijs liquido constat, ordinationem Gregorij à Papa Pelagio factam, Imperatore Iustiniano, duos post annos à quinta Synodo Constantinopolitana, Anno Christi 553. accusationem verò, eiusdemque absolutionem Ioanne Pontifice obuenisse Imperatore etiam Iustiniano, sub Christi annum 560. & quod excurrit, vsq; ad annum 565. quo Imp. Iustinianus diem obijt.

At faciendum est satis Illustrissimo Baronio, qui Notis ad Martyrologium Romanum, & in Annalibus suis, ait, Diuum Gregorium Agrigentinum, Imperatoribus Mauritio, Gregorio Magno Pontifice, accusatum, Romae caussam dixisse: eaque super re, exstare multas eiusdē Gregorij Magni epistolas. Sed hanc sententiam multo sunt, qua euertant primum scriptores, Gregorij Agrigentini aquales, quibus in Historia potius credendum. at Leontius Symbrenos, rem, ait, sub Imperatore Iustiniano euenisse, atque adeò sub Romano Pontifice, qui post Synodum Constantinopolitanam, imperante Iustiniano, vixit. Secundùm Gregorij Episcopi Agrigentini eum Aetas, tum Vita instituta. is enim, quinta Synodo Constantinopolitana interfuit, vt tradunt Nicephorus Callistus, Leontius Abbas, Simeon Metaphrastes. Synodo autem interfuit pro Episcopo Sardicae Constantiae Cypri. certè Sacerdotium interfuisse Concilio quiuis putauerit. atqui Canones antiqui statuunt à trigesimo anno quempiam minire Sacerdotium posse. sed probatum iam à me est, Gregorium annos cum expleret 29. & 30. attigisse, Synodo adfuisse. Synodus autem coacta est anno Christi 553. à quo si annos Gregorij Agrigentini relegas, natum inuenies vt supra posui, anno Christi IↃXXIV. à quo anno si excurras ad Gregorium Magnum, eius Pōificat' anno quarto, vt Baroni' ait, Gregorius Agrigentinus accusatus caussam dixit, agebat is annos LXX. quos fere totos in diuina & philosophia exegerat. Quid ergo Episcopus adeò senex, pra afflicto ieiunijs, vigilijsque, & macerationibus corpusculo senior de adulterio insimuletur? quis hanc technam ordiri fuisset aggressus qua se deridiculum exhiberet? Tertium, nec Gregorius Papa Magnus, vir sanctissimus, idemque sapientissimus, vsque adeò temere, vt ait Leontius, de tanta re iudicasset, adeòque inepem consilij in eadem praefuisset, neque ita negligisset, vt Episcopum sentem tot miraculorum patratorem, annos duos, & menses VI. in custodia retinuerit. Iam verò Baronius, vir doctissimus, & acri iudicio, ex caussatione dignus est, qui scriptorem rerum Gregorij Leontium non legitimam Acta Graca, qua citat, Metaphrastis sunt. Litera autem Gregorij magni, quibus ille inductus est, ad alterum Gregorium Episcopum Agrigentinum scripta. Quartum, Episcoporum Agrigentinorum Tabula, ac successio idem conuincunt. nam S. Potamioni successit Theodorus Episcopus, Theodoro D. Gregorius, de quo sermo est, auctor Metaphrastes: sed Gregorius Agrigentinus Episcopus, ad quē Gregorij Papa primi exstat epistola subrogatus est Eusamio, vt ex eodē D. Gregorio PP. constat. is igitur Gregorius Episcopus ad quē scribit S. Gregorius PP. diuersus est a S. Gregorio, qui Theodoro in Episcopatu suffectus est.

Niceph. l. 17. cap. 27.

Metaphr. in vita S. Greg.

D. Greg. l. 3 epist. 56.

A VICO QVODAM TYRIDE] Codex Cephaloedensis: de Castello, quod Tirinum vocabatur. haud rectè. Manuscripta membrana Graca: A vico, cui nomen Tyris in Historia Translationis D. Agrippinae memoratur vicus, nomine Tyros, non longe Agrigento. altera historia fidem alteri facit. 6

GREGORIVM EDIDERE] editus est in lucem Gregorius, vt ex eius aetate coniecimus anno Christi 524. Imp. Iustino seniore. 7

SANCTISSIMVS AGRIGENTINAE ECCLESIAE ANTISTES POTAMIO] Potamio Episcopus vbique sanctissimus dicitur non solum ob Episcopatus dignitatem, sed ob vitae sanctitatem. colitur in ecclesia Agrigentina 29. Ianuarij ex eius Tabulis. 8

DONATO ARCHIDIACONO, ET BIBLIOTHECARIO] Codex MS. Cephaloedensis: librorū custodi. Surij interpretatio: qui tum forte sacrorum librorum curam habebat 9

IN SACRARII CVBICVLO] Sacrarium cella, seù locus in quo sacra vasa custodirentur. 10

PAVLVLVM CVM OBDORMISSET] idem Gregorio obuenisse vides, & Samueli. 11

Lib. 1. Reg. cap. 1.

AD FLVMEN QVOD CIVITATEM ABLVIT] igitur ea tempestate habitabatur adhuc vetus Agrigentum, fluuius Agragas praetelabebatur, à quo vrbi nomē, ex Thucydide. prom Empedocles his versibus ciues suos salutare aggressus. 12

Thucyd. l. 6

Vrbem qui flaui ad ripas Agragantis, amici
Incolitis magnam, res & curatis honestas,
Saluete:

bodie corruptum fluuio nomē, Drago. Agrigentum vetus à Sarracenis deletum, crediderim: sed exstant ruinae ingentes. Recens Agrigentum in colle proximo, antiqua vrbi imminente conditum.

HIC NAVICVLATOR] cui nomen Vanus fuit, vt inferius dicitur. 13

VRBIS EPISCOPVM ADIT] Reparatum, an Primosum ille anno Christi 535. Synodi Carthaginensis habuit, atq; ad Io- 14

Digitized by Google

Papæ literas ſcripſit, hic V. Synodo Generali Cõſtantinopolitanæ interfuit, ãno 5153. Gregorius verò Carthaginẽ appulit anno 5142. incertum mihi eſt, quis horum, an alius ab his intermedius. hoc anno Eccleſiæ Carthaginenſi præeſſet.

15 MINISTRANTE SANCTISSIMO ARCHIEPISCOPO MACARIO] *is eſt Macarius II. qui Baronius Epiſcopatũ accepiſſe tradit anno 5144. alij anno ſuperiore. ſed duos ante hũc annos inijſſe oportuit. nã Gregorius anno 542. vrbe Agrigẽto profectus Hieroſolyma cõſequente anno peruenit vt ſuperius probatum à me eſt. Macarius igitur eccleſiæ iam præſidebat anno 543. de Macario vide Baronĩ, adannũ 547. & 548.*

16 IN DEXTERA TEMPLI PARTE] *Surianus Metaphraſtes habet*, in dextero altaris latere *MS. Codex Cephaloedenſis*, in dextera parte pulpiti: *ita et MS. Cod. Græc.*

17 SANCTI SPIRITVS GRATIAM ETC.] *ſub aliqua fortaſſis ſpecie, vel columnæ, vel ignis, vel luminis, aut alio modo.*

18 ET VNDENAM HI MAGNANIMI VIRI SVNT] *corruptus in Lectio loco, & in MS. Cephalœdẽſi aptius ex Metaphraſte: vbinã gentiũ, qui nuper hic aderãt, magnanimi viri degunt? hinc enim procul abiiſſe puto. Ille verò, XX. ſtadia Romanorum vicus à ciuitate diſtat, quo non itàpridem illos peruenijſſe, veroſimile eſt.*

19 AD NOVVM SESE VENTVROS DOMINICVM DIEM.] *Dominicã in Albis, nouã Dominicam Græci appellant, vel quia reſurrectionis noſtræ Encæenia, & vt ita dixerim, Initialia in ea peraguntur, vel etiã quia Octaui illius diei figurã gerit, in quo nouæ omnia futura ſunt. Hæc Billius in argumento ad orationem Sancti Gregorij Nazianzeni, in Nouam Dominicam.*

Billius ad orat. 43. S. Gregor. Nanz.

20 NAVIM D. O. PANHOR. EPISC. MERCIBVS ONVSTAM] *Græca vox negotiũ ſignificat, & mercẽ. vtrũque igitur reddi põt.*

21 AD PLENTHIADIS ORAS] *ita Græce habetur, ſed Antonino*, Plinte, ab Agrigẽto, per maritima loca Syracuſas, *P. M. 23.*

22 QVEM PASSARAREAS DIXERE] *hinc adhuc fortaſſe Pachyno nomẽ*, Caput Paſſarum, *negãtur aũt, qui* Caput Paſſalũ *nominant. dicũq; putant, q mare, q hinc ad Melitã vſq; interſtitium periculoſũ ſit. recte Areti, Caput Paſſarũ, à Pachyno deductũ exiſtimat ſed rectiùs à Græco Paſſareas.*

Fazell. dec. 1. l. 5. c. 1.

23 IN SVBVRBIVM, QVOD EMPORIVM DICITVR] *Strabo Naualem appellat, ſed Ptolemæus, Emporiũ: acentia ſaxa, ipſo in litore ſemiobruta, adhùc ſpectãtur, veteris Agrigẽtinorũ magnificẽtiæ veſtigia.*

Strabo l. 6. Ptol. l. 3. c. 4.

24 OCCVRRIT IN AVLA MONASTERII] *MS. Cod. Cephalœdenſis*, in atrio Monaſterij. *rectè, vtrumque enim ſignificat Græca vox*, Aula.

25 VT ALIBI DICTVM EST] *dictum ex ediderim ſuperius, vbi de naufragio locutus ad Agrigentinum flumen diuinitus oblato, cum fugam Gregorius è patria cogiteret.*

26 QVATTVOR ANNOS APVD SENEM COMMORATVS] *in Suriano Metaphra-ſte, prætermiſſus eſt annorum numerus, quos Gregorĩ apud ſolitarium ſenem ſubſtitit.*

ABBATIS EVSTATHII EIVS VRBIS ARCHIEP.] *ex Epiſcopus Antiochen. Ephræm creatus anno Chriſti 526. eoq; munere perfunctus vſq; ad annum 546. quo anno ſubrogatus eſt Domnus, vt obſeruat Baronius ex Nicephoro, Euagrio, aliiſq; an inter Ephræm & Domnum aduenerit quis ratio ſedi Euſtathius ſon Leontis memoria lapſus.* 27

ARCHIEPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO] *erat tum Menas.* 28

SVNT, AIT, HOMINES SAPIENTES] *hic locus perperam à Suriano Metaphraſte redditus, ſenſuque à recto abhorrentibus, quem corrigas ex noſtra verſione.* 29

CONSTANTINVM ACCERSIT ARCHIEP. PRÆFECTVM CHARTIS] *in Græco eſt* Cartophylacem, *de quo hæc Anaſtaſius Bibliothecarius*: Chartophylax, Chartarum cuſtos. fingitur autem officio Chartophylax apud eccleſiam Cõſtantinop. quo Bibliothecarius apud Romanos, indutus inſulis Eccleſiaſticorum miniſtrorum, & agit eccleſiaſtica cuncta prorſus miniſteria; exceptis illis ſolis, quæ ad ſacerdotale ſpecialiter, & propriè pertinere probãtur officiũ. ſine illo præterea nullus præſulum, aut clericorũ, à foris veniẽs, in conſpectũ Patriarchæ intromittitur, nullĩ Eccleſiaſtico cõuentui, nullius epiſtola Patriarchæ miſſa recipitur, niſi forte à ceteris Patriarchis mittatur. nullus ad Præſulatũ, vel alterius ordinis clericorũ, ſiue ad præfecturã monaſteriorũ promouetur, niſi iſte hunc approbet, & commendet, atque de illo ipſi Patriarchæ ſuggerat, & ipſe præſentet. *hæc Anaſtaſius.* 30

Anaſtaſ. Bibliothec. Notis ad 8. Synod. 2.

DIACONI PATRIARCHAE DOMESTICI] *Domeſticus dignitatis genus, et politicæ, tũ eccleſiaſticæ fuit. Domeſticorũ aũt alij ad Patriarchã, & eccleſiã, alij ad Imp. alij ad Auguſtæ Clerũ pertinebãt. vide Ioannem Meurſium in Gloſſario.* 31

Ioa. Meurſ. Gloſſ. V.

NIMICVM HOMINEM IN MEDIO TRITICI CATH. ECCL. SEMINASSE ZIZANIA] *Monothelitarũ hæreſis tũ maximè ſerpebat, ait Metaphraſtes, ſed falsò. turbatũe erãt in eccleſia, pro tribus capitulis, & erroribus Origenis, pro quibus ſedandis coacta Synodus, ex Euagrio, Leõtio, Scholaſtico, & Nicephoro, & Synod' ipſa cõuincit* 32

Euagr. l. 4. c. 37. Leont. Sch. l. de ſect. ap. Damaſc. 3 de orthod. fide c. 11. Nicephor. l. 17. c. 27.

PIISSIMVM IMPERATOREM] *Iuſtinianum, quem inferius ſæpius nominat.* 33

SERGIO CYRO, ET PAVLO] *adde Pyrrhum, ex Metaphraſte.* 34

ADSVNT EPISCOPI] *Alexandrinus fuit Apollinaris, Antiochenus Domnus ſecundus, Conſtantinopolitanus Eutychius.* 35

ORIENTALES OMNES] *ab Occidente ita tradit Metaphr. aduenijſſe eos præter Romæ antiquioris, & Sardiniæ Præſules agrotãtes.* 36 37

ROMANVS VERO] *Eratis Vigilius, quæ Metaphr. ait, miſiſſe hominẽ ſacris literis eruditũ, qui ipſius vices impleret. errat igitur Zonaras, qui Vigilĩ Pontificẽ Rom. Concilio præſidentẽ facit. quæ abſuiſſe, præter Leontiũ, & Metaphraſtẽ, docẽt Euagrius, Nicephorus, Photius, Cedrenus, alij.* 38.

Euag. l. 4. c. Nicepha. loco citato. Phot. apud Euthim. Prooplia p. tit. 24. Cedren.

LI-

Digitized by Google

38 LIBELLVM MITTIT] *Græce titulum. Vigilius Pontifex conſtitutum appellat, decretum, quod vide apud Baronium in Annalibus.*

Baron. ad ann. 553.

39 POST VBI PATRVM MVLTITVDO] *V Synodus Oecumenica, Conſtantinopolitana II. ex patribus CLX. conſule Baronium.*

40 IN TEMPLVM CONVENERE] *conſeſſum in Secretario habitum, tradit Acta Concilij.*

41 THRONVM OBTINEAT EPISC. SARDICÆ CONSTANTIAE CYPRI] *Metaphraſtes velle videtur, Gregorium in locum Epiſcopi Sardiniæ ſufficium. quam quam deprauata eſt editio hoc loco.*

42 AC TANTVM IPSI SAPIENTIAE] *Nicephorus Calliſtus, vbi de Patribus in vnum coactis ad Synodum agit, hæc de Gregorio: cum eis etiam adeſſet Gregorius Agrigentinus, vir vitæ ſanctitate, eloquentia & veritatis doctrina, omnibus prope ſuperior.*

43 PER TITVLOS, LIBELLOSQVE] *ità Græce eſt.*

44 CVI ILLE ACCIDENS &C.] *is temporum mos, viris etiam principibus, adorandi Imperatoris memorat Procopius, Gilimerem, Vandalorum Regem, cum veniſſet ad Imperatoris tribunal, exutum purpura, pronum, & procumbentem, coactum adorare Imp. Iuſtinianum. Zonaras addit Gilimeri exemplo præiſſe Beliſarium, qui cum in conſpectum Imperatoris veniſſet, in terram procidit, vt oſtenderet Gilimeri, non hoc ab ipſo exigi, quod eſſet captiuus, ſed quod ita moris eſſet, adorari principes.*

Proc. l. 2. de Bell. Vand.

45 ACCIDIT ILLE CORAM IMPER. ATQVE ITERVM, AC TERTIO HOMINEM VENERATVS] *id tum moris fuit, adorandi Imperatoris, quem ſæpius in hac hiſtoria obſeruabis, eodem ritu Auares apud Corippum.*

Corip. l. 3.

Verum vt contacto patuerunt intima velo,
Ter gazas ſuſpexit Auar, ter poplite flexo,
Pronus adorauit, terræque adfixus adhæſit.
Hunc Auares alij ſimili terrore ſecuti
In facies cecidere ſuas, ſtratoſq; tapetas
Fronte terunt, longiſque implent ſpatioſa capillis
Atria, & Auguſtam membris immanibus aulam.

46 DIEM OBIT AGRIGENTINVS EPISCOPVS] *Theodorus, qui S. Potamioni ſucceſſerat, vt Metaphraſtes tradit.*

47 VERVM EVPLVS] *paullo aliter Metaphraſtes; Euplum, ait, ab alijs electum.*

48 POSTVLANT A PONTIFICE] *Romanus Pontifex erat tum Pelagius, ſuperius demonſtraui.*

49 IN MONASTERIO S. ERASMI] *idē MS. Codex Cephaloedenſis ſed Metaphraſtes habet, S. Mercurij.*

ABBATE MARCO.] *quem ſupra diximus, comitem itineris Gregorio miſſum.* 50

IN S. ERASMI] *S. Mercurij, vt modo memorauimus, Metaphraſtes habet.* 51

ECCE TIBI COLVMBA] *plerique Epiſcoporum indicio columbæ, quæ S. Spiritus ſymbolum, diuinitus electi, probatique, notum ex Sanctorum hiſtorijs.* 52

XIII. HIC AGITVR ANNVS] *XII. hic agebatur annus à Gregorij fuga. profugerat autem, annos natus XVIII. vt Leontius ſupra retulit. igitur ordinatus Epiſcopus, anno ætatis XXXI. relege quæ ſuperius de Gregorij ætate dixi.* 53

ADMIRANDVM SANE MYST. CONSPEXISTIS] *columbam Gregorio inſidentem.* 54

SOCIVMQVE ADDIDIT FELICEM EPISC.] *ità Metaphraſtes, & Membranæ Cephaloedenſes, Felicem.* 55

CVIVS OPERA GREGORIVS INAVGVRARETVR] *Græca habent* ad proprias ſedes reſtitueretur. *Surianus Metaphraſtes*: cuius opera Gregorius in ſede locarerur, loqueretur. 56

QVOS PANHORM. EPISC. VNA CVM CLERO, ETC.] *obſerua honorem, pro more temporum, aduenientibus Epiſcopis exhiberi ſolitum.* 57

IN SVBVRBIVM EMPORIVM NVNCVPATVM] *in Græco eſt* in Peripolim *fortaſſe hic corrupta vox, nam quod circa vrbem,* Peripolæum *dictum. forte etiam nomen proprium loci hic videtur, ſed ex ſignificatione ſumptum.* 58

GREGORII MATER VNA CVM ANCILLIS AC SENIORIBVS] *Surius ex Metaphraſte*: cum reliquis ſenioribus, feminis *MS. Cod. Cephaloedenſis*: cum Diaconiſſis, & matronis. *Græcus Codex manuexaratus*, cum Diaconiſſis, & Preſbyteris. *plures olim, quibus vxores eſſent, ea lege in Clerum cooptabantur, vt ab ijs abſtinerent. Ea femina, viris in presbyteros conſecratis, presbyteræ dicta. Gregorius in Dialogis*: presbyter quidam, Vrſinus nomine commiſſam ſibi, cum magno timore Domini regebat eccleſiam. qui ex tempore ordinationis acceptam presbyteram ſuam, vt ſororem diligebat. ſed quaſi hoſtem cauens ad ſe propius accedere numquam ſinebat, &c. *lege Baronium in Annalibus ſuis, ad annū Chriſti 1 ↄ XCI.* 59

Greg. dial. l. 4. d. 11.

BEATVM ILLVM MONACHVM] *Abbatem Marcum.* 60

MATREM VIDET CVM VETVLIS] *Græcus Codex aperte hic* cum fœmininis presbyteris. *ſupra* cum presbyteris. 61

TVM ILLE CARÆ PARENTIS PEDIBVS PROVOLVTVS] *eam tantum ait, amplexatum, Metaphraſtes: quod videlicet ad decorum magis aptum.* 62

GREGORIVM IN SEDE LOCATVRVS] *Græca ità latine reddis, vt Gregorium in patriam reſtitueret.* 63

INCORRVPTVM CORPVS PRETIOSVMQVE SANGVINEM] *de quo more,*

Digitized by Google

65 TRES DIACONOS CREAVIT] *quos ſæpius hic leges, Gregorio adſidentes. an ad illi factum, ex more antiquo? nam vetus decretum fuit S. Lucij PP. & Martyris, vt duo presbyteri, & tres Diaconi, in omni loco Epiſcopum minimè deſererent, propter teſtimonium Eccleſiæ, Anaſtaſius Bibliothecarius.*

Anaſt. in Luc.o.

66 ERASMVM] *manuſcripta membrana hoc loco, & Codex Cephaloedenſis habent, Smaragdum. ſed Eraſmum Metaphraſtes eademque membrana Græca infra. quam ob cauſſam Eraſmum repoſuimus.*

67 SABINVS QVIDAM PRESBYTER FILIOLAM HABEBAT] *ex vxore ſuſceptam, antequam in Clerum adſciſceretur, & in presbyterum ordinaretur. de quo vetere inſtituto paullo ſupra dixi. quam igitur hic legis Sabini presbyteri vxorem, ante presbyterium fuiſſe intelligas.*

68 DATVM EST AVTEM ET PVERIS] *de Diaconis vbique loquens pueros vocat.*

69 SABINVS PRESBYTER, CRESCENTINVSQVE] *quos aptiores furoris ſui miniſtros Dæmon reperiſſet, quam homines ambitus olim damnatos? etenim Sabinus, & Creſcentinus, Theodoro Epiſcopo vita functo, Agrigentinam ſedem ambierant, turbaſque concitarant. ſed vtroque à ſpe ſua deiecto, Gregorius à Romano Pontifice fuerat delectus. ex eo inimicitiarum inter ipſos cauſſa, & in Gregorium inuidiæ, ac conſpirationis. rectè Tertullianus: æmulatio ſchiſmatum mater eſt. plena exemplorum antiquitas.*

Tertull. lib. de baptiſm. c. 17.

70 ISTI NOS PAREAMVS IMPOSTORI ATQVE VENEFICO] *eadem iacta conuicia in S. Athanaſium, in S. Ioannem Chryſoſtomum, aliosque viros ſanctiſſimos: notum ex eorum Vitis. Hieronymus de ſe ipſo, ſuiſque obtrectatoribus: maleficum quidam me garriunt, titulum fidei ſeruus agnoſco. magum vocant, & Iudæi Dominũ meum: ſeductor & Apoſtolus dictus. rectè D. Auguſtinus; Dominum Ieſum Chriſtũ appellatum ſeductorem, ad ſolatium ſeruorum ſuorum, quando ſeductores dicũtur.*

D. Hieron. Epiſt. 99.

D. Aug. in pſ. 63.

71 LEVCIVM QVEMDAM] *ita legendum, vitioſe enim, Eleuſium, hoc loco habet Metaphraſtes Surianus: ſed in fine Leucium, rectè.*

72 APVD THEODORVM ENILLOSTRIVM] *perperam in MS. Cod. Cephaloedenſi, occultus manebat in domo cuiuſdam Theodori illuſtris prope locum, qui dicebatur Modiolus.*

73 CVI NOMEN EVODIA] *idem nomẽ habetur in MS. Membranis Cephaloedẽſibus. corrupte igitur apud Surianum Metaphraſtem eſt Eudocia, pro Euodia.*

Greg Nyſs. in vita S. nc ti Greg. Thaumaturg.

74 HANC DILIGENTES IMPII] *notæ improborum artes, & calumniæ in Sanctos viros, per mulierculas meretrices, mercede conductas, vt in S. Gregorium Thaumaturgum, auctore Nyſſeno; in S. Athanaſium, Theodoretum in S. Damasum Papam, Anaſtaſium Euſtaebium, Antiochenum Epiſcopum, Theodoreto, in Gregorium, Euagrio.*

Theod. l. 1. 9 p. 5. Anaſt. in Damaſo Theodor. l. 1c. 21 Euagr. l. 6. cap. 7.

IVBET ILLE LIGNVM PVLSET] 75
quo de more temporum, ad ſacros conuentus conuocabantur.

VOCATIS ADOLESCENTIBVS] *tribus Diaconis.* 76

SCORTVM ROGANT] *Euodiam.* 77

PENDEBAT ANIMI POPVLVS] 78
Metaphraſtes, apud Surium, ait, Gregorium vltro ſe tortoribus dediſſe, exinde natam in populo ſuſpicionem.

S. GREGORIVS LILYBOETANÆ VRBIS EPISCOPVS] *Metaphraſtis editio Suriana: lybis Epiſcopus. Cod. MS. Cephaloedenſis habet; Epiſcopus vrbis Lybiæ vterque perperam, Græcus Codex manu exaratus S. Gregorius Episcopus Libitanorum vrbis; emenda, Lilybætanorum.* 79

LITERAS SE AD EXARCHVM CVI APOST. HOC OPVS INCVMB. DEDISSE] *Exarcho nomen, Tiberius, fuit, vt paullo poſt Leontius docet. falſo igitur, vbi Codex Græcus Exarchũ habet, Interpres apud Surium Exarchum, viri nomen reponit; dignitatis enim eſt, & muneris. nec rectè, in codice Cephaloedenſi; princeps Apoſtolici. haud tamen credideris Exarchum hunc Rectorem Siciliæ fuiſſe (is enim paullo poſt, Prætor, de more, à Leõtio dictus) ſed fortaſſe patrimonij Romanę Eccleſiæ, cui vices ſuas Romanus Pontifex interdum committebat, vt notum ex D. Gregorio. de Exarchi titulo, & poteſtate exſtat Canon Nicaeni Concilij: reddat Archiepiſcopo eius loci (Cæſarienſi) debitum honorem, & vocetur ille Exarchus, id eſt maior, quam Archiepiſcopus. Conciliũ Sardicenſe, oportet admoneri per literas Exarchi Prouinciæ, dico autem Epiſcopi Metropolitani. numne igitur Tiberius, dictus Leontio Exarchus, aliquis fuit ex Siciliæ Epiſcopis Metropolitanis? an Rector patrimonij B. Petri, à Romano Pontifice mitti ſolitus, qui eiuſdem vices in Sicilia ageret?* 80

D. Greg. l. 1 Epiſt.

ERAT ENIM APVD PHILOSOPHIANOS] *Antoninus, Philoſophianas dicit, quas in Mediterraneis collocat, inter Catanam, & Agrigentum: à Catana, ait, Agrigentum, manſionibus nunc inſtitutis, M. P. XCI. ſic: Capitonianas M. P. XXIV Philoſophianas M. P. XXI. Gallonianas M. P. XXI, Soſconianas M. P. XII. Agrigentum M. P. XIII.* 81

HVNC NVLLO ADVOCATO CONCILIO CORAM TE STARE] *Epiſcopus enim nonniſi in legitima Synodo, ſuper obiectis criminibus audiebatur, & iudicabatur, ex pluribus Romanorum Pontificum decretis, quæ collecta habes apud Antoniũ Auguſtinum, Epitome Iuris Pontificij.* 82

Ant. Augu. p. p. l. 5. tit. 36.

FALSAM IMPVDICAMQVE DÆMON INVADIT] *ita meretrix calumniata S. Gregorium Thaumaturgum, arrepta à Dæmone, horrendo ſpectaculo, nec prius ab illo, ſuffotari deſiit, quam magnus Gregorius Deum pro ea inuocaſſet, & placaſſet, Gregorius Nyſſenus.* 83

s. Greg. Nyſſen. in vita S. Gregorij Thaumat.

AD PONTIFICEM REFERAT] *at quis tum Roma Pontifex? quod certum* 84
eſt

Digitized by Google

eſt ex Leontio, hęc contigiſſe, Imp. Iuſtinia no ſub quo, ab inito Epiſcopatu à S Grego rio (inijt autẽ, vt diximus anno IↃLV.) vi xere Romani Pontifices, Pelagius, & Ioan nes: ſed ea turba, non ſtatim atq; Gregorius Epiſcopatum ſumpſit, excitatę ſunt, ſedente Pelagio; ſed aliquot exinde poſt annos, iudi cio meo, circiter VI. ex eo cenſuerim Ioan nem Eccleſiæ tum præſediſſe. nam Pela gius annos IV. & menſes aliquot, in Pon tificatu vixerat. Gregoriana etiam tempe ſtas, quæ tres ferme annos perdurauit, ſub eodem Pontifice commota, & ſedata eſt. proin vero ſimilius eueniſſe Ioanne Eccle ſiam adminiſtrante. plura ſuperius dixi.

85 QVONIAM ARBITRVM TE, IVDICEMQVE CONTRA ME, ETC.] *ſedenim ab impijs Sabino, & Creſcentino, turbarum auctoribus, dumtaxat iudex de lectus fuerat, cõſtare autem ex hoc loco vi detur, nullam in abeuentes Epiſcopos pote ſtatem fuiſſe.*

86 DIGNVM VIRVM DELEGIT] *Leu cium improbum Hereticum, Metapbra ſtes intelligit.*

87 AD SICILIÆ PRÆTOREM] *hinc vides, Exarchum eſſe alium à Prætore, qui Siciliã pro Imperatore adminiſtrabat.*

88 DIACONVM VERO] *Platonicum.*

89 EXACTO AVTEM ANNO RECORDATVS GREGORII PONTIFEX] *nõ nemo erit, qui fortaſſe mirabitur, Romanũ Pontificem per annum, Gregorij Epiſcopi in vinculis oblitum. plura is in carcere mi racula patrarat, quæ per vrbem fama vul gauerat, neque ad Pontificem quiſquam detulit? nec fuit qui cauſſam eius cognoſci curaret? an ita à Deo permiſſum, probandæ Gregorij patientiæ, virtutiq; illuſtrandę?*

90 DVM SYNODVM COGAS] *notum, antiquæ Eccleſię moribus, examinandis Epiſcoporum cauſſis, obiectiſque criminibus, Synodos cogi ſolitas. ita S. Damaſus, adulterij falſo accuſatus, coram Synodo cauſſam dixit, Anaſtaſius Bibliothecarius. Xyſtus tertius Pontifex, à Baſſo reus in iudicium accerſitus, congregata Synodo LVII. Epiſcoporum dicta cauſſa, vno omnium conſenſu abſolutus eſt, Imperatore Valentiniano, idẽ Anaſtaſius. Imperante Mauritio, Gregorius Antiochenus de adul terio accuſatus, coram Synodo Conſtanti nopolitana ſeſe purgauit, Euagrius.*

Anaſtaſ. in Damaſo in Xxſto III.

Euag. l. 6. cap. 7.

91 NEQ; ENIM DE HOMINE NOS FERRE IVDICIVM POSSVMVS] *ſuſpecta nobis hæc narratio. quid enim Romano Pontifici cum Imperatore Orientis, & Patriarcha Conſtantinopolitano, in ijs, quę ad iudicia ſpectarent eum Epiſcopis, ac præcipue Sedi Romanæ ſubiectis, quales fuiſſe Epiſcopos Siciliæ certum eſt eo tempore. quare hanc narrationem cenſeo vitia tam ab aliquo Græculo, in inuidiam Romani Pontificis.*

92 MARCIANVM SPATHARIVM SVV] *ab Regio armamentario, Surij Metapraſtes. in Cedreno hoc nomen* Spatharius *explicatur*, Cuſtos corporis, *apud eumdem protoſpatharius Spatharioram princeps.*

CYZICI, ET CORINTHI EPISC.] *Ancyræ Præſulem addit Metaphraſtes, & Codex Cephaloedenſis. eumdem tamen Leontius infra nominat.* 93

SVAS IPSORVM FACIES CÆDERE] *mos apud hunc ſcriptorem frequens.* 94

HÆC VT INAVDIIT PONTIFEX VEHEMENTER OBSTVPVIT] *vehementer & nos obſtupeſcimus, duos per annos, & menſes quattuor, quos Gregorius in cuſtodia detentus eſt, tot mira facinora patrans, vrbe Roma vniuerſa prædicante, auctoremque quaſi quempiam è viris ſanctis venerante, adeo occluſos fuiſſe aditus ad Pontificem, vt nec leuis rumor ad eum peruaſerit.* 95

PER EOS VERO DIES] *importuna narratio, quæ melius differri poſſe videbatur in eum locum, vbi exſtracta fuiſſe dicuntur ligna, D. Gregorio deprecante.* 96

ERANT AVTEM OMNES NVMERO CL.] *Synodus Romana CL. Epiſcoporum, pro cognoſcenda Gregorij Epiſcopi cauſſa. maior numerus, quam res poſceret.* 97

PRÆFECTVS CHARTIS] *Conſtantinus, de quo ſupra.* 98

IVBET IGITVR TRES EPISCOPOS] *Marcum tantum, & Sacerdotes quinque miſſos, ait Metaphraſtes Surij. at à quo nam miſſi hinc non liquet.* 99

IN MAGNO QVODAM SVGGESTO] *MS. Cod. Cephaloedenſis: in magno veſtibulo, quod dicitur S. Andreæ Apoſtoli. MSS. Græca in magno quodam ſuggeſto.* 100

ET SABINVS QVIDAM, VT IN HISPANIAS EXSVLARET] *excidit exſcriptori Creſcentinus, quem in Thraciam exulaſſe, ait Surij Metaphraſtes. contra Cod. MS. Cephaloedenſis, Sabinum in Thraciã Creſcentinum in Hiſpanias damnatos exſules: qui Epiſcopum falſo accuſaſſent, exſilio multati. Baſſus calumniator, qui Xyſtum III Pontificem in iudicium accerſiuerat, à Synodo in exſilium miſſus, Platina. Aſterius Princeps Orientis, qui Gregorium Antiochenum Epiſcopum, de adulterio per calumniam accuſarat, ueruis per vrbem cæſus, & in exſilium pulſus eſt, Euagrio auctore* 101

LAICI VERO LXXX.) XXV. *collectos primum dixerat Laicos, ſed hic auctus eſt numerus.* 102

AD BASCHANOS) *it a Græce, ſed corrupte pro Vaſcones.* 103

ECCE AVTEM .....INGENS REPENTE PROCELLA) *mira. perlegant, & contremiſcant ij, ad quos dictum eſt, nolite tangere Chriſtos meos.* 104

DIACONISSAM SANCTÆ CÆCILIÆ] *Monaſterium S. Cæciliæ, in quo Euodia Agrigentina pœnitens vixit, ſanctęq; obiit, in regione Tranſtiberina, Sanctimonialiũ Virginum de familia S. Benedicti, tũc fuit: ſed à Paſquali PP. I. reformatum inſtauratumque, Monachos eiuſdem Ordinis habuiſſe, atque ab his Humiliatos; ac demum* 105

ſub

Digitized by Google

ſub Clemente VIII. rurſum Sanctimoniales Virgines D. Benedicti, à Germano fratre Domino Conſtantino Abbate per epiſtolam monitus ſum.

106 VBI DVOS CVM EXEGISSET, ET XX. ANNOS, ETC.] *certe quidem perfectæ pœnitentiæ, ac perſeuerantiæ in ea teſtimonium, mulieri Euodiæ dicit Metaphraſtes, apud Surium, his verbis: ac puella illa Agrigentum, ciuitatem non vltra videre ſuſtinuit; ſed omni ornatui vale dicens, cum prius ab Epiſcopis, vti proſeorarent, impetraſſet, in Collegium D. Cæcilia cooptabatur: in quo duos, ac XX. annos aſſidue, ac continenter viuens medicamento pœnitentiæ, vt maxime poterat, priores detergens maculas, ad cœleſtem, quem tantopere concupierat, amatorem, Dei benignitate migrauit. MS. item Cod. Cephaloedenſis de Euodia hæc habet:* in Monaſterio morata eſt annis XXII. in pœnitentia, & confeſſione, & conſummatis agonibus multis, ſancto fine quieuit.

107 LIGNA QVÆDAM PER FLVM. ALV. INVEHEBANTVR] *Baronius in Annalibus, Acta S. Gregorij à Græco impoſtore corrupta putat; ſed ridicula, & fabuloſa eſſe, quæ de lignis ad Tiberis ripas hic recẽſentur. Equidem non omninò improbauerim miraculum: fortaſſe autem eius enarratio, pleriſque additis vitiata. mouet me auctoritas D. Ioſephi Hymnographi, qui hymno ſuo in S. Gregorium, miraculum probat, dum meminit prunarum, quas manibus, & pallio tenuit.*

Baron. tom. 8. ad An. 594

108 IN GREGORII PALLIO PRVNAS] *Briecius item Turonenſis Epiſcopus prunas candentes veſtimẽti lacinia excipiens, ſine noxa, per vrbem tulit, vt à falſo ſuperi crimine ſe liberaret.*

109 ALTER IAM IN TERRAS EXTITIT GREGORIVS] *Thamaturgum Gregorium, Ponti Epiſcopum intelligit. nam paullò infra, Gregorium Agrigentinum, ob miraculorum magnitudinẽ Leontius appellat alterum Gregorium Thaumaturgũ.*

110 ECCLESIAM INIBI INSTAVRARE] *ſed à Concilio id fuiſſe decretum, ob Leucij facinus, mox à Gregorio approbatum, narrat apud Surium Metaphraſtes.*

111 ITA LIBELLVM DANT] *Græcus Codex habet,* titulum *de quo iam diximus.*

112 NOSTI IAM DIMIDIAM NOSTRÆ VRBIS PARTEM ETC] *Metaphraſtes Surianus, Leontium ſecutus, locum ait nõ exiguum à ſubdita ſibi ciuitate abſciſſum, Gregorio Pontificem dono dediſſe. non improbauerim, ex prædijs eccleſiæ Romanæ in Sicilia, partem aliquam agrorum Gregorio, eiuſque eccleſiæ à Pontifice datam. ſed vereor ne ſcriptor, ſiue impoſtor quiſpiam rem, dum in maius auget, corruperit.*

113 IMPERATOR IVSTINIANVS] *animum aduerte, poſt Gregorij cauſſam, in Romana Synodo actam, Imp. Iuſtinianum adhùc inter viuos agere, ac proin ſub Gregorio magno illam tranſigi non potuiſſe, quod te ſupra monuimus.*

IMPERATOR GREGORIVM INGREDI CVM EPISCOPIS IVBET INGRESSI TER ETC.] *adulatio temporum, & Epiſcoporum, aulam frequentantium, priſcos eccleſiæ mores protriuere. nam antiquitus Epiſcopi Imperatorem tantum ſalutabant & oſculo excipiebant. ità Amphilochius Epiſcopus Imperatorem Theodoſium, de more ſalutauit, & oſculatus eſt, auctore Theodoreto. Ioannem Chryſoſtomum Epiſcopum, memorat eius vitæ ſcriptor, Imp. Arcadium ſalutaſſe, hunc vero ſubmiſiſſe illi ceruicem, vtique quam de more exoſcularetur. Ad hæc antiquis temporibus, Imperatores magnis honoribus Epiſcopos, ad ipſos accedentes, proſequebantur. quippe magnus Conſtantinus venientibus Epiſcopis occurrit, Gregorius Cæſarienſis. plerique è ſolio deſcendebant, eiſque obuiam procedebant, & caput eorum manibus ſupponebant, benedictionem accepturi, auctor Suidas. Imp. Valentianus, cum S. Martino Epiſcopo de more aſſurgere dedignaretur, ſella diuinitus conflagrauit, itaque coactus non aſſurrexit modo, occurritque viro Dei, & caput manibus eius ſubmiſit, ſed ad genua accidit, eiuſque veſtigijs ſe proſtrauit, Venantius Fortunatus. Euſebiam Auguſtam Conſtantij vxorem aditurus Leontius Epiſcopus, hos expetiuit honores, Epiſcopis exhiberi ſolitos; vt illa, ingredienti Epiſcopo ex ſolio deſcendens obuiam procederet, eiuſque manibus ſupponeret caput, benedictionem accepturа. mox Epiſcopus ſederet, Auguſta verò aſſtaret, ſeſſura cum ille iuſſiſſet. & quidem ingenuum Epiſcopi animum Imp. Conſtantius laudauit, Suidas.*

114

Theod. l. 5. c. 16. Script. vit. S. Ioann. Chryſoſt.

Greg. preſb. Cæſar. apud Metaph. 10. Iulij. Suidas in Leontio.

Venan. Fortun. l. 3. vitæ S. Martini.

IMPERATOR NOVOS SANCIT, SACROSQVE CANONES] *Epiſcopos, Imp. in conſilio adhibito, ſanxiſſe leges, ait Metaphraſtes. porrò cum Iuſtinianus diuerſis Imperij ſui temporibus, Canones, legeſque promulgarit, difficile eſt diuinare, quis fuerit annus, quo nouos hoſce Canones ediderit, dum Gregorius Conſtantinopoli moraretur. Verum eur Canones ſanxerit Iuſtinianus, diuiniſque ſeſe miſcuerit, excuſationem vide apud Baronium, in Annal.*

115

Baron. to. 7. ad An 528.

CONCEDAT IN VRBE] *enimvero Agrigentina.*

116

EPISCOPIS SELEVCIÆ PONTIQVE] *M. S. codex Cephaloedẽſis habet Seleucia, recte. nam mendoſe in Græco Codice, Leucia.*

117

ECCE ENIM DIMIDIAM VRBIS PARTEM] *Agrigenti. huc igitur ſpectabat res, cum Gregorius locum ab Imperatore peteret, condendæ eccleſiæ, Epiſcopio, vt vniuerſa vrbs Agrigenti donata Gregorio, & eccleſiæ Agrigentinæ memoraretur. ægre animum induxerim, vt credam. cenſeo rem auctam in maius, vt paullo ante dixi.*

118

NEQVE VERO PISSIMA AVGVSTA] *qua tum hac fuerit, incompertum mihi eſt. quippe Theodora Auguſta, Iuſtiniani vxor, vt auctor eſt Procopius, obierat, cum imperaſſet annos XXI. menſes III. qui annus*

119

Procop. de bello Gothi.

Digitized by Google

nus imperij Iuſtiniani, & Theodoræ incidit in annum Chriſti 548.

121 CLERVS CVM THVRE, FACIBVSQVE] *vetus mos excipiendi in vrbem Epiſcopi.*

122 POSITA EX ADVERSO SACRAMENSA] *Sacra mẽſa, altare appellatum, quòd in eo corpus Chriſti manducaretur, & calix biberetur. S. Gregorius Nyſſenus hom. de Baptiſm.* Quoniam, & hoc altare cui aſſiſtimus, lapis natura communis eſt, poſtquam autem dei cultui conſecratus eſt, Eulogiamque accepit, eſt ſacra menſa, &c.

123 DÆMONES IN IDOLO EVER, ET RAPS DELITESCENTES] *ſimulacri latibulis incubantes. at qui nam Euer, & Raps? Dæmonum nomina eſſe puto, qui ſimulacro adſidebant.*

124 CVM DIV IAM, PLVRIMOSQVE ANNOS] *inexploratum habeo, quot annos Gregorius ſederit, quoue anno, vita exceſſerit.*

IN PACE TANDEM OBDORMIIT] 125 *atque in vrbe Agrigento, vt hoc loco, paulòque poſt, Lectius ſignificare videtur. Igitur lõge à vero abhorret, q̃ in Cephaloedẽſi Codice aſſutum eſt, tum*] *præfationem in vitam in eius extremo, Gregorium in Hiſpanias pro ſalute animarum, diuinique verbi prædicatione profectum, illic vitam finiuiſſe. Extremis Notis, ad cenſuram reuocandum eſſe duxi inuentarium quoddam S. Gregorij, Epiſcopi Agrigentini, vitaque breuiarium Græce ſcriptum, quod à Germano fratre, Domino Conſtantino Abbate ex Codice Veneto ad me tranſmiſſum eſt. ſed illud latine reddimus, & tum noſtras animaduerſiones ſubijcimus.*

DE SANCTO GREGORIO EPISCOPO AGRIGENTINO

1 VIXIT 1 hic Sanctus Iuſtiniano Rhinotmeto imperante, ortus ex Agrigentina ciuitate Prouinciæ Siciliæ, parentes ei Charito, & Theodora fuere, pij ambo, ſuoque contenti, & omni virtutũ genere præſtantes. Hi in pietatem intenti, octennem puerum ſacris literis imbuendũ tradiderunt. at puer, in ijs capeſſẽdis, adeò ſtrenuus, & impiger erat, vt omnibus eſſet
2 admirationi. XIIX. 2 agens annum, in Clerum adlectus eſt, ac detonſus à S. Potamione. quo in ordine, lectoris munus cum laude obijt, ob vocis elegantiam, ac ſuauitatẽ: cum igitur nocte quadam, humi dormiret, ante lectum Archidiaconi Damiani, ter Angeli voce appellatus eſt, ſicut Samuel; dictumque illi eſt: exaudita eſt oratio tua, de cetero feſtina, & vade. ipſe verò nihil cunctatus, vrbe relicta, Carthaginem delatus eſt, vbi cum diuinitus ad ſe miſſum nactus eſſet Matrem monachum, ſpiritalem magiſtrum, quattuor 3 apud eum manſit annos 4. Deinde vna 4 profecti ſunt Antiochiam; indeque cum magnam ſui admirationem concitaſſet, cæleſti viſu admonitus, Hieroſolymam adorandi cauſſa ſe cõtulit, ibique Diaconus à Macario Epiſcopo Hieroſolymitano creatus eſt. poſt hæc Cõſtantinopolim nauigauit, ad Georgium 5 Patriarcham, quo tempore 6 Synodus cõuocata fuerat contra Sergium, Pyrrhum, & Paulum, quibuſcum congreſſus Gregorius, tum eorum amentiam ſic coarguiſſet, vt ad Imperatorem ipſum eius fama peruenerit, ad veterem Romam denuò contendit, patriæque ſuæ ideſt Agrigenti habendæ regendæ ſuſcepit, eccleſiam illam variis modis illuſtrans, maximaque edens miracula, & pontificalem ornans dignitatem. quo factum eſt vt Sabinus, & Creſcentius, inuidiæ ſtimulis commoti, varijs in eum confictis calumnijs, & criminibus, ad Romanum Pontificem eius nomen detulerint. Is verò ſubdolis accuſatorum verbis inductus, ſanctum virum includi cuſtodia iuſſit, annisque in ea duobus, ac dimidio detineri. vnde tandem Imperatoris mandato emiſſus cum eſſet, vt iudicio vnà cum ſuis accuſatoribus ſe ſiſteret, ſtupenda illa lignorum, carbonumq; prodigia peracta ſunt, Deo ſcilicet famulũ ſuum glorificante. nam impiorum, ſceleſtorumque hominum facies denigratæ, & caligine obductæ fuerunt, adeò vt in hodiernum vſque diem ità naſcantur, qui ab illis genus ducunt. puella verò, quæ ab illis decepta, & in fraudem illecta fuerat, à dæmone aliquãdiu vexata, & caſtigata, protinus in oculis omnium à Sancto liberata euaſit: atque ità vir ſanctus in patriam, magna cũ gloria, reuerſus eſt, vbi maiora in dies ſigna & prodigia peragens, longa ætate pie ad ſummum ſenium deducta, vita excedens, ad Dominum migrauit.

ANI-

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES
IN BREVIARIVM VITAE
SANCTI GREGORII

VIXIT HIC I. SANCTVS IVSTINIANO RHINOTMETO IMP.] *sub eodem Imperatore vixisse Gregorium, tradit Menologium Imperat. Basilij. sed falsò traditum eum ab Epitomaste, tum à Menologio Basiliano. Gregorius enim Agrigentinus, Charitonis, & Theodotæ filius, haud quidem sub Iustiniano Rhinotmeto, sed sub Iustiniano Magno floruit, eorum ex Leõtio Gregorij synchrono, eiusque vitæ scriptore, atque ex Menologio Illustriss. Cardinalis Sirleti. præterea convincitur ex Concilij Oecumenici Constantinopolitani tempore, sub Iustiniano Magno, & Vigilio Papa, anno Christi 553. cui Gregorius Agrigentinus tunc presbyter interfuit, vt tradunt Leontius, Metaphrastes, & Nicephorus Callistus. Iustinianus verò Rhinotmetus CXXX. post annos ab ea Synodo imperium iniit, enimverò iniit anno 685. videre igitur Gregorium Agrigentinum, à Iustiniano primo, ad Iustinianum II. cognomento Rhinotmetum, peruenire non potuisse, nam vixisse oportuit annos fabtem CLX.*

Ceterum quæ caussa erroris huic Breuiatori, scriptoriquè Menologij Basiliani esse potuerit, aperiam. scito, mi lector, sub Imperatoribus Christianis, Gregorios duos fuisse, Ecclesiæ Agrigentinæ Episcopos, vitæ, doctrinaque præstantes, alter floruit Imp. Iustiniano primo, Vigilio Pontifice Romano, interfuitque concilio Constantinopolitano secundo. mox à Pelagio Papa Episcopus Agrigentinus ordinatus fuit. alter vixit. Imp. Constantino Pogonato, Agathone PP. interfuitque Synodo Romanæ, anno 680. itemque concilio Constantinopolitano tertio, ac peruenire potuit ad Imp. Iustinianum Rhinotmetũ, qui IV. post annos, imperium auspicatus est. hunc sane Gregorium, virum doctrina, & sanctitate illustrem fuisse, haud leuibus coniecturis affirmamus: etenim Nicetas presbyter, & Monachus monasterij studij, appellat diuinum Gregorium Agrigentinorum Episcopum, traditque præsentem fuisse Synodo Constantinopolitanæ, sub Imp. Constantino, & Agathone Papa; atque ex toi Patribus, qui huic Synodo interfuere, Agathonem Papam, & Gregorium Agrigentinum, prosè, quamquam falsò, solos citat, vt viros auctoritate, doctrinaque ceteris præstantes. præterea Menologium Sirleti duos etiam Gregorios, sanctitate claros,

Nicet. libello contra latinos apud Hér. Canis. antiq. lect. tom. 6.

commemorat. Primi Gregorij meminit, die 23. Nouembris, his verbis: commemoratio S. Gregorij Episcopi Agrigentini. hic fuit sub imperio Iustiniani, ex vrbe Agrigento pius, atque hospitalis atis, & eleemosynarij studiosissimis parentibus ortus: annos natus decem & octo, desiderio venerandi sancta loca Hierosolyma petijt, ibique à S. Macario Diaconus factus, reuersus est Byzantium: postea Romam venit, vbi Episcopus Agrigentinus creatus est. quo munere præclarè functus, multis editis miraculis in summa senectute migrauit ad Dominum. alterius Gregorij meminit, die 19. Decembris his verbis: commemoratio S. Patris nostri Gregorij Agrigentini. Hunc verò Gregorium esse alium ab illo, ostendit diuersus dies natalis, sub nota eadem commemorationis. Equidem crediderim, Gregorium quem memorat Menologium, die decimo nono Decembris, eundem esse, qui sub Imperatore Constantino, & Agathone Papa claruit, eiusque olim nomen in Tabulas Ecclesiasticas adscriptum fuisse, quam ob caussam, Nicetas monachus diuinum Gregorium nominat. is igitur Epitomastes, & Basiliani Menologij scriptor Gregorios duos, Episcopos Agrigentinos, in vnum confudere, nulla temporum habita ratione, ac primum Gregorium ad secundi tempora retraxere: atque huic, quæ primi sunt, per errorem perperam tribuunt.

OCTAVVM, ET DECIMVM AGENS ANNVM] *at Leontius, Gregorium in clerum adscriptum, memorat, cum duodecimũ ageret annum; cum decimũ octauũ è patria abscessisse. quæ igitur Leontius scribit, haud rectè Breuiator, eodem anno, facta commemorat.*

IV. APVD EVM MANSIT ANNOS] *diuersus est Breuiator à Leontio, qui Gregorium minimè quidem apud Marcum, sed apud senem, solitariam vitam agentem, fuisse commoratum scribit.*

DEINDE VNA PROFECTI SVNT ANTIOCHIAM] *sed aliam itinerum Gregorij rationem Leontius narrat, quem consule.*

AD GEORGIVM PATRIARCHAM] *Georgius Patriarcha Constantinopolitanus præsedit, Imperatore Constantino Pogonato, & Agathone Papa, & æqualis fuit Agrigentini Gregorij secundi. Patriarcha verò Constantinopolitanus, Imperatore Iustiniano, & Vitilio Papa, æqualis Agrigentini Gregorij, primi fuit Mennas.*

QVO

QVO TEMPORE SYNODVS CONVOCATA FVERAT] *Gregorii duo Agrigentini duabus Synodis interfuere: Gregorius primus Synodo generali V. Conſtantinopolitana II. aduerſum Origenis errores, Imperat. Iuſtiniano, Vigilio Papa, anno Chriſti 553. vt dixi: Gregorius II, Synodo generali 6. Conſtantinopolitana III. aduerſum Monothelitas, Imp. Cõſtantinõ, Agathone Papa, anno Chriſti 680.*

ANIMADVERSIONES IN VITAM S. MAXIMIANI EPIS.

GENERE SICVLVS] *Siculum fuiſſe affirmat in Gregorio Ioannes Diaconus. Syracuſanum, Antonius Gallonius. conijcere fortaſſe poſſemus ex Paſtoralis munere, quod Syracuſis geſſit; ea enim tempeſtate Clerus, populuſque, ex ciuibus ipſis ſuis Epiſcopum deligebant; Cleri, populique ſuffragijs renuntiatum, Romanus Pontifex confirmabat, & more maiorum conſecrabat. quem ergo aut expetere Syracuſanus populus, aut eidem dare Pontifex potuit, quàm Syracuſanum hominem, ſanctitatis ſtudijs florentem, reique Chriſtianæ in ea prouincia perneceſſarium? ſed hæc coniectura eſt.*

1 Ioa. Diac. in vita S. Grego. l. 1. c. 33. Ant. Gallõ. reſponſ. ad Monachum benedictinum.

INDVERIT NE HABITVM MONASTICVM] *quem nam? ſane Maximianum exiſtimamus ſeculo renuntiaſſe, virique ſanctiſſimi Benedicti iam tum in Italia exortum, & in Sicilia propagari cœptum ordinem fuiſſe complexum.*

2

IS ENIM EST MAXIMIANVS] *certum eſt Ioanne Diacono, qui hæc ſcribit de S. Gregorio: Monachicum capiens indumentum, primo ſub Hilarionis, deinde ſub Maximiani, venerabilium Patrum, regimine, multis ſibi ſociatis fratribus, regulari tramite militauit. porro D. Gregorius nominare Patres ſolit eſt inſignes virtute Monachos, ſed præcipue Monaſterijs Præfectos. quare ques Ioann. Diaconus Patres Ado Abbates appellat: qui de Gregorio, poſt ſæcularem, ait, habitum multis fratribus aggregatis, ſub Abbatis imperio militauit. ſed in Ioanne Diacono, pro Hilarionis, repone, Valentionis. is enim primus Abbas, & S. Gregorij magiſter fuit. Auctor idem Gregorius in Dialogis. quamquam varient loca, in nomine. nam libro primo Valentinus, libro 3. Valentio, libro 4. Valentius. antiqui verò Codices duo, alter Aſcanij Columnæ, S. R. E. Cardinalis, alter Monaſterij Catinenſis, in omnibus locis, conſtanter habent nomen, Valentionis: vt tradit Conſtantinus Monachus.*

3 Ioa. Diac. l. 1. c. 6.

Ado Martyrolog. ad 6. Idus Martij

D. Gregor. dialog. l. c. 4. l. 3. c. 22. l. 4. c. 2.

Conſtantin. Bellotus in Greg. Mag.

ANTE ANNVM CHRISTI IↃLXXX.] *quot ante annos, (ſane haud multos) Monaſterium Gregorianum Romæ extructum fuerit, incertum eſt. certum, ante hunc annum extitiſſe. ex ipſo Gregorio cognoſcas, qui tradit in Dialogis, Meruli Monachi ſepulturam, poſt annos 14. refoſſam, ſuauiſſimum odorem affluaſſe. Dialog. autẽ Gregorius ſcripſit, Pontificatus ſui anno 4. Chriſti 593. à quo ſi annos 14 relegas, inuenies ante annum 580. Monaſterium conditum fuiſſe. crediderim ædificari cœptũ, anno Chriſti 575. aut eo annorũ tractu.*

4

D. Gregor. dialog. l. 4. c. 26.

MAXIMIANVS IN EO NVMERO SVFFECTVS EST] *difficile eſt diuinare, quot annos à conditu Monaſterij, Valentio Abbas præfuerit, quo vita exceſſerit. certe quidem Maximianus videtur fuiſſe ſuffectus, anno Chriſti 582. ſummum 583. quo anno Gregorius Conſtantinopolim legatus à Pelagio Papa miſſus eſt. à qua legatione, Maximianus ſtatim Abbas à Ioanne Diacono nominatur.*

5

QVOD PLVRES ANNOS] *Maximianum plures annos Monaſterio D. Andreæ in vrbe Roma, præfuiſſe, D Gregorius in Dialogis docet; in quibus, vir, ait, vita venerabilis Maximianus, Syracuſanus Epiſcopus, qui diu in hac vrbe, meo Monaſterio præfuit, narrare conſueuit: &c.*

6

QVO ANNO CONSTANTINOPOLIM PETIVIT, *diſceſſit vrbe Maximianus, opportuno primum tempore ad nauigandum. ſed Baronius in Annalibus tradit, Maximianum D. Gregorio comitem adhæſiſſe, cum is Conſtantinopolim profectus eſt. quod enim Gregorius ſcribit, multos illũ ex Monaſterio fratres eius; germana caritate ſecutos fuiſſe, putat, Gregorium inter alios Monachos ſecum duxiſſe Maximianum. Equidem potius affirmauerim, Maximianum Romæ ſubſtitiſſe, multoſque poſt menſes, ad Gregorium nauigaſſe. idem Gregorius me firmat, qui in Dialogis, dum, ait, iuſſione Pontificis mei, in Conſtantinopolitana vrbis palatio, reſponſis Eccleſiaſticis deſeruirem, illuc ad me idem venerabilis Maximianus, caritate exigente, cum fratribus venit, &c. illuc, ait Gregorius, ad me venit, non mecum, vt dicendum fuerat; ſi eius itineris comes fuiſſet: ex ijſdem etiã Gregorij verbis cognoſcis, Maximianũ Monaſterio Abbatẽ præfectũ, cum Conſtantinopolim perrexit. & item ex Ioan. Diacono docemur. qui cõſtare igitur poteſt, & quidã tradidere, Maximianũ poſt reditũ ex vrbe Conſtantinopolitana, Valentioni, per eos dies de mortuo ſucceſſiſſet nec te moneat, & de Maximiano, dum eſſet Conſtantinopoli, Pelagius*

7

Baron. ad Ann. Chr. 583. & 584.

D. Gregor. præfat. l. 1. dial.

Dialog. l. 3. cap. 36.

Ioan. Diac. l. 1. c. 33.

Pelag. PP. ep. 5 ad Gr.

lagius Papa ad Gregoriũ scripsit extremi literis: Presbyterũ autẽ ad nos trãsmittere Deo iuuante, festina: quia & in Monasterio tuo, & in opere, cui eũ praposuimus, necessarius esse omninò cognoscitur. quibus verbis permotus fortasse Baronius, putauit, Maximianũ Gregoriano Monasterio à Pelagio Prafectũ fuisse, subrogatumq; Valentieni bis diebus vita fũcto. nihil inquam, te moueat, q Maximianus à Pelagio presbyter dicatur, minimè verò Abbas. nã q Pelagius silet, promit Gregorius, à quo Maximianus presbyter, addita etiã appellatione Abbatis dicitur. D Gregorij hæc sunt verba: rẽ, fratres, breuiter referã, quam à viro venerabili Maximiano tũc Patre Monasterij mei, atq; presbytero, nunc autẽ Syracusano Episcopo cognoui &c. an Maximian' presbyter Cardinalis à Pelagio PP. creat? nã ex monasterijs tũc in Clerũ adlegebãtur

SÆVA TEMPESTAS] *hæc desumpsimus ex S. Gregorio in Dialogis.*

S. Greg. dial. lib. 3. c. 36

SANCTISS. CORPVS, ET SANGVINEM DOMINI SVMPSERANT] *Antiquus in ecclesia mos fuit, vt Eucharistia viaticũ esset ad iter. Satyrus, D. Ambrosij frater, ex Africa in Italiã nauigãs, à maris tẽpestate facto naufragio, liber euasit, cum sacrũ illud pro salute viaticũ ferret, nẽpe sacratissimã Eucharistiam, sudario inuolutam, atque custoditam. vide S. Ambrosium oratione in demortuum fratrem.*

S. Ambr. or. in funere fratris.

EX MONACHIS MAXIMIANVM] *Quẽ nouerat, ingenti virtute præstantem, magnorũq; spirituũ. Io. Diaconus de S. Gregorij consiliis, initio Pontificatus sui: Sãctissimos sibi familiares elegit. inter quos Maximianum, Monasterij sui Abbatem, quem Syracusis Episcopum fecit, eique per Siciliam vices suas commisit.*

10

Ioan. Diac. l. 2. c. 11.

11 IN SACRO PALATIO EGIT] *q, nõ obscure, docet Io. Diacon', lib. 1. c. 2. & seqq.*

12 MAGNA VERO FVIT NECESSITAS] *si quispiam discere percupiat, adeat Ioannem Diaconum. lib. 3. c. 7.*

13 LITERAS AD EVM GREGORIVS DEDIT] *quas habes in S. Gregorij Regesto*

S. Greg. l. 2. epist. 4.

14 QVOD GREGORIVS TVNC DECREVIT] *ex Ioãne Diacono cognoscimus, quin ex ipso Gregorio, literis ad Cyprianũ Diaconũ datis, adulta iã indict. 15. vt Episcoporũ conuentũ ad sacra limina, indicendum curaret; quæ scriptæ sunt quinquẽnio post demãdatã Maximiano legationẽ. itaq; si Gregorius Põtifex Episcoporũ Sicilia cõuentum, lege lata prorogauit in quinquennium, eiusq; annus legitimus, ex Gregorij literis ad Cyprianũ, fuit, quo numerabatur indictio 15. legẽa m Gregori' tulerat, indictione 10. qua Maximiano Siciliæ Prouinciam delegauerat. ceterum q in ijs literis, quibus Gregorius vices suas Maximiano cõmisit, nullã extat decretũ, verbũ nullum, de triennio in quinquennium prorogato, alias ea de re literas præscriptas, easque iniuria temporum intercidisse, existimandum est.*

Ioan. Diac. l. 4. c. 25. S. Greg. l. 6. epist. 19.

15 CYPRIANI DIACONI LITERAS] *scriptas quidẽ à Cypriano literas de Maximiani morte ad Gregoriũ, sed nteriisse, ex eiusdem D. Gregorij epistolis colligimus.*

1ª Baron. Notis ad Rom. Martyrol.

OBIIT VIR SANCTISS. AD V. IDVS IVNIAS A. IↃXCIV.] *Baronius ex literis, quibus Gregorius Cypriano respondit, Maximianũ è vita migrasse colligit anno Christi 596. indict. 13. sed iudicio meo, cum annus, tũ indictio falsa est; eqdẽq; S. Greg. litera cõuincunt, nullo. n. modo Maximianus, ex Iulio hac migrasse potuit eo anno, eaq; indictione, q facile cognoscemus, si Gregorij Pontificatus annos, indictionesq; ijs consentientes, numerare velimus, inijt. n. S. Gregorius Pontificatũ, vt Baronius probat anno Christi 590. Septembri mense. indict. 11. quæ cũ ipso Septẽbri incipiebat, eas verò literas, de obitu Maximiani, Gregorius ad Cyprianũ dedit, indict. 13. Februario mẽse vt ex epistolarũ eius Regesto constat. is aũt erat annus à Christi exortu 594 cum quo cõponitur indictio 13. qua eo anno, Septẽbri mense, cœperat. quis nã igitur ex Gregorij literis ad Cyprianum colligitur, de mortuum Maximianũ, anno 596. indict. 13. si nec anno respõdet indictio, nec literis à Gregorio scriptis annus consentit? erratũ cum vidisset idẽ vir doctissimus Baronius, illud in Annalibus suis castigauit. vbi Maximianũ dixit obijsse ait, anno Christi 594. mẽse Nouembri. certe quidem obitus Maximiani is verus est annus, non item mensis.*

Baron. in Ann. tom. 6.

Nã discessit ex hac vita S. Maximianus ad 5. idus Iunias, qui dies cũ Syracusanis Tabulis, tũ Ecclesiasticis factis adscript' est. crediderim, Baroniũ Gregorij literis inductũ, quas de Maximiani obitu, Nouẽbri mense scribit accepisse. is. n. literis appellatus Nouẽber minime quidẽ referendus est ad tempus, quo Maximianus obijt, sed quo Gregori' de eius obitu literas accepit. quorum. n. mensis, quo Maximianus excesserat, a Gregorio repetendus erat, cũ referiberet ad Cyprianum, à quo de morte monitus fuerat? ita verò Gregorij literas ad Cyprianum, ne labare, interpungas: Amarissimas tuæ dilectionis epistolas de Domni Maximiani obitu, mense Nouẽbris suscepi, &c. Ex his igitur literis, si rectã ineamus viã, annum obitus S. Maximiani, & indictionem facile deducemus. natura cõcessit Maximianus 5. idus Iunij, obitusq; eius nuntius ad Gregoriũ perlatus est mense Nouẽbri, indictione 13. igitur ex Nouẽbri si regrediamur ad Iunium, atq; cũ mensibus superiores indictiones relegamus, mense Iunio, adulta iam indict. 12. quæ incidit in annum Christi 594 obijsse S. Maximianum comperimus. Illud ego vehemẽter admiror, in quo egre mihi ipse satisfacio, tarditatẽ scilicet literarũ, quid. n. causæ fuit, vt literas de obitu Maximiani quinto fere post mẽse, à Cyriaco Diacono S. Gregorius acceperit, cum præsertim minus itinere mensis Romã adiri queat? dãnabimus ne Cypriani negligentiã? an importunitatẽ nauigationis, si literæ ma. ieõmissa sunt? verũ si negligẽs Cyprianus fuisset, in cõmonendo Gregorio, de obitu viri carissimi, eiusdẽq; sanctissimi, illius negligẽtiã

is ad-

Digitized by Google

is accuſaſſet literis ſuis. ſed neque id difficultate nauigationis fieri potuit. quod enim opportunius ad nauigandum tempus Iunio, Iulio, Auguſto, Septembri, Octobri menſibus? quo igitur caſu factum putabimus, vt Cypriani literæ adeo tarde ad Pontificem venerint?

Sed ea eſt cauſſa, cur ſcriptæ reperiantur à Gregorio ad Maximianum epiſtolæ duæ poſt eius obitum, quæ ſunt 36. & 42. libri 5. indict. 12. itemque 3. (ea non exſtat) vt ex epiſtola 11. libri 6. colligitur, indictione 13. exoriente. quod Gregorius nondum, acceptis Cypriani literis, felicissimã Maximiani mortem cognouiſſet, ſed in Prouincia adhuc ſuperſtitem crederet. eadem eſt cauſſa cur Maximianum Epiſcopum viuere, ac ſupereſſe Gregorius dicat, dum Dialogos ſcriberet, quos ab exceſſu Maximiani compoſuiſſe, certum eſt. obijt enim Maximianus indictione 12. Gregorij Pontificatus anno 3. præcipitante. Gregorius verò Dialogos ſcripſit, anno Pontificatus ſui 4. & indictione 13. exorientibus. quod ex Dialogo 4. plane cognoſcitur cum peſtilentiam, quæ eo anno vrbem afflixit, quo Gregorius B. Petri purpuram induit, ante triennium graſſatam eſſe confirmat: à peſte igitur numerabatur annus D. Gregori Pontificatus, quo is Dialogos ſcripſit.

Greg. dial. l. 1. c. 7. & l. 3. c. 36.

l. 4. dialog. c. 26. & 36.

ANIMADVERSIONES IN VITAM S. IOANNIS EPISCOPI

1 INTEREA SYRACVSIS CONVENTVS AGEBANTVR] *is cum mos eligendi Epiſcopos: Cleri, populique ſuffragijs delecti, à Romano Pontifice confirmabantur, & conſecrabantur.*

2 POST QVINQVENNIVM] *ex S. Gregorij lege, de qua diximus notis ad vitam S. Maximiani.*

3 IN CALCEIS CAMPAGIS] *Campagi calceamenti genus, inquit Papias, quo vtebantur Diaconi Romani vel quibus à Pontifice licentia darentur. plures habebant corrigiarum implicationes, ideoque Campagos reticulos vocat Trebellius in Gallienis.*

4 IOANNEM EPISCOPVM PROPHETIÆ SPIRITV CLARVM] *qua de re, in vita S. Zoſimi Epiſcopi, inſigne teſtimonium habes.*

5 INTER MONACHOS CERTARETVR] *is pro eo auo mos, Abbas ex cœtu Monachorum, eorumdem ſuffragijs deligebatur: interdum verò eius delectus ad Epiſcopum delatus.*

ANIMADVERSIONES IN B. IOANNEM

1 EO TEMPORE, ETC.] *Dagobertum Regem Francorum, anno Chriſti 647. obiiſſe, tradit Baronius: Alij 645. quæ verò de B. Ioanne commemoramus, habet Aimoinus Monachus de rebus geſtis Francorum.*

Aimon. l. 4. c. 34.

2 DEFENSOR PICTAVIENSIS ECCLESIÆ] *Defenſores, qui cauſſas Eccleſiarum, & pauperum defenderent, in Prouincias à Romano Pontifice mitti ſoliti, qui Apoſtolica Sedis opem implorantibus ſubuenirent. de Defenſoribus plura Baronius in Annalibus eccleſiaſticis.*

Baronius ad Ann. 198. tom. 8.

3 AD QVAMDAM BREVEM INSVLAM] *paruulam Inſulam eſſe cenſuerim, in ore litoralimentis Aetnæ, Xiphonium Promontorium inter, & Cyclopum ſcopulos, cuius ambitus P. M. ferme CC. funda iactu, diſtat à litore, ſed aliæ etiam ſunt paruulæ inſulæ circa Siciliam, nihil igitur hic ſtatuo.*

D Greg. l. 4 dial. c. 30.

4 EADEM E CORPORE EXIERAT HORA] *ita etiam eodem die, & hora, qua Theodoricus Rex Arianus Romæ è vita exierat, S. Launoni in inſula Lipara oſtenſus in ollam Vulcaniam iactari, D. Gregorius. S. Launonẽ verò Monachũ fuiſſe Anachoretam illũ, de quo Gregorius, alibi dixi.*

5 AD VVLCANIA LOCA] *vel Vulcanum inſulam, in quam iactatus eſt Theodoricus, vel Aetnæ crateres accipio, quæ, quod olim Vulcano ſacra, Vulcania dicta, creditaque antiquis Vulcani officina, vbi fulmina Ioui fabricaretur.*

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES IN VITAM S. ZOSIMI EPISCOPI

1 ILLVSTRIS HODIE] *Laudationem hanc S. Zosimi Episcopi accepimus ex M. SS. Codd. Ecclesiæ Bouinensis. habemus item S. Zosimi vitam, in lectiones distributam, ex duobus libris Syracusanis, Manu exaratis, altero Andreæ Curtopassi, Canonici ecclesiæ Syracusanæ, altero Ioseph Madrensij I. Con. sed vtraque manca est, & decurtata: sed Bouinensis integra. omnes ex Græcis fontibus translatas ex ipso stylo, & phrasi quiuis cognoscat. dictionem paululum perpolimus. meminere D. Zosimi veteres Encomiastes Syracusanus, Martyrologium, Græcorum Menologia, & Menæa, in quibus eius acta breuiter scripta sunt.*

Encomiast. Syrac. laud. in S. Marcianum. Mart. Rom. 3. Kal. Apr. Menol. Sirl. eodem die. Menæa ad 12. Kal. Februarij.

2 PATER NOSTER SANCTISSIMVS ZOSIMVS] *viri Syracusani laudationem hanc esse, cum ex hoc loco, tum ex alijs cõsequentibus, plane omninò conuincitur. Philippus Ferrarius tradit, Vitam hanc S. Zosimi scriptam esse à B. Elia, Episcopo Syracusano, D. Zosimi successore. sed id arbitratu suo dicit, testimonijs inductus, quibus vita scriptor sæpenumero vtitur. ceterum quisquis fuerit scriptor, a S. Zosimi quo haud multum abfuit. certum ex consequentibus verbis, quibus plerosque senum, Zosimo superstites, alloquitur: decedentibus enim omnibus (ex exemplari verba recitamus) & morte interceptis, qui eius vel vitam, vel signa præ oculis habuere; futurum nos erat latere tanti thesauri virtutum illius copiam: & vos silentij negligentia oppressi prætereibatis, qui aliquid senectutis longæuitate, memoria retinere potestis miraculorum eius; solum virtutum sanctitatem eius mirantes, & pro magno habentes, &c. & paullo post, meruimus immerito, nostris temporibus, signifero, & viuificatore Patre Zosimo frui. Encomiastes igitur dum ætate grandiores alloquitur, qui miracula à S. Zosimo edita solum memoria retinerent, nec dum ea literis consignata commemorat; aliquo annorum interuallo à S. Zosimo abfuisse docet, ac proinde ex ipsa loquendi ratione, Vitæ scriptorem esse non posse S. Eliam, D. Zosimi Archidiaconũ, eiusque demortui successorem; imò etiam Orator Eliæ narrationem referens alium se ab illo esse prodit.*

Philip. Ferr. in catal. SS. Italiæ mense Martio.

3 DIXIT ENIM E PATRIBVS QVIDAM] *quis hic fuerit, incertum est.*

4 SALOMON TRINOMIOS] *tribus nominibus diuersis appellatur præfixis titulis in tres libros suos, Prouerbia, Ecclesiasten, & Canticum Canticorum. lege Originem præfatione in Cantica Canticorum.*

5 A MONASTERIO SANCTÆ, SEMPERQVE VIRGINIS LVCIÆ] *Quod Monasterium indubitato extitisse censemus eo loco situm, vbi S. Martyris Luciæ vetus sepulchrum, saxo incisum, visitur, & colitur in hanc vsque diem.*

6 QVOD ENIM ATTICE] *Gloßema latini interpretis hoc quisquam fortasse putauerit; sed nos ab eodem perperam redditum censemus. certum est enim, Encomium ad conuentum Syracusanum Græce habitum, cuius lingua tunc in Sicilia vsus. Encomium autem Græce dictum, scriptumque præter phrasim, vt superius dixi, multa vocabula, quæ latinus interpres retinuit, ostendunt. Qualia sunt.* Salomon Trinomius; Sanctus in sanctis Faustus; Sanctus in sanctis Zosimus; Theodorus, ter beatissimus Papa Romanus; Fortunatus Deo amabilis Diaconus, Papa Marcus *pro* Pater, Archisacerdotiũ; Psiathon *pro* Storea, Myocephalõ *pro* cõpressione capitis. *præterea in Encomio, S. Zosimus allocutus dicitur Abbatem Paulum, Romano sermone; enimverò præter patrium morem; & communem vsum Græce loquendi. quid enim notasse oportuit, Zosimum latine locutum, si tum Syracusis omnes latine loquerentur? igitur ex Græca dictione, ac vocabulis, quæ retinuit interpres latinus, satis constat Encomium Græco sermone habitum ad populũ, & in latinum ex Græco versum.*

7 INEXTINCTAM AD EX. VSQVE VIT. SERVANS VIRGINITATIS LAMPADA] *Encomiastes Syracusanus de S. Zosimo; Apostolorum, ait, Angelorumque æmulus ità vixit, vt carnis expers Angelus in corpore videretur, &c. id ab Encomiaste dictum, quod Zosimus studiosissime Virginitatem perpetuo coluerit.*

Encomiast. laudat. in S. Marcianum

8 CVSTOS PRETIOSI LOCVLI S. V. LVCIÆ CONSTITVITVR] *vetus mos, vt sepulchris custodes ad tutelam adhiberentur. Propertius.*

Propert. l. 3. eleg. 4.

Affert hæc vnguenta mihi, sertisque sepulchrum
Ornabit custos ad mea busta sedens.

ab Ethnicis ad Christianos potiore religionis iure, mos transijt. custos verò sepulchri, itemque Ecclesiæ fuit. paullo post; vno Zosimo ad Ecclesiæ, loculique S. V. Luciæ custodiam relicto. & mox de eodem ostiarius templi custos a S. Gregorio in

Dialo-

Digitized by Google

Dialogis custos, idemque Mansionarius sæpe dicitur.

9 CVIVS VT VITAM, MORESQVE EST IMITATVS] *eximium testimonium hoc est, magnumque S. Fausti sanctitatis elogium; eius æmulum, atque imitatorem fuisse D. Zosimum qui à scriptoribus omni virtutum genere cumulatus prædicatur.*

10 SACRVM EIVS SACERDOTIVM] *Episcopatum D. Ambrosius: cum iam effugere non possimus officium docendi, quod nobis effugientibus imposuit sacerdotij necessitudo. & ad Felicem, Episcopum Comensem: suscepisti gubernacula summi sacerdotij. D. Hieronymus ad Asellam: omnium pene iudicio, dignus summo sacerdotio decernebar.*

D. Ambr. de off. l. 1. c. 1. l. 8. ep. 1.

D. Hieron. epist. 99.

11 A S. ET VENER. VIRO IOANNE EPISC.] *S. Ioannes in Episcopatum Syracusanum successit S. Maximiano, illi B. Petrus, huic S. Zosimus, illustris quadriga Episcoporum.*

12 PATRICIA QVÆDAM NOMINE DOMNINA] *Patriciatus dignitas in fœminas etiam collata. Iornandes: Germanus Patricius, fratruelis Domni Iustiniani Imperatoris, Mathasuentam in cõiugio sumens, Patriciam ordinariam fecit. id est maiorem, & primariam. dignitatem enim Patriciatus erat maior, & minor.*

Iornan. hist. Gother.

13 PRESBYTER EST ORDINATVS] *vetus institutum fuit vt Monachi, Ecclesiæ bono, ad Clerum adlegerentur. ità etiã Cosmas ex Monacho eiusdem Monasterij S. Lucię à S. Maximiano in Ecclesia Syracusana factus Subdiaconus, mox à S. Io. Episcopo in possessione Iuliana Presbyter ordinatus dein in eamdem Ecclesiam restitutus, & Presbyterum Cardinalem constitui à S. Gregorio Papa iussus.*

D. Grego. l. 11. ep. 36.

14 AD EXCELLENTEM SVMMI SACERDOTII SEDEM] *Summum sacerdotium, Episcopatus, summus sacerdos Episcopus. Tertullianus: ius habet dandi baptismum summus sacerdos, qui est Episcopus; dehinc presbyteri, & diaconi, sed non sine Episcopi facultate. Damasus Papa Prospero in summis sacerdotibus, id est Episcopis.*

Tertull. l. de bapt. c. 17.

Damas. PP. ad Prosper.

15 PETRO QVODAM SANCTO EPISCOPO ETC.] *Petri Episcopi sanctitate præstantis, & acta, & memoriam deperijsse dolemus. hoc enim loco vox, sanctus, minime quidem titulus est dignitatis, sed elogium vitæ videtur.*

16 CVMQVE CLERVS, ET POPVLVS] *ad quos Episcopi delectus ea tempestate spectabat.*

17 RECVSABAT ILLE] *Episcopi antiquis moribus, non nisi recusantes ad id fastigij prouehebantur. D. Clemens de Episcopo, tantum ab ambitu debet esse sepositus vt quæratur cogendus, rogatus recedat, instatus, refugiat, & paullo post: profectò indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus. D. Gregorius: non vt quidã vim fecit, vt Episcopus fieret; sed ipse vim passus est, vt Episcopatum coactus acciperet.*

Clemẽs ep. 1. ad Iacob. fratr. Dom. D. Cypr. l. 4. ep. 2.

SVB THEODORO TER BEATISSIME PP.] *Theodorus creatus est Pontifex ad 7. Kal. Decembris, anno Christi 641. obijt pridie Idus Maij, anno 649. igitur hoc annorum tractu, à Christi anno 642. ad 648 Zosimus à Theodoro Papa Episcopus ordinatus est.* 18

QVIQVE GREGEM SVVM, ETC.] *idem D. Zosimo testimonium dicit Encomiastes Syracusanus, laudatione in S. Marcianum: Zosimi benignissimi, qui Ecclesiasticum gregem pulcherrime gubernauit, eleemosynisque, & orationibus, continentia multa, & vigilijs vitam suam exornauit, &c.* 19

VNDE PENVLAM TVAM] *eo ævo, penula in communi vsu fuit, sed forma, seu materia, seu colore distincta, pro cuiusque fortuna, ac dignitate. nunne penula, iam inde ab Apostolis, in amictu Episcoporum fuit? nam Paulus Apostolus ad Timotheum scribit, penulam afferret suã Troade relictam. quo loco legitur* Phænone *quã vocẽ eadem acceptione reperies apud Codinum libro de officijs Constantinopolitanis: sed alij reponunt* Phænole, *nam* Phænone, *theca est. vestis autem* Phænole *Athenæo, & Polluci:* Phænole, *Suidæ dicta. penulam verò vestem apud D. Paulũ accipiunt, Tertullianus, Hieronymus, Ambrosius, Sedulius, Anselmus. quoniam verò D. Hieronymus* Phenolem, *Apostoli Paulipenulam, seu lacernam interpretatur, ex eo subibat animum cogitatio, esset ne eadem penula Episcoporum, qui birrus. nã penulam, vt obseruat Isaacus Casaubonus, Græci* Berion, & Birum, *Latini birrũ dicunt. Pontius in vita S. Cypriani Martyris, vtrumque,* Lacernum birrum *coniungit;* ibi se lacerno birro (*Cyprianus Episcopus* expoliauit, & genu in terram flexit. *&c. ex vtroque autem loco Cypriani, tum Zosimi, penula & birrus exterius indumentum fuit. hæc diximus, vt à viris doctis exquireremus, an penula, seu birrus ab Apostolis, vsque ad tempora S. Zosimi, Episcopis in vsu fuerit. vide si lubet, Aduersaria sacra Ludouici de Lacerda c. 31. 1. & c. 36. num. 12. & 76. num. 4.* 20

S. Paul. epist. 2 ad Timot. cap. 4. Athen. l. 3. Pollux Onomast. l. 7. Suidas. Tertull. l. de orat. c. 12. & de Cor. mil. cap. 8. D. Hieron. dial. 3. aduers. Pelag. cap. 1. Casaub. Notis in Spart. Pont. in Cypriano.

AD EPISCOPI PEDES ACCIDIT] *Episcopis is honos à Christianis semper est habitus, vt ad eorum pedes venerabundi procumberent. D. Hieronymus ad Sammachium, de S. Epiphanio Salaminæ Cypri Episcopo, cum ad eum omnis ætatis, & sexus turba confluaret, offerens paruulos, pedes deosculans, fimbrias vellens. &c. D. Augustinus; ad Ecclesiam curris, Episcopum videre desideras, ad eius pedes volutaris.* 21

D. Hieron. Epist. 6.

D. Aug. ser. 18. de verb. Apost.

VT PAPA MAVRVS REFEREBAT] *honoris hoc loco nomen. Valfridus Strabo. Papa transijt in dignitatis nomen, vt Clerici venerandi, eodem nomine appellarentur. Papa autem Græcis, idem Latinis, qui Pater.* 22

TEMPLVM RENOVAVIT] *nunne illud Vandali, direptis Syracusis, deformem anti-* 23

Digitized by Google

marantè huc ierim; nam Synagogam Hebræorum dudum à Vandalis euerſam, mox Encomiaſtes *dicit.*

24 HEBRÆI QVIDAM ADVENÆ ..... ÆDIFICARE SYNAGOGAM VOL.] *ſtatuerant Chriſtiani Imperatores, Synagogam Iudæorum reparari, nouas neutiquam exſtrui. Honorius, & Theodoſius AA. Florentio PP. præcipimus, ne qua Iudaica Synagoga, in nouam fabricam ſurgat; fulciendi veteres permiſſa licentia, quæ ruinam minantur. Eiuſdem legis meminere S. Ambroſius, & Caſſiodorus.*

Cod. de Iudæis & Cæleol. leg. 17 D. Ambroſ. ep. 17. & 18. Caſſiod. l. 4. epiſt. 43.

25 SYNAGOGAM DVDVM A VANDALIS EVERSAM *Imperante Caligula eum D. Marcianus in Siciliam à Petro Apoſtolo miſſus eſt, Synagoga Hebræorum fuit ad antra Pelopia, quæ hoc ævo, Cryptæ S. Ioannis, extra inſulam, & in extrema Acradina, ſupra minorem portum. fuerit ne hæc Synagoga, à Vandalis euerſa, ãbig uus animi ſũ. ſed illuderuimus ex hoc loco. Syracuſas inſignem aliquam cladem perpeſſas à Vandalis, quam nullus ſcriptorum, quos legerim, memorat.*

26 DOMINI IMPERATORIS) *Imperatoris Conſtantis, cuius temporibus, Zoſimus Pontificatum inÿt, expleuitque. cubicularij, qui cubiculum Imperatoris procurabant. at quorſum Eupraxius cubicularius Syracuſis agebat? in exemplari ità ſcriptũm eſt: Eupraxius quidam cubicularius Domini Imperatoris, cubiculorum imperialium diſpenſationem exercens Syracuſanorum ciuitatis, cum vniuerſa inſula, egreſſus à conſpectu Regalis poteſtatis, &c. igitur Eupraxius cubicularius ab Imperatore miſſus, vt fiſcales Principis reditus in prouincia procuraret: poſt Eupraxium, Syracuſis reſediſſe, comperio Vaanum cubicularium, & Imperatoris chartularium, ad quem exſtat epiſtola Vitaliani Papæ, anno Chriſti 668. Nouella 25.* Chartularios ſacri cubiculi *appellat, quod Principis conſtitutionibus ſubſcriberent, vt obſeruat Iul. Cæſar* Bulengerus, *in Imperatore Romano, vbi plura de cubicularijs.*

Vital. PP. 106 2. concilior.

Buling. in Imp. Rom. l. 2. c. 27.

27 TEGETE SVBSTRATA, SCRVTISQVE TECTVM] *è virum Apoſtolicam, pro Chriſto egenum, ſed in paupertate ditiſſimum. in exemplari ita erat:* inuenit eum grabato recubantem, pſiathon tantũ habentem ſubſtratum, & ſcilluras penitus inutilium veſtimentorum, *& rurſum:* poſt dies paucos, veniens cubicularius, inuenit ſuper ſolitum pſiathon cubantem. *ſuperius monui, laudationem è Græco verſam in latinum, ac pleraque Græca vocabula in ea ab interprete relicta.* pſiathon *autem, ſtratum ex intextis iuncis fuit, vt teges, & matta: Heſichius*, pſiathus, lectus humi ſtratus, & frutex, ex quo plectitur. *Iſidori gloſſæ:* pſiathium, matta. *Gloſſæ Vett.* Pſiathos teges, terratoria, matta. *terratoria autem dicta, quod terræ ſternebatur. Vita S. Pachomij:* inueniens fratrem, qui coquinæ præerat, pſiathos ideſt tegetes operantem, quas mattas vulgus aupeliat, *&c. cetes rum S. Zoſimus ex Monacho Epiſcopus, & vir ſanctiſſimus, retinuit Chaumenias ſuas, & humicubationes. Monachi verò vitæ ſeuerioris, humi cubare ſoliti, ſuper ſtratis ex iunco. D. Hieronymus de Sancto Hilarione.* ſuper nudam humum, ſtratumque iunceum, vſque ad mortem cubauit. *idem de pluribus ſanctis Monachis, in vitis Patrum leges.*

Neſcich. Iſid. gloſſ. Gloſſ. Vett. Auct. vit. S. Pachom. in vitis Patrũ

Dr Hier. Hilarione.

28 SVMMVM SACERDOTEM *in exemplari: hortatus ſanctiſſimum Archidiaconum Eliam, Archiſacerdotium ei tradidit & populi Præſulatum. Archiſacerdos, princeps ſacerdos, Epiſcopus. D. Auguſtinus: quid eſt Epiſcopus, niſi primus presbyter, hoc eſt ſummus Sacerdos. Epiſcopus autè princeps presbyter dictus, vt à reliquis presbyteris diſtingueretur, qui interdum ſecundi ordinis Epiſcopi, ideſt Coepiſcopi dicti. Sidonius de Claudiano, Germano fratre Mamerci, Epiſcopi Viennenſis.*

D. Aug. in quæſt. 10. ex vtroq; miſſis

Antiſtes fuit Ordine in ſecundo,
Fratrem faſce leuans epiſcopali.
Nam de Pontifici tenore ſummi,
Ille inſignia ſumpſit, hic laborem.

Concilium Neocæſarienſe: Vicarij autem Epiſcoporum, quos Græci coepiſcopos vocant, conſtituti ſunt ad exemplum LXX. ſeniorum. Conc. Antiochenum: Vicarijs verò Epiſcopis, qui à Græcis coepiſcopi vocantur, formatas facere liceat.

Cõc. Neoc. can. 13. Cõcil. Ant. can. 8.

29 POPVLI PRÆSVLEM PRONVNTIAVIT *interdum, dum ſupremum diem obiret Epiſcopus, vel de ſua ſententia rogatus, vel diuinitatis inſtinctu. (vt hic de S. Zoſimo habes, & de S. Sabino Epiſcopo Catanenſi, in vita S. Leonis, Catanæ item Epiſcopi) ſucceſſorem renuntiabant, quem dein Clerum, populumque ſuffragijs etiam ſuis comprobaſſe crediderim.*

30 TRADIDIT SPIRITVM] *90. annos natus. ſedenim Zoſimus ſeptennis in Monaſterium S. Luciæ à parentibus abditus: in eo exegit annos 30. præfuit Abbas XL. Epiſcopus 13. obÿt ferme ſub annum Chriſti 656.*

31 POPVLI DEFENSOR] *populi defenſores ijdem, qui Græce Syndici. Conſule Guidum Pancirolum, de Magiſtratibus Municipalibus.*

Pancirol. de Mag. Mun. cap. 9.

32 DESTINATO TANDEM IN LOCO COLLOCARVNT] *S. Zoſimi Epiſcopi corpus fama eſt, in Eccleſia D. Luciæ, extra Syracuſas conditum in ſacello, quod ei dicatum, à læua abſidis, ad meridiem. affirmare non auſſim. imm improbare. nam ea eccleſia haud vetus, vt dixi in Notis ad martyrium D. Luciæ, ex Græco verſum. brachium D. Zoſimi, argento ineluſum in eccleſia Syracuſana ſeruatur.*

33 OLEO LYCHNORVM ANTE SACRVM LOCVLVM] *priſci ij honores Sanctorum corporibus, ac ſepulchris exhibiti; Diuo Zoſimo haud multis poſt eius exceſſum annis tributi, vt ex narratione miraculorum, extrema vita cognoſcimus Sollemne de Sancto Zoſimo officium in eccleſia*

Digitized by Google

Eccleſia Syracuſana, poſteaquã à Rogerio Comite, pulſis Sarracenis, reſtituta eſt, olim peragebatur. exſtãt Hymni, Antiphonæ, & Reſponſoria, ex eius vita deſumpta, deſcriptaque, vt barbara ferèant tempora. Hymnos exſcribo.

In 1. Veſp. GAude, felix vrbs Syracuſia,
Tanti Patris dotata gloria:
Præſens tecum mater Eccleſia
Ipſi, cuius adſunt ſollemnia,
In concordi mentis melodia,
Promat nouę laudis præconia.
O præclara Sacerdotum Chriſti natalitia,
Quibus Zoſimum adſcripſit in cæleſti curia
Lux virtutum, norma morum, vitæ ſanctimonia.
Inter quorum glorioſa poſitum conſortia,
Aduocatum ſentiamus in Dei preſentia.
Lætare, vrbs Syracuſia, ſedes SS. Præſulum,
Quorum ſacra patrocinia tuentur tuum populum.
Ergo B. Zoſimi laus, hymnus, & melodia,
Oris, vocis, & animi feſtiuet hæc ſollemnia.
Vrbs inſignis Syracuſia, Zoſimi per merita,
Tanti Præſulis perfuſa gratia gratuita,
Ore, voce, mente pura, recole ſollemnia.
Cuius ope, dulatura conſequeris præmia.

Inuit. ad Matutinum. SVmmo Patri modulemur melos cordis intimum,
Qui honore Præſulari decoranit Zoſimum,
Inter cæli laureatum agmen candidiſſimũ.

Añ. j. Noc. Plebs fidelis, plebs deuota vrbis Syracuſiæ,
Funde digna cordis vota, plauſibus lætitiæ:
In hac die, mentis piæ ex affectu intimo,
Pſallit, gaudet chorus plaudens pio Patri Zoſimo.
Hunc exornat morum forma, honeſtatis titulus,
Hunc inſignit legis norma, virtutumque cumulus.

Reſponſ. j. Noctur. Vt ætatis ſuæ puer vtitur ſeptennio,
Ad exemplum Samuelis diuino præſagio,
Hunc parentum pia mẽte obtulit deuotio,
Templi celebris Luciæ Virginis obſequio.
Huius Sãctæ zelans florem illibati corporis,
Dum aſpirat ad decorẽ purpurati pecteris,
Eſt adeptus hunc fulgorem cumulandi decoris.
S. Fauſtus, Pater ædis, & àdiutrix dextera,
Aemulanti ſanctos actus, & ſanctorũ opera,
Sacræ Martyris commiſit pretioſa funera,
Per virtutem Dei Patris, mundo ſalutifera.

Antiphona ij. Noctur. Cibus ei, verbum Dei, potus eſt oratio,
Strati cura, mens eſt pura; tegimen dilectio.
Carnis fluxum ſtringit ....zona continentiæ
.-.-.-.-.-.-.-.- ne ruinam ferat pudicitiæ.
Mundum ſpernit, & ſecernit mentem ab illecebris.
Tuba clangit, & vas frãgit Gedeon in tenebris.
Lux apparet, & fi c claret dux triumphi celebris.

S. Fauſtus cunctæ carnis viã vt ingreditur, Reſponſ. ij. Nocturn.
Quem aſſumat in paſtorem gregis mens ſuſpenditur.
Ad Ioannem vrbis Patrem tendit, Abbas petitur:
Sed, quẽ ſpreuit, Dei nutu, Zoſimus eligitur.
Quanto gradu dignitatis, eminet pcelſior,
Tanto nutu caritatis, cunctis eſt humilior.
Quo interno mens affectu affluebat purior,
Geſtu, verbo, & aſpectu, effulgebat gratior.
O laudanda, ò mirãda virtus huius Præſulis,
Donans ſignum, laude dignum, ſeculorum ſeculis.
Qui ad inſtar Præcurſoris, protectis luminis
Prodit virum, & accerſit reuelatum numine.
Certat Clerus, plebs contendit optione copia; Antiph. iij. Noctur.
Cui præſtentur Præſularis apicis inſignia.
Vox ſopitur apud Patrem Sedis Apoſtolicæ:
Poſt laborem præiulatur Zoſimus mirifice.
Nam Eliam vrget furor Iezabelis impiæ,
Vox ancillę Petrum vexit principẽ Eccleſię. Reſponſ. iij. Noct.
Sublimatus vitæ fama, geſtorumq; ſpecula
Præſulari vir inſignis inſignitur infula,
Per quem ſigna ſanctitatis fulgent, & miracula.
Dignum clamat Pręſulem Clerus, & gens incola.
Iam inſudat vigilanter Pręſulis officio.
Nón exponens ſe torpori, ne torpeſcãt otio
Ad vſuram tradita talenta à numulario;
Quę reportat augmẽtata duplici cõmercio
Vt cuiuſdam releuaret pauperis inopiam,
Qua ſe tegit, vendi iubet Pater veſtem propriam,
Dum remordet ſui Scribæ morã, & deſidiã,
In momento vir ignotus offert auri copiã.
Inuitatur ad ſponſi nuptias cultor agri Patris familias; Antiph. laude
Nam deponens carnis exuuias, vitæ ſtolas ſumit eximias.
Dum triturat meſſem in area, fructu replet Domini horrea
A caula lupos, vulpes à vinea arcet, tractans arma ſiderea.
Vt ſe videt à mundo exulem fore, ſanctum eligit Præſulem.
Nẽ luporum in morſus grex in præceps efluat.
Benedicat Deum Patrem trina mundi machina,
In quo Zoſimus exultat inter cæli agmina.
Laus decora Saluatori reſonet per omnia,
Per quẽ viget in hoc loco Zoſimi memoria.
Alme Præſul Zoſime, iubar Sacerdotum, Ad Benedictionem.
Auge mores, reprime vitiorum motum,
Serua Clerum, protege populum deuotum,
Et in bonum dirige vtriuſque votum.
Aue Pater, & paſtor optime, In ij. Veſp. ad Magn.
Noſtra ſalus, & vita Zoſime.
Præſta nobis medelam animæ,
Fuga peſtem, & morbos adime.
Et qui plauſu laudis vberrime
Te attollunt, à malis exime.

ANI-

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES IN S. ELIAM EPISCOPVM

ELIAS EPISCOPVS] *qua de S. Elia Episcopo memoramus, ex vita Sancti Zosimi excerpsimus. cetera ignoramus. colitur Syracusis S. Elias Episcopus 26. die Augusti.*

ELIAS A SANCTO VITALIANO PP. EPISCOPVS CONST.] *quod plane conficitur ex tempore Episcopatus Sancti Zosimi, quem injit ordinatus à Theodoro PP. is pontificatum cœpit, anno 641. 25. Nouembris expleuit anno 649. pridie idus Maij. Zosimus igitur hoc annorum tractu sedem tenuit, ab anno 642. ad annum 648, sedit verò annos 13. dimus cœpisse anno 642. exiisseque è vita, 13. post annos. excessum eius contigisse reperimus, anno 655, quo anno Vitalianus Pontifex creatus est, pridie Kal. Septembris, præseditque Ecclesiæ ad annum 669. quo migrauit è vita 6. kalendas Februarij. quamquè verè daremus Zosimum sedem cœpisse, anno 648. obijsseque 13. post annos, ideſt anno 661. adhuc ordinatio S. Eliæ in Vitaliani PP. tempore incidit. quin etiam & mors. nam anno 668. Syracusis erat Episcopus Georgius, ad quem eo anno data ſtis litera Vitaliani PP. ante Georgium sederat Theodorus, annos fere duos ex Catalogo Episcop. Syracusanorum. igitur S. Elias à Vitaliano PP. certo ordinatus Episcopus, eodemque Pontifice in cœlum migrauit.*

Digitized by Google

SANCTORVM SICVLORVM INDEX ALPHABETICVS

COMPLECTENS NOMEN, PATRIAM, TEMPVS, DIEM Ipſorum memoriæ ſacrum, Tomum, ac Paginam, vbi de illis agitur. Quidquid hic certum, dubiumue ſit in Animaduerſionibus explicatur.

NOMEN	PATRIA	ANNVS Chr.	Dies feſtus,	Tomus vbi vita.	Folium vbi Animad.	
Adrianus M.	.....	383	21 Oct.	1	169	143
Æſia M.	Tauromenium	90	7 Iunij,	1	23	19
Agapius M.	Antiochia	284	24 Ianuar.	1	90	66
Agatha V. & M.	Panormus vel Catana.	253	5 Febr.	1	47	37
Eiuſdem Translatio	.....	1126	17 Aug.	1	53	46
Agatho M.	.....	....	5 Iulij	1	123	104
Agatho Papa	Panormus	682	10 Iunij	2	1	1
Agrippinæ V. & M. Translatio	Roma.	261	17 Maij	1	79	61
Albertus Confeſſ.	Drepanum vel Eryx	1300	7 Auguſti.	2	219	72
Alphius M.	Præfecta in Vaſconia	253	10 Maij	1	65	51
Eiusdem Translatio	....	1517	2 Sept.	1	72	
Ampelus M.	Meſſana	304	20 Nouemb.	1	122	
Andreas M.	Syracuſæ	...	23 Sept.	2	19	20
Angelus M.	Hieroſolyma	1220	5 Maij	2	184	64
Angelorum Septem Inuenta Imago.	Panormi	1516	29 Septembr.	2	266	92
Antia M.	Roma	140	18 April.	1	38	27
Antonius M.	Syracuſæ	....	23 Septemb.	2	59	20
Artheon M.	.....	...	15 Iunij	1	123	104
Athanaſius Epiſc.	Catana	885	29 Iulij	2	52	18
Attalus Abbas	Tauromenium	...	3 April.	2	32	
Attalus M.	Catana	...	31 Decemb.	1	123	104
Auguſtinus Nouellus	Thermæ Himerenſes.	1309	19 Maij	2	226	79
Aurea V. & M.	....	383	21 Octob.	1	169	143
Babila V. & M.	....	383	21 Octob.	1	169	143
Babylas M.	Antiochia	284	24 Ianuar.	1	90	66
Bartholomæus Abbas	Semeri	1140	19 Aug.	2	136	49
Baſſianus M.	Syracuſæ	270	16 Octob.	1	89	
Baſſianus Epiſc.	Syracuſæ	418	19 Ianuar.	1	164	141
Benignus M.	Syracuſæ	204	23 Maij	1	42	
Bernardus Abb.	Meſſana	....	15 Iunij	2	32	
Bezyllus Epiſc.	Antiochia	114	21 Mart.	1	18	
Caius M.	Meſſana	304	20 Nouemb.	1	122	
Calliſte M.	Syracuſæ	304	25 April.	1	124	104
Calogerus Conf.	Chalcedon.	514	18 Iun.	1	125	105
Candidus M.	..	...	15 Iunij	1	123	104
Cantianilla M.	...	....	15 Iunij	1	123	104
Cantianus M.	...	....	15 Iunij	1	123	104
Chariton Presbiter	Leontini	331	6 Iunij	1	139	
Chremes Abbas	...	1116	6 Aug.	2	131	47
Chreſta M.	...	...	4 Iunij	1	123	104
Chreſtus Epiſc.	Syracuſæ	84	3 Iulij	1	19	
Chriſtinæ V. & M. Translatio	Volſinij	1160	7 Maij	2	145	58
Chryſogonus M.	....	...	15 Iunij	1	123	104
Claudius M.	...	303	21 Febr.	1	105	82
Clemens Abb.	Syracuſæ	.....	5 Martij	2	41	
Cleonicus M.	Leontini	253	24 Iulii	1	75	59
Conon PP.	....	... 687	22 Octob.	2	2	4
Conon Monachus	Neſum.	1236	28 Mart.	2	200	67
Corradus Eremita	Placentia	1351	19 Febr.	2	246	85
Coræbus M.	Roma	140	28 April.	1	38	27
Cornelianus M.	Tauromenis	..	8 Iulij	1	123	104
Cornelius M.	Caiſma	...	31 Decembr.	1	123	104
Corona M.	....	164	14 Maij	1	401	31
Coſmas Epiſc.	.....	1160	10 Septemb.	2	144	58
Creſcentia M.	Mazara	394	15 Iunij	1	91	67

Cyrianus

Digitized by Google

Nomen	Patr ia	Annus Chr.	Dies Festus	Tomo vbi vita	Folio vbi	Animad.
Cyrinus M.	Præfecta in Vasconia	853	10 Maij	1	64	51.
Eiusdem Traslatio	...	1517	2 Septemb.	1	72	56.
Demetrius Diac. M.	Chalcedon.	314	18 Iun.	1	125	105
Demetrij Anachoreta Inuẽtio.	...	...	19 Septemb.	2	37	15
Deodata M.	Syracusæ	304	31 Iulij	1	122	103
Donatus Presb.	Leontini	278	13 Nouemb.	1	89	66
Donatus M.	Roma	541	16 Septemb.	1	172	153
Drepanitanæ Virginis Aduentus.	..	1250	15 Aug.	1	202	
Eleutherius Episc. & M.	Roma	140	18 Aprilis	1	38	27
Elias Epis.	Syrac.	664	26 Aug.	1	232	184
Elias Monachus.	Enna	903	17 Aug.	2	63	25
Elias M.	..	1082	.....	2	127	
Elisabettæ Anachoretidis Inuen.	..	....	19 Sept.	2	37	15
Epiphane M.	Magdalinum	253	12 Maii	1	73	57
Erasmi M. Translatio	...	260	.....	1	79	63
Eulalius Episc.	Syrac.	500	16 Febr.	1	170	
Eugarius M.	Syracus.	204	23 Maii	1	42	
Euerius Episc.	Catan.	262	24 Maii	1	89	
Euodius M.	Syracus	304	25 April.	1	124	104
Euplius Diac. & M.	Catana	303	12 August.	1	106	83
Euplius Conf.	Catana	...i	11 Septemb.	2	32	
Euprexia Vidua	Menæ	312	5 Ianuar.	1	147	134
Eusebius Monachus	.....	110	22 Maij	1	33	
Eustochium V.	Messana	1491	20 Ianuar.	2	...	91
Eustratius Presb.	Leontini	303	14 Octob.	1	121	
Eustotius M.	Panormus	309	8 Decemb.	1	140	
Euthalia V. M.	Leontini	257	27 Aug.	1	76	60
Eutychius m.	Roma	541	5 Octob.	1	172	148
Eius inuentio	....	1588	3 Aug.	1	184	155
Eutychius Episc.	Syrac.	303	15 Nouemb.	1	121	
Expergentius m.	...	...	4 Iunij	1	123	104
Fabianus m.	Catana	...	31 Decemb.	1	123	104
Fantinus Conf.	Syracusæ	356	24 Iulij	1	149	137
Fantius m.	Syracusæ	304	31 Iulij	1	122	103
Faustus Abbas	Syracusæ	602	6 Septemb.	1	223	
Firmatus Diac. m.	...	541	5 Octob.	1	172	153
Flauia V. & m.	Roma	541	5 Octob.	1	172	148
Eius inuentio:	. . .	1588	3 Aug.	1	184	155
Flos m.	Catana	...	31 Decemb.	1	123	104
Fridericus Solitar.	Syracusæ	1338	2 Aug.	2	239	82
Gandolfus Confess.	Binascum.	1260	17 Septemb.	2	209	68
Eiusdem Translatio	.. . .	1320	17 Maij	2	212	
Geminianus m.	Roma	299	16 Septemb.	1	103	78
Gerardus Confess.	Valentia	1349	29 Decemb.	2	240	84
Geratina m.	. . . .	383	21 Octob.	1	169	143
Gerlandus Episc.	Vesantio	1100	25 Feb.	2	128	145
Eiusdem Translatio	....	1159	20 Martij	2	129	
Gerlandi Equitis Inuentio & miracula	.....	1327	18 Iunij	2	254	82
Golbodeus m.	Panormus	310	8 Decemb.	1	140	
Gordianus monach.	Roma	542	18 Martij	1	187	
Gregorius Episc.	Agrigentum	262	22 Iunij	1	87	64
Gregorius Episc.	Agrigentum	564	23 Nouemb.	1	188	167
Gregorius Episc.	Agrigentum	680	19 Decemb.	1	...	176
Gregorius Episc. m.	Lilybæum	303	5 Iunij	1	123	103
Gregorius m.	Chalcedon	314	18 Iun.	1	125	105
Gregorij Anachoretæ Inuẽ.	....	....	19 Septemb.	2	37	15
Guilelmus Cænobiarcha	Politium	1321	16 Aprilis	2	230	81
Guilelmus Eremita	Netum	1404	4 Aprilis	2	251	89
Hermogenes m.	Syracusæ	304	25 April.	1	124	104
Hermogenes Episc.	Agrigentum	...	24 Nouemb.	2	32	
Hilarion	....	...	....	2	98	35.
Iesu Christi Clauus	....	1393	14 Septemb.	2	250	82
Iesu Christi Imago apud Netinos.	....	...	....	2	214	
Iacobus Episc. & m.	Catana	772	21 Martij	2	32	
Ioannes m.	Syracusæ	...	23 Septemb.	2	59	30
Ioannes Episc.	Syracusæ	610	23 Octob.	1	223	178

Digitized by Google

Nomen	Patria	Annus Chr.	Dies Festus	Tomo vbi vita	Folio vbi	Animad.
Ioannes Iunior Asceta	...	...	5 Febr.	2	42	
Ioannes Theristes	Panormus	1054	24 Feb.	2	107	38
Ioannes Anachoreta	.?.	647	...	1	226	179
Ioannes Monachus	...	...	...	2	96	35
Ioseph Hymnographus	Syrac.	880	3 April.	2	43	16
Isidora Mart.	Leontini	238	17 Aprilis	2	43	
Isidorus Episc.	...	610	15 Ianuar.	1	225	
Iuliana V. & M.	...	383	21 Octob.	1	169	143
Iustina V.	Leontini	262	10 Ianuar.	1	89	
Laurentius monachus	Frazano	1162	30 Decemb.	2	172	60
Leo II. Papa	Herbita, vel Mess. vel Catan.	684	28 Iunij	2	2	3
Leo Episc.	Rauenna	725	20 Febr.	2	5	6
Leo Lucas Abbas	Corilion.	915	1 Martij	2	80	27
Libertinus Episc. et mar.	Agrigentum	90	3 Nouemb.	1	20	18
Lidanus Episc.	Antena.	1118	2 Iulij	2	133	47
Lucas Monachus	Tauromenium	...	6 Nouemb.	2	41	
Lucas Abbas	Agyrium	...	1 Martij	2	32	
Lucia V. & M.	Syracus.	303	13 Decemb.	1	114	87
Eius Translatio	...	....	18 Ianuar.	1	118	
Lucas Abbas Casalius	Nicosia	1164	2 Martij	2	183	63
Lucas Abbas	Demena	993	13 Octob.	2	96	34
Lucia vidua & mar.	Roma	299	16 Septemb.	1	103	78
Lucia Virg. Sanctimonialis	Calatagironum	1300	26 Septemb.	2	215	68
Lucianus Episc.	Leontini	400	3 Ianuar.	1	170	144
Luciani mar. Translatio	.....	331	28 Iunij	1	148	134
Mamilianus Episc. et mar.	Panormus	309	20 Iunij	1	139	
Marcus monachus	.....	253	...	1	87	
Maria virg. et mart.	Tauromenium	...	...	1	10	
Marina V.	Scanium	1062	7 Iulij	2	109	40
Martia mart.	Syracusæ	.....	21 Iunij	1	123	104
Marcianus Episc. et mar.	Antiochia	68	14 Iunij	1	1	3
Martyres sub Nerone	....	68	1 Ianuarij	1	4	
Martyres Innumerabiles	Leontini	254	18 Febr.	1	76	60
Martyres supra Megaram	Megara	238	1 Nouemb.	1	43	33
Martyres XX. milites	.....	253	10 Decemb.	1	46	36
Martyres CXCIX. Sancti Niconis socij	Græcia, & Tauromenium.	258	23 Martii	1	44	34
Martyres VII. Pueri	Leontini	253	26 Martij	1	64	
Martyres plurimi Iudæi	Leontini	253	9 April.	1	64	50
Martyres	Menæ	254 & 261	.....	1	76 et 82.	60 et 62
Martyres	Messana	254	.....	1	76	60
Martyres Plures	Messana	541	.....	1	182 152	et 155
Martyres	Mylæ	254	....	1	77	60
Martyres	Catana	254	...	1	76	60
Martyres CCCC.	Selinus	294	.....	1	102	77
Martyres LXXV.	Mendæ	298	13 Sept.	1	103	77
Martyres LXXIX.		303	21 Febr.	1	105	82
Martyres XXXIV.	Panormus	308	22 Maii	1	139	
Martyres LX.	Tauromenium	...	8 Iulij	1	123	104
Martyres Plures	Tauromenium	254	....	1	76	60
Maximianus Episc.	Syrac.	594	9 Iunij	1	220	177
Maximus Episc.	Tauromenium	110	12 Ianuar.	1	17	
Maximus mart.		303	21 Febr.	1	105	82
Mercurius mart.	....	253	10 Decemb.	1	46	36
Mineruinus mart.	Catana	.....	31 Decembr.	1	123	104
Modestus mar.	Mazara	294	15 Iunij	1	91	67
Neophyta mar.	Leontini	238	17 April.	1	43	
Neophytus Episc.	Leontini	295	1 Septemb.	1	98	72
Nicandri Anachoretæ inuent.	....	....	19 Septembr.	2	37	15
Nico mart.	Neapolis	253	23 Martij	1	44	34
Nicolaus Conf.	Syracusæ			2	32	
Nicolaus Eremita	Adernio	1167	17 Augusti	2	180	61
Nicolaus monachus	Netum	1230	1 April.	2	200	
Nihitus mart.	....	...	15 Iunij	1	123	104
Nympha virg. & mar.	Panormus	310	12 Nouemb.	1	141	115
Eius capitis Translatio		1593	9 Sept.	1	146	126
Oliua virg. et mar.	Panormus	915	12 Iunij	2	84	28
Pancratius Episc.	Antiochia	102	3 April.	1	7	10
Pappiani mar. Translatio	....	331	28 Iunii	1	148	134
Peregrinus mar.	Syracusæ	90	3 Nouemb.	1	20	18
Peregrinus Conf.	Græcia	90	30 Ianuar.	1	35	26
Petrus mart.	Syracusæ	..	23 Septemb.	2	59	40
Petri Anachoretæ inuen.	....		19 Septemb.	2	37	15

Digitized by Google

Nomen	Patria	Annus Chr.	Dies festus,	Tomus vbi vita.	Folium vbi	Animad.
Petrus Hieremias Conf.	Panormus	1452	3 Martij	2	...	
Philadelphus mar.	Præfect. in Africa	253	10 Maij	1	64	51
Eius Translatio	...	1517	2 Sept.	1	72	
Philaretus mart.	Panormus	828	8 April.	2	42	16
Philaretus Conf.	Panormus	1070	6 Aprilis	2	112	41
Philippus Presb.	Bethsaida	90	12 Maij	1	24	19
Philippus Diaconus	Panormus	130	12 Maij	1	53	
Placidus Abbas et mar.	Rome	541	5 Octob.	1	172	145
Eius, Sociorumq; Inuen.	...	1588	3 Aug.	1	184	155
Pontianus mart.	Catana	....	31 Decemb.	1	123	104
Potamio Episc.	Agrigentum	853	29 Ianuar.	1	173	
Proculus mart.	Panormus	509	8 Decemb.	1	140	
Procopius Episc. et ma. cũ soc.	Tauromenium	903	.....	2	69	21
Protus mart.	...	....	13 Iunii	1	123	104
Quintianus mar.	Catana	.....	31 Decemb.	1	123	104
Quintianus mar.	.....		15 Iunij	1	123	104
Restitutæ V. miraculum	....	1382	17 Maij	2	249	
Rhodippus Episc.	Leontini	312	2 Febr.	1	146	133
Robertus Abbas	Syracusæ	...	24 Aprilis	2	32	
Rosalia V. Anachoretis	Panormus	1160	4 Septemb.	2	146	
Eiusdem Inuentio	....	1624	15 Iulii	2	153	
Rufinus mart.	Syracusæ	....	31 Iunij	1	123	104
Sabbas Abbas	Agyrium	995	5 Decemb.	2	100	
Sabinus Episc.	Catana	690	15 Octob.	2	3	
Sabinus mart.	....	303	21 Febr.	1	109	82
Seia virg. & mart.	Tauromenium	..	...	1	10	
Serapion Conf.	Catana		11 Septemb.	2	32	
Sergius Papa	Panormus	702	9 Septemb.	2	4	4
Seuerus Episc.	Catana		21 Martij	2	32	
Seuerinus Episc.	Catana	312	8 Iunij	1	163	
Sextus mart.	Catana	...	31 Decemb.	1	123	104
Sierius	..	...	18 Iunij	..	...	
Siluester monachus	Troina	1164	2 Ianuarii	2	176	59
Syluia	Panormus		27 Iulij	2	32	
Simeon monachus	...		1 Iunij	2	101	36
Simeon monachus	Syracusæ	1037	31 Decemb.	1	123	104
Simplicianus mar.	Catana	....	23 Septemb.	1	137	111
Sophia virg. & mar.	....	304	8 Iulij	1	123	104
Sperus mart.	Tauromenium	...	1 Febr.	2	28	12
Stephanus Papa IV.	Syracusæ	772	31 Decemb.	1	123	104
Stephanus mart.	Catana	....	24 Iulij	1	75	59
Stratonicus mart.	Leontini	253	7 Iunij	1	83	19
Susanna mar.	Tauromenium	90	24 Maii	1	75	59
Thallelæus Conf.	Leontini	253	19 Ianuarij	1	88	65
Thecla virg.	Leontini	262	15 Iunii	1	133	104
Theodulus mart.	...		4 Ianuarij	2	53	
Theoctistus Abbas	Caccabe		18 Maii	2	3	
Theodosius Episc.	Syracusæ	700	5 Ianuar.	1	147	
Theognia virg.	Menæ	312	24 Ianuar.	1	90	66
Timotheus ma.	Antiochia	284	5 Iulij	1	123	104
Triphina mart.	...	...	5 Nouemb.	1	131	108
Trophima virg. & mart.	Pactæ		26 Iunii	2	84	30
Venera virg. & mart.	Gala	939	14 Maii	1	40	30
Victor mart.	...	264	21 Octob.	1	168	143
Victoria virg. et mart.		383	5 Octob.	1	172	145
Victorinus mart.	Roma	541	3 Aug.	2	144	155
Eius Inuentio		1588	9 Martii	2	86	32
Vitalis Abbas	Gastronouum	990	28 Aprilis	2	93	33
Eius Translatio	.....	1029	15 Iunii	1	91	67
Vitus mart.	Mazara	294	13 Iunij	1	98	71
Eius Translatio	..	806	15 Aprilis	1	163	104
Vrsus Episc.	Syracusæ	398	7 Iunii	1	23	19
Zenais virg. et mart.	Tauromenium	90	30 Martij	1	226	189
Zosimus Episc.	Syracusæ	656				

IN-

Digitized by Google

INDEX OPVSCVLORVM
DE SANCTIS SICVLIS

QVORVM PLVRIMA NVNC PRIMVM PRODEVNT.

TOMO PRIMO.

	Vitar. fol.	Anim fol.
VITA S. Marciani Martyris Episcopi Syracusani, auctore Octauio Caietano S.I. ex Gracorum Menologijs, Syracusano Panegyrista. Antiqua Ode S. Iosephi Hymnographi, & ex actis Ecclesia Syracusana, & Caietana.	1	1
Laudatio S. Patris Nostri Marciani Episcopi Syracus. & M. incerto sed Antiquo Scriptore ex Bibliotech. Vatican.	4	7
Antiquæ Odes Fragmentum ex Graco versum in S. Marcianum Episcop. Syracus.	7	9
Vita S. Panceratij M. & Episcopi Tauromenitani, auctore Octauio Caietano S.I. ex Gracorum Menais, laudatione Gregorij Monachi, Hymno S. Iosephi Hymnographi, Homilia Theophanis, sepositis Euogrianis Actis maxima ex parte corruptis.	7	10
Ex Homilia Theophanis Ceramei Archiepiscopi Tauromenitani in die festo S. Pancratij fragmentum ex M.SS. cod. Monasterij Montis Sancti.	10	16
Gregorij Monachi, Byzantini ex Monasterio Pagurensi encomium in D. Pancratium, ex M. S. Graco Codice, & ex Bibliotheca S. Saluatoris Messan.	11	17
In S. Pancratium Hymnus ex Gracorum Menais a S. Iosepho Hymnographo compositus.	15	
De S. Maximo Episc. Tauromen. Auctore Oct. Caietano S.I. ex Metaphraste.	17	
Vita S. Berylli Catana Episc. ex Gracorum Menais. auct. Oct. Caiet. S.I.	18	
De S. Chresto Episcopo Syracus. auct. Oct. Caiet. S.I.	19	
Martyrium SS. Peregrini, & Libertini Episc. Agrigentini auct Oct. Caietano S. I. ex Actis Monast. S. Mariæ in Agro Acutiano in Sabinis.	20	18
Martyrium eorumdem ex Antiquo M.S. codice actorum eorumdem.	22	18
De SS. Martyribus Aëtia Susanna, & Zenaide ex Graecis Menais	23	19
D. Athanasij Archiepisc. Alexandrini De Vita S. Philippi Agyrensis commentariolus ex Graco cod. translatus.	24	19
Narratio Eusebij Monachi de Vita & miraculis S. P. Philippi Apostolici Presbyteri Dæmonum expulsoris ex Bibliothecis Vaticana Cryptæ Ferratæ, & S. Saluatoris Messan. & tabulis Eccles. Panorm. Syracus. Catanensis, & Agyrensis.	28	21
De S. Eusebio Monacho & Confessore ex actis S. Philippi Agyrensis.	33	
De S. Philippo Diacono Ragusitano, ex actis S. Philippi Agyrensis.	33	
Vita S. Peregrini Confess. auct Oct. Caietano S. I.	35	26
Vita eiusdem ex M.SS. Codicibus Calatabillottensibus.	37	
Passio SS. Eleutherij Episc. eiusq; matris Antiæ, ac Prefecti Corabi ex M. SS. codice Eccles. Syracus.	38	27
Certamen SS. Victoris & Corona ex M. S. cod. Feltrensi cœnobij S. Hieronymi.	40	30
De SS. Martyribus Benigno & Eugario ex Lilio.	42	
De SS. Martyribus Isidora, & Neophyta Leontinis.	43	
Plures SS. Martyres in monte supra Magaram, ex actis SS. Alphij &c.	43	33
De SS. Martyrib. Nicone, eiusq; discipulis CXCIX. ex Gracorum Menais.	44	34
De S. Niconem M. Hymnus S. Iosephi Hymnographi, ex Gracorum Menais	45	35
Martyrium SS. XX Militum ex actis SS. Alphij & sociorum.	46	36
Martyrium S. Magnæq; Christi Martyris Agathæ ex M.S. cod. Vaticano Græco versum.	47	37
Passio S. Agathæ V. & M. ex antiquis codicib. latinis m.ss.	50	41
Epistola Mauritij Catanensis Episcopi de Translatione D. Agathæ Byzantio Catanam, ex M. S. cod. Eccles. Catanen. cum Blandini Monachi Augustani de miraculis S. Agath. V. & M.	53	46

Digitized by Google

	Vitar.fo.	Animad.f.
De Sanctis Septem Pueris Martyribus Leontinis, ex Actis SS. Alphij, & Sociorum.	64	
Plurium Iudaeorum Martyrum memoria ex Actis SS. Alphij, & sociorum.	64	50
Martyrium SS. Fratrum Alphij, Philadelphi, & Cyrini. ex Graeco M.S. Codice Monasterij Crypea Ferratae in agro Tusculano, & ex Actis Eccles. Leontina.	65	51
Miracula SS. Alphij & Soc. edita Leontinis, ex Actis eorumdem Graecis.	68	55
Translatio SS. Alphij Philadelphi & Cyrini MM.	72	56
Certamen S. Epiphanes M. ex Actis SS. Alphij & soc.	73	57
Martyrium SS. Stratonici, Cleonici, & De S. Thalleleo Conf. ex Actis SS. Alphij & Soc.	75	59
Innumerabiles SS. Martyres in Sicilia Coronati ex Actis SS. Alphij & Soc.	76	60
Certamen S. Euthaliae Martyris ex actis SS. Alphij & Soc.	76	60
S. Brasmi Martyris Translatio Puteolis Leontinos.	79	61
Translatio S. Agrippinae V. & M. ex M. SS. Latinis Codicibus Ecclesiarum Panorm. Syracus. & Menaninae. ubi Multorum Martyrum Mengueinorum memoria.	79	61
Egregia M. Agrippinae Monumentum ex Graecorum Menologio.	85	
In Virg. & M. Agrippinam Hymnus e Graeco in latinum versus ex M. S. Codice Monasterij S. Philippi Fragalatis.	85	84
De S. Gregorio Episc. Agrigentino ex Historia Translationis D. Agrippinae.	87	64
Vita S. Theclae ex actis SS. Alphij & Soc.	88	65
De S. Iustina. ex ijsdem actis.	89	
De S. Euerio Catanensi Episc. & Confess. ex ijsdem actis	89	
De S. Bassiano M. Syracus. ex traditione Eccl. Syrac. & Volaterrano, & Leandro.	89	
Vita S. Donati Presbyteri ex actis SS. Alphij & Soc.	89	
Vita SS. Babylae, Agapij, & Timothei Martyrum ex Graecis mengis.	90	66
Martyrium SS. Viti, Modesti & Crescentiae ex m.s. Greco Codice Monast. S. Saluatoris Messan.	91	67
In Nobilissimum Christi Martyrem Vitum Carmen Arsenij ex Graeco m.s. codice Monast. S. Philippi Fragalatis.	95	71
Translatio S. Viti M. ex Laurentio Surio.	96	71
Vita S. Neophyti Episc. Leontini & Confess. ex actis SS. Alphij & soc. ubi etiam de S. Agathone Episcopo Liparensium.	98	72
De Quadringentis SS. Martyribus Selinuntijs.	101	77
De SS. LXXV. Martyribus Mendensibus ex Actis SS. Luciae & Geminiani martyrum.	103	77
Certamen SS. Martyrum Luciae & Geminiani ex pluribus Codicibus m.ss. latinis Romanis & Siculis	103	78
De SS Claudio, Sabino, Maximo aliisque LXXIX. Martyribus, ex Martyrologijs, & Breuiario Gallicano, & Panormitano.	105	82
Acta Consularia S. Euplij Diaconi M. ex m.s. Codice Vaticano.	106	83
Martyrium S. Euplij M. ex m.s. Greco Codice Monast. S. Saluatoris Messan. latine redditum.	107	85
Miracula Duo S. Euplij in Vrbe Neapoli ex m.s. eod.	108	86
In S. Euplium M. Hymnus S. Iosephi Siculi ex Greco versus.	110	
Hymnus II. in S. M. Euplium ex Greco versus.	113	
S. Luciae Virg. Martyrium ex m.s. Greco Codice in Palatio Adriano.	114	87
Passio S. Luciae V. M. ex Antiquis M. SS. Codicibus latinis.	116	90
Translatio S. Luciae V. & M. ex varijs auctoribus.	118	94
In S. Luciam V. & M. Hymnus ex Greco versus.	119	
Miracula Duo S. Luciae ex Antiquis M. SS. Veronensibus in Monasterio D. Luciae cum Epistola, & Sermone Sigeberti Monachi Gemblacensis de Passione S. Luciae in Anniuersa.	120	98
De S. Eustratio ex Actis SS Alphij, & Soc.	121	
De S. Eutychio Episc. Syracus. & Confessore, ex M. SS. Syracusanis & Panormitanis.	121	
De SS. Fantio & Deodata Martyribus ex vita S. Fantini.	122	103
De SS. Ampelo & Caio Martyribus ex Martyrologijs.	122	
De S. Gregorio Episc. Lilybaetano & M. ex Vita S. Gregorij Episcopi Agrigentini per Leontium Abbatem scripta.	123	103

pla-

Plures in Sicilia Martyres incerto æuo, loco ue, SS. Ruffinus & Martia, SS. Stephanus, Pontianus, Attalus, Fabianus, Cornelius, Sextus, Flores, Quintianus, Mineruinus. Siplicianus SS. Sperus, Cornelianus alijq; LX. Expergetius et Chresta Martyres. Agathon, & Triphina, Nouitus, Candidus, Cantianus, Cantianilla, Protus, Chryſogonus, Artheon, Quintianus, & Theodulus. ex varijs Martyrologijs, Breuiarijs, M.SS. Codicibus	124	104
De SS. Martyribus Calliſte, Euodio, & Hermogene ex Martyrologijs & Scriptoribus.	124	104
Precatio ad SS. MM. Callistum, Euodium, & Hermogenem ex Graco carmine in condacario Monaſterij S. Philippi Fragalatis.	125	104
Vita SS. Calogeri, Gregorij, ac Demetrij Auct. Oct. Caietano S I. ex Hymnis a Sergio ſcriptis.	125	105
Memoria SS. Calogeri, Gregorij, & Demetrij in Cranio Sicilię Carmen Sergij.	128	108
De S. Calogero carmen Sergij Chroniſta.	131	108
Inuentio S. Trophimę V. & M. ex m. ss. codicibus Eccleſ. Panormitanę.	131	108
Quintus Marius Corradus de S. Trophima.	136	
Vita S. Sophię V. & M. ex m. s. codice Eccleſię Sortinenſis in Diœceſi Syracuſana.	137	111
De SS. XXXIV. Martyribus Panormitanis ex Actis S. Nymphæ.	139	
De S. Mamiliano Epiſc. Panormitano & M. ex ijsdem Actis.	139	
De SS. Proculo & Euſtotio Martyribus Panormitanis ex ijsdem Actis.	140	
De S. Golbodeo Martyre. ex ijsdem S. Nymphę Actis.	140	
Paſſio S. Nymphę V. & M. ex codicibus Eccl. Panormitanę, S. Marię Maioris, & S. Marię Trans Tyberim, & Vaticanę Bibl. atq; ex occaſione Actæ SS. MM. Nymphę, Tryphonis, ac Reſpicij.	141	115
Miraculum S. Nymphę ex Actis Vaticanę Biblioth.	145	125
Translatio capitis S. Nymphę V. & M. Roma Panormum.	146	126
De Beato Rhodippo Epiſcopo Leontin. & confeſſor. ex Actis SS. Alphij & Sociorum.	146	133
De B. Euprexia & B. Theognia ex Actis Translationis S. Agrippinę.	147	134
Depoſitio Corporum SS. Martyrum Pappiani & Luciani ex Græcorum Menęis.	148	134
De B. Charitone Presbytero Leontino ex Actis SS. Alphij, & Soc.	149	
Vita S. Fantini Confeſſoris ex vetuſto m. S. codice Syracuſano.	149	137
De Vita S. Fantini Narratio Petri Epiſcopi Taurinenſis, vt videtur, in Calabria, ex M. S. Græco codice Monaſterij S. Saluatoris Meſſan.	152	138
Hymnus in S. Fantinum ex M. S. Græco codice Monaſterij S. Philippi Fragalatis.	161	
De S. Seuerino Epiſcopo Catanenſi.	163	
Vita S. Vrſi Rauennatum Epiſcopi Auct. Oct. Caietano S.I.	163	140
Vita S. Baſſiani Laudenſis Epiſc. Auctore Oct. Caietano S.I. ex Hiſtoria Rauennatium.	164	141
De SS. Geraſina, Adriano, Aurea, Babilla, Iuliana, Victoria Martyribus.	169	143
De S. Luciano Epiſc. Leontino ex Actis SS. Alphij & Soc.	170	144
De S. Eulalio Epiſc. Syracuſano ex vita S. Fulgentij.	170	
De S. Potamione Epiſcopo Agrigentino ex Actis S. Gregorij Epiſc. Agrigent.	172	
Vita & Paſſio S. Placidi M. & Sociorum 36. Scriptore Domno Stephano Anicienſi ex M. S. codice Caſinenſi.	172	145
Fragmentum ex Hiſtoria Petri Diaconi de Vita & Paſſione SS. MM. Placidi Abbatis & Sociorum, vbi ingens Noſtrorum cades Syracuſis ac Meſſanæ facta narratur. ex M.S. codice Caſinenſi.	181	153
Illuſtre Miraculum S. Placidi anno 1266.	184	
Inuentio SS. Placidi Sociorumque Martyrum auctore Io. Antonio Valtrino S. I. cum reſponſionibus eiusdem ad dubitationes tunc exortas, & Epitome tum Martyrij, tum Inuentionis.	184	155
De B. Gerdiano Monacho Ordinis S. Benedicti. ex M. S. Chronico B. Monachi.	187	
De vita & Miraculis S. Gregorij Agrigentini Epiſc. Auctore Leontio Presbytero Monacho & Præfecto Monaſterij S. Sabbæ in Vrbe Roma ex M. SS. codicibus Græcis in Bibliotheca Monaſterij S. Saluatoris Meſſanenſ	188	167
In S. Gregorium Epiſc. Agrigentinum Hymnus.		
Vita S. Maximiani Epiſc. Syracuſani auct. Oct. Caietano S.I. ex Dialogis & Epiſtolis S. Gregorij Papæ.	220	177

De

	Vitar.fo.	Animad.f.
De S.Fausto Abbate Monasterij S.Lucia prope Syracusas.	225	
Vita S.Ioannis Episc.Syracusani auct. Oct.Caietano S.I.	223	179
De S.Isidoro Sicilia Episcopo	225	
De B.Ioanne Siculo Anachoreta ex Aimarini Historia	226	179
Vita S Zosimi Episc.Syracusani ex M.S.codice Ecclesiæ Bouinensis,lectionibus antiqui Breuiarij,& Martyrologijs ac Menais.	232	180
De S.Elia Episcopo Syracusano ex actis S.Zosimi episc.	232	184

TOMO SECVNDO.

DE S. Agathone Panormitano & Romano Pontifice ex Graco Menologio Imperatoris Basilij.	1	1
Vita S. Agathonis Papæ ex Anastasio S.R.E.Bibliothecario.	1	1
Vita S.Leonis Papæ ex Anastasio S.R.E. Bibliothecario.	2	3
Vita S. Cononis Papæ ex Anastasio S.R.E.Bibliothecario.	2	
De S.Sabino Episc. Catanensi & Confessore ex Vita S.Leonis & Breuiario Gallicano	3	
De S. Theodosio Episc Syracusano ex Panegyrica oratione S. Marciani ruta ex Bibliotheca Vaticana.	3	
Vita S.Sergij Papæ ex Anastasio S.R.E.Bibliothecario.	4	4
De S.Leone Thaumaturgo Catanæ Episcopo ex Græcorum Menais.	5	6
Vita & Gesta B.Leonis Episcopi Catanæ ex Græcis versa, ex Codice Vaticano, & ex Bibliotheca crypta Ferrata,& S.Saluatoris Messan.	6	6
Vita S.ac Beatissimi Leonis Catanensis Episc. ex M.S.eod: Syracus.	9	9
Vita S.Leonis Catanensis Episc. versibus expressa ex M.S.codice Monasterij S. Saluatoris Messan.	22	11
In S. Leonem Episc. Catanensem Hymnus S.Iosephi Hymnographi in Menais.	26	12
Vita S Stephani Papæ ex Anastasio S.R.E. Bibliothecario	28	12
De S. Iacobo Episc.Catan.& M.ex Menologio Guilielmi Cardinalis Sirleti, & ex Anthologio Græcorum.	32	
Plures in Sicilia SS. Confessores incerto auo. S. Seuerus Episc. S.Hermogenes Episc. S. Robertus Abbas, S. Attalus Abbas, S. Bernardus Abbas, S. Lucas Abbas, S. Simon Monachus, S. Nicolaus Confessor, ss. Euplius & Serapion, ex varijs Martyrologijs.	32	
De S. Theoctisto Abbate in monasterio Caeumiensi ex Hymno Græci Menologij,& Græcorum Horologio.	33	
S. Theoctisti Hymnus ex Menologio.	34	
Commemoratio Hippolyti Siciliensis Episcop. ex Historia legationis Luitprandi Cremonensis Episcopi.	36	14
Commemoratio Inuentionis SS. Nicandri, Gregorij, Petri, Demetrij & Elisabetta ex M.S codice Monasterij S. Saluatoris.	37	15
Vita S. Luca Confessoris Taurominitani ex Græcorum Menais.	41	
De s. Clemente Abbate Syracusano.	41	
De S. Ioanne Iuniore Fragmentum Hymni & M.S. Cendacario Monasterij Basilienſis S. Philippi Fragalatis.	42	
Vita S.Philareti Monachi & M. ex M.S. codice Monasterij s. Bartholomæi de Virgine in Calabria.	42	
Vita S. Iosephi Hymnographi ex m. s. Græco codice Monasterij s. Saluatoris.	43	16
Vita eiusdem s.Iosephi Hymnographi ex Græcorum Menais.	51	
Petri Humillimi Argiuorum Episcopi Epitaphium in B. Athanasium Methones Episcopum ex m.s. Græco codice monasterij S. Saluatoris Mess. san.	52	18
Certamen SS. Martyrum Andreæ, Ioannis, Petri & Antonij qui in Africa mortem obiuere, ex Menologio Sirletiano.	59	20
Martyrium S. Procopij Episc. Tauromenitani, & Sociorum scriptore Ioanne Diacono Neapolitano ex m. s. codice Monasterij s. Seuerini Sossij Ordinis S. Benedicti.	60	21
Vita S. Elia Iunioris Monachi scriptore Anonymo sed Synchrono & m.s. codice monach. s.Saluatoris Messan.	63	23
Vita s. Leonis Luca Abbatis & Confessoris ex m. ss. codicibus Ecclesiæ Panormitanæ, Mazarensis, & Corilionensis.	80	27
Vita S. Oliuæ V. & M. Panormitanæ ex m. s. codice Ecclesiæ Panormitanæ.	84	28
Martyrium s. Venerę Virginis Siculæ ex historia Siculæ, & traditione Ecclesiæ		

Digitized by Google

	Vitar.fo.	Animad.f.
eleſia Caſtri Regalis & Gala.	86	30
Vita S. Vitalis Abbatis Anonymo Scriptore Monacho.	86	31
Translatio S. Vitalis Abbatis.	93	33
Vita S. Lucæ Abbatis ab Anonymo eius Diſcipulo ſcripta.	96	34
De S Sabba Abbate Monaſterij Agyrenſis S. Philippi.	100	
Siculi Eremitæ commemoratio ex B. Petro Damiani in vita S. Odilonis.	100	
Vita S. Simeonis Syracuſani ab Euerwino Abbate Monaſterij Dolcicenſis conſcripta.	101	36
Vita S. P. Noſtri Ioannis Cognomento Theriſtes ex M. S. codice Monaſterij eiusdem S Ioannis iuxta Stilum Calabriæ Vrbem.	107	38
Vita S. Marinæ V. ex M. S. Græco codice Monaſterij S. Saluatoris.	109	40
De S. Philareto Iuniore Nili Monachi ſermo ex Bibliotheca Monaſterij S. Saluatoris Meſſan.	112	41
De B. Elia M. ex Gaufredo.	127	
Vita S. Gerlandi Epiſc. Agrigentini & Confeſſoris ex M. SS. codicibus Eccleſiæ Agrigentinæ, Panormitanæ, & Saccenſis. & alijs.	128	
Translatio & miracula eiusdem S. Gerlandi Epiſc.	129	
Vita B. Chremetis Primi Abbatis Monaſterij S. Saluatoris de Placa, Auctore Oct. Caietano.	131	37
Vita & Miracula S. Lidani Abbatis auctore Dionyſio Epiſcopo Setino ex membranis Eccleſiæ Setinæ.	133	47
Vita S. Bartholomæi Fundatoris Magni Monaſterij S. Saluatoris a Daniele Monacho ſcripta, & ex Græcis codicibus translata.	136	49
De B. Coſma Epiſc. Africano, ex traditione Eccleſiæ Panormitanæ, & eius ſepulcrali epigraphe.	144	58
S. Chriſtinæ V. & M. translatio ex M. SS. codicibus Eccleſiæ Panormitanæ & Sapinenſis.	145	58
De S. Roſalia Virgine Panormitana & Anachoretide. Auctore Octauio Caietano S. I.	146	
Vita S. Roſaliæ Virginis ex Hiſtoria Iordanis Caſtini Soc Ieſu.	147	
Inuentio Corporis S. Roſaliæ V. Panormitanæ ex Hiſtoria Iordanis Caſcini.	153	
Aliquot Miracula in Inuentione S. Roſaliæ V. Panormitanæ ex Hiſtoria Iordanis Caſcini.	153	
Aliquot Miracula in Inuentione S. Roſaliæ V. Panormitanæ publicis tabulis, & iuratis teſtibus auctoritate Eccleſiæ confignata.	165	
Vita S. Laurentij Monachi Confeſſoris ex M. SS. Græcis codicibus italice olim verſis.		
Vita S. Silueſtri Trainenſis e M. SS. Græcis Monaſterij Trainenſis.	176	59
Hymnus in D. Silueſtrum e ſacris codicibus eiusdem Monaſterij.	178	
Vita S. Nicolai Adernionis Eremitæ ex Anonymo Monacho Synchrono & ſacris Lectionibus Breuiarij.	180	61
Coſmani Theologi in D. Nicolaum Eremitam Hymnus.	182	62
Vita S. Luca Abbatis cognomento Caſalij ex M. SS. codicibus Nicoſienſibus.	183	63
Vita S. Angeli M. ſcriptore Enoch Patriarcha Hieroſolymitano collata cum M. SS. codicibus, præcipue Vaticanis.	184	64
De B. Nicolao Netino Monacho Ciſtertienſi penes S. Mariæ de Arcu.	200	
Vita S. Cononis Monachi Neſitani ex Græcis codicibus verſa, & ex alijs ſcriptoribus.	200	67
Illuſtria quædam eiusdem S. Cononis miracula	201	
De Virginis Drepanitanæ Aduentu in Siciliam ſcriptore Octau. Caiet. S. I.	292	
Vita B. Gandolfi Ordinis Minorum. ex Iacobo Narnia Epiſc. Cephaledenſi.	209	68
Hiſtoria aduectæ in Siciliam Imaginis Crucifixi Ieſu Chriſti D. N. apud Netinos cultæ.	214	
Vita B. Luciæ V. ex M. SS. codice Salernitano in Monaſt. Virginum D. Mariæ Magdalenæ incerto auctore.	216	76
Vita & Miracula S. Alberti Confeſſoris Auctore Vincentio Barbaro.	219	2
Vita B. Auguſtini Nouelli ex Beato Iordano de Saxonia & alijs.	226	79
Vita B. Guilelmi Cœnobiarchæ ex opido Politio ex Lectionibus proprij officij ſruta.	230	81
Inuentio & Miracula B Gerlandi equitis.	234	82
Vita B. Friderici Syracuſani Solitarij ex M. SS. codicibus.	239	83
Vita B. Gerardi Confeſſoris ex B. Bartholomæo Piſano excerpta.	240	84
Vita S. Conradi Eremitæ ſcripta a Vincentio Littara.	246	85
Memorabile Miraculum a D. Reſtituta editum.	149	
Memoria SS. Clauſi Ieſu Ch. D. N. in Monaſterio D. Nicolai Ordinis S. Benedicti in Vrbe Catana.	250	88
Vita B. Guilelmi Netini Eremitæ ex Iuratis Actis auctoritate Eccleſiæ.	251	89

Vita

Digitized by Google

	Vitar. fo.	Animad. f.
Vita B. Petri Hieremia Scriptore Anonymo, sed Synchrono.	254	90
Vita B. Eustochij Abbatissæ Cœnobij Montis Virginum Messanæ, auctore Abb. Francisco Maurolyco.		91
Historia reperta SS. Septem Angelorum imaginis in Vrbe Panormi, ex ijs quæ scripsere Thomas Bellerosus & Antonius Duca.		92

In Appendice.

De aliquot antiquariis pietatis fama illustribus. vbi epistola de Syracusarum excidio a Saracenis. Vita Antonij de Note; & mors Fr. Iuniperi Siculi.

Origines Illustrium ædium Sanctissimæ Deiparæ Mariæ in Sicilia, quarum indicem fol. 301. reperies.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google